VITT. EMANUELE

Digitized by Google

S
27-D
29
9

IESVS LVX, MARIA VIA.

CONTROVERSIAE VIGINTI QVINQVE SVPER REGVLAM FRATRVM MINORVM.

PER R. FRATREM FRANCISCVM LVENGO à Sancto Bernardino Prædicatorem Almæ Provinciæ Caſtellæ, Regularis Obſervantiæ, Sanctiſſimi Patris Seraphici Franciſci alumnum, Sacratiſſimi Conventus Sanctæ Mariæ à Ieſu Complutenſis (vulgò Sancti Didaci) degenerem filium, & in devotiſſimo Recollectorum Cœnobio Dominæ noſtræ de la Salçeda indignum Guardianum.

SACRIS STIGMATIBVS QVINQVE, Seraphici Patris Noſtri Sancti Franciſci dedicatæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Anno  1642.

S. Andrea della Valle

CVM PRIVILEGIO.

COMPLVTI. Apud Antonium Vazquez Typographum Vniverſitatis.

Digitized by Google

8-27-D-29

EPIGRAMMA AD SS. P.N. FRANCISCVM, CVIVSDAM ANONYMI.

MIrus amor! Franciſce fines excedis amoris
Nec videre parem, ſæcla priora facem.
Mutat amor mentes, animos transformat amantũ
Mutavit verò corpora nullus amor,
Solus amor Franciſce tuus te vertit, vt ille
Quem redamis ſimilis, corpore, corde, fores.
Intus Chriſtus aſt fulget tibi, Chriſtus, & extra
Inque tuo Chriſti, corpore, corpus habes.
Franciſcum Chriſtus, Chriſtum Franciſcus adurit
Alter in alterius corpore, corde manet.
O mihi ſi extantis flammis detur vna favilla
Arderet glacies, quæ mihi corde viget.

Suma del Privilegio.

TIene el P. Fr. Franciſco Luengo Guardian del Convẽto de N.S. de la Salçeda privilegio por tiempo de diez años, para imprimir eſte libro. Deſpachado por el Secretario Antonio Aloſſa Rodarte. En Madrid a 7. de Octubre de 1641. años.

TASSA.

ESta taſſado eſte libro à çinco maravedis cada pliego, como cõſta de ſu original, deſpachado en el oficio del Secretario Franciſco Eſpadaña. En Madrid à 27. de Iulio de 1642. años.

Erra-

Digitized by Google

Errata corrigenda, P. paginam, C. colunam, li. lineam, le. lege, denotat.

PAg. 21. c. 2. li. 29. (& alibi) B. le. Vener. p. 27. c. 2. li. 8. ſaltim le. ſaltē. p. 46. c. 1. li. 25. Expoſitores, le. Expoſitiones. p. 70. c. 2. li. 35. prę, le. pro. p. 71. c. 1. li. 22. Hic le. Hier. p. 75. c. 1. li. 25 bracciæ, le. braccæ. p. 78. c. 2. li. 39. argumēto, le. argumentū. p. 79. c. 2. li. 33. Monumēta, le. Monumētis. p. 80. c. 1. li. 25. firmamēto, le. Firmamētis. ibid. c. 2. li. 3. Frācīſci, le. Fratris. infra. li. 21. huius, le. huius. p. 88. c. 1. li. 15. at, le. ac. p. 104. c. 1. li. 30. quib⁹, le, quos. p. 111. c. 1. li. 15. habeāt, le. abeāt. p. 117. c. 2. li. 17. quarūq; le. quacūque. p. 121 c. 1. li. 18. panee, le. panneæ. p. 124. c. 2. li. 33. repetiacitate. le. repeciatione. p. 128. c. 1. li. 4. ſuæ chronicæ. le. ſuorum chronicōr. p. 152. c. 1. li. 22. neque. le. ne quia. p. 177. c. 1. li. 24. ſandaliæ factæ. le ſandalia facta. p. 212. c. 2. li. vlt. cauſa, iuxta. le. cauſa iuſta. p. 231. c. 1. li. 6. tritico, oleo. le. triticum oleum. p. 243. c. 2. li. 6. numero. le. nummo. p. 263. c. 1. li. 18. & 19. expoſitorio. le. Expoſitio. p. 300. c. 2. li. 20. æque. le. eæque. p. 320. c. 2. li. 11. contractionibus. le. contractibus. p. 322. c. 1. li. 1. ad le. ac. p. 332. c. 1. li. 4. vt. le. &. p. 339. li. 2. quæ. le. in quibus infr. li. 5. & 19. arctari. le. arctare. p. 360. c. 2. li. 34. Extrav. le. Extra. p. 369. c. 1. li. 27. Cord. le. Card. p. 413. c. 1. li. 12. valladū. le. vallatum. p. 427. c. 1. li. 10. poratis. le. pratis. p. 443. c. 1. li. 7. &c. le. Et. p. 467. c. 1. li. 20. acceptis. le. accepiſtis à. p. 471. li. 11. poſt verbū ordo) claude parentheſim, quę clauditur li. 12. p. 476. c. 1. li. 32. adiſt. 2. le. 1 ad 2. ibid. col. 2. li. 5. Extravag. le. Extra. p. 480. c. 2. li. 18. relatis. le. relati. p. 495. c. 2. li. 15 ſolicitudo. le. ſolicitatio.

Errata in numerorū citationibus. p. 78. c. 1. li. 21. 33. le. 18. p. 89. c. 1. li. 33. 48. le. 49. ibid. c. 2. li. 1. 45. le. 46. p. 93. c. 1. li. 26. 4. le. 40. p. 98. c. 2. li. 14. 35. le. 37. p. 99. c. 1. li. 32. 4. le. 40. p. 106. c. 2. li. 19. 22. le. 24. ibid. li. 35. 21. le 23. p. 109. c. 2. li. 17. n. 27. & 28. le. 29. p. 133. c. 1. li. 31. n. 25. & 26. le. 5. & 22. p. 231. c. 1. li. 13. 21. le. 17. p. 234. c. 1. li. 26. n. 31. le. 48. p. 361. c. 1. li. 10. 16. le. 19.

Prætermiſſa vitio prælı. p. 72. c. 1. li. 19. infinite. Adde Appreciamur. p. 89. c. 2. li. 28. n. 49. Adde, vide infr. n. 68. p. 101. c. 1. li. 34. portare. Ad. poſſunt. ibid. c. 2. li. 17. n. 3. ante verbū Quod. adde Tertio, & dic. Tertio, quod. p. 104. c. 2. li. 38. Hęc adde ex. p. 156. c. 2. li. 33. Alij. Ad. vide Firm. & Monu. vbi ſup. n. 2. relata. p. 187. c. 2. li. 19. n. 54. Ad. relatus à Marti. vbi ſup. n. 1. p. 339. c. 2. li. 3. ſeu, Ad. quę. p. 504. c. 2. li 21. vbi ſup. Adde (ſect. 2. n. 8.) Pręludio.

Mr. Franciſcus de Porres, Corrector.

V I.

VIRO, CATHOLICO, APOSTOLICO, Angelico, Seraphico, Eccleſiæ ſanctæ Reparatori, Sanctiſſimo Patri, ac Domino meo Franciſco, Chriſti crucifixi Plagarum quinque inſignibus admirando, ante obitum mortuo, & poſt obitum vivo. Frater Franciſcus Luengo degener filius, viginti quinque Controverſias ſuper Evangelicã Minorum Regulam, gratitudinis, & venerationis ergo, conſecrat, & in tutelam ſe tradi efflagitat.

PATER miſericordiarum, & luminum te (Pater Seraphice, ac Domine mi) vt oſtenderet divitias bonitatis ſuæ miſit in mundum, & in tam larga dulcedinis benedictione prævenit, vt non modò virtutum prærogativis, & meritis celebrem fecerit, ſed & in tua ſanctiſsima carne ipſius Sacra Stigmata renovaverit. Grande profectò, ac ſingulare miraculum, necnon maximum erga te, & erga mundum divinæ bonitatis, liberalitatis, & amoris argumẽtum. Erga te, inquam, ſiquidem tu ſolus fers quinque vulnera Salvatoris, ab ipſomet Domino Ieſu, corpori tuo, per ſe ipſum, opificio inclito, portento mirifico, ſingulari prodigio, ſtupẽdo miraculo, & magnali oſtento impreſſa, raro etiã, ac rariſsimo ſpectaculo præſtantia, ſiquidem realia, patula, penetrantia carnem, fluentia ſanguine, iugiterque manantia, & nunquam corrupta, vel fœtida, ſed ſemper integra, & ſuave olentia: fixis clavis quatuor intus, in manibus, & pedibus portentoſis vtique carneis, non mollibus, ſed inſtar ferri duris, retortis incuſpidibus, & reduncis, à carne diviſis, mollibus, & ibidem immobiliter fixis: in dextro quoque latere inſenta patentius, nõ inflicta humanitus, neque facta Plaga, inſtar vulnerati lateris Salvatoris; vulnuſq; hoc lateris rubrum, quod ad orbicularitatẽ quandam carnis cõtractione cum eſſet redactum, roſa pulcherrima videbatur. Vulneravit te Sponſus animæ tuæ, ille vtique magnificentius, fœliciuſque quam Moyſes Sephoræ, *tibi*, a *Sponſus ſanguinũ fuit*, poſuitque *ſignaculum* b *ſuper cor*, brachia, & pedes tuos. Illud ſignaculum, de quo Sponſa: poſuit ſuper me vexillum charitas, & *charitate vulnerata ſum*; *Deus enim* c *charitas eſt*: qui manus ſuas ſuper manus tuas, pedes ſuos ſuper pedes tuos ponens, & pectus ſuũ pectori tuo adhærens; vulneravit cor tuũ, manus, & pedes, ſtigmataq; ſua ſacra quinque in te inſculpſit: vnde verè vul-

a Exod. 4.
b Cantic. 8.
c Epiſt. 1. Ioan. 4.

Digitized by Google

vulneratus *charitate* (quæ *Chriſtus* eſt) remanſiſti. O vnica rerum excellentiſsimarum excellentia, & maximum erga te divini amoris, & liberalitatis argumentum! ferre te, habere te, portare te, in corpore tuo, ita vt inſpici, tangique poſsint, ſigna illa, quibus pretium conferre nullum poteſt, in quibus iuncta Divinitati humanitas, dum per ea mortem accepit, ſalutem vitamq; terrarum Orbi peperit. Maximum etiam argumentum erga mundum divini amoris, & liberalitatis, ſtupendū eiuſmodi miraculum: *Quia enim* d *videbatur extincta memoria paſsionis Chriſti in mentibus hominum, præ tepiditate eorum voluit Dominus excitari, & in caleſcere hanc recordationem per impreſsionem manifeſtam cicatricum in tuo ſacro corpore.* Ad hominum corda Ieſu Crucifixi amore inflammanda, pictores, ligneos crucifixos pingere ſolent, quos qui abſq; cordis teneritudine, vel aliqua animi motione aſpexerint, ſatis duri cordis eſſe, facilimè probantur. Quòd ſi lignei Crucifixi, hominum (etiam ſi peccatorum) manibus fabrefacti, hoc efficere poſſe, palam conſtat: quantò meliùs efficaciùſque tuum ſacratum corpus (ò Pater Beatiſsimè) imago viva Ieſu Crucifixi, ipſiuſque ſacro contactu ſanctificata, necnon divinis ipſiuſmet Salvatoris manibus elaborata, ad cordis teneritudinem, animi motionem, ipſiuſque Domini Ieſu mortis compaſsionem, amorem, & imitationem, duriſsimum quemque, & frigidiſsimum poſſet adducere? Talem (heu) me, confiteor, & profiteor. Hanc ergo meam duritiem, & frigiditatem pertęſus, tuum ſacrum corpus, quinque ſignis redemptionis noſtræ mirabiliter decoratum, vt mi, continuò ſit, tanquam ſpeculum propoſitum, ſupplex imploro, & expoſco. Pergratum enim erit mihi, tuo adiutorio, & tuo ſubſidio, vivam hanc imaginem Redemptoris, & effigiem, ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere, vt vivificæ mortis Salvatoris, tum veram compaſsionem, & perfectam imitationem ſuper *e aurum, & lapidem pretioſum multum deſiderabilem*: tum etiam intimum ipſius Domini Ieſu Cruxifixi amorem *Dulciorem ſuper mel, & favum*, merear ego miſerrimus, & peccatorum maximus homo, adipiſci, & obtinere. Igitur vt Redemptionis noſtræ, beneficij tanti, & eius repreſentationis, in carne ſancta tua manifeſtè apparentis, præclari miraculi, & tanti portenti, iugis in me maneat memoria. Quinquies quinque (ò Pater Sanctiſsime) ſuper noſtram Evangelicam Regu-

d *S. Antonin. 3. p. hiſtor. tit. 24. cap. 1. §. 3.*

e. *Pſal. 18.*

¶ 3 lam

lam cõtroverſias, & in harum qualibet, Sectiones quinque, tibi dico, & conſecro, tuorum quinque ſacrorum ſtigmatum venerationis ergo. Eſt profectò hoc à me ſuſceptum argumentum, non modò difficile, verùm & magnũ, atque meas vires prorſus excedens. Meam ad hoc ignorantiã, & inſcitiam plane cognoſ-
f 1. Corinth. 1. co. Verum enim verò non me latet, quòd *ſtulta* f *mundi, & cõtemptibilia eligit Deus, & ea, quæ non ſunt*, vt, *is*, cum ſe ſtultum cognoverit, & cõtemptibilem conſideraverit, *non glorietur* in bonis (ſi quæ ſunt) quibus, ex ſe, caret, & ex Deo habet, ſed omnis boni Authori, & Datori ſit, *ſoli omnis honor, & gloria*. Habes igitur à me (ò Beatiſsime Pater, & Domine mi) laborum meorum Primitias viginti quinque ſcilicet has Controverſias, quæ ſi ad intentionem tuam, & mentem, quam in Regula condenda, & novis obſervanda dediſti, prope acceſſerint, beneficium tuum eſt id; te enim fretus, ac fultus eas ſcripſi: ſin autem, ignorantia, nõ malitia mea ſcriptæ ſunt; huius, & omnium aliorum defectuum veniam efflagito. Verùm tu Sanctiſsime Pater (ac Domine mi) qui ſupra cœleſtes orbes evectus, iam ad
h. Pſal. 41. *Deum fontẽ vivum, quem tantopere* h *ſitieras*, lætus migraſti, quique illum nunc *facie* i *ad faciem* contemplaris bonorũ om-
i 1. Corint. 13. nium Authorẽ, tuis precibus, & meritis mihi opitulare, vt viam paupertatis, & humilitatis tutiſsimã, certiſsimamque ad ſalutẽ, ingreſſus, & profeſſus, tramite recto, & puriſsima huius meę profeſsionis, & Regulæ obſervantia, fæliciter, & alacriter vſque in finem deambulem. Huius rei gratia tibi (ò Sanctiſsimè Pater, ac Domine mi) genua cordis mei ſubmitto. Ergo Pater Beatiſſime Franciſce, *propera*, ad filium Franciſcum degenerem, *qui
l Eccleſ. in Antipho. premitur* l *ſub onere palea, luto, & latere, accelera* Pater, ac Minorum *Dux*, m *& hoſtis callidi colliſor*, ad filium, & minimum militem imbecillem, & inermẽ; cui importuna eſt *colluctatio* n
m Eccleſ. in Hymn. *adverſus principes, & poteſtates tenebrarum harum*. Veni Pater, ac *Paſtor puſilli gregis* ad filium, qui *ſicut ovis*, o *quæ perit,
n Ad Ephes. 12. erravit*: tamen me ovem errantem, ac *ſervum tuum quære*; quia *mandata tua non ſum oblitus. Veniant itaque mihi, mi Pa-
o Pſal. 118. ter, miſerationes tuæ, & vivam: quia lex tua meditatio mea fuit, & eſt*, vt tuo patrocinio, tuo adiutorio, & tuo ductu, propere, celeriter, ac fauſtè merear ad celeſtem beatitudinem pervenire Amen. Fiat, fiat.

Ad

Ad Lectorem.

CVM Obedientiæ ſanctę mandatis obſtrictus (prudens Lector) educandi, inſtituẽdiq; Novitios huius almi Conventus S. Mariæ à Ieſu (vulgò S. Didaci) Cõplutenſis onus ſuſciperẽ: & ex plurim s obligationibus eiuſmodi miniſterio inhęrentibus, vnã eſſe (nec minorem) eos, Regulã (cuius puſillã intelligentiã habebã) explanare, cognoviſſem: cœpi ſedula vigilantiq; animi attentione, eam legere, nec ſemel quin ſæpius eiuſmodi lectionẽ iterare. Adij prætereà Expoſitores nõ paucos, amplius viginti ſex: quorũ ſcripta frequẽter evolui, & inſpexi. In nõnullis tamen ſcrupuloſa quędam offendi, in quibus offendi. Addentes namquè, hi, præcepta præceptis, nõ declarare, ſed obſcurare Regulã cõperi, vt liquet in præceptis, *De veſtimentis vilibus. De pecunia, in Controv. de Syndicis, &c.* Alij cõtra Privilegia Põtificũ Regulę relaxativa in mediũ afferentes: aufferre de medio mãdata, & cõgregãdo diſpergere, cognovi. Deniq; alios diminuentes præcepta deprehendi, crudeliter mites: inittentes ſub prætextu pietatis, impias gloſſas in Regulã: illius verũ, & purũ ſenſum literalẽ, obliterãtes, qui dum nollunt exponendo, præceptorũ obligationes attingere, deponẽdo, purã, & neceſſariã Regulæ obſervantiã extinguunt. Priores nõ ſequor; *ponunt, enim, lucem tenebras, & dulce in amarũ* Iſaiæ 5. (vide infra Cõtrov. 2. ſect. 4.) *dicuntquè bonũ malũ.* A poſterioribus omninò declino; *quia ponunt tenebras lucẽ amarũ in dulce; dicuntquè malũ bonũ.* At, (vt verbis D. Bernard. lib. de Præcepto, & diſpẽſat. poſt med. vtar) *Fallitur, tam qui bonũ, quã qui malũ bonũ putaverit, &c.* Et infra; *Ego verò vt interior oculus verè ſimplex ſit (Matth. 6.) duo illi arbitror eſſe neceſſaria, charitatẽ in intẽtione, & in electione veritatẽ. Nam ſi bonũ quidẽ diligat, ſed verũ non eligat, habet quidẽ zelũ Dei, ſed non ſecundũ ſcientiã: & neſcio quemadmodum iudicio veritatis, vera eſſe poſsit cum falſitate ſimplicitas, &c.* Et paucis interiectis, *cæterũ ſicut oculũ ſimplicem duo iſta faciunt bona, amor boni, & cognitio veri: ſic nequã oculũ, vno è regione mala conſtituunt, cœcitas, qua fit vt veritatẽ non agnoſcat; & perverſitas, qua fit, vt diligat iniquitatẽ, &c.* Hęc Sanctus. En Lector ſuſcepti laboris, duplex cauſa.

Accedit & tertia, in manus enim pervenere Patrũ, Diſcalciatorũ Chronica, & Capuccinorũ Annales, quę luſtravi & oculis perlegi. In quibus, & in nõnullis Expoſitoribus, aliqua occurre-

runt in cōmunem, & approbatū modum vivendi Sacræ Familię Obſervantiæ, (meæ amantiſsimę Matris) & Generalis Ordinis Cōſtitutiones, cōſcripta; (vt patet in Cōtrov. *de Paupert. quoad vſum*, & alibi) quę proſcripta meritò deberent eſſe. Cum inobſervantiæ Regulæ, Obſervantiæ Familiā, & diſpēſationis, Statuta, arguant. Quæ aliquandiù (quòd vera exiſtimabā) amorem, & fidē, erga eiuſmodi modū vivendi, Obſervantiū, & Ordinis ſtatuta, extenuarūt, refrixerūtque, vſq; adeo, (pudet, reminiſci) quòd mœſtas, aliquoties, promēdo voces, gemebundus dicerē: *Pertædet modi vivēdi, ac inſtituti horū; Regularis Obſervātiæ fratrū. Verū huiuſmodi eſt veritatis natura*, (ait S. Chriſoſt. tom. 3. Hom. 57. circ. princ. in c. 9. Ioan.) *vnde magis oppugnatur, inde magis cōfirmatur: & quo magis obtegitur, eo clarior evadit*. Et S. Tho. Opuſc. 73. in Procem. *Siquis* (inquit) *veritatem cōcupiſcit vero corde, & eā quaſi erit in ſimplicitate cordis, ipſa, ſe ipſam manifeſtabit*. Vtriuſq; S. Doctor. ſentētia, experientia intellexi: & certò certiùs cognovi, ò ſacra obſervantium Familia (amantiſsima Mater) quòd, qui in tuū inſtitutū, & ſtatuta ſcripſerunt: *Narraverunt fabulationes*, (vel humana inadvertētia ducti, vel ignorātia cœci, vel calliditate vigiles) *ſed nō vt lex tua*: ſed nō, vt tuus cōmunis approbatus modus vivēdi. Lex enim tua, recta via eſt, & Regula morū. Et cōmunis modus vivendi, Regulæ, ſanè, & inſtitutoris menti congruētiſsimus. Veritatem hanc manifeſtandi gratia, motus tertio (& præcipuè) ſum, ad hoc opus ſcribendum.

At fortè, quidam hoc opus reprehendent, quòd longius quā æquum ſit evaſerit. Quibus ipſe liber cum Martiali reſpondet. a

> *Si nimius videor, ſeraque coronide longus*
> *eſſe liber; legito pauca, libellus ero.*

Et ego cū S. b Aug. *longior evaſit liber hic quā volebā, quāque putaverā. Sed legēti, vel audiēti, cui gratus eſt, lōgus nō eſt: cui autē lōgus eſt, per partes eū legat, qui habere vult cognitū. Quē verò eius cognitionis piget, de lōgitudine nō quæratur*. Hæc S. Et cū S. Pet. Damian. c *Siquis igitur me velit prolixitatis arguere, &c*. Et mox, *nec ignoret; quia illic eſt ſuccincta prolixitas, vbi ſic ſtyli currentis ſcriptor extendit articulum, vt tamen totum pleni pectoris non explicet votum*. Hæc S.

Alij autem reprehendent, quòd ſuperfluum ſit. Quibus Reſpondeo primò: Quod non omnia à prioribus, modis omnibus tradi, vel determinari potuerunt. Et quēadmodū non omnibus ægris, æqualiter complacet in Medicis, ſicut nec ineſt omnibus æqualis gratia curationū, Ita apud Medicos ſpirituales propor-

a *Lib. 1. Epigr. 1.*

b *S. Aug. lib. 4. de Doctrin. Chriſtia. fin.*

c *Pet. Damia. Epiſtol. ad Hildebrandum Papā (qui & Greg. 7.) ſine.*

tionabiliter reperiri eſt: vt aliquorũ etiã novellorũ doctrina, pleriſquè placidior, ſecurior, & pro circunſtãtiarũ qualitate aptior inveniatur. Secundò Reſpond. Cum Venerabil. Beda, *Cui diſplicet, vel ſuperfluum videtur quod hæc collegi, dimittat ea legenda, &c.* Hæc Beda. Veriſsimũ namq; nõ poteſt nõ eſſe, quòd habetur Daniel. 12. *Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia,* Tranſlat. ex 70. *Donec doceantur multi, & multiplicetur ſcientia.* Sic Biblia Complutenſ. & Regia.

Bed. tom. 2. lib. de Temporũ ratio. in Præfat.

Et ſi pertinaciter quis objiciat, quòd ſaltẽ, poſtquã SS. PP. (vti Bonav. Ioan Pec. Bernardin. &c.) Regulã doctiſsimè expoſuerũt, præſũptuoſè hoc opus aſsũpſi? Reſp. (cũ S. Bern.) *Regulã expoſui, ſicut potui; nec ignoro ꝙ nõ omnibus placebit: ſed ſcio me ob hac rẽ multorũ fore indignationi obnoxiũ, & aut iudicabor ſuperfluus, aut præſũptor: ꝙ videlicet, poſt PP. qui* (hũc locũ dicit S. Bern.) hãc Regulã *pleniſsimè expoſuerũt, rurſus in* (eodẽ) eadẽ *novus expoſitor auſus fuerim mittere manũ, Sed ſi quid dictũ eſt poſt PP. quod nõ ſit cõtra PP. nec Patribus arbitror, nec cuiquam diſplicere debere,* &c. & mox. *Noverint tamen qui me tanquam de otioſa, & non neceſſaria explanatione ſugillant, non tam intendiſſe exponere* (*Evangelium* dicit S. Bern.) Regulam, *quam ex* Regula, *ſumere occaſionem loquendi, quòd loqui delectabat.* Hæc Sanctus.

D. Bern. ſuper Miſſus eſt fine.

Alij demũ reprehendent multos in hoc opere defectus: iure quidẽ optimo, idcirco in eorũ ſentẽtia libẽter maneo. Homo ſum, humani à me nihil alienũ puto; Nec mirabor quod aliquid lectori in hoc opere diſpliceat. Nam & mihi hodie diſplicet, quod placebat heri. *incautius aliquid* (verba ſunt S. Amb.) *plerũq; promitur, aliquid accipitur malevolẽtius, aliquid exit ambiguũ,* &c. Scripſi, ponderaui, examinaui, perpẽdi: nec tamẽ plenè me errores caviſſe cẽſeo. Piũ tamẽ obſecro lectorẽ, nõ id malitiæ, ſed humanæ inadvertẽtiæ, & meæ ruſticitati dignetur adſcribere. *Magiſq; optabo* (verba ſunt S Aug.) *à quolibet reprehẽdi, quã ſiue ab errãte, ſiue ab* adulãte laudari. Etenim *aut inimicus reprehẽſurus eſt, aut amicus. Si ergo inimicus inſultat ferẽdus eſt. Amicus autẽ ſi errat docẽdus, ſi docet audiẽdus. Laudator vero, & errãs cõfirmat errorẽ, & adulãs illicit in errorẽ. Emẽdabit ergo me iuſtus in miſericordia, & arguet me, oleũ autem peccatoris nõ impinguabit caput meũ.* Hæc S. Erraſſe itaq; facile mihi fuit, rudi homini & imperito: errati veniã facilius integrũ erit, ab ijs adipiſci, qui cognitum habent, quam operoſum ſit ſcribere; & quam laborioſum, omnes negligentias euitare. Vale, & ora pro me.

S. Ambr. lib. 8. Epiſtolar. Epiſt. 63.

S. Aug. lib. 2. de Trin. in Proœm.

Digitized by Google

FACVLTAS
REVERENDISSIMI TOTIVS SERAPHICÆ Familiæ Miniſtri Generalis.

FRater Ioannes Merinero totius Seraphicæ Religionis Miniſter Generalis, & ſervus, &c. Dilecto nobis in Chriſto Patri Fratri Franciſco Luengo Prædicatori, ac noſtri Conventus Matris Dei de la Salceda Guardiano ſalutem, &c. Cùm in noſtram Regulam elucubratam ediderìs expoſitionem, quam vt typis mandes, noſtram petieris facultatem: & nos illam examinādam comiſerimus aliquibus noſtræ Religionis Patribus doctrinæ, ac cenſuræ minimè contemnendæ: eorumdemque teſtimonia iam inſpexerimus. Tenore præſentium tibi petitam noſtram elargimur facultatem: imò cum merito ſanctæ Obedientiæ tibi iubemus, vt prædictam Regulæ noſtræ expoſitionem prælo mandandam cures, ſervatis prius, quæ à ſacroſancto Tridentino Concilio, Règijſque pracmaticis circa librorum impreſsionem iubentur obſervari. Datis in hoc noſtro Conventu S. Franciſci Matriti, die 15. menſis Octobris, anni milleſimi ſexcentiſimi quadrageſimi.

Fr. Ioannes Merinero
Meniſter Generalis.

De mandato Reverendiſsimi

Fr. Gaſpar de la Fuente
Secretarius Ordinis.

APPRO-

APPROBATIO

REVERENDI ADMODVM PATRIS Fr. Gaſparis de la Fuente, Lectoris iubilati, ſanctæ Inquiſitionis Qualificatoris, Guardiani Conventus ſancti Didaci Complutenſis, necnon & totius Ordinis Fratrum Minorum Secretarij Generalis.

DE mandato Reverendiſsimi P. N. Fr. Ioannis Merinero totius Seraphicæ noſtræ Religionis Miniſtri Generalis, in noſtram Minorũ Regulã expoſitionem á Patre Fr. Franciſco Luengo Prædicatore, & Cõventus Matris Dei de la Salceda Guardiano ſedulò elaboratam perlegi. In qua nihil deprehendi, aut Eccleſiæ, ſummorumvè Pontificum, præſertim Nicolai Tertij, & Clementis Quinti ipſammet Regulam declarantiũ diſſonum; aut communi, & probato eiuſdem Religionis vſui contrarium, probiſve moribus aberrans. Quinimmò Author indefeſſo ſtudio nihil ex cerebro, ſed omnia Pontificum deciſionibus (quibus potius, quàm nudis alicuius Regulæ, aut inſtituti verbis eſt fidendum) Seraphici Doctoris D. Bonaventuræ, veterumque noſtræ Religionis Patrum, ſententioſa gravitate confirmat. Et quamvis nõ ſemel antiquitatẽ devolvat; nihil tamen profert antiquatum. Statum noſtræ Obſervantiæ, quem garruli nõnulli fruſtra conſpurcare nituntur, illibatũ perſiſtere ſolidè demonſtrat, vindicatque nõ garrulitate, ſed veneranda Maiorum authoritate, & modeſtia, & fœlicitate. Opus deniq; dignum, vt ab omnibus, noſtratibus præſertim, perpetua ſedulitate volvatur. In hoc Conventu Sancti Patris noſtri Franciſci Matriti, die octava menſis Octobris, anni milleſimi ſexcenteſimi quadrageſimi.

Fr. Gaſpar de la Fuente.

APPRO-

Digitized by Google

APPROBATIO REVERENDI ADMODVM, AC Doctiſsimi P. Fr. Franciſci Felix in almo Sanctæ Mariæ à Ieſu (vel S. Didaci) Cœnobio Compluтenſi, Sacræ Theologiæ Lectoris emeriti, & in maiori Collegio SS. Apoſtolorũ Petri, & Pauli Complutenſis Vniverſitatis, Guardiani.

REverendiſsimi Patris noſtri Fr. Ioannis Merinero totius Seraphicæ Religionis meritiſsimi Generalis iuſſu, expoſitionem Regulæ Fratrũ Minorum, a Reverendo P. Fr. Fráciſco Luégo Prædicatore, & in Cõventu Dominæ noſtræ de la Salceda Guardiano: ſummo ſtudio eleboratam, SS. Pontificum Nicolai 3. & Clementis 5. conformem, ac quatuor Magiſtrorum, aliorumque ſelectiorum Expoſitorum, doctrinæ reſpondentem; bonæ Theologiæ, & vtrique iuri cedentem, ſedulò luſtravi. Inveni, hunc Authorem æterna decorandum laude, nam quaſi alter Angelus Apocal. 21. duodecim portas cœleſtis Ieruſalem, per totidem Capita enucleata, ita patefactas oſtendit, vt Patriarchæ Seraphici Franciſci Alumni per eas ingredientes, claritate Dei, & illius civitatis lumine, ſimili lapidi præcioſo jaſpidis, ſine obſtaculo frueantur; quare me conſulto, iudico, vt labatur in lucem opus abſque labe; approbandum librum, iuſtitia definit, laudandum gratitudo poſtulat, typis mandandum, mandat noſtræ Religionis vtilitas publica. In hoc inſigni SS. Apoſtolorũ Petri, & Pauli Maiori Colegio, die 25. Aprilis, anno 1640.

Fr. Franciſcus Felix.

ATTRO-

APPROBATIO,

SAPIENTISSIMI P. M. Fr. IOANNIS A S. Thoma Doctoris Complutenſis generalis, ac ſupremæ Inquiſitionis Qualificatoris, Primariæ Cathedræ Angelici Doctoris, digniſsimi moderatoris in alma Vniverſitate Complutenſi, & in Collegio Sancti Thomæ Regentis.

LIbrum hunc Expoſitionis, & Controverſiarum in Regulam ſanctiſsimi ac Seraphici P. N. Franciſci, à Reverendo admodum P. Fr. Franciſco Luengo à S. Bernardino cõpoſitum, ex comiſsione D. Doctoris Ioannis à Narbona, pro Sereniſsimo Infante Cardinali in hac Toletana Sede Vicarij generalis, accurate perlegi, & audeo. Nihil in illo veritati fidei diſſonum, nihil à morum puritate degenerans, nihil religionis ſanctitatem exaſperans, oſtendi. Quin potius infatigabili ſtudio, eruditione incomparabili, & attentiſsimo iudicio Difficultates, & Controverſias omnes ſuper Regulam perluſtrans, mirum eſt, quantum ſinceritati, & obſervantiæ Religionis, ac Regulæ ipſius puritati, & veritati ſemper, & vbique auctor inſiſtat. Et quod mirandum eſt, nec diſputationum ſtylus elegantiam, nec denſitas ſententiarum candorem, nec difficultatem aſperitas venuſtatem abſtulere. Equidem inter Regulæ expoſitores paucos cum illo comparandos cenſeo: ipſum verò inter multos tutiſsimam ſacrę obſervantię normam eligere, ac demonſtrare. In Collegio S. Thomæ Aquinatis Compluti 21. Martij 1641.

Fr. Ioannes à S. Thoma.

CENSVRA,

P. M. Fr. DIDACI, A VICTORIA

Ordinis S. P. N. Auguſtini.

CONtroverſias viginti quinque, ſuper Regulã Fratrũm Minorum ſancti Seraphici P. N. Franciſci, ſubtiliter, eruditè, ac devotiſsimè excitatas, doctiſsimè, atque vtiliſsimè reſolutas à Reverendo admodum Patre F. Franciſco Luengo de Sancto Bernardino, Almæ Provintiæ Caſtellæ, Regularis Obſervantiæ Prædicatore, & Religioſiſsimi Cœnobij Dominę noſtræ de la Salceda Guardiano; ſupremi Senatus Iuſſu legi, quarum ſic cum Lactantio Firmiano ex animi ſententia tabellam dimitto. *Magnum hoc opus, & homine dignum, Religionum animos, nodis exolvere pergit*; ecce dignitas operis, & vtilitas: illam ab Authore doctiſsimo, cui Santiſsimi legislatoris mens ad haſce Controverſias creditur credita: hanc ab effectu, & fine, perfectiſsimæ, & Apoſtolicæ Regulæ, ob idq; implicatiſsimæ nodos ſumma cum dexteritate ſolvente: Quare Authorẽ liquet hoc opere profuiſſe multum, ſibi, ſuis, ac cæteris, non modo Seraphicæ Regulæ, ſed & cuilibet regulari inſtituto nomen dantibus, necnon vtramque Theologiam ſcholaſticam, & moralem profitentibus. Vnde librum iſtum, maximum ſtatum Religioſi beneficiũ, eiuſque Autorem, ſuæ atque omnium Religionum benefactorem eximium ſuſpicere, & gratitudo exigit, & iuſtitia. *Siquis ſua cauſa nobis profuit* (quærit Seneca) *ei ne debetur aliquid*? Et reſpondet Philoſophus, *multum intereſt, vtrùm aliquis beneficium nobis det, ſua cauſa, an, noſtra? an ſua, & noſtra?* concluditque conferentem beneficium, ſua cauſa ſimul, & noſtra, proprijſsime appellari, eſſeque beneficum; cuius dogmatis hanc reddit rationem, *vtilitatem rei partiris mecum, & me in beneficium recipis duobus profuturum*. Iſtius igitur libri beneficium, tribuenti vtiliſsimum, pluribus, imò infinitis profuturum, meritò iudicatur prælo dignum. Sic cenſeo in Conventu Sancti Philippi Matritẽſis, die vigeſima ſecunda Septembris, anni Domini milleſimi ſexcenteſimi quadrageſimi primi.

Lib. 1. capit. 16.

Lib. 6. de Beneficijs cap. 12.

Fr. Didacus à Victoria.

APPRO-

Digitized by Google

APPROBATIO,

SAPIENTISSIMI PATRIS FR. *Didaci Turegano Benauides Doctoris Complutenſis, necnon, & Angelici Præceptoris, Veſpertinæ Cathedræ moderatoris digniſsimi.*

PRÆLVM more impatiens, præ auiditate ſolicita (ac inuida auaritia) voluptatis ſpiritualis vberẽ aggerem è manibus ſubito præripuit: quam vix amica neceſsitudo P. P. Lectorum (meritis mihi venerabilium) ad ſpirituales potius delicias, panegyricas laudes, quam ſeueras cenſuras conciliaverat. Quid ſi iam voce quærula ampliſsimam ſegetem, ad deliciandum, arreptam inclamem? Cum omnia, quæ gratis, & iucundis greſsibus peruaſi (in his controverſijs R. P. Fr. Franciſci Luengo) tum doctrinæ ſelectiſsimæ, ſolidiſsimæ, & ſubtiliſsimæ (nõ immemoris venuſtæ modeſtiæ, & humilitatis) tum ſpiritus Seraphici ab illo Angelo (ab ortu Solis aſcendente, ſigillato ſignaculis paſsionis Dei viui) deffluxi, & latentis in Regula Euangelica, rediviuæ expræſsionis figuram, ſuauiſsimos odoriferos vapores (vt ab vniuerſi pulueris pigmentario) vndique ſpirent, & exhalent. Prælum igitur (citius quam fieri poſsit) officio ſuo fungatur, vt reſtituta expleant inchoatam ſuauitatem relictam, & publicæ vtilitati incommunem auram euulgentur. Spero firmiſsime, inde chriſtianos mores inſtruendos, & ſpiritualem diſciplinam regularem, proprijs, & foraneis apprimè ad augendam, & ſpirituales calores inflammandos ad Chriſtũ. Tantũ abeſt, vt cõtineãt quid hę Cõtroverſię Põtificũ decretis, Sanctorũ P P. doctrinæ, aut probis moribus aduerſum, expunctione dignũ Salvo, &c. in Carmelo Complutenſi pridie nonas Aprilis 1641.

Fr. Didacus de Turegano Benavides.

APPRO-

APPROBATIO

REVERENDI ADMODVM PATRIS Fr. Chryſoſtomi Cabero Doctoris Complutenſis, atque eiuſdem Vniverſitatis Cathedræ Philoſophiæ moralis, aut potius Theologiæ moderatoris emeriti.

SEraphici, ac Chriſtiferi Franciſci Beatiſsimi, Angelis ipſi, admirandam Regulam, ſola divina providentia providam, cœlituſque conditam, per eruditum admodum Patrem Fr. Franciſcum Luengo à Santo Bernardino, ingenio minimè vulgari expoſitam, ex pluribus Controverſijs ſubtiliter illuſtratam attente legi, lectitavi ſedulè. Si expoſitionem contemplor, & quæ iubet Regula, & quæ Parens hortatur Seraphicus, hunc tanti Parentis venerandum alumnum aſsidue olfacio, actitare. Si ad Controverſias aureis characteribus merito exarandas lumina converto, virum omni eruditionis genere abſolutum, acri à natura armatum ingenio, arte, ac labore perpolitum, & in ſacrarum literarum ſtudijs maximè verſatum, ingenti admiratione raptus conſpicio, & infimo loco inter tot huius ſacræ Regulæ Expoſitores Seraphicos, minime collocandum cenſeo. Opere iſto Seraphicam familiam novo inflamabit ardore, adeòque cordatè, omnia huius cœleſtis Regulæ ſtatuta pertractat, vt & remiſsis calcaria admoveat, & nimis timoratas conſcientias tantilum laxet. Legant, legant, hunc librum, maioribus encomijs celebrandum, omnes monaſticæ diſciplinæ ſectatores, & in via virtutis ingenteis proculdubio experientur progreſſus. In Collegio Complutenſi Diui Bernardi, die 7. Aprilis anno 1641.

Fr. Chryſoſtomus Cabero.

REGV-

REGVLA BEATISSIMI P. N. FRANCISCI A PLVRIMIS SVMMIS PONTIFICIBVS APPROBATA.

APPROBATIONIS REGVLAE TESTImonium, & confirmationis initium.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis Filijs Fratri Franciſco, & alijs Fratribus de Ordine Fratrum Minorum, Salutē, & Apoſtolicā benedictionē.

Solet annuere Sedes Apoſtolica pijs votis, & honeſtis petentiũ deſiderijs favorem benevolum impartiri. Eapropter dilecti in Domino Filij veſtris pijs precibus inclinati, Ordinis veſtri Regulam, à bonæ memoriæ Innocentio Papa prædeceſſore noſtro approbatam, annotatã præſentibus, authoritate vobis Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. Quæ talis eſt,

In nomine Domini incipit Regula, & vita Fratrum Minorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPVT PRIMVM.

** Univerſale præceptũ eminens.*

Regula, & vita *a* Fratrũ Minorũ *b* hæc eſt, ſcilicet, Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Evangelium * obſervare, vivẽdo *c* in obedientia, * ſine *d* proprio, * & in *e* * caſtitate.

** Eminẽs præceptũ generale.*
** Eminẽs generale.*
** Eminẽs generale.*

Beatiſsimus P. Franciſcus fundavit hanc Regulam in S. Evangelio, & inde eam omnino extraxit, partem ad literam, & de verbo ad verbum, (vt clariùs patet in prima Regula) partim ſen-

A tentia,

Digitized by Google

tentialiter,vt infra dicam Controverſia 1. ſect. 1. & 5. Et patebit amplius inſpicienti Regulæ ſingulas partes, necnon & ſingula S. Evangelij loca,vnde ſunt depromtæ, quæ iam ſubijcio.

a Verbum Fratrum elicitur ex illo Matth. 25. n.40. Quamdiu feciſtis vni ex his Fratribus meis,&c. Et Matth. 28. n. 10. Ite nuntiate Fratribus meis. Et Ioan. 20. n. 17. Vade ad Fratres meos. & ibidem 21. n. 23. Exijt ſermo inter Fratres,&c.

b Nomen Minorum elicitur ex illo Matth. 25. n. 45. Quamdiu non feciſtis vni de Minoribus his, &c. Et ibidem cap. 11. n. 11. Qui Minor eſt in regno cœlorum,&c. Luc. 9. n. 48. Qui Minor eſt inter vos omnes, &c.

c Illud vivendo in obediētia ſumitur ex Matth. 16. n. 24. Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſū,&c. & Luc. 9. n. 23

d Illud ſine proprio ſumitur ab illo Matth. 19. n. 21. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes. Et ibidem 27. Ecce nos reliquimus omnia,&c. & Mar. 10. n. 21. & Luc. 18.

e Ilud in caſtitate ſumitur ex illo Matth. 19. n. 12. Sunt Eunuchi qui ſe caſtraverunt propter regnum cœlorum, & Luc. 14. n. 26. Et non odit patrem,&c.

f Frater Franciſcus promittit * obedientiam, & reverentiam Domino Papæ Honorio, & *g* ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſiæ *h* Romanæ. Et alij Fratres * teneantur Fratri Franciſco, & eius Succeſſoribus obedire.

** Generalia præcepta eminentia numero tria*

** Habent vim præcepti.*

f Pro ſe, & pro toto Ordine promittit obedientiam ſpecialiter Papæ præſenti, & ſucceſſoribus futuris: Et Eccleſiæ, ideſt, Sede vacante, Cardinalibus tenentibus locum Sedis Apoſtolicæ, & ſumitur ex illo Matth. 16. c. 18. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram,&c. & Ioan. 21. n. 17. Paſce oves meas.

g Et ſucceſſoribus canonicè intrantibus ſumitur ex illo Ioan. 10. n. 1. Qui aſcendit aliunde fur eſt,&c.

h Illud Eccleſiæ Romanæ ſumitur ex Luc. 22. n. 32. Rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua.

DE HIS QVI VOLVNT VITAM ISTAM accipere, & qualiter recipi debeant.
CAPVT SECVNDVM.

Si qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad Fratres noſtros; *a* * mittant eos ad ſuos Miniſtros

niſtros Provinciales: quibus ſolūmodò,& nō alijs, recipiēdi Fratres licētia côcedatur* Miniſtri *b* verò diligēter *c* examinēt eos de fide catholica, & Eccleſiaſticis ſacramētis. Et ſi hæc omnia credāt, *d* & velint ea fideliter *e* cōfiteri, & vſque in finē *f* firmiter obſeruare: & vxores *g* nō habēt, vel ſi habent, & iā Monaſteriū intrauerint vxores vel licētiā eis dederint authoritate Diœceſani Epiſcopi, voto continentiæ iam emiſſo, & illius ſint ætatis vxores, quòd non poſsit de eis *h* oriri ſuſpicio*. Dicant illis verbum S. Evangelij. Quod vadant, *i* & vendant omnia ſua, & ea ſtudeant pauperibus erogare. Quòd ſi facere nō potuerint, ſufficit eis *l* bona voluntas. Et caveant Fratres, & eorum Miniſtri,* ne *m* ſoliciti ſint de rebus ſuis temporalibus, vt liberè faciant de rebus ſuis quicquid Dominus inſpiraverit eis. Si tamen conſilium requiratur, licentiam habeant Miniſtri mittendi eos ad aliquos Deū timentes, quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Poſtea *côcedant eis pannos *n* probationis, videlicet, duas tunicas ſine caputio, & cingulum, & braccas, & caparonem vſque ad cingulum, niſi eiſdem Miniſtris aliud ſecundùm Deum aliquando videatur. Finito verò anno *o* probationis,* recipiantur ad obedientiam, promittētes vitam iſtam ſemper, & Regulam obſervare. Et nullomodo * licebit eis de iſta Religione exire iuxta mandatum Domini Papæ: quia ſecundùm ſanctum Evangelium: *p* Nemo mittens manum ad aratrū, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Et illi, qui iam promiſerūt obedientiam, habeāt * vnā tunicam *q* cum caputio, & aliam ſine caputio, qui voluerint habere. Et qui neceſsitate * coguntur, poſſint portare *r* calceamēta. Et Fratres omnes *ſ* veſtimentis vilibus * induātur, & poſsint † ea repeciare de ſaccis, & alijs pecijs cum benedictione Dei. Quos † moneo, & exortor, ne deſpiciant,

** Recipiētiū conditio 1. æquipollens præcepto.*

** Recipiētiū conditio 2. Æquipollens præcepto.*

** Recipiētiū conditio 3. Æquipollēs præcepto.*

** Æquipollens præcepto.*

** Recipiētium cōditio 4. Æquipollēs præcepto.*

** Recipiētiū 5. conditio Æquipollēs præcepto.*

** Præceptū inhibitorium.*

** Æquipollens.*

** Æquipollens.*

** Æquipollens.*

† Regulæ libertas prima.

† Monitio ad malum vitādum 2.

Digitized by Google

ciant, neque *t* iudicent homines, quos viderint molibus veſtimentis, & coloratis indutos, vti cibis, & potibus delicatis; ſed magis *v* vnuſquiſque iudicet, & deſpiciat ſemetipſum.

a Exẽplo Chriſti Dñi. mittẽtis leproſos mũdandos ad Sacerdotes ab eis examinãdos, &c. Levit 14. Matt 8. Mar. *1*. Luc. 5.

b Nomen miniſtri ſumitur ex Matth. 20. n. 26. Maior inter vos, erit Miniſter, &c. & Marci. 10. n. 44.

c Sumitur ex Ioan. *9*. n. 35. Tu credis in filium Dei, & Ioan. 11. n. 26. credis hoc?

d Sumitur ex illo Luc. 8. crede tantũ, & ſalva erit, & Ioã. 20. num. 29. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Ibidem 31. vt credentes vitam habeatis, &c.

e Matth. 10. n. 32. Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor, & ego eum, &c.

f Matth. 20. Qui perſeveraverit vſque in finem &c.

g Luc. 14. Siquis venit ad me, & nõ odit patrẽ, &c. & vxorẽ, &c.

h Sumitur ex illo Matth. 17. Vt autẽ non ſcandalizemus eos, vade ad mare, &c. & Matth. 18. Qui autem ſcandalizaverit vnum de puſillis iſtis, &c. & Marc. 9. n. 42. Luc. 17. n. 1.

i Matth 19. n. 21. Mar. 10. n 21. Luc. 18. n. 22.

l Sumitur ex illo Matth. 5. n. 3. Beati pauperes ſpiritu, &c. & Luc. *6*. n. 45. & Matth. *6*. n. 22. Si oculus tuus fuerit ſimplex. Et Luc. 16. n. 15. Deus novit corda.

m Matth. *6*. n. 25. & 31. Nolite ergo ſoliciti eſſe, &c. Ibid. 34. & Luc. 12.

n Sumitur ex illo Matth. 27. n. 28. Exeuntes eum, chlamidẽ coccineã circundederunt ei, vt ſcilicet ad imitationem Chriſti aſperitatem veſtium, & vilitatem aſſumant Fratres.

o Sumitur à figura ficulneæ vno anno expectatæ ad fructum Luc 13. n. 8. *p*. Luc. *9*. n. 62.

q Illud vnam tunicam ſumitur ex Matth. 10. Mar. *6*. Luc 9.

r Matth. 10. Marc. *6*. & Luc. 22.

ſ Illud vilibus induantur ſumitur ex Matth. 11. Qui molibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt, & Luc. 7. Qui in veſte pretioſa ſunt, & delitijs, in domibus Regum ſunt.

t Sumitur ex Matth. *7*. Et Luc. *6*. Nolite iudicare Ioan. 7. Nolite iudicare ſecundùm faciem.

v Exemplo publicani, qui nolebat oculos ad cœlum levare Luc.

Digitized by Google

Luc.18.& ibidem 17. Cum feceritis omnia, quę præcepta ſunt, dicite: Servi inutiles ſumus, &c.

DE DIVINO OFFICIO, ET IEIVNIO, ET QVOMOdo Fratres debeant ire per mundum. Cap. 3.

** Æquipollens.* ** Æquipollens.* *† Regulæ libertas ſecunda.* ** Habens vim præcepti.*

CLerici * faciant *a* divinum officiũ ſecundũ ordinẽ S.R.Eccleſiæ, excepto Pſalterio, ex quo habere poterũt breviaria. Laici verò dicant uiginti quatuor *b* Pater noſter pro Matutino: pro Laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona: pro qualibet iſtarũ ſeptẽ: pro veſperis autem duodecim: pro Cõpletorio ſeptẽ: & orent pro Defunctis. Et * ieiunent *c* à feſto omniũ Sanctorũ vſq; ad Nativitatẽ Domini †. Sanctam verò Quadrageſimam, quæ incipit ab Epiphania vſque ad continuos quadraginta dies, quã Dominus ſuo ſancto ieiunio *d* cõſecravit, qui uoluntariè eam ieiunãt, benedicti ſint à Domino, & qui nolunt, nõ ſint aſtricti, ſed aliã * vſque ad Reſurrectionem Domini ieiunent. Alijs autẽ tẽporibus nõ teneãtur * niſi ſexta Feria ieiunare †. Tẽpore verò *e* manifeſtæ neceſsitatis nõ teneãtur Fratres ieiunio corporali. Conſulo verò † moneo, & exhortor Fratres meos in Domino Ieſu Chriſto, vt quãdo vadũt per mũdum *f* nõ litigent, neq; *g* cõtendant verbis, nec *h* alios iudicẽt; ſed ſint *i* mites, *l* pacifici, & modeſti, *m* manſueti, & *n* humiles, *o* honeſtè loquentes omnibus ſicut decet *. Et *p* nõ debeãt equitare, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur. In quãcumq; domũ intraverint † primum dicant: Pax *q* huic domui. † Et ſecũdũm Sanctũ Evang. de omnibus cibis, qui *r* apponũtur eis, liceat manducare.

** Habens vim præcepti. Hæc duo referũtur ad præceptum de ieiunio.* *† Libertas 3.* *† Monitio ad malum vitãdum 3.* ** Æquipollens.* *† Monitio ad bonum agẽdũ prima.* *† Monitio ad bonum 2.* *† Libertas 4.*

a Sumitur ex Matth. 9. vide in 1. Reg. cap. 3. dicitur: Dicit Dominus: Hoc genus dęmoniorũ non poteſt exire, niſi in ieiunio, & oratione. Matth. 9. vbi ſup. Propter hoc omnes Fratres faciant divinum officium, &c. Hæc ibi. Etiam ex illo Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis, &c.

b Pater noſter. Matth. 6. num. 9. & Luc. 11. num. 2.

c Exẽplo Chriſti, qui ieiunavit, vt habetũr Matth. 4. & etiã ſumitur ex illo Matt. 9. Hoc genꝰ dęmoniorũ, &c. vbi ſup. lit. *a*.

d Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4.

e Sumitur ex Matt. 12. Mar. 2. & Luc. 6. Vbi legitur, quòd diſcipuli eſurientes vellebant ſpicas &c. Quod aliàs non licuiſſet.

f Sumitur ex Matth. 5. Ego autẽ dico vobis, nõ reſiſtere, &c.

g Ibidem. Qui vult tecum contendere, &c. dimitte, &c.

h Matth. 7. & Luc 6. Vt dictum eſt ſupra in cap. 2. litera g.

i Matth. 5. num. 4. *l* Ibidem num. 9.

m Matth. 21. Exemplo regis Chriſti, qui venit nobis manſuetus, & Matth. 27. Non reſpondit Scribis, & Phariſæis falsò acuſantibus, &c.

n Matth. 11. num. 29. Diſcitè à me, &c.

o Exemplo Chriſti, qui in medio Doctorum ſtabat in Templo, &c. Luc. 2. num. 46.

p Sumitur ex illo Ioã. 4. Ieſus fatigatꝰ ex itinere nõ equitavit.

q Luc. 10. & Matth. 10. *r* Luc. 10.

QVOD FRATRES NON RECIPIANT pecuniam. Caput quartum.

** Eminens, ſeu inbibitorium, ſeu formale.*

** Æquipollens.*

PRæcipio * firmiter Fratribus vniverſis, vt nullomodo *a* denarios, vel pecuniã recipiant, per ſe, vel per interpoſitam perſonã *. Tamen pro *b* neceſsitatibus infirmorũ, & alijs Fratribus induendis, Miniſtri tantum, & Cuſtodes ſolicitam curam gerant ſecundũ loca, & tempora, & frigidas regiones, ſicut neceſsitati viderint expedire *. Eo ſemper ſalvo, vt ſicut dictum eſt, denarios, vel pecuniam non recipiant.

a Sumuntur hæc verba ex Matth. 10. Nolite poſidere aurũ, neque argentum, neque pecuniam in zonis. Mar. 6. Pręcipit eis ne quid tollerent, &c. neque in zona æs, & Luc. 9.

b Illud tamen pro neceſsitatibus infirmorum, &c. Sumitur ex Luc. 10. Vbi Samaritanus qui cuſtos interpretatur, curam habuit de vulnerato in via Hierico, &c.

DE MODO LABORANDI. Cap. 5.

† Monitio ad bonum 3.

FRatres † illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi *a*, laborent fideliter, & devotè, ita quòd excluſo

cluſo *b* otio, animæ inimico, Sanctæ *c* orationis, & devotionis ſpiritũ non extinguant, cui debent *d* cætera temporalia deſervire. De *e* mercede verò laboris, pro ſe, & ſuis Fratribus, corporis neceſſaria recipiât *, præter denarios, vel pecuniã. Et hoc humiliter ſicut decet ſervos Dei, & paupertatis Sãctiſsimæ ſectatoris.

* *Refertur, & includitur in præcepto de pecunia.*

a Exemplo Apoſtolorum, de quibus 1. Corint. 4. ſcribit Paulus: Laboramus operantes manibus noſtris.

b Stantes in foro otioſos reprehendit Dominus Matth. 20. Multam enim malitiam docuit otioſitas. Eccleſ. 33. num. 29.

c Matth. 26. Vigilate, & orate. Luc. 18. Oportet ſemper orare, &c.

d Matth. 6. Quærite primum regnum Dei, &c.

e Luc. 10. Dignus eſt operarius mercede ſua.

QVOD FRATRES NIHIL SIBI APRROPRIENT: & de eleemoſyna petenda, & de Fratribus infirmis. Caput ſextum.

FRatres * *a* nihil ſibi approprient, nec domum, nec locũ; nec aliquam rem; ſed (alij legunt Et) tãquam *b* peregrini, & advenæ in hoc ſæculo, in *c* paupertate *d*. & humilitate Domino famulãtes *, vadãt *e* pro eleemoſyna confidẽter †. Nec oportet eos verecundari; quia Dominus pro nobis ſe fecit *f* pauperẽ in hoc mundo † Hæc eſt illa celſitudo altiſsimæ paupertatis, quæ vos chariſſimos Fratres meos, hæredes *g*, & Reges regni cœlorũ inſtituit, pauperes *h* rebus fecit virtutibus ſublimavit †. Hæc ſit portio veſtra, quæ *i* perducit in terrã viventium. Cui dilectiſsimi Fratres totaliter inhærentes *l*, nihil aliud pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in perpetuum ſub cœlo habere velitis. Et vbicumque ſunt, & ſe invenerint Fratres †, oſtendant ſe *m* domeſticos invicẽ inter ſe, & ſecurè manifeſtet vnus alteri neceſsitatẽ ſuã: quia ſi mater nutrit, & diligit filiũ ſuũ carnalẽ, quantò diligentius debet quis dili-

* *Inhibitoriũ, ſeu formale.*

* *Vadant pro eleemoſyna, præceptũ formale.*

† *Quòd vadant pro eleemoſyna cõfidẽter. Admonitio ad bonum 4. quoad illã particulã cõfidenter tãtum; quia ire pro eleemoſyna præceptum eſt vt infra.*

† *Nec oportet eos &c. Monitio ad bonũ agẽdum 5.*

† *Admonitio no-*

Digitized by Google

*bilis ad bonum 6. † Admonitio ad bonum 7. * Æquipollens.*

gere, & nutrire Fratrē ſuū ſpiritualem? * Et ſiquis eorum in infirmitatem ceciderit *n*, alij Fratres debent ei ſervire, ſicut vellent ſibi ſerviri.

Notandum, quòd hic ſunt duo obligatoria ex Regula. Primū eſt: Fratres nihil ſibi approprient, &c. vſque illud ſcilicet Confidenter. In quo includuntur multa obligatoria, nimirum de nō habendo redditus, aut aliquid fixum, aut certū temporale, ibi: ſed tanquam peregrini, &c. Item de mendicatione, ibi vadant pro eleemoſyna, &c. De quibus infra latius. Secundum obligatorium eſt de infirmis, &c.

a Sumitur ex Matth. 8. & Luc. 9. Vulpes foveas habent, &c.

b 1. Petri 2. num. 11.

c Matth. 5. Beati pauperes.

d Matth. 18. n. 4. Quicumque humiliaverit ſe, &c.

e Exemplo Chriſti, qui mendicavit, vt ait Seraphicus Pater in 1. Regula cap. 9. & ante ipſum D. Aug. in Pſal. 108. ad illa verba: Perſecutus eſt hominem inopem, & mendicum, & poſt ipſos S. Th. Opuſc. 19. c. 7. q. 3. ad illa verba Pſal. 39 n. 18. Ego autem mendicus ſum, & ad illa Pſal. 69. n. 6. Ego verò egenus, & pauper ſum, & ad illa Pſ. 108. n. 17. Perſecutus eſt hominem, & mendicum.

f Matth. 8. n. 20. & Luc. 9. n. 58. Filius hominis non habet, vbi caput reclinet.

g Matth. 5. Beati pauperes, &c. ipſorum eſt Regnū cœlorum.

h Sumitur ex Mar. 12. n. 42. & Luc. 21. n. 3. vbi vidua pauper plus omnibus meruit, &c.

i Matth 19. n. 29. Omnis qui reliquerit, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. Marc. 10. n. 30.

l Sumitur ex illo Luc. 9. n. 3. Nihil tuleritis, &c, & Mat. 10.

m Ex illo Ioan. 13. n. 35. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis adinvicem.

n Sumitur ex Matth. 7. n. 12. Omnia ergo quæcumq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis, & Luc. 6. n. 31.

DE POENITENTIA FRATRIBVS PECCANtibus imponenda. Caput ſeptimum.

SI qui Fratrum inſtigante *a* inimico mortaliter peccaverint, pro illis peccatis, de quibus ordinatū fuerit

rit inter Fratres, vt recurratur ad *b* ſolos Miniſtros Provinciales *, teneantur prædicti Fratres ad eos recurrere, quã citius poterũt ſine mora. Ipſi verò Miniſtri, ſi Presbyteri ſunt, cũ † *c* miſericordia iniungant illis pœnitẽtiã. Si verò Presbyteri nõ ſunt, iniungi faciãt per alios *d* Sacerdotes Ordinis, ſicut eis ſecũdum Deũ melius videbitur expedire. Et † cavere debẽt *e*, ne iraſcantur, & cõturbẽtur propter peccatum alicuius; quia ira, & cõturbatio in ſe, & in alijs impediunt charitatẽ.

** Habens vim præcepti.*

† Monitio ad bonũ nona.

† Monitio ad malum vitãdum 4.

a Sumitur ex illo Matth. 13. n. 39. Inimicus, qui ſeminavit, & eſt diabolus. Et Ioan. 13. n. 2. Cum diabolus miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas, &c.

b Sumitur ex Matt. 17. n. 14. & Mar. 19. n. 17. & Luc. 9 n. 39. vbi refertur, quòd Dominus graviora dęmonia ſuę curationi reliquit, vt patet ibi de lunatico, quẽ diſcipuli curare nõ potuerũt

c Habetur ex Matt. 9. Diſcite quid eſt, miſericordiã volo, &c.

d Sumitur ex illo Ioan. 20. n. 23. Accipite Spiritum Sanctũ, quorum remiſeritis peccata, remittuntur, &c.

e Sumitur ex illo Luc. 9. n. 54. Vis dicimus, vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos (Samaritanos ſcilicet) & converſus increpavit illos, ideſt, Iacobum, & Ioannem, &c.

DE ELECTIONE GENERALIS MINISTRI huius Fraternitatis, & de Capitulo Pentecoſtes. Caput 8.

VNiverſi * Fratres *a* vnũ de Fratribus iſtius Religionis teneantur ſemper habere Generalem *b* Miniſtrum, & ſervũ totius *c* Fraternitatis, & ei * teneantur firmiter *d* obedire *. Quo decedente electio ſucceſſoris fiat á Miniſtris Provincialibus, & Cuſtodibus in Capit. Pentecoſtes, in quo Provinciales Miniſtri teneãtur ſemper *e* in ſimul cõvenire vbicũq; à Generali Miniſtro fuerit conſtitutũ. Et hoc ſemel in tribus annis, vel ad aliũ terminũ maiorẽ, vel minorẽ: ſicut á prædicto Miniſtro fuerit ordinatũ *. Et ſi aliquo tempore apparе-

** Habens vim præcepti.*

** Refertur ad præceptũ de obediẽtia infra cap. 10.*

** Habens vim præcepti.*

** Habens vim præcepti.*

Digitized by Google

pareret vniverſitati Miniſtrorũ Provincialiũ, & Cuſtodum, prædictũ Miniſtrũ non eſſe ſufficienté ad ſervitium & communé *f* vtilitatem Fratrum: teneantur prædicti Fratres, quibus electio data eſt, in nomine Domini alium ſibi eligere in Cuſtodem. Poſt Capitulum verò Pentecoſtes, Miniſtri, & Cuſtodes ✝ poſsint ſinguli, ſi voluerint, & eis expedire videbitur, eodé anno in ſuis Cuſtodijs, ſemel Fratres ſuos ad Cap. cõvocare.

✝ *Regula libertas quinta.*

a Sumitur ex illo Matth. 23. Vnus eſt enim Magiſter veſter. Et ibidem. Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Et ex illo Ioan. 10. Fiet vnum ovile, & vnus paſtor.

b Matth. 23. Qui maior eſt veſtrum, erit Miniſter veſter.

c Ibidem. Omnes vos Fratres eſtis.

d Exemplo Chriſti Domini, qui de ſe ipſo fatetur Ioan. 6. Deſcendi de cœlo non vt faciam voluntatem meam. Et Luc. 3. Erat ſubditus illis.

e Illud in ſimul convenire ſumitur ex illo Luc. 10. Reverſi ſunt ſeptuaginta cum gaudio, &c. & ex illo Act. 1. Hi omnes erant vnanimiter, &c. & ibidem cap. 2. Erant omnes pariter in eodem loco, &c.

f Sumitur ex illo Matth. 25. n. 26. Serve male, & piger, &c. Tollite itaque ab eo talentum, &c. & n. 30. Inutilem ſervum eijcite, & ex Luc. 19. num. 22.

DE PRÆDICATORIBVS. Cap. 9.

* *Æquivolens præcepto.*

FRatres * *a* non prædicét in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cũ ab eo illis fuerit contradictum *. Et nullus Fratrum *b* populo penitus audeat prædicare, niſi à Miniſtro Generali huius Fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo ſibi officiũ prædicationis conceſſum †. Moneo quoque, & exhortor eoſdé Fratres, vt in prædicatione, quã faciunt, ſint *c* examinata, & *d* caſta eorum eloquia, ad *e* vtilitaté, & ædificationé populi: annunciando eis *f* vitia, & *g* virtutes *h*, pœnam, & gloriã cum brevitate ſermonis: quia verbum abbreviatum fecit Dominus ſuper terram.

† *Monitio ad bonum agendum 10.*

a Mar-

a Matth. 10. Quicumque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros exeuntes foras, &c. & Luc. 10.

b Exemplo Chriſti Domini, qui plenus ſcientia Dei Spiritu Sancto poſt ieiunium miſſus à Patre cæpit prædicere. Matth. 4. & Luc. 4 & ibidem. Evangelizare pauperibus miſit me · prædicare captivis, &c.

c Sumitur ex illo Matth. 15. Cæcus ſi cæco ducatũ præſtet, ambo in foveam cadunt, & cap. 24. Quis es fidelis ſervus, & prudens, &c.

c Matth. 10. n. 16. Eſtate prudẽtes, &c.

d Sumitur ex illo Matth. 12. Bonus homo de bono theſauro profert bona, &c. & infra: Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & condemnaberis, &c.

e Ex illo Matth. 5. Vos eſtis ſal terræ, & lux mundi, &c.

f Exemplo Chriſti Domini, qui Matth. 5. Prædicabat dicens, Qui iraſcitur Fratri ſuo, reus erit iudicio, qui dixerit Fratri ſuo raca, &c. Matth. 11. Væ tibi Corozain, &c. & cap. 12. Generatio mala, & adultera, & c. 23. Serpẽtes genimina viperarũ, &c.

g Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu, &c. & cap. 25. Venite benedicti, eſurivi, &c.

h Ibidem: Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuxti autem in vitam æternam, & alibi. Vide Trident. ſeſſ. 5. cap. 2.

DE ADMONITIONE, ET CORRECTIONE Fratrum. Cap. 10.

† Monitio ad bonũ agendum vndecima.

FRatres † qui ſunt Miniſtri, & ſervi aliorũ Fratrũ a viſitent, & moneant Fratres ſuos, & humiliter, & charitativè b corrigant eos c nõ præcipiẽtes eis aliquid, quod ſit contra animã ſuam, & Regulã noſtrã. Fratres † verò, qui ſunt d ſubditi, recordentur, quòd propter Deũ abnegaverunt proprias voluntates *. Vnde firmiter præcipio eis e, vt obediant ſuis Miniſtris, in omnibus, quæ promiſerũt Domino obſervare, & nõ ſunt cõtraria animæ, & Regulæ noſtræ. Et vbicumque ſunt Fratres * qui ſcirent, & cognoſcerẽt ſe nõ poſſe Regulam ſpiritualiter obſervare f ad ſuos Miniſtros debeãt, & poſſint recurrere. Miniſtri verò † charitativè g, & benignè eos recipiant, & tantã familiaritatẽ habeãt

† Monitio ad bonum agẽdum duodecima.

** Inhibitoriũ, ſeu formale.*

** Æquipollẽs præcepto.*

† Monitio ad bonum agendum tertia decima.

circa

circa ipſos, vt dicere poſſint eis, & facere ſicut Domini ſervis ſuis. Nam ita debet eſſe, quòd Miniſtri *b* ſint ſervi omniũ Fratrũ † Moneo verò, & exhortor in Domino Ieſu Chriſto, vt caveant ab omni *i* ſuperbia *l*, vanagloria *m*, invidia *n*, avaritia *o*, cura, & ſolicitudine huius ſæculi *p*, detractione *q* & murmuratione *r* †. Et non curent neſciẽtes literas, literas diſcere, ſed attendant, quod ſuper omnia † deſiderare debent habere *ſ* ſpiritum Domini, & ſanctã eius *t* operationẽ *v*, orare ſemper ad Deũ *x* puro corde, & habere *y* humilitatem, & *z* patientiã in *aa* perſecutione, & *bb* infirmitate, & diligere eos qui nos perſequũtur, reprehendũt, & arguũt; quia dicit Dominus *cc*: Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequẽtibus, & calumniãtibus vos: Beati *dd*, qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiã; quoniã ipſorũ eſt Regnum cœllorũ *ee*. Qui autem perſeveraverit vſque in finem, hic ſalvus erit.

† *Monitio ad malũ vitãdũ quinta.*

† *Monitio ad malum vitãdũ ſexta.*

† *Monitio ad bonum agendum 14.*

a Sumitur ex illo Luc. 22. n. 32. Et tu aliquando converſus confirma Fratres tuos.

b Matth. 18. n. 15. Corripe eum inter te, & ipſum, &c.

c Matth. 23. n. 4. Alligant onera gravia, & importabilia, &c.

d Matth. 7. n. 21. Qui facit voluntatem Patris mei &c.

e Matth. 5. n. 23. Reddes Deo iuramẽta tua, & cap. 18. n. 28. Redde quod debes, & ad Hebr. 13. Obedite præpoſitis veſtris.

f Sumitur ex illo Matth. 11. num. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c.

g exẽplo Chriſti Domini, qui infirmos, parvulos, & ſervos recipiebat, cõſolabatur, &c. vt patet ex innumeris Evangel. locis.

h Matt. 20. Prim⁹ inter vos erit veſter ſervus. Mar. 10. Luc. 22.

i Quia dicitur Luc. 1. Diſperſit ſuperbos mẽte cordis ſui, &c.

l Matt. 6. Ne iuſtitiã faciatis corã hominib⁹, vt videamini. &c.

m Matth. 27. n. 18. & Marc. 15. n. 10. refertur, quod per invidiam traditus fuit Chriſtus.

n Luc. 12. n. 15. Cavete ab omni avaricia.

o Luc. 21. n. 34. Atendite ne graventur corda veſtra, &c. in curis huius vitæ &c. & Matth. 13. n. 22. Solicitudo ſæculi iſtius & fallacia divitiarum ſuffocat verbum Dei.

p Rom.

p Rom. 1. n. 30. Detractores Deo odibiles, & Iacob. 4. n. 11. Nolite detrahere alterutrum.

q Murmuratione. Ioan. 6. n. 43. Nolite murmurare, &c.

r Exēplo Apoſtolorũ, qui illiterati fuerunt, & tamen Deus aperuit illis ſenſum, vt intelligerēt ſcripturas, &c. Luc. vltimo.

ſ Ioan. 16. n. 13. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, &c. docebit vos, &c. omnem veritatem.

t Ex illo Ioan. 6. Operamini non cibum, qui perit, ſed permanet in vitam, &c.

v Luc. 18. num. 1. Oportet ſemper orare, &c.

x Matth. 5. n. 8. Beati mundo corde, &c. & 1. ad Timoth. 2. n. 8. Volo viros orare in omni loco, levantes puras manus, &c. & ibidē 2. cap. 2. n. 22. Qui invocant Dominum de corde puro.

y Luc. 1. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, Ibidem exaltavit humiles, & paſsim in Evangelijs ad humilitatē exhortamur.

z Luc. 21. num. 19. In patientia veſtra, &c.

aa Ioan. 15. n. 20. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.

bb Ioan. 11. n. 3. Ecce quem amas, infirmatur. 2. Corin. 12. num. 9. Virtus in infirmitate perficitur.

cc Matth. 5. num. 44. Luc. 6. num. 27. & 28.

dd Matth. 5. n. 10. *ee* Matth. 10. n. 22.

QVOD FRATRES NON INGREDIANTVR *Monaſteria Monacharum. Caput 11.*

** Inhibitoriũ, ſeu formale.*

PRæcipio * firmiter Fratribus vniverſis *a*, ne habeant ſuſpecta cōſortia, vel cōſilia mulierũ *: & ne ingrediātur Monaſteria Monacharũ, præter illos, quib⁹ à Sede Apoſtolica cōceſſa eſt licentia ſpecialis *. Nec fiant compatres virorũ, vel mulierũ: ne hac occaſione inter Fratres, vel de Fratribus *b* ſcandalum oriatur.

** Inhibitoriũ, ſeu formale.*

** Inhibitoriũ, ſeu formale.*

a Sumitur ex illo Matth. 5. n. 28. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum, &c. & cap. 18. n. 5. Qui ſcandalizaverit vnum de puſillis iſtis, &c. & Marc. 9. n. 41. & 1. Corint. 15. n. 33. Corrumpunt bonos mores colloquia mala, & ad Titum 2. n. 1. Tu autem loquere quæ decent, &c.

b Sumitur ex illo Matth. 18. n. 7. Væ mundo à ſcandalis, & Luc. 17. n. 1. Væ autem illi, per quem ſcandala veniunt.

DE EVNTIBVS INTER SARRACENOS, & alios infideles. Caput duodecimum.

† Regulæ libertas ſexta.

QVicumque † Fratrũ divina *a* inſpiratione voluerint *b* ire inter Sarracenos, & alios infideles *c* petant inde licentiã a ſuis Miniſtris Provincialibus. Miniſtri verò nullis eundi licẽtiam tribuãt *d*, niſi eis, quos viderint eſſe idoneos ad mittendum *. Ad hæc per obedientiam iniungo Miniſtris, vt petant à Domino Papa vnum de S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Protector, & Corrector iſtius Fraternitatis: vt ſemper *e* ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem S. Romanæ Eccleſiæ *f* ſtabiles in fide Catholica: paupertatẽ, & humilitatẽ, & S. Evangeliũ Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter *g* promiſimus, obſervemus.

* Inhibitoriũ. ſeu formale.

Notandum cum expoſitione ſine titulo, & corduba, quòd hic agitur de fine ad quẽ ſuper erogatorie, hic noſter Ordo præ cæteris ordinatur, vt ſcilicet non ſolũ fideles, ſed & infideles, verbo, & exemplo trahat ad obſequium Chriſti: & ſicut Apoſtoli primo in Iudæa, deinde in gentibus prædicarunt: ſic poſt prædicationem fidelium (ſupra cap. 9. indictam) iam ad infideliũ cõverſionem, hic Regula noſtra conformiter ad vitam Chriſti nos informat; vt ſuper Ordinem noſtrum omnis Iſrael ſalvus fiat. Quod & figuratur Apocalyp. 6 & 7. in apertione ſexti ſignaculi ſexti Angeli habentis ſignũ Dei vivi, ideſt, Frãciſci ſtigmatizati (ſecũdũ S. Bonav.) qui ſexto anno ſuæ converſionis ivit ad Sarracenos. Rurſus 13. anno fuit ad Soldanum, nimirum, quia ſub 13. Centenario à paſſione Chriſti hoc cæpit impleri, in cuius figura & 13. die à Nativitate Chriſti, Chriſtus Gentibus in tribus Magis apparuit: & 13. anno à paſſione ſua miſit Paulum, & Barnabam ad Gentes. Hæc prædicti Authores.

a Illud divina inſpiratione, &c. Sumitur ex illo Matth. 10. n. 1. Ecce ego mitto vos, &c. & ex Luc. 10. n. 1. Deſignavit Dominus, & alios ſeptuaginta duos, &c.

b Illud ire inter Sarracenos, & alios infideles ſumitur ex illo Matth. 28. num. 19. Euntes ergo docete omnes gentes. Et Marc. 16. n. 15. Euntes in mundum vniverſum, prædicate Evangelium omni creaturæ.

c Illud

c Illud: Petant licentiam à ſuis Provincialibus ſumitur ex Chriſti Domini exemplo, qui de ſe ipſo dicit Ioan. 12. n. 49. Qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit, & ibid. cap. 14. n. 31. Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio. Et Rom. 10. n. 15. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?

d Illud niſi eis quos viderint eſſe idoneos ſumitur ex Chriſti Domini exemplo, qui non omnes miſit. Sed primo 12. Apoſtolos, Matth. 1. n. 1. Marc. 3. n. 14. Luc. 6. n. 13. deinde ſeptuaginta alios diſcipulos Luc. 10. n. 1.

e Exemplo Chriſti Domini, de quo dicitur Luc. 2. n. 51. Erat ſubditus. Ephe. 5. n. 21. Subiecti invicem in timore Chriſti. Tit. 3. n. 1. Admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, &c. Vult enim Chriſtus Dominus, omnes fideles eſſe reſpectu Summi Pontificis ſemper ita eſſe ſubditos, ſicuti ſunt oves, & agni reſpectu paſtoris. Hinc Ioan. 21. n. 16. & 17. Dixit Chriſtus Dominus Petro: Paſce agnos meos, & paſce oves meas, &c.

f Sumitur ex illo Matth. 16. n. 18. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. Luc. 6. n. 48. Poſuit fundamentum ſuper petram, inũdatione autem facta, &c. non potuit eam movere fundata enim erat ſuper petram, & Luc. 22. n. 32. Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua, &c. Ephe. 1. n. 22. Exhibere vos ſanctos, &c. & n. 23. Si tamen permanetis in fide fundati, & ſtabiles, &c.

g Sumitur ex illo Matth. 5. n. 33. Reddes autem Domino iuramenta tua. Et Luc. 20. n. 25. Reddite quæ ſunt Dei Deo.

Sequitur Confirmatio Regulæ.

NVlli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtræ cõfirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe noverit incurſurum. Datum Laterani tertio Kalendas Decembris Pontificatus noſtri anno octavo.

Quicumque hanc Regulam ſecuti fuerint; pax ſuper illos, & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei. De cætero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto, gratia Dñi. noſtri Ieſu Chriſti cũ ſpiritu veſtro Fratres, Amen. *Galat. 6.*

Obſervatoribus Regulę benè precabatur S. P. N. Franciſcus, eiſq; benedicebat. Beatiſsimus P. Frãciſcus (ex Firmamẽtis triũ Ord. p. 1. fol. 17.) cõmunem profeſsionẽ, & Regulã ardentiſsimè

me zelans, volebat, quòd ſemper apud ſe Fratres haberent Regulam: & qui circa illam erant zelotes, ſingulari benedictione eos bendicebat, &c. Et mox: Hanc volebat ab omnibus ſciri, & in allevatione tædij, & memoria præſtiti iuramenti, cum interiore homine confabulari. Docuit eam ſemper, cum intentione agendæ vitæ, portari præ oculis: & quod plus eſt, cum ipſa deberi mori. Hæc ibi.

Hinc alloquens omnes Fratres, in fine 1. Regulæ ait: In nomine Dei omnipotentis, rogo omnes Fratres, vt addiſcant tenorem, & ſenſum eorum, quæ in iſta vita ad ſalutem animæ noſtræ ſcripta ſunt: & iſta frequenter ad memoriam reducant: & exoro Deum, vt ipſe, qui eſt omnipotens, trinus, & vnus, benedicat omnes docentes, addiſcentes, recordantes, & operãtes iſta quoties repetunt, quæ ibi ad ſalutem noſtram ſcripta ſunt. Et deprecor omnes cum oſculo pedum, vt multum diligant, cuſtodiant, & reponant, &c. Hæc ibi.

Et idem Sanctiſsimus Pater in fine ſui Teſtamenti: Et quicumq; hæc obſervaverit, in cœlo repleatur benedictione altiſſimi Patris cœleſtis, & in terra repleatur benedictione dilecti Filij ſui cũ ſanctiſsimo ſpiritu Paraclito, & omnibus virtutibus cœlorũ, & omnibus ſanctis. Et ego Fr. Franciſcus parvulus, & veſter ſervus in Domino, in quantũcunq; poſſum, confirmo vobis intus, & foris iſtam ſanctiſsimam benedictionem. Amen.

Tranſgreſſoribus verò male precabatur, eiſque terribiliter maledicebat. Præterea Pater Sanctiſsimus) Firmam. vbi ſupra) contra eos, qui in hoc Ordine ſuo aliquã proprietatem, vel pecuniæ receptionẽ, ſeu aliud cõtra Regulæ puritatẽ inducunt: & qui hunc Ordinẽ, quem præcipuè decorat paupertatis profeſsio, terrenarum rerum pulvere præſumpſerit maculare, & maximè, qui alios ſuis malis exemplis ſcandalizant, & Ordinẽ relaxant, maledictionem Dei, & ſuam terribiliter imprecando dicebat: A te ſanctiſsime Pater, & à tota cœleſti Curia, & à me pauperculo ſint maledicti, qui ſuo malo exemplo confundunt, & deſtruunt, quod per ſanctos Fratres huius Ordinis ædificaſti, & ædificare non ceſſas. Hæc ibi. Vnde minorita ſemper præ oculis habeat, & iugi conſideratione ruminet illa Deuteron. 27. num. 26 verba, nimirum: Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit: & dicet omnis populus: Amen. Hæc ibi. Demum non obliviſcatur illa verba Pſal. 118. Maledicti qui declinant à mandatis tuis.

CON-

CONTROVERSIAE VIGINTI QVINQVE, SVPER REGVLAM FRATRVM MINORVM.

PRAEFATIVNCVLA. 1

BONO namque (ait D. Chriſoſt. hom. 21. in Epiſt. ad Eph.) *firmo, & honeſto initio collocato; recto deinceps itinere, & ordine, res, ac multa facilitate procedit.* Secùs verò *difficile, imò impoſsibile eſt, vt boni peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio,* 1. quæſt. 1. Cap. *Principatus*, fin. cum Gloſs. *Præpoſteruſque eſt ordo, prius humana ſubſidia petere, vt poſtea diuini fauoris gratia poſtuletur.* De Conſecra. diſtin. 1. Cap. *Omnis Chriſtianus*, fin. Idcircò ego Fr. Franciſcus Longus, ſimplex, & inter omnes ſacræ Minoritanæ Regulæ expoſitores minimus, *Magnum Deum & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, & eius auxilium inuocans*, in Authent. *de Armis*, in principio. Ad eum, inquantum poſſum, humiles dirigo preces, vt non ponderatis infinitis meis demeritis, ſola ſua clementia, in me ſui cœleſtis irrigui gratiam influat, ſciẽtiæ & eloquentiæ ſupplẽdo defectum, augẽdo ingenij modulum; vt poſsim præceptorum Seraphicæ Regulæ veritatem pandere, ænigmata reſerare, nodos ſoluere, obſcura dilucidare, & dubia declarare. Ad laudem eiuſdem Dei (faxit ipſe) D. N. Ieſu Chriſti, ſuæ ſanctiſsimæ Mat. V. Mariæ abſque labe originali conceptæ, & Seraphici P. mei Franciſci.

Digitized by Google

CONTROV. I.

PROOEMIALIS

de perfectione, & expoſitione Regulæ Fratrum Minorum.

SECTIO I.

An Regula Minorum ſit in Euangelio fundata?

Regula Minorũ fundatur in Euangelio.

1 Respondetur affirmatiuè. Probatur primò ex c. 1. Reg. ibi: *Regula Fratrum Minorum eſt, Sanctum Euangelium obſeruare*, & cap. 12. *Sanctũ Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus.* Hæc ibi.

2 Probatur ſecundò ex D. Nicol. 3. c. *Exijt*, de Verbor. ſignifi. in 6. ibi in principio: *Hi ſunt* (Fratres ſcilicet Minores) *illius Sanctæ Regulæ profeſſores, quæ Euãgelico fundatur eloquio, vitæ Chriſti roboratur exemplo, fundatorũ militantis Eccleſiæ Apoſtolorum ſermonibus, actibuſque firmatur.* Hęc ibi.

3 Probatur tertiò ex D. Bonauent. in Legenda Seraphici Patris noſtri, c. 4. cuius verba breuitatis cauſa, omitto & S. Bernardin. (Pater meus) tom. 3. ſerm. diſp. de Obed. per Dialogum facta, §. *Tertius limes*, ſemel & iterum Regulam Minorũ totã Euãgelicam appellat.

Fuit de Euangelio aſſũpta: partim explicite: partim vero implicite.

4 Petes: an Minorum Regula fuerit de S. Euangelio aſſumpta? Reſpondeo affirmatiuè: notandum eſt tamẽ, quòd multa in ea cõtẽta, ſunt ad literam, & explicitè de S. Euangelio extracta: alia verò ſententialiter, & implicitè à S. Euangelio, ſunt deprompta; ſicut liquidò cõſtat Regulam & S. Euangelium inſpicientibus.

5 Hoc piè, ac doctè oſtendunt B. Cæſſarius de Spira in quodam pio Opuſculo (vt affirmat autor Annalium Minorum ad annum 1223. nu. 14.) Venerabilis autor libri Conformitatum, lib. 1. fructu. 9. §. *Qualiter Regula eſt in Euangelio, fundata*, Enchiridion, ſeu Manuale Fratrum Minorum Hiſpali impreſſum in ædibus Ioann. Valera ann. 1535. in princ. Lucerna Minorum, Cordou. & Ortiz in ſuis Regulæ expoſitionibus, & alij, & videre eſt ſuprà à pag. 1. vſque ad 17.

Multa præcepta Regulæ Minorum explicite de Euangelio extracta.

6 Petes iterum, quænam ſunt illa, quę ad literã & explicitè ſunt de S. Euangelio extracta? Quænam verò, quę implicitè? Reſpondeo, quòd explicitè, & ad literam ſunt, illud cap. 2. *Vadant, & vendant*

dant omnia ſua. &c. vt patet Math. 19. *Vade & vende, &c.* & præceptum prohibens calciamenta in capit. 2. Regulæ poſitum, ex illo Matth. 10. *Neque calciamenta*, &c. & illud Regulæ cap. 4. *Nullo modo Fratres pecuniam recipiant.* Ex illo Matth. 10. *Nolite poſſidere pecuniam in zonis*, vt expreſsè affirmant S. Bonav. Venerab. Hugo, & alij Expoſitores communiter. Alia vide ſup. à pag. 1. vſque ad 17.

Multa verò implicitè ab eo deprõpta.

7 Implicitè autem ſunt à S. Evangelio deprompta illud Regulæ cap. 1. *Frater Franciſcus promittit obedientiam Domino Papa Honorio*, ex illo Ioann. 21. *Paſce oues meas*; & illud cap. 2 Regulæ: *Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur*, ex cap. 11. Matth. *Qui mollibus induuntur, &c.* Et præceptum de ieiunio in cap. 3. Regulæ poſitum, deſumptum eſt ex Matt. 4. *Cùm ieiunaſſet*, & alterum de Non Equitando, in eodem cap. Reg. contentum, ex illo Ioan. 4. *Fatigatus ex itinere. &c.* Reliqua videantur ſupra, à pag. 1. vſque ad 17.

(.†.)

SECTIO II.

An Regula Minorum fuerit compoſita à Chriſto Domino, & ab ipſo dictata Beatiſſimo Patri Noſtro Franciſco?

Regula Minorũ fuit dicta à Chriſto Domino.

1 Reſp. affirmativè. Clarè docet S. Bernardinus (Pater meus) ſect. 1. num. 3. relatus: *Chriſtus*, inquit, *Regulam noſtram dictauit, & B. Franciſcus illã conſcripſit, & ſervauit, & toti Ordini ſuo, tanquam verè obſervabilem dedit.* Hæc Sanctus.

2 Secundò probatur ex ipſius ſanctiſsimi Patris teſtimonio: Honorio enim, qui hanc eandem Regulam ſub Bullà confirmavit, alia eiuſdem Regulæ præcepta, dura nimis, & humanæ infirmitati graviora viſa ſunt: Beatumque Patrem hortatus eſt, vt quædam mitigaret, quædam mutaret. Cui S. Franciſcus: *Ego, Beatiſsime Pater, pracepta, aut verba illa in Regula non poſui, ſed Chriſtus, &c.* & paucis interiectis: *Non ergo debeo, nec poſſum Chriſti verba mutare.* Hæc Sanctiſs. P. Quæ refert Vvaddingus in 3. tom. Opuſculorum ſanctiſsimi Patris Noſtri Franciſci Colloquio 9.

3 Mirè ſupra dicta confirmant eiuſdem Sanctiſsimi Patris verba in ſuo Teſtamento prolata: *Ipſe altiſsimus* (ait) *revelavit mihi, quòd deberem vivere ſecundùm formam ſancti Evangelij, &c.*

SECTIO III.

Quæ cenſenda ſit vera expoſitio Regulæ ad literam?

1 PRo clariori intelligẽtia nota primo, cum Caſtro lib. 1. adverſus Hæreſes, cap. 4. poſt medium, expoſitionem literalem duplicem eſſe, vnam grammaticalem, aliam literalem, & clare colligitur ex *D. Th.* Quodlib. 7. q. 6. & 1. p. quæſt. 1. art. 10. in corp. & ad 3. & Caiet. ibid. & ex D. Auguſt. tract. 102. in Ioan. initio: *Non enim ſonum literarum, ac ſyllabarum, ſed quòd ſonus ipſe ſignificat, & quò de eo ſono rectè, ac veraciter intelligitur, hoc accipiendus eſt dicere, cum dicit: In nomine meo* Hæc D. Aug. Grammaticalis conſiſtit ſolùm in nuda, ac ſimplicisſima ſignificatione verborum, & dictionũ, aut in nudo ſenſu iuxta ſolam grammaticam; ita vt nulli vnquam liceat ſecundùm hanc expoſitionem extrà grammaticæ limites divagari, ſed illam tantùm ſignificationem verborum, prout ſonant, tenere. Expoſitio verò literalis ea eſt, quæ præter nudam, & ſimplicisſimam ſignificationẽ verborum, vel dictionum, connotat, ſeu includit intentionem dicentis, auctorisvè intentum; vt docet idem D. Thom. vt ſupra, & etiam habetur in Caſtro cap. 3. circa finem. Vnde D. Hieron. ſupra epiſt. ad Gal. (& habetur prima quæſt. 1. Cap. *Marchion.*) *Non putemus*, inquit, *in verbis Scripturarum eſſe Evangelium, ſed in ſenſu; non in ſuperficie, ſed in medulla; non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis.*

Expoſitio literalis eſt duplex; vna grammaticalis, & impropria alia literalis.

Expoſitio literalis quæ.

2 Secundò nota, ſæpè grammaticalem ſenſum poſſe eſſe falſum, etſi literalis ſit verus, verbi gratia. In ſacra Scriptura Matth. 11. dicit Chriſtus Dominus turbis: *Venit Ioannes neque manducans, neque bibens*: ſi grammaticalem ſenſum attendas, propoſitio hæc falſa eſt; quia *Ioannes locuſtas, & mel ſilveſtre edebat*. Vt habetur Marci primo: ſecundùm verò literalem, & germanũ ſenſum veriſsima eſt; quia ſecundùm intentionem dicentis eſt, & Spiritus Sancti inten-

Sæpe poteſt eſſe falſus ſenſus grammaticalis etſi literalis ſit.

Digitized by Google

tentum. Rurſus *Io. 1.* dicit Ioannes: *Non ſum propheta.* Si grammaticalem ſenſum attendas, falſa hæc eſt propoſitio; quia Ioannes verè Propheta erat, vti habetur *Lu. 7.* ſecundùm verò literalem ſenſum propoſitio vera eſt, ex intentione dicentis; quia iſte Propheta, quem intendebat, non erat, nimirùm Chriſtus. Alia exempla paſsim occurrunt in ſacra Scriptura.

3 Talia in Regula noſtra inveniuntur exempla; capite enim 1 dicitur: *Regula Fratrum Minorum eſt, Sanctum Euangelium obſervare.* Si grammaticaliter hęc verba intelligantur, (vt quidam perperam intellexerunt) falſa ſunt; non itaque Fratres Minores tenentur, totum Evangelium obſervare. Si verò literaliter intelligantur, vera ſunt; quia tenentur ad Euangelium obſervandum, ex intentione dicentis (ſanctiſsimi nimirum Inſtitutoris) in his, quæ in litera Regulæ ſpecificantur, vt Nicol. 3. Cap. *Exijt.*, art. 1. expreſsè declarat. Rurſus cap. 6. Regulæ dicitur: *Sed Fratres tanquam peregrini vadant pro eleemoſyna, &c.* Hęc verba grammaticaliter intellecta, falſa ſunt, (vt quidam ſtultè, & malitioſè intelligebat) vt rectiſsimè notavit Seraphicus Doctor epiſtola ad Magiſtrum Innominatum §. 3. de Domibus, ibi: *Si dicis, nos tanquam advenas, & peregrinos debere ire de domo in domum, parcat illi Deus, qui primò hanc ſtultitiam cogitavit. Nonnè B. Franciſcus ædificavit loca? Numquid tanquam peregrinus ibat quotidie vnam dietam? &c.* & mox: *Sed hoc dictum intelligitur, ſcilicet, vt domus, in quibus habitamus, proprias non reputemus; ſicut peregrinus, qui tranſit in patriam, &c.* Vide ibi. Si verò prædicta verba literaliter intelligantur, (vt dictum eſt) vera ſunt

4 Sit prima concluſio. Illa dicitur vera expoſitio Regulæ ad literam, quæ ita verborum, & dictionum ſignificationem attendit, vt à Legiſlatoris, & Regulæ datoris intentione non recedat; ſed potiſsimùm eā includat. Probatur primò; quia (vt pulchrè B. Gilbertus Nicolai in tract. de vero Regulæ expoſitore, & de ſervanda Regula S. Franciſci ad literam.) *Qui intentionem Auctoris ſeparat à ſignificatione terminorum, ſiue dictionum, non aliud agit, quàm qui animam ſeparat à corpore. Vnde certum eſt, ſenſum literalem ſacræ Scripturæ, atque Regulæ cuiuslibet ab Eccleſia* appro-

Vera expoſitio Regulæ ad literā eſt, quæ non recedit à Legislatoris intētione.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

approbatæ, includere eſſentialitèr, vltra grammaticale ſignificatum literæ, etiam intentionem auctoris; non minùs quàm verus homo præter corpus, requirit animam rationalem. Qui enim (Prouer. 19.) *tantum verba ſectatur, nihil habebit: qui autem poſſeſſor eſt mentis, diligit animam ſuam. Igitur is eſt, genuinus ſenſus Regulæ B. Franciſci, qui elicitur ex intentione auctoris.* Hæc ille. Quem referunt, & ſequuntur Seruatius Myricanus in expoſitione Reg. à pag. 84. vſque ad 89 Rouſſerius q. 7. Procœm. à pag 65. vſque ad 67. & poſt hæc ſcripta addo doctum Petrum Nauarr. in ſua nouiſsima expoſitione q. 5. Procœmial. circa finem.

5 Secundò probatur ex eodem Vener. Gilber. vbi ſup. quia (vt dicunt Iuriſperiti) Anima legis eſt intentio Legiſlatoris, & Cod. de Legib. L. *Non eſt dubium*, ibi: *Non dubium eſt in legem cõmittere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Et D. Hilarius (vt habetur Extra, de Verborum ſignificatione Cap. Intelligentia.) Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus.* Hæc ibi. *Quem admodum igitur is genuinus, & verus ſenſus literalis ſacræ Scripturæ eſt, quem eius Auctor Spiritus Sanctus intendit, non quem ipſa interdum litera indicare prima fronte videtur; eodem modo, is eſt verus ſenſus ad literam Regulæ Fratrum Minorum, qui ex intentione Auctoris elicitur.* Hæc ille. Quem ſequuntur Myrican. & Rouſſer. vbi ſup. num. 4. relati, Alaua in doctrinali ſatisfactorio, punct. 2. cap. 3. Ortiz fund. 3. in Regul. fol. mihi 69. & 70. Marchant. tit. 2. Procœmial. in Reg. quæſt. 2. Petr. Nauarr. vbi ſup. conc. 1. & omnes communitèr.

6 Secunda concluſio. Expoſitio merè grammaticalis Regulæ non eſt vera, nec recta expoſitio Regulæ Fratrum Minorum. Patet ex 1. & 2. Notabilib.

SECTIO IIII.

Qui poſsint exponere regulam Fratrum Minorum?

Expoſitio duplex, conuincens, & probabilis.

1. PRo meliori intelligẽtia nota, quod duplex hic poteſt aſsignari Regulæ expoſitio. Vna conuincens, & cui neceſſariò eſt aſſentiendũ. Alia probabilis, & cui nemo in conſcientia aſſentiri tenetur.

2 Pri-

Expoſitione cõvincente, exponere poſsũt regulã tantum fundator, & approbator.

2 Prima concluſio. Expoſitione obligante, duo tantum ſunt qui exponere poſſunt Regulam, ſanctiſsimus P. N. Franciſcus tanquàm Legiſlator, & Fundator; & D. Papa tanquam approbator; vt ſcitè docet Venerab. Gilbert. ſect. 3. vbi ſup. num. 4. relatus: *Regula conditor* (inquit) *non eſt ſolus eius fundator; ſed cum eo eſt, & approbator; imò tantò potior approbator; quantò corpore pretioſior eſt anima, quæ illud informat. Conditor enim Regulæ materialitèr fuit Sanct. Franciſcus, qui eam ſcripſit: formaliter Honor. 3. qui eam approbauit. Et ideò literalitèr nemo poteſt exponere Regulam in dubijs, niſi qui eam condidit, aut approbauit: exponere, inquam, ita vt ei aſſentiri oporteat.* Et paulò ſuperius dixerat. *Iam verò cum mortuo B. Franciſco ad eius intentionem recurri non poſsit; ſolus reſtat, qui eam approbauit ſummus, nimirum, Pontifex.*

Expoſitiones Doctorũ, tãtum ſunt probabiles.

3 Secunda concluſio. Expoſitiones aliorum Doctorum in Regulam tantùm ſunt probabiles (exceptis his, quæ dicunt ſecundùm certam, & probatam intentionem S. P. N. Franciſci, & Pontificum declarationes receptas.) *Regulã,* (ait B. Gilbertus vbi ſup.) *exponunt Doctores; ſed, ſic vt eorum opinionibus nemo adhærere teneatur.* Hæc ille, & omnes expoſitores.

SECTIO V.

An ad perſpicuè indagandam veram præceptorum Regulæ intelligentiam, neceſſarium ſit recurrere ad S. Euangelium, vnde literalitèr ſunt extracta?

1 SVpponit titulus Sectionis, aliqua præcepta Regulæ Minorum extracta eſſe de S. Euangelio: quod eſt veriſsimum, & iam dixi ſupra ſect. 1. n. 6.

Concluſio eſt affirmatiua.

2 Concluſio eſt affirmatiua, & ratio eſt clara; quia ſi ſupra dicta præcepta alium ſenſum, intelligentiamvè habent in Regula, ac in Sancto Evangelio, minimè ad literam ex illo deprompta erunt; quod eſt contra ipſam Regulam.

3 Qua de cauſa, omnes Expoſitores, vt plenè adipiſcantur intelligentiam rectam, ac literalem præceptorũ Regulæ, recurſum habent ad partem, & locum ſacri Codicis, vnde ſunt extracta. Sic S. Bonavent. multis in locis ſuæ expoſitionis; ſed præcipuè cap. 2. vbi, vt meliùs de-

declaret præceptum de non portandis calceamentis, ſic ait: *Calciamentorum ergo deportationem ipſa Regula indirectè interdicit; & quia verbum illud ſumitur de Euangelio Matth. 10. vbi dicitur in Regula Apoſtolorum: Neque calciamenta: patet hic vſum ſandaliorum minimè prohiberi; quoniam ſicut dicitur Matth. 10. Neque calciamenta, Euangelico more hunc complens ſententiam Marc. 6. præcipitur eis, ne quid tollerent; ſed calciatos ſandalijs.* Hæc S. Bonaven. Concordant omnes Expoſitores, explicantes cum ſimili recurſu hoc ipſum præceptum. Hugo, Piſa, Ioan. Pecham, Cord. in cap. 2. q. 23. punct. 2. Politius num. 103. Ximenez num. 84. Miranda in 1. impreſſ. cap. 57. & in 2. cap. 39. ſimiliquè modo interpretandi alia Regulæ præcepta deſumpta ad literam ex S. *Euangelio*, vbi ſunt, vt liquidò conſtat in ſuis expoſitionibus.

S. Bona. recurrit a Euangelio, vt rectè declaret Regulæ præcepta.

Hoc ipsũ faciũt reliqui expoſitores.

(.†.)

CONTROV. II.

PROOEMIALIS
de obligationibus, & ignorantia Regulæ.

SECTIO I.
Quænam ſint obligationes Regulæ, & vnde naſcantur?

1 CIrca primam huius ſectionis partem eſt duplex ſententia. Prima affirmat, eſſe ſexaginta, & vnũ præcepta obligantia ad mortale. Ita expoſitio Patrũ ordinis, vt liquet ipſam legenti, quæ habetur in Monumentis Ordinis tract. 3. poſt expoſition. Piſani, & in Enchiridio Fratrum Minorum, & alibi.

2 Secunda ſentẽtia, & vera affirmat, eſſe tãtũ viginti quinque obligatoria ſub mortali. Ita omnes Expoſitores poſt Clem. 5. nemine dempto.

3 Sit concluſio. Licèt ante declarationẽ Nico. 3. & Clem. 5. nondum clarum extitiſſet, quæ eſſent obligatoria in Regula Minorũ ſub mortali; poſt ipſas tamen declarationes abſque dubio certiſsimũ eſt, tantum eſſe viginti quinque, ſeptem ſcilicet, expreſſa præcepta, & formalia; quatuor habentia vim præcepti; duo inhibitoria; duodecim æquipollentia.

Præcepta Regulæ ſunt 25.

4 Et

4 Et licèt ſecundùm declarationes Nicolai 3. & Clement. 5. ſint viginti, & octo; ad numerum tamen viginti quinque reducuntur. Nam reliqua tria; quæ numerum viginti quinque excedunt, & habent vim præcepti, includuntur in viginti quinque ſupradictis. Id enim, quod dicitur c. 1. quòd *Fratres teneantur obedire ſucceſſoribus B. Franciſci*; & id, quòd dicitur cap. 8. quòd *tenentur obedire Generali Miniſtro*, includuntur illo decimi cap. præcepto, nimirum; quòd *obediant ſuis Prælatis*. Illud autem, quòd dicitur de ieiunio feriæ ſextæ; ad aliud æquipollens reducitur; vbi agitur de ieiunio in 3. cap.

5 Circa ſecundam huius ſectionis partem, concors Expoſitorum ſententia eſt, quòd huiuſmodi obligatoria non naſcuntur ex ſola voluntate Pontificis volentis obligare; ſed ex natura Regulæ *iuncta intentioni* Inſtitutoris eius, cui ſe cōformarunt, qui à principio eam vouerunt. Ita Emman. Rod. t. 1. qq. Reg. q. 26. art. 4. circa finem, Ouandus Additio. ad diſt. 38. de Voto in 4 Sent. propoſit. 3. Alaua in doctrinali ſatisfactorio pun. 1. c. 14. & 15. Herrera in tract. 4. art ſup. Reg. cap 3. egregiè quidem. Miranda ſup. Reg. in 1. impreſſ. c. 64. fol. mihi 379. & 380. & in 2. c. 46. circa medium fol. mihi 303. Marchāt. titul. 1. procemiali, q. 4. concluſ. 2. & alij communiter.

Ogligatoria Regulæ non naſcūtur ex ſola voluntate Pontificis.

6 Probatur, quia Pontifex in illo religioſæ profeſſionis voluntario ſacrificio non poteſt pro ſua volūtate, obligationum vincula multiplicare; ſed tantùm intra terminos ipſius Regulæ, cui ſe Religioſus obligauit: imò nec Papa poteſt ſimpliciter (niſi in caſu, & ex cauſa) aſtringere Fratrē Minorē ad macerationes corporis maiores, quàm ſint communes in Chriſtianitate, quam profeſſus eſt in Baptiſmo, vt rectè notat Cord. cap. 10. Reg. q. 2. p. n. 6. verſiculo, *Sed ſi in eadem Religione*.

7 Secundò probatur, nam vt inquit D. Bern. tract. de pręcepto, & diſpēſatione poſt principiū (quem ſequitur S. Thom. Quodlib. 10 q 5. art. 2.) *Nihil* (inquit) *me Prælatus prohibeat horū, quæ promiſi, nec plus exigat, quàm promiſi. Vota mea nec augeat ſine mea voluntate, nec minuat ſine certa neceſſitate.* Hæc ille. Prælatus enim (vt docet idem S. Thom 2. 2. q. 104. art. 5. in corpore & ad. 3. & vbi ſup.) nihil iuris ampliùs habet ſuper ſubditum, niſi reſpectu eorum, ad quæ ſe voto obligauit, vnde Ricard de

S. Vi

Digitized by Google

S. Victor. (quem citat & ſequitur Politius in cap. 10. Reg. n. 36. fine:) *Debitum*, inquit, *eſt quod præcipitur ſecundum ordinem; indebitum, quod ſupra profeſsionem*. Hęc ille. Ex quibus infertur, in his, quæ ſunt voti, ſpectari debere votum ipſum, vt obligationes dignoſcantur.

Vt Regula obliget attēdenda eſt intentio legislatoris.

8 Notanter dixi: *Sed ex natura Regulæ iuncta intentioni Inſtitutoris eius*: quod liquidò conſtat, ex declaratione Summ. Pontif. ſup. Reg. qui frequenter teſtantur, ſe intentionem S. Fräciſci interpretari. Ita Gregor. 9. in declaratione, quæ incipit: *Quo elegantí à ſæculo*; in Prologo, & Nicol. 3. & Clem. 5. in ſuis declarationibus paſsim.

9 Dixi etiam notantèr: *Cui ſe conformarunt qui à principio eam vouerunt*: & ſi enim votum in conſcientia non obliget, niſi iuxta voventis intentionem; (quia vt docet D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. in corpore: *In tantùm fertur obligatio voti, in quantum ſe extendit voluntas, & intentio voventis*) qui tamen intendit vovere Regulã Fratrum Minorum & verè eſſe Frater Minor, cenſetur illam intendere vovere, vt eſt, & conformitèr ad eos, qui eam benè voverunt; non verò qui ſecundùm abuſus: (qui fortè in Regulæ obſervantia per relaxatos illegitimè introducti ſunt) *Impertinens enim, & peccaminoſa intentio in votis, habetur pro non adiecta*, vt dicunt communiter Doctores. Quod maximè notare debent hi (ſiqui ſunt) qui ſuper relaxationibus, tempore ſuę profeſsionis illegitimè introductis, ſe excuſant.

Qui vovet Regulã, cenſetur illam vovere vt eſt.

Quadrũpliciter poteſt quis vovere Regulam.

10 Sed pro clariori intelligentia notãdum eſt, quadruplicitèr poſſe aliquem vovere Regulam, & ſe ad illius obſervantiam obligare. Primò generalitèr & indeterminatè. Secundò determinatè & reſtrictè. Tertiò purè. Quartò benè, & ſi non tam purè.

Qui ſimpliciter vovet Regulã, intelligitur voviße, provt à iure communi interpretatur.

11 Qui primò modo profitetur, hoc eſt, ſiquis ſciens & intelligens ſubſtantialia, & obligatoria Regulæ, voveat Regulam, abſque eo quod eius intentio ad ſervandam illam, hoc vel illo modo ſe determinet, ſed ſimpliciter, abſolutè & abſque vlla reſtrictione, huiuſmodi vovens, & profitens Regulam, illam vovet (modò ſciverit, modò ignoraverit multiplices abuſus, qui fortè eſſent in vſu, & conſuetudine Fratrum) hic voviſſe intelligitur, provt à iure

iure communi interpretatur, ideſt, ſecundùm quòd Papa, Eccleſia,& communiter Doctores ipſam Regulam intelligunt, & ſecundùm intentionem ſtatuentis & approbantis illam, vt tenet cōmunitér vtriuſque iuris Doctorum Sententia. Ita Innocent.& Hoſt.in Cap.*Super eo de Regularibus*, de quo latius Supplementum Gabr. in 4.d.3.q.1.art.3. prop. 6. Cord. in cap. 2. Reg. q. 15. pun. 1. Navarr. ibi in margine. Polit. num.80. Miranda in Manuali Prælatorum t. 1. q.25 art.5. circa finem §. *Sed circa*,& §.2. *Dico*, in principio,& Petr. Navarr. in cap.2. Reg q.18.concl.1. & omnes communitèr. Quare taliter vovens tenetur ad obſervantiam Regulæ, quoad eius obligatoria, ex vi talis profeſsionis: & non excuſatur à Regulæ præceptorum tranſgreſsione, ex communi vſu ſeu potiùs abuſu,& prava cōſuetudine relaxatè vivendi.

Qui vovet Regulam cum reſtrictione, peccat mortaliter.

12. Qui ſecundo modo profitetur, ideſt, qui ſpecialitèr, quando profitebatur intēdebat ſe non obligare ad tantam perfectionem, ſeu arctitudinem: tunc ſic profitendo Regulam, non explicando ſuā intentionē, mortaliter peccavit, fraudulenter & mendaciter profitendo in facie Eccleſiæ: quam intentionem, ſi explicuiſſet, non reciperetur. Nec cēſetur Religioſus illius Religionis, ad quam non intendebat ſe obligare; aliàs enim benè cenſetur Religioſus ſimpliciter, ex quo voluit profiteri ſaltim tria vota ſubſtātialia Religionis: ſicquè tenetur intrare aliam ſaltem laxiorem, ſi in Religione, vbi profeſsionem fecit, non vult manere; nam ſi manere ibi vult, tenetur vivere ſecundùm Regulam promiſſam debitè; ſiquidem iam ſic acceptat votum & Regulam. Sic Cord. in cap.2. q. 16. pun 2. P. Navarr. q. 19. concluſ. 3. & omnes communitèr.

Qui vovet, vt verè ſit Fratrer Minor, ad id tenetur, etiamſi ignoret abuſus, ſi forte ſunt.

13. Qui tertio modo vovet, ideſt, qui profitetur Regulam Fratrum Minorum, ea intentione & animo, vt purè ac verè ſit Frater Minor (ſive ſciat, ſive ignoret multiplices abuſus, qui forte ſunt in vſu) tenetur ad obſervantiam Regulæ quoad eſſentialia,& cætera eiuſdem Regulæ obligatoria, & non excuſabitur ab eorum tranſgreſsione ex communi vſu vivendi, vel conſuetudine; Regulam enim vovet Frater Minor, non conſuetudinem. Cap. *Cū dilectus, Extra De ijs, quæ vi metuſque cauſa fiunt*, & 20 quæſt.3. Cap. *Conſtituit*.

Et eſt ſimilis caſus in Cap. *Ex parte, de Regularibus*. Ita Alex. Alen. Innoc. & Hoſt. quos citat & ſequitur Angelus, verbo *Religioſus* n. 32. Subſcribũt Syluest. verbo Religio. 3. q. 12. Polit. in c. 2. Reg. n. 80. Navarr. in Manuali c. 12 n. 10. Miranda in Man. Præl. t. 1. q. 25. art. 5. in princip. Hoc dictum ſequitur ex 1. ſup. n. 11. relato. Et ratio eſt clara, quia quilibet tenetur ad id, ad quod ſe intendit implicitè, vel explicitè obligare per votum, vt patet ſecundùm communiter Doctores in 4. d. 38. ſufficitque implicita voluntas, ſeu virtualis intentio ſe obligãdi: quia qui vult principale, vult & neceſſariò ei annexum, ſeu acceſſorium, ſeu ibi neceſſariò incluſum: ſicut qui vult eſſe Clericus, vult actu, aut velle tenetur conſequenter tali ſtatui obligatoriè annexa, vt pote caſtitatem, &c. & debet ea obligatoria obſervare in eo vtique gradu, quo obligatoria ſunt: non verò ſicuti alij Eccleſiaſtici relaxati (ſi qui ſunt) malè obſeruant: ſic ſimiliter dicendum, & tenendum eſt de illo, qui noſtram vovet Regulam.

14. Qui quarto modo vovet, ideſt, qui profitetur ea intentione & animo, vt, ſcilicet, velit eſſe Fratrer Minor modo ſufficienti, vt tutus ſit in conſcientia, (modò Regula ſeruetur ad literam, modò non, vel propter aliquas diſpenſationes ritè impetratas, vel propter conſuetudinem legitimè introductam, aliqua præcepta modificantem) tenebitur ad illa obligatoria Regulæ, quæ ex diſpenſatione, vel conſuetudine reperit cõmuniter obſeruari; & non ad alia. Ratio eſt clara, quia votum debet eſſe voluntarium, vt in Cap. *Licet de Regularibus*, & intantum fertur obligatio voti, in quantum ſe extendit voluntas, & intentio vouentis, vt docet *D. Thom.* vbi ſupra n. 9. relatus. Ergo ſi iſte non habuit animum ſe obligandi, niſi reſpectu Regulæ, quæ ibi benè (licèt non tam purè) tunc obſeruabatur, meritò non erit obligatus ad alia, niſi prout invenit conſuetudinem, (& ſi mitigantem præcepta aliqua) iuſtam tamẽ.

Qui ea intentione profitetur, vt velit eſſe Frater Minor modo ſufficienti tantũ, tutus in cõſcientia erit, ſeruãdo Regulam ſecundum conſuetudinem.

15 Petes: Qui profeſſus eſt Regulam in Monaſterio, vel Provincia, vbi relaxatè vivebatur, (modò ſciverit ſubſtantialia Regulæ, ſive ignoraverit) dum Religio reformatur quoad ipſius Regulæ obligatoria, ſeu quoad alia quæcumque, ſi vult ibi manere, tenebitur ne vivere reformatè, ſe alijs conformando? Reſpondeo affirmativè. Ratio eſt,

Digitized by Google

eſt, quia ex quo vult ibi remanere, ex eo acceptat votum, & obligatur ad profeſſionem debitam, & vitam Regularem & reformatam, vt latè habetur per Panormit. Cap. *Super eo de Regularibus* & ibi Canoniſtæ Sylveſt. verbo Religio 3. q. 12. quos citant & ſequuntur Cord. in C. 2. Reg. q. 15. pun. 3. & Politius n. 81. Subſcribunt Miranda in Man. Præl. t. 1. q. 25. art. 5. fine. Doctiſſ. Hugo Cavellus Archiep. Armachan. tract. 2. pro reformatione cõtra Collegium Pariſienſe, in ſolutione ad ſecundum de cõſuetudine, reſponſio 5. & Petr. Navarr. hic q. 19. concl. 2. vide Concilium Trident. ſeſſ. 25. cap. 1.

SECTIO II.

An Frater Minor ex vi voti ad alias obligationes teneatur, præter eas, quæ in eius Regula continentur?

1 RESpondeo non teneri. Sic declaratum eſt à Greg. 9. in ſua declaratione. *Quo elongati*, à Nicol. 3. C. Exijt, à Clem. 5. Exivi. Id circo non tenentur Fratres ad Teſtam. S. P. Franciſci vt relati Põtifices affirmant. Greg. 9. art. 1. Nicol. 3. art. 10. §. Cæterum ſanæ memoriæ.

2 Præterea declarationes Nicol. 3. & Clem. 5. ſive modificationes earum circa pecuniam, ex vi ipſarum declarationum, non ſunt neceſſariò obſervandæ ſub peccato; nec veniali; quia nihil Fratribus Minoribus præcipitur per declarationes dictas, præter Regulæ præcepta, vel Dei mandata. Nec ipſæ aggravant præcipiendo de novo, id quod ex Dei præcepto, vel Regulæ, eſt illis obligatorium. Quare illarum trãſgreſsio nõ eſt culpabilis, niſi ex cõtemptu, & ratio eſt, quia declaratio, non debet ſe extendere vltra declaratum: & qui declarat, nihil novi facit L. *Hæredes Palam*, §. *Siquidẽ* ff. *De Teſtam*. Gloſſ. iterum in addit. in L. fin. Cap. De Teſt L. *Adeò* §. *Cũ quis* ff. *De Acquiren. Rerũ dominio*. Atque ita tenent Cord. in Cap. 10. Reg. q. 3. pun. 4. Polit. in cap. 4. n. 55. Rod. t. 1. qq. Reg. q. 26. art. 4. circa finem. Miranda ſupra Reg. in prima impreſſ. C. 74. & in 2. C. 53. Ortiz fund. 5. Ximenez in cap. 4. Reg. n. 83. & duplici ſequenti. Mart. à S. Ioſeph. c. 8. ſupra Reg. n. 3. in vtraque impreſſ. & cæteri communiter.

Declarationes Nicolai. 3. & Clementis. 5. ex vi ipſarum, non ſunt neceſſario obſervandæ.

3 Quòd ſi dicas: Clem. 5. in ſua declaratione. art. 6. §. *Porrò*: *Dicimus*, inquit, *Fratres*

Digitized by Google

tres teneri cavere ſummopere, quòd pro alijs cauſis, vel ſub modis alijs, quàm ponat dicti Prædeceſſoris noſtri declaratio ad dantes pecunias, ſive deputatos nuncios, non recurrant, &c. Ergo. Reſpondeo cum Cord. Polit. & Ximenez locis n. 2. relatis, quòd Clem. 5. minimè obligare intendit Fratres ſub aliquo peccato, ad dictas limitationes Nicol. 3. circa pecuniam, ſed hoc faciendum Fratres admonet, ne fortè, dictis modificationibus non ſervatis, per imprudentiam in aliquam Regulæ transgreſsionem incurrāt.

4 Cum hoc tamen ſtat, (vt bene advertunt Cord. & Polit. vbi ſupra) transgreſsionem huiuſmodi modificationū eſſe pro materiæ gravitate mortaliter culpabilem; non ex vi ipſarum declarationum, ſed ex vi Regulæ, aut ex natura rei, ſuppoſito precepto Regulæ: vt puta nimia ſuperfluitas, aut precioſitas vtenſilium, theſaurizatio, & alia, quæ in dictis declarationibus nobis non licere declarantur: hæc peccata mortalia vtique erunt ea ratione; quia noſtræ paupertati, & ſtatui aduerſantur.

Transgreſsio dictarū declarationū poteſt eſſe aliquando peccatum mortale.

SECTIO III.

An obſervantia eſſentialis Regulæ in indiviſibili conſiſtat?

1 Senſus ſectionis eſt, an intra eandem obſervātiam Regulæ in eſſentia ſua aliqui melius, alij minùs bene; aliqui ſtrictius, alij minùs ſtricte Regulam abſque vllo peccato, etiam veniali obſervēt, & verè Regulæ obſervatores cenſeantur?

2 Reſpondeo affirmativè, & ratio eſt clara: ſicut enim obſervantia Mandatorū Dei, & virtutum praxis, non conſiſtit in indiviſibili, ſed ſuos habet gradus, vt eſt communis aſſenſus Theologor. cum Angel. Doctore S. Tho. 2. 2. q. 184 art. 3. ad 2. & 1. 2. q. 64. art. 1. & art. 3. & 4. ad 1. & cum Magiſ. in 3. Sent. d. 33. & 37. Alenſi. 3. p. q. 56. memb. 3. Ita executio votorum, & Regulæ cuiuslibet obſervantia, ſuam debet latitudinem habere.

Obſervātia eſſentialis Regulæ non conſiſtit in indiuiſibili.

3 Cum enim id, *quod cadit ſub præcepto* (inquit D. Thom. 2. 2. Vbi ſupra) *diverſimodè poſsit impleri, non efficitur tranſgreſſor aliquis præcepti, ex hoc, quòd non optimo modo implet, ſed ſufficit quòd quocumque modo impleat illud;*

lud, &c. & infra, *Non eſt tranſgreſſor præcepti, qui non attingit ad medios perfectionis gradus, dummodò attingat ad infimum*. Hæc S.

4 Petes primo, An perfectius impleat Regulæ præcepta, qui ſtrictius, ea obſervat? v. g. An præceptum de *Veſtimentis vilibus*, perfectius ſervet, qui vilioribus curtis, ſtrictioribus, & repetiatis veſtitur: quam ille, qui vilibus tantum, & non nimis ſtrictis, nec repetiatis induitur?

5 Affirmat Ioan. à S. Maria. 1. p. Chronicor. Provinc. S. Ioſeph. lib. 1. cap. 5. pag. 26 col. 1. ibi: *Licet in Obſervãtia nõ ſervetur Regula tãto cum rigore, & arctitudine*, (ſicut in Diſcalciatis) *ſervatur tamẽ in ſua perfectione. Cũ enim ſeruetur iuxta Pontificũ Declarationes ſervatur iuxta literã; & magna cũ perfectione; & ſi alij, illã, cũ maiori obſervent; portantes hi; habitus multum curtos: ſtrictos, & repetiatos; & illi latos multũ, & lõgos*, Hæc ille, Accedũt, Ximen. in c. 4. Reg. n. 32. & 33. & in c. 10 n. 27. & Mart. à S. Ioſeph. 3. editio. in Reg. fol. 453.

Negant vero Alava in Doctrinali, punct. 4. c. 3. 4. & 7. Mirand. in Reg. c. 11. Paul. Salaz. in Expoſit. Bullæ Greg. 15 *Paſtoralis*. pag. 36. &c. Iribarne, ibi pag. 15. Parada in Apolog. pag. 9. & in Memorial. cuius titulus eſt, *Motiuos fundamentales* pag. 17. & 19. Et Petr. Navar. in Reg. q. 5. Procemial. concl. 1. Quam ſententiam iudico omnino veram.

6 Dico ergo primo, quod Frater Minor nõ adimplet perfectius præceptum de *Veſtimẽtis vilibus*: propterea quòd, vilioribus, ſtrictioribus, & magis curtis, & repetiatis induatur. Ducor Primo, ex habitibus SS. P. N. Fr. & præcipue, ex illo, terſacro, quem ferebat, quando Chriſtus, ſuorum ſtigmatum numero in monte Alvernæ ornavit, & honoravit. De quo Author Annal. Minor. tom 1. ad ann. 1208. n. 5. ita ſcribit: *Color cinereus, qualitas ſagi vilis, nec tamen rudiſsimi. Strictus nimis non eſt nec pannoſus valde, aut præſegmina habet, niſi vno, quo reſarciri indiguit loco, &c.* Vide plenius, Cõt. 6. ſect. 5. n. 20 Tũ ſic. Nullus Frater, indutus habitu multũ ſtricto, & repetiato, ſervat, nec ſervavit ita perfectè, preceptũ de *veſtimẽtis vilibus*, ſicut SS. P. N. Fr. Sed SS. P. illud obſervavit, indutus habitibus, nõ rudiſsimis, nec nimis ſtrictis, aut repetiatis, ergo qui rudiſsimis, ſtrictioribus, & repetiatis induitur, non ſervat perfectius hoc preceptum, quam qui, &c. *Frater Minor, qui ſtrictioribus & repetiatis induitur nõ ad implet perfectius Regulam, &c.*

7 Ducor ſecũdò ex Ioan. 22 in

in *Extravag. Quorundā exigit de Verbor. ſignific.* in qua (alijs omiſsis) ſequẽtia notavi. Vnū, quòd (in princip.) ex corde deſiderat idē Pontifex, vt omnes Ordinis Minorū Fratres, *nō ſolū de virtute in virtutē proficiant: ſed quaſi quibuſdā alarū gradibus, ad perfectionem tendentes, de die in diem facti ſe meliores, aſcendant in altius, &c.*

8 Alterū, quòd *excitatus* (vt infra ait) *Ordinis incōmodis, & periculis, ad illa ſum movēda, inhærēs veſtigijs ſuorū prædeceſſorū, Nicol. 3. & Clem. 5. vult declarare præcepti de veſtimētis vilibus obligationē.* Aliqui nāq; Fratres, maioris paupertatis, & melioris obſervātiæ zelo ducti, *aſſumpſerunt habitus curtos, ſtrictos, ſqualidos, novitate plenos, & à cōmunitate Ordinis differētes;* dicentes ſe, in hoc meliùs præceptū *de Veſtimētis vilibꝰ*, cum huiuſmodi habitibus ſtrictis, & curtis, &c. obſervare.

9 Tertiū, Quòd prædictis Fratribus, cica fin. dictę Extravag. mādat: *In virtute obediētiæ, & ſub excōmunicationis pœna, vt habitus curtos, ſtrictos, & difformes ab aliorum Fratrū de Cōmunitate habitibus, quos deferunt, deponāt ad mādatū Generalis, & alijs iuxta mandatum, & arbitriū ipſius Generalis induantur, obedientes ei in iſtis, & alijs; ſecundum B. Franciſci Regulam, &c.* Hæc Pontifex.

Probatur concluſio ex Extravag. Quorundam.

10 Ex quibus ſic arguo. Summus Pontifex deſiderans, vt omnes Ordinis Minorum Fratres, maiores, de die in diē profectus, in virtute haberēt, vberioreſq; progreſſus in perfectione; & ſimul declarando; præcepti *de Veſtimentis vilibus* obligationem (inhærens veſtigijs Nicol. 3. & Clem. 5.) prohibet, in virtute obedientiæ, ijſdem Fratribus, *ne portent habitus curtos, ſtrictos, ſqualidos, &c. ab aliorū Fratrum de Communitate habitibꝰ difformes*, & approbat aliorum *Fratrum de Communitate* habitus longiores, latiores, & viles tantum, non viliores, nec repetiatos: ergo Fratres, qui in Ordine Minorum portant habitus ſtrictos, curtos, ſqualidos, & repetiatos, non idcircò, adimplent perfectiùs ſuæ Regulę *de Veſtimentis vilibus* præceptum. Imò hoc affirmare, dicit in prædicta Extravag. idem Pontifex, *eſſe cæcam ſcrupuloſitatem, indoctam ſcientiam, inſcitiam, vel ſe plùs ſapere, quàm oporteat ſapere, ſcrupuloſam caliginē, phantaſiā, quæ in ſtolidis opinionibus creſcit, &c.*

11 Dices: Ioan. 22. non reprehendere affirmātes, perfectiùs Regulā obſervari cum præ-

Digitized by Google

prædictis habitibus curtis; quia hoc defendebant ſeu affirmabant; ſed quia obſtinato animo obediētiæ, & iudicio Prælatorum reſiſtentes, illorum dictis non audiebant.

11 Reſpōdeo, falſam eſſe. Primā obiectionis partem, vt ex prædict. Extravag. clarè cōſtat, ibi, *Quorundam exigit cæca ſcrupuloſitatis ambiguli, ac ipſorum quodam modo indocta ſcientia, ne dixerimus quòd irreligioſa. horum ſit vana, vel in hoc ſuperſtitioſa Religio; vt dum ſuis mavult temerè ſub conſcientiæ velamento, conceptibus, quàm Prælatorum Ordinis ſui cum obedientiæ merito provide inhærere ſententijs*, &c. & mox. *Ne perperam paucorum dicti Ordinis Fratrum (quod abſit) inſcitia, recta ipſarum declarationum, verba convertens in devium: illaque ſuis (eis profectò contraria) accommodans ſenſibus, ingrata Deo, ſuperioribus contumax*, &c. Hæc Pontif.

13 In quibus verbis duo dicit, vnum quòd Fratrum portantium habitus curtos, & ſtrictos, erat, in hoc, *irreligioſa, vana, & ſuperſtitioſa religio; Deo ingrata, & Superioribus contumax*, &c. In quibus eorum inobedientiā reprehendit. Alterum quod eorum *ſcientia erat cæca, indocta, inſcitia, & recta verba declarationum Nicol. 3. & Clem. 5. convertens in devium*. Cuius cauſam aſsignans infra dicit. *Cum ſuum habitum ſic deſpectū & regularē, & cruci formē* ASSERERENT: *cæterorū verò ſuperfluum, irregularemque* CENSERENT, &c. in quibus, clarè eos reprehendit, quia affirmabant ſuis habitibus ſtrictis, & ſqualidis, perfectiùs præceptum de *Veſtimentis vilibus* ſervare.

14 Dices: Clemens. 8. in Bull. *Ex iniuncto Nobis*, declarat, quòd Fratres de Familia Minorum de Obſervantia; & Fratres Reformati obſervant Regulam B. Franciſci; *licet* (addit) *ipſi Reformati purius*: ergo quia ſtrictiùs & auſteriùs. Patet ex Greg. 13. in Bull. *Cum illius vicem*, in qua prædictos Reformatos, appellat de ſtrictiori obſervantia, ergo.

15 Reſpondeo Clem. 8. nō dicere Reformatos *puriùs* ſervare Regulam; quia ſtrictiùs eam ſervabant; ſed quia illam obſervabant, iuxta ipſius literam, declaratam à Nicol. 3. & Clem. 5. vti ibi dicit Pontif: *Licet* (inquit) *ipſi Reformati purius, & iuxta ipſius Regulæ literam, declaratam per recolendæ memor. Nicol. 3. & Clement. 5. præ-* *Reformati puriùs ſervant Regulā, quia iuxta declarationes Nicol. 3. & Clem. 5.*

deceſſores noſtros obſervant, &c. Hæc ille.

16 Eandem fuiſſe mentem Greg 13. patet ex prædicta Bulla (n. 14. relata) circa princ. ibi. *Sanè licèt aliàs per fœlicis record. Clem. 7. prædeceſſorem noſtrum, multa ad quietum ſtatum pertinentia, dilectorum filiorum Fratrũ Minorum deſtrictiori Obſervantia, Reformatorum nuncupatorum (vt qui Regulam ipſam B. Franciſci purè, & plenè iuxta illius literam, & declarationes Nicol. 3. & Clem. 5. prædeceſſorum noſtrorum, vt veri B. Franciſci filij, & alũni obſervare contendant) edita, & ſtatuta fuerint, &c.* Et aliquib⁹ interiectis: *Si verò* (ait) *in Familia Fratrũ de Obſervantia profeſſionem emiſerint, & ad Reformatos deſtrictiori Obſervãtia tranſierint, &c.* Et mox: *volumus ad plenam, & puram Regulæ S. Franciſci Obſervantiam iuxta ipſius literam, ac Nicol. 3. & Clemen. 5. declarationes teneri.* Hæc ibi. Ex quibus liquet Reformatos non id circo ita, ac deſtrictiori Obſervantia appellari, quia ſtrictiùs, & auſteriùs ſervabant Regulã, ſed quia plene, & pure, iuxta ipſius literam à Nicol. 3. & Clem. 5. declaratam.

17 Vnde ipſe Ximen. cap. 4. in Reg. n. 31. affirmat, quòd non ſolum Capuccini, & Diſcalciati, ſed etiam Obſervantes, poſſunt attingere ad ſupremũ Regulæ obſervantiæ gradum: *Vti biſce diebus* (addit) *attigerunt S. Frater Nicolaus Factor, & Venerab. P. Fr. Chriſtoph. Moreno. & alij, quos refert. P. Daza 4. p. Chronic. Ordinis.* Hæc Ximen. At maior pars, virorum ſanctorum quos refert Daza eſt, ex Regularis Obſervantię Fratribus, qui pręceptum de *Veſtimentis vilibus* ſervarunt cum habitibus, vilibus tantum, non verò vilioribus, aut multùm repetiatis: & ſimiliter preceptum, *Non portandi calciamenta*, incedendo pedibus nudis cum ſandalijs, obſervarunt: ergo ſupremum gradum obſervantiæ horum præceptorum poſſunt Fratres Minores attingere, veſtiměta tantum vilia, & non repetiata portando, & pedibus nudis cum ſandalijs incedendo, ac perconſequens, &c.

Regularis Obſervãtia Fratres poſſunt attigere, ad ſũpremum gradum obſervantia Regulæ.

18 Itaq; in Italia, & Gallia erant temporib. Clem. 7. & Greg. 13. (& forte ſunt) aliqui Cõventus (ſeu Provincię) Fratrum de Obſervãtię Familia, qui non ſervabant Regulã iuxta declarationes Nicol. 3. & Cleme. 5. & alij qui iuxta dictas declarationes illã ſervabant: & ideò *puriùs* iſti, quàm illi

illi, vnde iſti Fratres Reformati de Strictiori Obſervantia nuncupabantur. Ex quibus fit conſequens, quòd omnes Fratres Minores, qui ſervant Regulam iuxta ipſius literam declaratã per Nicol. 3. & Clem. 5. ſervent illam *puriùs*, quam alij, qui iuxta prædictas Declarationes non ſervant. Et quòd verè ſint, & nũcupari poſsint, & debeant, Fratres Reformati de Strictiori Obſervantia; & ſi habitus non multùm ſtrictos, nec repetiatos portent; & cum ſandalijs incedant; vt cõmuniter incedunt, & ſervãt Regulam Fratres Regularis obſervantiæ Hiſpaniarum, & aliarum Nationũ plurimi, vt conſtat ex huius Familiæ Ciſmontanę ſtatutis Generalib⁹, in quibus cavetur, vt declarationes Nicol. 3. & Clem. 5. ad vnguem obſervẽtur, vt dicemus infra Controv. 3. ſect. 3. n. 9. Et Contr. 22. Sect. 4. n. 3. Ex quibus patet ad fundamentum Ioan. à S. Maria.

Qui ſervant Regulã iuxta Declarat. Nic. 3. & Clemen. 5. ſunt vere Reformati.

Extravagans Quorundam, vera Regulæ declaratio.

19 Dico ſecundò ſupradictam Extravag. *Quorũdã*, eſſe veram Regulæ declarationẽ, vt dicetur infra Controv. 3. Procœm. ſect. 1. n. 6. & Controv. 6 ſect. 1. n. 56. ibi vide.

Omnes Fratres Minores tenentur ſervare prædictã declarationem.

20 Dico tertiò, omnes Ordinis Minorum Fratres purè Regulã obſervantes, teneri ſub mortali, ab obſervantiã prædictæ declarationis, niſi aliqua facultate Apoſtolica eximantur. Ratio eſt, quia (vt dicam infra Controv. 23. ſect. 2.) præcepta quæ in ipſa ſunt; purè explicant Regulæ obligatoria: nimirũ, pręceptum de *Veſtimentis vilibus*. (vt patet ſup. n. 8. & 10.) Et præceptũ, *Quod obediãt ſuis Miniſtris, &c.* (in cap. 10. Regulæ poſitum) eorum arbitriũ, & iudicium ſequendo, in figura habituum, &c. Et in proviſsionibus tritici, & vini, faciendis. Vide infra Controv. 6. ſect. 1. n. 46. 53. & 54. Et Controv. 17. ſect. 5. n. 12. & 17.

21 Quod arbitriũ, ſive iudicium ſequuntur Obſervãtię Regularis Fratres, obediẽtes omnimode Generali Miniſtro totius Ordinis, in iſtis (& alijs) quæ non ſunt, contra animam ſuam, nec Regulã. At contrà, quidã Reformati, quia in iſtis, (& alijs) quæ non ſunt contra animam ſuam, nec Regulã; Generali Miniſtro totius Ordinis non obediunt: (vt conſtat ex ſuis Cõſtitutionibus) exẽpti authoritate Apoſtolica; ab huiuſmodi obedientia.

SECTIO IIII.

An prætextu euitãdi aliquas relaxationes ſit eligenda opinio falſa fingens aliquod præceptũ in Regula.

1 Sit prima cõcluſio. Tam malum, & periculoſum eſt

In Regula nõ ſunt

Digitized by Google

declaret præceptum de non portandis calceamentis, ſic ait: *Calciamentorum ergo deportationem ipſa Regula indirectè interdicit; & quia verbum illud ſumitur de Euangelio Matth. 10. vbi dicitur in Regula Apoſtolorum: Neque calciamenta: patet hic vſum ſandaliorum minimè prohiberi; quoniam ſicut dicitur Matth. 10. Neque calciamenta, Euangelico more hanc complens ſententiam Marc. 6. præcipitur eis, ne quid tollerent; ſed calciatos ſandalijs.* Hæc S. Bonaven. Concordant omnes Expoſitores, explicantes cum ſimili recurſu hoc ipſum præceptum. Hugo, Piſa, Ioan. Pecham, Cord. in cap. 2. q. 23. punct. 2. Politius num. 103. Ximenez num. 84. Miranda in 1. impreſſ. cap. 57. & in 2. cap. 39. ſimiliquè modo interpretandi alia Regulæ præcepta deſumpta ad literam ex S. *Euangelio*, vbi ſunt, vt liquidò conſtat in ſuis expoſitionibus.

S. Bona. recurrit a Euangeliũ, vt rectè declaret Regulæ præcepta.

Hoc ipsũ faciũt reliqui expoſitores.

(.†.)

CONTROV. II.

PROOEMIALIS *de obligationibus, & ignorantia Regulæ.*

SECTIO I.
Quænam ſint obligationes Regulæ, & vnde naſcantur?

1 CIrca primam huius ſectionis partem eſt duplex ſententia. Prima affirmat, eſſe ſexaginta, & vnũ præcepta obligantia ad mortale. Ita expoſitio Patrũ ordinis, vt liquet ipſam legenti, quæ habetur in Monumentis Ordinis tract. 3. poſt expoſition. Piſani, & in Enchiridio Fratrum Minorum, & alibi.

2 Secunda ſentẽtia, & vera affirmat, eſſe tãtũ viginti quinque obligatoria ſub mortali. Ita omnes Expoſitores poſt Clem 5. nemine dempto.

3 Sit concluſio. Licèt ante declarationẽ Nico. 3. & Clem. 5. nondum clarum extitiſſet, quæ eſſent obligatoria in Regula Minorũ ſub mortali; poſt ipſas tamen declarationes abſque dubio certiſsimũ eſt, tantum eſſe viginti quinque, ſeptem ſcilicet, expreſſa præcepta, & formalia; quatuor habentia vim præcepti; duo inhibitoria; duodecim æquipollentia.

Præcepta Regulæ ſunt 25.

4 Et

Digitized by Google

4 Et licèt ſecundùm declarationes Nicola. 3. & Clement. 5. ſint viginti, & octo; ad numerum tamen viginti quinque reducuntur. Nam reliqua tria, quæ numerum viginti quinque excedunt, & habent vim præcepti, includuntur in viginti quinque ſupradictis. Id enim, quod dicitur c. 1. quòd *Fratres teneantur obedire ſucceſſoribus B. Franciſci*; & id, quòd dicitur cap. 8. quòd *tenentur obedire Generali Miniſtro*, includuntur illo decimi cap. præcepto, nimirum; quòd *obediant ſuis Prælatis*. Illud autem, quòd dicitur de ieiunio feriæ ſextæ, ad aliud æquipollens reducitur; vbi agitur de ieiunio in 3. cap.

5 Circa ſecundam huius ſectionis partem, concors Expoſitorum ſententia eſt, quòd huiuſmodi obligatoria non naſcuntur ex ſola voluntate Pontificis volentis obligare; ſed ex natura Regulæ *iuncta intentioni* Inſtitutoris eius, cui ſe cõformarunt, qui à principio eam vouerunt. Ita Emman. Rod. t. 1. qq. Reg. q. 26. art. 4. circa finem, Ouandus Additio. ad diſt. 38. de Voto in 4 Sent. propoſit. 3. Alaua in doctrinali ſatisfactorio pun. 1. c. 14. & 15. Herrera in tract. 4. art ſup. Reg. cap 3. egregiè quidem. Miranda ſup. Reg. in 1. impreſſ. c. 64. fol. mihi 379. & 380. & in 2. c. 46. circa medium fo. mihi 303. Marchãt. titul. 1. procemiali, q. 4. concluſ. 2. & alij communiter.

Ogligatoria Regula non naſcũtur ex ſola voluntate Pontificis.

6 Probatur, quia Pontifex in illo religioſæ profeſſionis voluntario ſacrificio non poteſt pro ſua volũtate, obligationum vincula multiplicare; ſed tantùm intra terminos ipſius Regulæ, cui ſe Religioſus obligauit: imò nec Papa poteſt ſimpliciter (niſi in caſu, & ex cauſa) aſtringere Fratrẽ Minorẽ ad macerationes corporis maiores, quàm ſint communes in Chriſtianitate, quam profeſſus eſt in Baptiſmo, vt rectè notat Cord. cap. 10. Reg. q. 2. p. n. 6. verſiculo, *Sed ſi in eadem Religione*.

7 Secundò probatur, nam vt inquit D. Bern. tract. de pręcepto, & diſpẽſatione poſt principiũ (quem ſequitur S. Thom. Quodlib. 10 q 5. art. 2) *Nihil (inquit) me Prælatus prohibeat borũ, quæ promiſi, nec plus exigat, quàm promiſi. Vota mea nec augeat ſine mea voluntate, nec minuat ſine certa neceſſitate*. Hæc ille. Prælatus enim (vt docet idem S. Thom 2. 2. q. 104. art. 5. in corpore & ad. 3. & vbi ſup.) nihil iuris ampliùs habet ſuper ſubditum, niſi reſpectu eorum, ad quæ ſe voto obligauit, vnde Ricard de

S. Vi

S. Victor. (quem citat & ſequitur Politius in cap. 10. Reg. n. 36. fine:) *Debitum,* inquit, *eſt quod præcipitur ſecundum ordinem; indebitum, quod ſupra profeſsionem.* Hęc ille. Ex quibus infertur, in his, quæ ſunt voti, ſpectari debere votum ipſum, vt obligationes dignoſcantur.

Vt Regula obliget attēdenda eſt intentio legislatoris.

8 Notanter dixi: *Sed ex natura Regulæ iuncta intentioni Inſtitutoris eius:* quod liquidò conſtat, ex declaratione Summ. Pontif. ſup. Reg. qui frequenter teſtantur, ſe intentionem S. Frãciſci interpretari. Ita Gregor. 9. in declaratione, quæ incipit: *Quo eleganti à ſæculo;* in Prologo, & Nicol. 3. & Clem. 5. in ſuis declarationibus paſsim.

Qui vovet Regulã, cenſetur illam vovere vt eſt.

9 Dixi etiam notantèr: *Cui ſe conformarunt qui à principio eam vouerunt:* & ſi enim votum in conſcientia non obliget, niſi iuxta voventis intentionem; (quia vt docet D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. in corpore: *In tantùm fertur obligatio voti, in quantum ſe extendit voluntas, & intentio voventis*) qui tamen intendit vovere Regulã Fratrum Minorum & verè eſſe Frater Minor, cenſetur, illam intendere vovere, vt eſt, & conformitèr ad eos, qui eam benè voverunt; non verò qui ſecundùm abuſus: (qui fortè in Regulæ obſervantia per relaxatos illegitimè introducti ſunt) *Impertinens enim, & peccaminoſa intentio in votis, habetur pro non adiecta,* vt dicunt communiter Doctores. Quod maximè notare debent hi (ſiqui ſunt) qui ſuper relaxationibus, tempore ſuę profeſsionis illegitimè introductis, ſe excuſant.

Quadrupliciter poteſt quis vovere Regulam.

10 Sed pro clariori intelligentia notãdum eſt, quadruplicitèr poſſe aliquem vovere Regulam, & ſe ad illius obſervantiam obligare. Primò generalitèr & indeterminatè. Secundò determinatè & reſtrictè. Tertiò purè. Quartò benè, & ſi non tam purè.

Qui ſimpliciter vovet Regulã, intelligitur voviſſe, provt à iure communi interpretatur.

11 Qui primò modo profitetur, hoc eſt, ſiquis ſciens & intelligens ſubſtantialia, & obligatoria Regulæ, voveat Regulam, abſque eo quod eius intentio ad ſervandam illam, hoc vel illo modo ſe determinet, ſed ſimpliciter, abſolutè & abſque vlla reſtrictione, huiuſmodi vovens, & profitens Regulam, illam vovet (modò ſciverit, modò ignoraverit multiplices abuſus, qui fortè eſſent in vſu, & conſuetudine Fratrum) hic voviſſe intelligitur, provt à iure

iure communi interpretatur, ideſt, ſecundùm quòd Papa, Eccleſia, & communiter Doctores ipſam Regulam intelligunt, & ſecundùm intentionem ſtatuentis & approbantis illam, vt tenet cōmunitér vtriuſque iuris Doctorum Sententia. Ita Innocent. & Hoſt. in Cap. *Super eo de Regularibus*, de quo latius Supplementum Gabr. in 4. d. 3. q. 1. art. 3. prop. 6. Cord. in cap. 2. Reg. q. 15. pun. 1. Navarr. ibi in margine. Polit. num. 80. Miranda in Manuali Prælatorum t. 1. q. 25. art. 5. circa finem §. *Sed circa*, & §. 2. *Dico*, in principio, & Petr. Navarr. in cap. 2. Reg q. 18. concl. 1. & omnes communitér. Quare taliter vovens tenetur ad obſervantiam Regulæ, quoad eius obligatoria, ex vi talis profeſsionis: & non excuſatur à Regulæ præceptorum tranſgreſsione, ex communi vſu ſeu potiùs abuſu, & prava cōſuetudine relaxatè vivendi.

Qui vovet Regulam cum reſtrictione, peccat mortaliter.

12 Qui ſecundo modo profitetur, ideſt, qui ſpecialitèr, quando profitebatur intēdebat ſe non obligare ad tantam perfectionem, ſeu arctitudinem: tunc ſic profitendo Regulam, non explicando ſuā intentionē, mortaliter peccavit, fraudulenter & mendaciter profitendo in facie Eccleſiæ: quam intentionem, ſi explicuiſſet, non reciperetur. Nec cēſetur Religioſus illius Religionis, ad quam non intendebat ſe obligare; aliàs enim benè cenſetur Religioſus ſimpliciter, ex quo voluit profiteri ſaltim tria vota ſubſtātialia Religionis: ſicquè tenetur intrare aliam ſaltem laxiorem, ſi in Religione, vbi profeſsionem fecit, non vult manere; nam ſi manere ibi vult, tenetur vivere ſecundùm Regulam promiſſam debitè; ſiquidem iam ſic acceptat votum & Regulam. Sic Cord. in cap. 2. q. 16. pun 2. P. Navarr. q. 19. concluſ. 3. & omnes communitèr.

Qui vovet, ut vere ſit Fratrer Minor, ad id tenetur, etiamſi ignoret abuſus ſi forte ſunt.

13 Qui tertio modo vovet, ideſt, qui profitetur Regulam Fratrum Minorum, ea intentione & animo, vt purè ac verè ſit Fratrer Minor (ſive ſciat, ſive ignoret multiplices abuſus, qui forte ſunt in vſu) tenetur ad obſervantiam Regulæ quoad eſſentialia, & cætera eiuſdem Regulæ obligatoria, & non excuſabitur ab eorum tranſgreſsione ex communi vſu vivendi, vel conſuetudine; Regulam enim vovet Frater Minor, non conſuetudinem. Cap. *Cū dilectus, Extra De ijs quæ vi metuſque cauſa fiunt*, & 20 quæſt. 3. Cap. *Conſtituit*.

Et

Et eſt ſimilis caſus in Cap. *Ex parte, de Regularibus*: Ita Alex. Alen. Innoc. & Hoſt. quos citat & ſequitur Angelus, verbo *Religioſus* n. 32. Subſcribũt Syluest. verbo Religio. 3. q. 12. Polit. in c. 2. Reg. n. 80. Navarr. in Manuali c. 12 n. 10. Miranda in Man. Præl. t. 1. q. 25. art. 5. in princip. Hoc dictum ſequitur ex 1. ſup. n. 11. relato. Et ratio eſt clara, quia quilibet tenetur ad id, ad quod ſe intendit implicitè, vel explicitè obligare per votum, vt patet ſecundùm communiter Doctores in 4. d. 38. ſufficitque implicita voluntas, ſeu virtualis intentio ſe obligãdi: quia qui vult principale, vult & neceſſariò ei annexum, ſeu acceſſorium, ſeu ibi neceſſariò incluſum: ſicut qui vult eſſe Clericus, vult actu, aut velle tenetur conſequenter tali ſtatui obligatoriè annexa, vt pote caſtitatem, &c. & debet ea obligatoria obſervare in eo vtique gradu, quo obligatoria ſunt: non verò ſicuti alij Eccleſiaſtici relaxati (ſi qui ſunt) male obſeruant: ſic ſimiliter dicendum, & tenendum eſt de illo, qui noſtram vovet Regulam.

14 Qui quarto modo vovet, ideſt, qui profitetur ea intentione & animo, vt ſcilicet, velit eſſe Fratrer Minor modo ſufficienti, vt tutus ſit in conſcientia, (modò Regula ſeruetur ad literam, modò non, vel propter aliquas diſpenſationes ritè impetratas, vel propter conſuetudinem legitimè introductam, aliqua præcepta modificantem) tenebitur ad illa obligatoria Regulæ, quæ ex diſpenſatione, vel conſuetudine reperit cõmuniter obſeruari; & non ad alia. Ratio eſt clara, quia votum debet eſſe voluntarium, vt in Cap. *Licet de Regularibus*, & in tantum fertur obligatio voti, in quantum ſe extendit voluntas, & intentio vouentis, vt docet *D. Thom.* vbi ſupra n. 9. relatus. Ergo ſi iſte non habuit animum ſe obligandi, niſi reſpectu Regulæ, quæ ibi benè (licèt non tam purè) tunc obſeruabatur, meritò non erit obligatus ad alia, niſi prout invenit conſuetudinem, (& ſi mitigantem præcepta aliqua) iuſtam tamẽ.

Qui ea intentione profitetur, vt velit eſſe Frater Minor modo ſufficienti tantũ, tutus in cõſcientia erit, ſeruãdo Regulam ſecundum conſuetudinem.

15 Petes: Qui profeſſus eſt Regulam in Monaſterio, vel Provincia, vbi relaxatè vivebatur, (modò ſciverit ſubſtantialia Regulæ, ſive ignoraverit) dum Religio reformatur quoad ipſius Regulæ obligatoria, ſeu quoad alia quæcumque, ſi vult ibi manere, tenebitur ne vivere reformatè, ſe alijs conformando? Reſpondeo affirmativè. Ratio eſt,

eſt, quia ex quo vult ibi remanere; ex eo acceptat votum, & obligatur ad profeſſionem debitam, & vitam Regularem & reformatam, vt latè habetur per Panormit. Cap. *Super eo de Regularibus* & ibi Canoniſtæ Sylveſt. verbo Religio 3. q. 12. quos citant & ſequuntur Cord. in C. 2. Reg. q. 15. pun. 3. & Politius n. 81. Subſcribunt Miranda in Man. Præl. t. 1. q. 25. art. 5. fine. Doctiſſ. Hugo Cavellus Archiep. Armachan. tract. 2. pro reformatione cõtra Collegium Pariſienſe, in ſolutione ad ſecundum de cõſuetudine, reſponſio. 5. & Petr. Navarr. hic q. 19. concl. 2. vide Concilium Trident. ſeſſ. 25. cap. 1.

SECTIO II.

An Frater Minor ex vi voti ad alias obligationes teneatur, præter eas, quæ in eius Regula continentur?

1 RESpondeo non teneri. Sic declaratum eſt à Greg. 9. in ſua declaratione. *Quo elongati*, à Nicol. 3. C. Exiit, à Clem. 5. Exivi. Id circo non tenentur Fratres ad Teſtam. S. P. Franciſci vt relati Põtifices affirmant: Greg. 9. art. 1. Nicol. 3. art. 10. §. Cæterum ſanæ memoriæ.

2 Præterea declarationes Nicol. 3. & Clem. 5. ſive modificationes earum circa pecuniam, ex vi ipſarum declarationum, non ſunt neceſſariò obſervandæ ſub peccato; nec veniali; quia nihil Fratribus Minoribus præcipitur per declarationes dictas, præter Regulæ præcepta, vel Dei mandata. Nec ipſæ aggravant præcipiendo de novo; id quod ex Dei præcepto, vel Regulæ, eſt illis obligatorium. Quare illarum tranſgreſsio nõ eſt culpabilis; niſi ex cõtemptu, & ratio eſt, quia declaratio non debet ſe extendere vltra declaratum; & qui declarat, nihil novi facit L. *Hæredes Palam*, §. *Siquidē* ff. *De Teſtam*. Gloſſ. iterum in addit. in L. fin. Cap. De Teſt. L. *Adeò* §. *Cũ quis* ff. *De Acquiren. Rerũ dominio*. Atque ita tenent Cord. in Cap. 10. Reg. q. 3. pun. 4. Polit. in cap. 4. n. 55. Rod. t. 1. qq. Reg. q. 26. art. 4. circa finem; Miranda ſupra Reg. in prima impreſſ. C. 74. & in 2. C. 53. Ortiz fund. 5. Ximenez in cap. 4. Reg. n. 83. & duplici ſequenti. Mart. à S. Ioſeph. c. 8. ſupra Reg. n. 3. in vtraque impreſ. & cæteri communiter.

Declarationes Nicolai. 3. & Clemētis. 5. ex vi ipſarum, non ſunt neceſſario obſervandæ.

3 Quòd ſi dicas: Clem. 5. in ſua declaratione. art. 6. §. *Porrò: Dicimus*, inquit, *Fratres*

Digitized by Google

tres teneri cavere ſummopere, quòd pro alijs cauſis, vel ſub modis alijs, quàm ponat dicti Prædeceſſoris noſtri declaratio ad dantes pecunias, ſive deputatos nuncios, non recurrant, &c. Ergo. Reſpondeo cum Cord. Polit. & Ximenez locis n. 2. relatis, quòd Clem. 5. minimè obligare intendit Fratres ſub aliquo peccato, ad dictas limitationes Nicol. 3. circa pecuniam, ſed hoc faciendum Fratres admonet, ne fortè, dictis modificationibus non ſervatis, per imprudentiam in aliquam Regulæ transgreſsionem incurrat.

Transgreſsio dictarũ declarationũ poteſt eſſe aliquando peccatum mortale.

4. Cum hoc tamen ſtat, (vt bene advertunt Cord. & Polit. vbi ſupra) transgreſsionem huiuſmodi modificationũ eſſe pro materiæ gravitate mortaliter culpabilem; non ex vi ipſarum declarationum, ſed ex vi Regulæ, aut ex natura rei, ſuppoſito precepto Regulæ: vt puta nimia ſuperfluitas, aut precioſitas vtenſilium, theſaurizatio, & alia, quæ in dictis declarationibus nobis non licere declarantur: hæc peccata mortalia vtique erunt ea ratione; quia noſtræ paupertati, & ſtatui aduerſantur.

SECTIO III.

An obſervantia eſſentialis Regulæ in indiviſibili conſiſtat?

1 SEnſus ſectionis eſt, an intra eandem obſervãtiam Regulæ in eſſentia ſua aliqui melius; alij minùs bene; aliqui ſtrictius; alij minùs ſtrictè Regulam abſque vllo peccato, etiam veniali obſervẽt, & verè Regulæ obſervatores cenſeantur?

Obſervãtia eſſentialis Regulæ non conſiſtit in indiuiſibili.

2 Reſpondeo affirmativè, & ratio eſt clara: ſicut enim obſervantia Mandatorũ Dei, & virtutum praxis, non conſiſtit in indiviſibili, ſed ſuos habet gradus, vt eſt communis aſſenſus Theologor. cum Angel. Doctore S. Tho. 2. 2. q. 184 art. 3. ad 2. & 1. 2. q. 64. art. 1. & art. 3. & 4. ad 1. & cum Magiſ. in 3. Sent. d. 33. & 37. Alenſi. 3. p. q. 56. memb. 3. Ita executio votorum, & Regulæ cuiuslibet obſervantia, ſuam debet latitudinem habere.

3 Cum enim id, *quod cadit ſub precepto* (inquit D. Thom. 2. 2. Vbi ſupra) *diverſimodè poſſit impleri, non efficitur transgreſſor aliquis præcepti, ex hoc, quòd non optimo modo implet, ſed ſufficit quòd quocumque modo impleat illud;*

lud, &c. & infra, *Non eſt tranſgreſſor præcepti, qui non attingit ad medios perfectionis gradus, dummodò attingat ad infimum.* Hæc S.

4 Peres primo, An perfectius impleat Regulæ præcepta, qui ſtrictius, ea obſervat? v. g. An præceptum de *Veſtimentis vilibus*, perfectius ſervet, qui vilioribus curtis, ſtrictioribus, & repetiatis veſtitur: quam ille, qui vilibus tantùm, & non nimis ſtrictis, nec repetiatis induitur?

5 Affirmat Ioan. à S. Maria. 1. p. Chronicor. Provinc. S. Ioſeph. lib. 1. cap. 5. pag. 26 col. 1. ibi: *Licet in Obſervātia nō ſervetur Regula tāto cum rigore, & arctitudine,* (ſicut in Diſcalciatis) *ſervatur tamē in ſua perfectione. Cū enim ſeruetur iuxta Pontificū Declarationes ſervatur iuxta literā; & magna cū perfectione; & ſi alij, illā, cū maiori obſervent; portantes hi; habitus multum curtos: ſtrictos, & repetiatos; & illi latos multū, & lōgos,* Hæc ille. Accedūt, Ximen. in c. 4. Reg. n. 32. & 33. & in c. 10 n. 27. & Mart. à S. Ioſeph. 3. editio. in Reg. fol. 453.

Negant vero Alava in Doctrinali, punct. 4. c. 3. 4. & 7. Mirand. in Reg. c. 11. Paul. Salaz. in Expoſit. Bullæ Greg. 15 *Paſtoralis*. pag. 36. &c. Iribarne, ibi pag. 15. Parada in Apolog. pag. 9. & in Memorial. cuius titulus eſt, *Motiuos fundamentales* pag. 17. & 19. Et Pet. Navar. in Reg. q. 5. Proœmial. concl. 1. Quam ſententiam iudico omnino veram.

6 Dico ergo primo, quod Frater Minor nō adimplet perfectius præceptum de *Veſtimētis vilibus*: propterea quòd, vilioribus, ſtrictioribus, & magis curtis, & repetiatis induatur. Ducor Primo, ex habitibus SS. P. N. Fr. & præcipuè, ex illo, terſacro, quem ferebat, quando Chriſtus, ſuorum ſtigmatum numero in monte Alvernæ ornavit, & honoravit. De quo Author Annal. Minor. tom 1. ad ann. 1208. n. 5. ita ſcribit: *Color cinereus, qualitas ſagi vilis, nec tamen rudiſsimi. Strictus nimis non eſt nec pannoſus valde, aut præſegmina habet, niſi vno, quo reſarciri indiguit loco, &c.* Vide plenius, Cōt. 6. ſect. 5. n. 20 Tū ſic. Nullus Frater, indutus habitu multū ſtricto, & repetiato, ſervat, nec ſervavit ita perfectè, pręceptū de *veſtimētis vilibus*, ſicut SS. P. N. Fr. Sed SS. P. illud obſervavit, indutus habitibus, nō rudiſsimis, nec nimis ſtrictis, aut repetiatis, ergo qui rudiſsimis, ſtrictioribus, & repetiatis induitur, non ſervat perfectius hoc pręceptum, quam qui, &c.

Frater Minor, qui ſtrictioribus & repetiatis induitur nō ad implet perfectius Regulam, &c.

7 Ducor ſecūdò ex Ioan. 22 in

in *Extravag. Quorundã exigit de Verbor. ſignific.* in qua (alijs omiſsis) ſequẽtia notavi. Vnũ, quòd (in princip.) ex corde deſiderat idẽ Pontifex, vt omnes Ordinis Minorũ Fratres, *nõ ſolũ de virtute in virtutẽ proficiant: ſed quaſi quibuſdã alarũ gradibus, ad perfectionem tendentes, de die in diem facti ſe meliores, aſcendant in altius, &c.*

8 Alterũ, quòd *excitatus* (vt infra ait) *Ordinis incõmodis, & periculis, ad illa ſum movẽda, inhærẽs veſtigijs ſuorũ prædeceſſorũ, Nicol. 3. & Clem. 5. vult declarare præcepti de veſtimẽtis vilibus obligationẽ.* Aliqui nãq; Fratres, maioris paupertatis, & melioris obſervãtiæ zelo ducti, *aſſumpſerunt habitus curtos, ſtrictos, ſqualidos, novitate plenos, & à cõmunitate Ordinis differẽtes*; dicentes ſe, in hoc meliùs præceptũ *de Veſtimẽtis vilib⁹*, cum huiuſmodi habitibus ſtrictis, & curtis, &c. obſervare.

9 Tertiũ, Quòd prædictis Fratribus, cica fin. dictę Extravag. mãdat: *In virtute obediẽtiæ, & ſub excõmunicationis pœna, vt habitus curtos, ſtrictos, & difformes ab aliorum Fratrũ de Cõmunitate habitibus, quos deferunt, deponãt ad mãdatũ Generalis, & alijs iuxta mandatum, & arbitriũ ipſius Generalis induantur, obedientes ei in iſtis, & alijs; ſecundum B. Franciſci Regulam, &c.* Hæc Pontifex.

10 Ex quibus ſic arguo. Summus Pontifex deſiderans, vt omnes Ordinis Minorum Fratres, maiores, de die in diẽ profectus, in virtute haberẽt, vberioreſq; progreſſus in perfectione; & ſimul declarando præcepti *de Veſtimentis vilibus* obligationem (inhærens veſtigijs Nicol. 3. & Clem. 5.) prohibet, in virtute obedientiæ, ijſdem Fratribus, *ne portent habitus curtos, ſtrictos, ſqualidos, &c. ab aliorũ Fratrum de Communitate habitib⁹ difformes*, & approbat aliorum *Fratrum de Communitate* habitus longiores, latiores, & viles tantum, non viliores, nec repetiatos: ergo Fratres, qui in Ordine Minorum portant habitus ſtrictos, curtos, ſqualidos, & repetiatos, non idcircò, adimplent perfectiùs ſuæ Regulę *de Veſtimentis vilibus* præceptum. Imò hoc affirmare, dicit in prædicta Extravag. idem Pontifex, *eſſe cæcam ſcrupuloſitatem, indoctam ſcientiam, inſcitiam, velle plùs ſapere, quàm oporteat ſapere, ſcrupuloſam caliginẽ, phantaſiã, quæ inſolidis opinionibus creſcit, &c.* *Probatur concluſio ex Extravag. Quorundam.*

11 Dices: Ioan. 22. non reprehendere affirmãtes, perfectiùs Regulã obſervari cum præ-

prædictis habitibus curtis; quia hoc defendebant ſeu affirmabant; ſed quia obſtinato animo obediētiæ, & iudicio Prælatorum reſiſtentes, illorum dictis non audiebant.

12 Reſpōdeo, falſam eſſe. Primā obiectionis partem, vt ex prædict. Extravag. clarè cōſtat, ibi, *Quorundam exigit cœca ſcrupuloſitatis ambiguli, ac ipſorum quodam modo indocta ſcientia, ne dixerimus quòd irreligioſa. horum ſit vana, vel in hoc ſuperſtitioſa Religio; vt dum ſuis mavult temerè ſub conſcientiæ velamento, conceptibus, quàm Prælatorum Ordinis ſui cum obedientiæ merito provide inhærere ſententijs, &c.* & mox. *Ne perperam paucorum dicti Ordinis Fratrum (quod abſit) inſcitia, recta ipſarum declarationum, verba convertens in devium: illaque ſuis (eis profectò contraria) accommodans ſenſibus, ingrata Deo, ſuperioribus contumax, &c.* Hæc Pontif.

13 In quibus verbis duo dicit, vnum quòd Fratrum portantium habitus curtos, & ſtrictos, erat, in hoc, *irreligioſa, vana, & ſuperſtitioſa religio; Deo ingrata, & Superioribus contumax, &c.* In quibus eorum inobedientiā reprehendit. Alterum quod eorum *ſcientia erat cœca, indocta, inſcitia, & recta verba declarationum Nicol. 3. & Clem. 5. convertens in devium.* Cuius cauſam aſsignans infra dicit. *Cum ſuum habitum ſic deſpectū & regularē, & cruci formē* ASSERERENT: *cæterorū verò ſuperfluum, irregularem que* CENSERENT, &c. in quibus, clarè eos reprehendit, quia affirmabant ſuis habitibus ſtrictis, & ſqualidis, perfectiùs pręceptum de *Veſtimentis vilibus* ſervare.

14 Dices: Clemens. 8. in Bull. *Ex iniuncto Nobis*, declarat, quòd Fratres de Familia Minorum de Obſervantia; & Fratres Reformati obſervant Regulam B. Franciſci; *licet* (addit) *ipſi Reformati purius*: ergo quia ſtrictiùs & auſteriùs. Patet ex Greg. 13. in Bull. *Cum illius vicem*, in qua prædictos Reformatos, appellat de ſtrictiori obſervantia, ergo.

15 Reſpondeo Clem. 8. nō dicere Reformatos *puriùs* ſervare Regulam; quia ſtrictiùs eam ſervabant; ſed quia illam obſervabant, iuxta ipſius literam, declaratam à Nicol. 3. & Clem. 5. vti ibi dicit Pontif: *Licet* (inquit) *ipſi Reformati purius, & iuxta ipſius Regulæ literam, declaratam per recolendæ memor. Nicol. 3. & Clement. 5. præde-* *Reformati puriùs ſervant Regulā, quia iuxta declarationes Nicol. 3. & Clem. 5.*

illi, vnde iſti Fratres Reformati de Strictiori Obſervantia nuncupabantur. Ex quibus fit conſequens, quòd omnes Fratres Minores, qui ſervant Regulam iuxta ipſius literam declaratã per Nicol. 3. & Clem. 5. ſervent illam *puriùs*, quam alij, qui iuxta prædictas Declarationes non ſervant. Et quòd verè ſint, & nũcupari poſsint, & debeant, Fratres Reformati de Strictiori Obſervantia; & ſi habitus non multùm ſtrictos, nec repetiatos portent; & cum ſandalijs incedant; vt cõmuniter incedunt, & ſervãt Regulam Fratres Regularis obſervantiæ Hiſpaniarum, & aliarum Nationũ plurimi, vt conſtat ex huius Familiæ Ciſmontanę ſtatutis Generalib⁹, in quibus cavetur, vt declarationes Nicol. 3. & Clem. 5. ad vnguem obſervẽtur, vt dicemus infra Controv. 3. ſect. 3. n. 9. Et Contr. 22. Sect. 4. n. 3. Ex quibus patet ad fundamentum Ioan. à S. Maria.

Qui ſervant Regulã iuxta Declarat. Nic. 3. & Clemen. 5. ſunt vere Reformati.

19 Dico ſecundò ſupradictam Extravag. *Quorũdã*, eſſe veram Regulæ declarationẽ, vt dicetur infra Controv. 3. Prœm. ſect. 1. n. 6. & Controv. 6 ſect. 1. n. 56. ibi vide.

Extravagans Quorundam, vera Regulæ declaratio.

20 Dico tertiò, omnes Ordinis Minorum Fratres purè Regulã obſervantes, teneri ſub mortali, ab obſervantiã prædictæ declarationis, niſi aliqua facultate Apoſtolica eximantur. Ratio eſt, quia (vt dicam infra Controv. 23. ſect. 2.) præcepta quæ in ipſa ſunt; purè explicant Regulæ obligatoriæ: nimirũ, pręceptum de *Veſtimentis vilibus.* (vt patet ſup. n. 8. & 10.) Et præceptũ, *Quod obediãt ſuis Miniſtris, &c.* (in cap. 10. Regulæ poſitum) eorum arbitriũ, & iudicium ſequendo, in figura habituum, &c. Et in proviſsionibus tritici, & vini, faciendis. Vide infra Controv. 6. ſect. 1. n. 46. 53. & 54. Et Controv. 17. ſect. 5. n. 12. & 17.

Omnes Fratres Minores tenentur ſervare prædictã declarationem.

21 Quod arbitriũ, ſive iudicium ſequuntur Obſervãtię Regularis Fratres, obediẽtes omnimode Generali Miniſtro totius Ordinis, in iſtis (& alijs) quæ non ſunt, contra animam ſuam, nec Regulã. At contrà, quidã Reformati, quia in iſtis; (& alijs) quæ non ſunt contra animam ſuam; nec Regulã; Generali Miniſtro totius Ordinis non obediunt: (vt conſtat ex ſuis Cõſtitutionibus) exẽpti authoritate Apoſtolica; ab huiuſmodi obedientia.

SECTIO IIII.

An prætextu euitãdi aliquas relaxationes ſit eligenda opinio falſa fingens aliquod præceptũ in Regula.

1 SIt prima cõcluſio. Tam malum, & periculoſum eſt

In Regula nõ ſunt

addenda præcepta nec minuenda. eſt diminuere præcepta, dicẽdo non obligare ea, quæ realiter obligant; ſicut ipſa augere, fingendo præcepta, vbi nõ ſunt. Propter quod ita ſunt Regulę tranſgreſſores minuẽtes, ſicut ſunt tranſgreſſores addentes. Hinc Deut. 5. *Non declinabitis ad dexteram, neque ad ſiniſtram*, & Gloſſ. Interl. ibi: *Vt addatis aliquid, vel minuatis.* Vnde Seraphicus P. N. Frãciſcus in ſuo Teſtamento circa finem, *& Generalis Miniſter*, (inquit) *& omnes alij Miniſtri, & Cuſtodes, per obedientiam teneantur, in iſtis verbis non addere, vel minuere.* Hæc ille. Perpẽdo illorum verborum vim, ſcilicèt, *Non addere, vel minuere* (& ſi ſciam Teſtamentum non obligare.) Ex quibus palàm colligitur, quòd ex intentione Seraphici P. N. Frãciſci, ita malum eſt, addere prę cepta, ſicut minuere, vtrumque enim eodem modo per obedientiam prohibet. Et clariùs quidem, in fine primę Regulæ ibi: *Ego Frater Franciſcus firmiter præcipio, & iniungo, vt ex his, quæ in iſta vita ſcripta ſunt, nullus minuat, vel in ipſa Scriptum aliquod deſuper addat.* Hæc Seraphicus Pater. Atque ita tenent Rod. tom. 1. qq. Regul. quæſt. 26. art. 2. §. 2. *Notandum* Cord. in Cap. 6. Regul. q. 3. §. *Quarta Conditio*, verſic. *Reſpondeo, quòd Speculum Fratrum Minorũ*, fine, & alij.

2 Secundò probatur, quia qui addit pręceptum, quod nõ eſt, occaſionem præbet Fratribus peccandi, propter conſcientiam erroneam facientibus aliquid, quod putant eſſe peccatum, vbi revera non eſt; ſed hoc eſt malum, & pernicioſum, quia conſcientia, licet erronea, obligat, vt docet vnanimis aſſenſus Theologorum cum Mag. in 2. d. 39. & S. Thom. 1. 2. q. 19. art. 5. Et hoc verum tenet, non ſolum in peccatis, quę, dictante conſciẽtia erronea, ſunt mortalia, ſed etiã in venialibus: Imò & in actibus bonis. Qui enim putat ſe pecare mortaliter in verbo ocioſo, mortaliter peccat, licèt ille actus, ex ſe peccatum veniale tantum erat. Et ſiquis putat, ſe peccare mortaliter, audiendo ſacrum in die feſto, mortaliter peccat: & ſi non audiat, etiam peccat propter obligationẽ. Videantur Cordub. in ſuo Quæſtionario lib. 3. quæſt. 4. Adrianus Quodlib. 4. Sanch. in Summ. tom. 1. lib. 1. cap. 11. n. 2. Bonacina tom. 2. Summ. diſp. 2. de Peccatis, quæſt. 4. pun. 6. propoſitione 1. n. 8. *Qui fingit præceptũ dat occaſionẽ peccandi.* *Cõſciẽtia erronea obligat.*

3 Secunda concluſio. Multò melius eſt propalare veritaʼ

Digitized by Google

Meliùs eſt affirmare non eſſe præceptum, vbi non eſt, quam affirmare eſſe præceptũ minime eſt.

Nunquã laudari poteſt mẽdacium.

Peccatũ veniale nullo modo eſt eligibile: nec illud poteſt quis cõmittere propter bonũ ſpirituale totius mundi.

tatem affirmando nõ eſſe præceptum, vbi non eſt, quàm affirmare eſſe præceptum, vbi minimè eſt. Ita Emman. Rod. vbi ſupra, & ratio eſt clara: qui enim docet, non eſſe præceptum, vbi non eſt, verum dicit: qui verò affirmat præceptum eſſe, vbi nullum eſt, mendacium loquitur. Veritatem ergo dicere, melius vtiquè eſt, quàm mentiri. *Nec ideo mendacium poterit aliquando laudari; quia non numquàm pro ſalute quorundam mentimur.* Ait D. Aug. in Enchir. Cap. 22. tom. 3. Præterea mendacium, etiam leve, peccatum veniale eſt: & ideo nullo modo eligibile, vti docet D. Thom. 2. 2. quæſt. 43. art. 7. ad 5. Nec quis debet, nec poteſt committere peccatũ veniale propter bonum ſpirituale totius mundi, vt docent communiter Theologi cum Mag. in 3. d. 29. & cum Angelico Doctore 2. 2. quæſt. 26. art. 4. & 5. Lorca ibi diſput. 28. ſect. 3. memb. 1. num. 5. Imò non poſſum vnum veniale committere peccatum, etiamſi omnia aliorum peccata poſſem per id impedire, vt tradunt Doctores, videatur Ægidius de Coninch diſp. 32. de Scandalo. dub. 6. n. 6. fol. mihi 650.

4 Sed dicunt aliqui Scrupuloſi zelatores, quòd per iſtam viam evitantur multæ relaxationes & peccata, & quòd Regula meliùs obſervatur. Reſpondeo falſum eſſe, quòd peccata evitantur fingendo præcepta; ſed potiùs augentur propter conſcientiã erroneam, vt dictum eſt.

Aggravãtes præcepta timorem Dei habẽt ſed nõ prudentẽ.

5 Præterea iſti zelatores, aggravando præcepta, timorem domini habent, ſed imprudentem, & non ſecundùm ſcientiam. Prçclarè D. Amb. Serm. 5. in Pſalm 118. verſu 6. ibi: *Ipſe timor Domini* (ait) *niſi ſecundam ſciẽtiam ſit, nihil prodeſt, imò obeſt plurimum, &c.* & paucis interpoſitis: *Sunt etiam in nobis, qui habent timorem Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, ſtatuentes duriora præcepta, quæ non poſsit humana conditio ſuſtinere. Timor in eo eſt; quia videntur ſibi conſulere diſciplinæ, opus virtutis exigere: ſed inſcitia in eo eſt, quia non cõpatiuntur naturæ; nec æſtimant poſsibilitatem. Non ſit ergo irrationabilis timor.* Hçc Sanctus.

6 Secundò reſpondeo dato (& non conceſſo) quòd aliqualis relaxatio introduceretur, hęc tamẽ non eſt ſufficiẽs ad ponendum prçceptum, vbi non eſt: Regimen enim ſpirituale, non mendacijs, ſed ſoli-

Digitized by Google

dis veritatibus debet proponi: & edoceri, ſemper equidem veritas dicenda eſt, & ſi ſcandalum inde oriatur, vt docent omnes Theologi: Alenſis 2. p. q. 189. memb. 1. D. Thom. 2. 2. q. 43. art. 7. ad 2. ibi Thomiſtæ, Ric. q. 4. d. 38. art. vlt. q. 2. Dur. ibidem q. 3. & habetur in iure, Extra de Regulis iuris Cap. Qui *Scandalizaverit*. Videantur Cobarrub, Relect. in Cap, *Peccatum de Regulis iuris* p. 1. num. 5. fol. mihi 984. tom. 2. Rodri. qq. Regul. tom. 1 q. 10. art. 8. & q. 26. art. 2.

7. Nec quis exiſtimet, me vel leviter laxare velle obligationes Regulæ, aut rigorē diſſolvere regularis diſciplinæ: ſed mens mea eſt inveſtigare, quantùm obſervātia vera Regulæ extendatur. Mutuor libentiſsimè doctiſsimi Gerſonis verba, ex tom. 3. lib. (vel tract.) de Vita ſpiritua. animæ lect. 6. Alphab. 63. lit. N. circa fin. vbi. *Propterea* (inquit) *non diximus ea quæ diximus, ad relaxandum frena inobedientiæ, non ad diſſoluendum rigorem Regularis diſciplinæ; non ad habendum velamen malitiæ libertatem: ſeorſum à nobis ſit hoc ſacrilegium; ſed quod interim quærimus, inveſtigare quouſque, & quantum obligatio Regularis extenditur, ne vitare cupientes, Scyllā nimiæ relaxationis præcipitemus & nos, alios in Charybdin falſæ & auſteræ obligationis: quoniam diſplicet infidelis, & ſtulta promiſsio; infidelis, ſi nō impleatur; ſtulta, ſi diſcretione nō ſaliatur, &c.* Et Paulo poſt: *Denique iuſto ſtrictior conſcientia quandoque, nocet ampliùs, quā laxior.* Hæc ille.

8. Secundò probatur vt enim docet D August, in lib. de Agone Chriſtia. cap. 13. (tom. 3.) *Cum actio, & cognitio beatum hominem faciant, ſicut in actione cavenda eſt nequitia, ſic in cognitione cavendus eſt error. Tunc verò* (vt docet idem S. in Enchir. Cap. 17.) *In cognitione eſt error, quando quis exiſtimat, ſe ſcire quod neſcit, & pro vero approbat falſum, quod eſt proprium erroris.* Et *ipſe perſe ipſum error* (ait idem S. Cap. 19. vbi ſupra.) *aut magnus in re magna, aut paruus in re parva, tamen ſemper eſt malum: & quanta poſſumus cura cavendus eſt, non ſolum in maioribus, verum etiam in minoribus rebus.* Sicut enim (ait idem S. ibid. cap. 21.) *vel non eſt peccatum, vel minimum atque leuiſsimum, in his rebus in quibus nihil intereſt ad capeſſendum regnum Dei, errare, ideſt aliud pro alio putare*, (& habetur 22. queſt. 2. Cap.

In cognitione cavendus eſt error ſive magnus ſiue paruus.

Cap. in quibus) ſic à contrario eſt non parvum peccatum in illis rebus in quibus cõſiſtit ſalus animæ, errare, ideſt vnum pro alio affirmare, ſeu tenere.

Eiuſdem criminis eſt bonum vocare malũ, cuius eſt malũ appellare bonum.

9 Vnde Iſaiæ 5. dicitur, *væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* Quæ verba exponens hic B. Hieron. inquit: *Eiuſdem criminis eſt, bonum, lumen, & dulce, contrarijs vocare nominibus; cuius, malum, tenebras, & amarum, vocabulis appellare virtutum, &c.* & infra: *Omnia contraria dogmata veritati amara ſunt, & ſola dulcis veritas. Vnde cavẽdum eſt, ne pro veritate ſequamur mendacium, ne pro lumine tenebras. Multæ enim ſunt viæ, quæ videntur hominibus rectæ; & noviſſima earum perveniunt in profundũ inferni. Eſt quoque iuſtus periens in iuſtitia ſua cui dicitur Neſis iuſtus multũ Eccleſ. &c.* Hæc Sanct.

SECTIO V.

An ignorãtia obligationũ Regulæ, ab earum obſervãtia voventem abſolvat.

1 PRo meliori intelligentia, ſupponenda ſunt, quæ cõmuniter docent Theologi de Ignorantiæ diviſionibus in 2. diſt. 22. D. Thom. 1. 2. q. 76. S. Bonavent. tom. 6. 1. p. Centiloquij ſect. 7. & 25. S. Bernardin. (Pater meus) in Quadrageſimal. de Evang. æterno, Serm. 21. art. 2. Cordub. lib. 2. Quæſtionar. & ſuper Regul. q. 4. introducto, Sanchez in Sum. to. 1. lib. 1. Cap. 16. Bonacin. tom. 2. diſp. 2. de Peccatis q. 8. pun. 3. & tom. 1. diſp. 1. de Cenſuris q. 2. punct. 1.

Ignorantia duplex invincibilis, vincibilis.

2 Primo quod ignorãtia alia eſt invincibilis, vel probabilis, alia vincibilis vel improbabilis. Invincibilis eſt illa, quæ vinci nõ potuit, & cõtingit quãdo quis nihil vnquã cogitavit vel dubitavit de legẽ aliqua. Probabilis verò cõtingit, quando quis ignorat ea, quæ ſcire tenetur, ſed adhibita diligentia debita ad ea cognoſcenda, nunquã cognovit. Vincibilis autẽ ignorantia illa eſt, quæ vinci potuit, ob præcedentẽ aliquam, de ipſa obligatione ſciẽdi cogitationem; in qua aliquando intercedit gravis negligentia, & aliquando levis, in inveſtiganda rei veritate.

Affectata ignorantia, craſſa & ſupina.

3 Rurſus ignorãtia vincibilis dividitur, in affectatã, craſſam, & ſupinã. Affectata contingit, quando quis eligit neſcire præceptum vt liberius peccet; ſeu cum quis data opera, ignorare vult præceptum, ne ab actu quem exequi op-

tat, retrahatur. Ignorantia verò craſſa, & ſupina dicitur illa, quę procedit ex culpa lata ignorantis, ſeu ex ſummii negligentia, vt accidit, quãdo quis habita iam aliqua cogitatione ignorantię, & obligationis ſciendi, nullam aut valde modicam adhibuit diligentiam, ad cognoſcendum id, quod ſcire ſecũdum ſuum ſtatum, aut officium tenebatur.

4. Vltimò ſupponendum eſt cũ ſupradictis Doctoribus, ignorantię diviſiones accommodari poſſe, inadvertentię, & oblivioni actuali, qua quis licet habuerit pręcepti cognitionem, hic, & nunc, ad illud non advertit.

5. His pręmiſsis, ſit prima cõcluſio, Ignorantia invincibilis, aut probabilis obligationum Regulę excuſat à peccato, eſt communis ſententia.

6. Secunda cõcluſio, Ignorantia vincibilis Regulę, in qua reperitur gravis & ſufficiens negligentia ad mortale, non excuſat; ſecùs quando eſt negligentia levis.

7. Tertia concluſio, Ignorantia affectata Regulæ minimè excuſat à peccato, ſic Doctores citati de omnibus pręceptis in generali loquẽtes: & in ſpeciali in noſtro caſu Aleſ. & tres Magiſt. in Prologo ſuę expoſitionis in Reg. Hugo ibid. Cord. q. 4. introducto. *Ignorantia affectata Regula non excuſat.*

Politius preludio 2. Mirand. in 1. impreſſ. cap. 23. & in 2. cap. 15. & cęteri communiter.

8. Quarta cõcluſio, Ignorãtia craſſa ſeu ſupina Regulę nõ abſolvit ab obſervãtia pręceptorũ. Ita omnes Doctores citati, vnde Hugo vbi ſup: *Non excuſat ignorãtia Regulæ* (inquit) *profeſſores eiuſdẽ. Si quis neſcit tenetur inquirere diligenter: non ambulat ſimpliciter qui ambulat inſipienter; vnicuique ſuus ſtatus curãdus eſt, &c.* Notãda ſunt D. Chriſoſt. verba ſup Matthę quę refert S. Bonav. lib. 3. Pharetrę. c. 29. (tom. 6.) *Non poteſt eis eſſe* (ait) *excuſatio condemnationis, ignorantia veritatis, quibus fuit inueniendi facultas, ſi fuiſſet quærendi voluntas.* Hęc Sanctus. *Ignorantia craſſa non excuſat.*

9. Id circò ardens inflãmeo pectore S. P. N. Franciſci extitit deſiderium, nec minùs eius ardens voluntas fuit, vt dilecti ipſius Filij, ſuęquè Reg. Profeſſores, eã perfectè agnoſcere niterentur: de ea inter ſe mutuò, iugiterq; confabularẽtur, & ſecum ſemper illã haberẽt, eamquè docerent, & addiſcerent, Quod inde patet; nã ſępe ſępiùs ad hoc Fratres ſuos hortabatur: & in fine n. Reg. ſcripta ſequentia verba reliquit: *In nomine* (inquit) *Dei omnipotẽtis rogo omnes Fratres, vt addiſcant tenorem,* *Seraphycus P. Franciſcus ardenter deſiderabat vt Fratres ſui de Regula inter ſe mutuò & iugiter confabularentur.*

rem, & ſenſum eorum, quæ in iſta vita ad ſalutem animæ noſtræ ſcripta ſunt; & iſta frequenter ad memoriam reducant. Et exoro Deum vt ipſe, qui eſt omnipotens, Trinus, & vnus, benedicat omnes docentes, addiſcentes, recordantes, & operantes iſta, quoties repetunt, quæ ibi ad ſalutem noſtram ſcripta ſunt. Et deprecor omnes cum oſculo pedum, vt multũ diligant, cuſtodiant, & reponant, &c. Hæc Seraphicus Pater. Sciebat enim, quod quilibet eius Regulæ Profeſſor, ipſam propria culpa ignorans, & ex tali culpabili ignorantia eius præcepta transgrediens, iuſto Dei iudicio tandem ignorandus à Deo erat; iuxta illud 1. Corin. 14. *Siquis autẽ ignorat, ignorabitur.* Et illud ad Rom. 2. *Qui ſine lege peccaverunt ſine lege peribunt.*

10 Petes primò: An, vt ignorantia, inadvertentia, ſeu obliuio iuris, vel facti, reputentur vincibilia, requiratur actualis aliqua, & explicita advertentia ad obiecti malitiam, eiusvè periculum, in eo qui aliquod opus, ſeu officium aggreditur; ſeu aliquam profitetur Regulam, ſaltem dubitando, aut ſcrupulum concipiendo? An potius ſufficiat advertentia virtualis, & interpretativa, ita vt quoties quis ſcire, vel advertere tenebatur, ſi ignoret, vel non advertat, ſit in advertentia culpabilis? Vazquez, & alij plures apud Sanchez num. 1. relatus, dicto cap. 16. num. 20. & apud Bonac. tom. 2. diſp. 2. de Peccatis q. 8. punct. 3. num. 9. dicunt ſufficere advertentiam virtualem vt ignorantia, ſeu obliuio reputentur vincibilia.

11 At verius iudico cum Sanchez vbi ſupra num. 2. & Bonacina vbi ſupra num. 27. & ibidem q. 2. punct. 3. n. 12. ad ignorantiam, ſeu inadvertentiam cenſeri vincibilia, requiri advertentiam actualem, & expreſſam: itaque vt quis peccet mortaliter, debet actu cõſiderare, vel opus illud eſſe malum, vel ibi eſſe malitię periculum, vel dubium, vel ſcrupulum ſaltem aliquem habere. Quòd ſi nihil horum præceſſerit, ignorantia, inadvertentia, ſeu obliuio cenſentur omninò naturalia, & invincibilia: nec ſufficit ad mortale quævis conſideratio, & deliberatio malitiæ obiecti, ſed debet eſſe plena, vt optimè Sanchez, & Bonac. vbi ſupra cum alijs. *Vt ignorãtia cenſeatur vincibilis requiritur aduertentia actualis.*

12 Ex his deducitur, qualitèr intelligenda ſunt, quæ Doctores cõmunitèr docent, nimirùm, ignorantiam legum ad ſtatum, vel officiũ alicuius pertinentium, eſſe vincibile,

ne-

neque excuſare. Rurſus eſſe indirectè voluntariam ignorantiam, ſeu inadvertentiam, cùm quis ſcivit, vel advertit, aut debebat ſcire, vel advertere. Hæc enim intelligenda ſunt, quando adfuit aliqua actualis cognitio, ſeu advertẽtia ad malitiã obiecti, vel eius periculum, ſeu dubium, aut ſcrupulus, vt dictum eſt. Ita Sanchez dicto cap. 16. num. 24. & 27. & Bonacin. dicta q. 2. punct. 3. vbi ſupra.

13 Petes ſecundò. Quando adfuit aliqua notitia, dubium, vel ſcrupulus circa malitiam obiecti iguoratam, aut non conſideratam; & ſic illa ignorantia, aut inadvertentia vinci potuerunt humano modo: qualis diligentia adhibenda erit ad veritatem aſſequendam, ſeu adſuperandam illam ignorantiam, vt deinceps cenſeatur invincibilis? Reſpondeo cum Sanch. cap. 16. vbi ſupra num. 34. & 35. & Bonacina diſp. 2. de peccatis, q 8. propoſi. 2. num. 19. quod nulla Regula certa diffiniri valet; ſed iudicium hoc prudentis arbitrio relinquendum eſt, habita ratione præcepti, officij, & qualitatis perſonæ, circunſtantiæ temporis, & loci: ita vt tanta diligentia adhibeatur ſtudendo, ſi doctus eſt, aut ſi indoctus conſulendo peritos, quæ viro prudenti ſufficiens videatur: nec enim ſumma, & exacta diligentia, quæ adhiberi poterat, neceſſaria eſt, ſed quæ in ſimilibus negotijs, & circunſtantijs communitèr à prudentibus adhiberi ſolet.

Tãta diligẽtia adhibẽda eſt ad ſuperã dã ignorãtiã, quæ viro prudenti ſufficiens videatur.

14 Ex quibus omnibus deducitur (& eſt maximè notandum) cum Cord. quæſt. 4. introductoria Polit. præludio 2. num. 4. Mir. in prima impreſſ. cap. 23. & in 2. cap. 15. Petr. Nauarr. quæſt. 4. Proœmial. quòd licet nulli profeſſo liceat notabiliter Regulam, & declarationes Nicol. 3. & Clem. 5. ignorare; non tamen omnes æqualiter illa ſcire tenẽtur; ſed quilibet ſecundum ſtatum proprium, & qualitatem perſonæ: nam Iuvenis, & Indoctus non tenetur tot ſcire, quot Pater Antiquus, & doctus, aut Prælatus. Similiter qui eſt hebes à natura non tenetur quantum ingenioſus: ſufficit Fratribus iuvenibus ea ſcire, quæ cõmuniter tractãtur ab eis, & generalia agnoſcere pręcepta abſq; alijs Regulæ ſubtilitatib⁹, dũmodò ſint parati humiliter ſe ſubijcere iudicio Maiorũ circa ea omnia, quæ facere tenẽtur.

Non omnes profeſſi teneãtur æqualiter ſcire Regulam.

15 Prælati autẽ, præſertim docti, tenẽtur vltra prædicta ſcire ea omnia, quæ cõmuniter cõtingere ſolent in eorum officio, quænã in præcepto ſint, quæ vè non, & ea omnia

Prælati tenentur ſcire ea omnia quæ con-

ducũt ad purã Regulæ obſervãtiæ. nia, quæ conducunt ad puram Regulæ obſervantiã, tenẽtur ſtudere, & pro opportunitate & neceſsitate docere. Quòd ſi ipſi prælati fuerint indocti, & viderint quod ex ignorantia culpabiliter à ſuis ſubditis pecc catur contra Regulam, aut Ius divinũ, aut Eccleſiaſtica pręcepta, tenentur ex officio diligẽter procurare, vt ipſi Fratres Idiotę per alios doctos inſtruã tur. Ita Cord. Polit. & Mirãda vbi ſup. n. 14 relati. Et Pet. Nauarr. q. 4. Procem. concl. 5. addit, quòd Guardianus, & alij Prælati, qui nõ ſciunt Regulam ſufficienter addocendũ ſubditos, ſunt in malo ſtatu, ſi officio non renunciant.

Fratres docti licet prælati nõ ſint tenentur ſtudere ad debite docendũ ignorantes. 16 Imò (vt ibidem docent prædicti Doctores, & alij) ipſi Fratres docti, licèt prælati nõ ſint tenentur vtiq; ſtudere ad debitè docendũ ignorãtes, tali doctrina indigẽtes. Nam ſicut pro relevanda extrema proximi neceſsitate tenetur quiſq; (cum occurrit) eſſe ſolicitus, vt habeat, vnde pro tunc illius neceſsitati provideat, vt docet D. Th. 2. 2. q. 187. ar. 3. in corpore: tantò magis id erit neceſſarium pro relevanda ipſius proximi neceſsitate ſpirituali. Videatur Cord. vbi ſupra, & in cap. 10. Regulæ q. 71 punct. 1. §. Alio modo, & §. *Prædicta*.

17 Etſi contra prædicta arguas, quod ſimplices Religioſi (qui vivunt, ſicut literatos, & Prędicatores Ordinis vivere cernunt) nõ videntur poſſe de peccato dãnari, etiã ſi culpabili ignorantia ipſam tranſgrediantur Regulã: quando quidẽ credẽdũ nõ eſt, doctos proprię ſalutis fore immemores, pręcipuè ſi ſic doceant verbo, prout & ipſi opere faciunt.

18 Reſpondeo cum Cord. q. 4. introd. Polit. pręludio 2. n. 6. Mir. vbi ſup. quòd multi ſunt docti ſimpliciter, qui ſunt indocti ſecundũ quid in Reg. ſcilicet, & in pertinẽtib. ad eã: & de iſtis nõ eſt curãdum, ſed tãquã indocti in hoc negotio habendi ſunt, ex quo ſenſu, & ſcientia Reg. nõ guſtarunt. Alij ſunt docti de pertinẽtib. ad Regulã, & eorũ profeſsionem (quales eſſe debẽt omnes Prelati, Prędicatores & Literàti Ordinis) de quibus dico, quod ſimplices tutò poſſunt, & ſequi debent eorum doctrinã, dum non conſtat, quòd cõtra Reg. aut veritatem doceant. *Multi ſunt docti ſimpliciter, qui ſunt indocti ſecũdũ quid, in Regula ſcilicet.*

19 Itaq; ſimplices Religioſi, qui Maiorũ ſuorũ doctrinã ſequũtur pura intẽtione, & animo ſẽper parato obediẽdi veritàti, quãdocũq; eis cõſtiterit, tuti in conſcientia vivunt, & excuſantur apud Deum, ſi per ignorantiam offenderint: cum per eos non ſtet, quin velint agnoſcere veritatem & ſuo ſtatui obligatoria. Non tamen

tamen excuſarentur, ſi ſequerentur mores, & vitam talium Prælatorum, & literatorum, quos relaxaté, & ſine zelo Regulæ, & eorum profeſsionis, vivere peragnoſcerent: quoniam non vitam, & mores talium voverunt; ſed Seraphici P. N. Franciſci Regulam. Vide Cordubam, vbi ſupra.

CONTROV. III.

PROOEMIALIS DE intẽtione, & mente S. P. N. Franciſci, quam in condendo Regulam habuit.

SECTIO I.

An ex mẽte Seraphici Patris poſsit Regula declarari?

1 PRo meliori intelligẽtia Sectionis notandũ eſt, ſoli Sedi Apoſtolicæ licitum, & integrum eſſe, Regulas, & Religiones in Eccleſiá Dei approbare, cõfirmare, vel infirmare, eaſque declarare, limitare, mitigare ex cauſa; & etiam arctare. Iura ſunt Vulgaria 24. q. 1. Cap. *Quoties fidei*, & Cap. *Hæc eſt fides ibid.*; & Extra Cap. & Gloſſ. *Quod translationem de officio Legati*, & Cap. *Maiores de Baptiſmo*. & Cap. *Per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, vbi Papa ſupra dicta poteſt circa maiores fidei cauſas, & morũ: ergo à fortiori id poterit circa cauſas Religionum, & eorum negotia: vt ſpecialiter habetur Cap. fin. *Ne nimia* Extra *de Religioſis domibus*, & Cap. *Vnico* eodem titulo in 6. & Cap. *Cum ad Monaſterium*, cũ ſequẽtib. de *Statu Regul.* & Cap. *Exijt* de *Verborum ſignifi.* ar. vlt. ver. & Ne *Sedẽ*, & verſ. ſequen. & Clem. *exiui* eodem tit. in Prologo.

Soli Sedi Apoſtolicæ licitũ eſt Regulas, & Religiones approbare, &c.

2 Præterea ſciendũ, quod S. P. N. Franciſcus humilibus precibus à S. Sede Apoſtolica approbationem, & confirmationem Regulæ ſuæ requiſivit, ſciens quòd ipſa regula, non vtique vera, obſervabilis, & obligatoria eſſet ſine authoritate, & confirmatione dictę S. Sedis: idcirco eiuſdem determinationi, & diſpoſitioni illam, ſe, & ſuos Fratres in omnibus ſuppoſuit; vt liquet ex vlt. cap. ibi: *Vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus Sanctæ Roman. Eccleſiæ ſtabiles in fide Catholica, quæ firmiter promiſsimus obſervemus.*

Regula indiget approbatione Sedis Apoſtolicæ, vt vera, & obligatoria ſit.

3 His premiſsis Prima concluſio ſit: Intentio, & mens Seraphici P. N. F. fuit, vt Regula à Sum. Pontificibus declaretur. Liquet ex dictis ſupra num. 1. & 2. idque ijdem Pontifices in ſuis declarationibus teſtantur.

4 Se-

Viuere ſecũdũ declarationes Pontificũ: eſt viuere ſecũdũ Regulæ omnimodam puritatẽ.

4 Secunda concluſio: Vivere ſecundùm declarationes Pontificum (quæ veræ declarationes ſunt) eſt vivere iuxta Seraphici P. N. Franciſci mentem; ac ſecundùm Regulæ omnimodam puritatem. Ita omnes Expoſitores communiter; præcipuè Defenſorium obſervantię cõtra deviantes Notabili. 1. (quod invenies in Monum. Ord. tract. 3.) Venerab. Gilbert. Nicolai in tract. de Servanda Reg. S. Franciſci ad literam. Cord. q. 5. introductoria. Ortiz fund. 1. Polit. prȩludio 3. num. 5. Mir. ſuper Regulã in prima impreſſ. cap. 16. & in 2. cap. 11. Petr. Navarr. q. 5. Proœm. Et ratio eſt, quia tunc Regula ſecundũ ſuam puritatem ſervatur, quãdo ſecundùm ſenſum verum principaliter, ab eius Inſtitutore intentum, à Profeſſoribus vivitur: Id autem fit quando ſecundũ declarationes Papales Regula obſervatur; quia ad Papã ſpectat (vt ſupra n. 1. dictum eſt.) Regulas declarare, &c. Cum enim ille, ſupræmum gradum perfectionis in Eccleſia teneat, ipſe ſolus habet, alijs viam tendendi ad perfectionem oſtendere; & ad eum eſt recurrendum in dubijs, & in cauſis arduis, & maioribus Fidei, & morum, vt expreſſè probant Iura ſupra num. 1. relata. Et ad noſtrum intentum clarè loquuntur Nicol. 3. Cap. *Exijt* in Prologo, & Clem. 5 *Exiui* in Prologo.

Non admitti Obſeruantia priuilegia Regulæ relaxatiua.

5 Dixi in concluſione: *Quæ veræ declarationes ſunt*, vt excludam quædam Sum. Pontificum privilegia, & quaſdam diſpenſationes, Regulam relaxantes, eiuſque obſervantiam puram. Et veram volo declarationẽ intelligere, quæ nihil aliud eſt, quàm *elucidatio, & clara manifeſtatio ſenſuum occultorum.*

Declarationes Nicol. 3. Exijt Clemẽtis 5. Exiui, & Ioan. 22. Quorũdã exigit ſunt veræ Regulæ declarationes.

6 Petes Quænam ſunt eæ Sum. Pont. declarationes, ſecundùm quas vivendò puritatem Regulæ ſeruabunt Fratres Minores? Reſpondeo cum Cord. q. 6. introd. Polit. præludio 3. num. 7. & alijs, quod declarationes Nicol. 3. *Exijt* in 6. de Verborum ſignific. & Clem. 5. *Exiui* eodem tit. & ea, quę eſt Ioan. 22. *Quorumdã exigit* in Extravagantib. Hæ enim veræ declarationes Regulæ ſunt, in nullo illam relaxantes, ſed verum illius intellectum ſecundum Seraphici P. N. Franciſci mentem elucidãtes, vt in illis dicti Põtifices apertè fatẽtur: & ideircò omnino ſunt ſervandæ.

Declarationes quoad ſyndicũ Martini 4. & 5. Pauli 4 & Pij

7 Cæterum declarationes, quoad Syndicum, Martin. 4. *Exultantes*, Martin. 5. *Amabiles fructus* (& in ſuis conſtit. cap. 4. & 5. Pauli 4. *Ex Clementi*, Pij etiam 4. etiam *Ex Cle-*

Digitized by Google

etiam 4. nec in minimo relaxãt regulam.

Clementi, obſervandę ab omnibus Fratribus Minor. ſunt: quia nullo modo opponuntur Regulæ puritati, nec in minimo eam relaxant. Imò vt perſeveret, & ſervetur obſervãtia Regulæ in ſui vigore, & perfectione, ab ipſis Pontificibus datæ, & æditę ſunt, vt ijdẽ in ipſis, expreſsè affirmant, vt latius infra Controv. 15 præcipuè ſect 4. Ibi videatur.

SECTIO II.

An ſit ad mentem S. P. Franciſci, quòd expoſitiones in Regula fiant?

Expoſitiones purã intentionẽ Seraphici P. Declarãtes ſunt ſecundũ mentem ipſius.

1 SIt concluſio: Expoſitiones in Regulã Doctorum approbatorũ, per quas ſimpliciter, & verborũ Regulæ ſenſus, & pura Santiſsimi Fundatoris, & Inſtitutoris intentio declaratur, ſunt ſecundum mentẽ ipſius Seraphici P. Tales ſunt Expoſitores Quatuor Magiſtrorum, S. Bonav. Vener. Hugonis, & aliorũ nõ nullorum, quamuis interdũ aliqui excedant, & nonnunquã aliter dicant: quia ante declarationes. Nicol. 3. Clem. 5. Ioan. 22. Mart. 5. & Pij 4. (ſupra Sect. 1. n. 6. & 7 relatas) ſcripſerunt. Alij verò qui poſt ipſas declarationes Regulam explicarunt, vel ſequẽdo priores Expoſitores ex inadvertẽtia, nõnulla cõtra dictas declarationes, & mentẽ Seraphici P. affirmarunt: vel nõ tam attẽdentes Regulæ, & eius Fundatoris intentionẽ, quàm priuilegia, & opiniones amplectẽtes, aliqua parũ cõgrua eidem Regulę cõſcripſerunt, de quibus non eſt curandum.

2 Cõcluſionẽ ingenuè fatentur Alen. & tres Magiſt. S. Bonav. D. Bernardinus (Pater meus) Ven. Hugo, & omnes Expoſitores. Et quomodo aliquãdo auſi fuiſſẽt dicti SS. Bonav. & Bernardin. & alij grauiſs. Doctores, Regulã exponere, ſi cõtra mentẽ Seraphici P. id eſſe conſpexiſſent? Aut prius eis licere nõ agnouiſſent? Minimè equidẽm, tale piaculum perpetraſſent.

Benedicuntur omnes doctentes, & addiſcentes Regulã.

3 Probaturq; clarè cõcl. ex verbis eiuſdẽ S. P. in fine primę Reg. *In nomine* (inquit) *Dei omnipotẽtis rogo omnes Fratres, vt addiſcãt tenorẽ, & ſenſum eorũ, quæ in iſta vita ad ſalutẽ animæ noſtræ ſcripta ſunt & exoro Deũ vt ipſe benedicat omnes docẽtes, addiſcẽtes, recordantes, & operantes iſta quoties repetunt, &c.* Notentur verba, & patebit intentũ: Videãtur Defenſoriũ obſervãtiæ, & Cord. ſupra ſect. 1. n. 4. relati. Polit. præludio 3. n. 24.

4 Sed dices: Chriſtus Dominus (vt habetur in lib. Conformitatũ, Cõformitate 9. in antiqua imp. pag. 77. & in noua pag. 110.) prohibuit expoſitiones, & Gloſſas ſup. Reg. dicens

tens ad S. P. N. F. volo vt Reg. ſervetur ad literã; ſine Gloſſa. Et ipſe Seraphicus P. in ſuo Teſt. *Sicut dedit mihi Dominus* (ait) *ſimpliciter, & purè ſcribere Regulã ita ſimpliciter & ſine Gloſſa intelligatis, &c.*

Gloſſæ extortæ, & verũ intellectum Regulæ deprauantes prohibentur tãtum.

5 Reſpõdeo cũ Defenſorio Cord. Pol. vbi ſupra, & alijs, quod Chriſtus Dominus, & B. P. F. prohibuerũt Gloſſas extortas, & expoſitiones irrationabiles, & Reg. puritati, ac ſimplicitati cõtrarias; nõ autẽ illas, quæ purũ ipſius Reg. intellectũ demõſtrant, elucidantq; per quas verus, & ſimplex Regulæ intellectus ad mentem Côditoris innoteſcit. Nec illa verba *ad literam* intelligẽda ſunt Iudaicè, ideſt, ſecundum corticẽ, & ſimplicẽ ſonũ ſyllabarum, ſed ſecundũ ſenſum literalẽ principaliter à b Authore intẽtũ in ipſa litera, vt ſup. Cõtrov. 1. ſect. 3. dictum eſt.

6 Hinc quatuor Mag. in Prol. ſuæ expoſit. *Nouã autem* (inquiũt) *vel gloſſaturã circa Regulã nõ aſtruimus, ſicut à quibuſdã intentionis puræ damnatoribus, & zelũ ſuũ in animarũ periculũ ſuarũ, & Fratrũ ſcandalũ peruertentibus prædicatur: imò ſimpliciter, & purè intellectũ ipſius Reg. quæ omnes nos ligat, & cuius ignorãtia nullũ excuſat, nõ ex noſtro ſenſu, ſed ex ipſa litera, vt potuimus extraxiſſe, &c.* Hæc illi.

7 Dicta roborantur ſacræ Sripturæ teſtimonijs, præſertim, Prouer. 10. ibi: *Ne addas quicquã verbis illius*. Vbi Lira, *Quod ſit eis cõtrariũ: poſſunt tamẽ bene, & meritorie addi illa, quæ faciũt ad Dei verba declarãda, Eccl. 24. Qui elucidant me vitam æternam habebunt*. Hæc Lira.

8 Et Apocal. 22. 18. *Si quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illũ plagas ſcriptas in libro iſto: et ſi quis diminuerit, de verbis libri huius, auferet Deus partẽ eius de libro vitæ*. Vbi D. Amb. apud Gloſ. Ordi. *Nõ de expoſitorib⁹* (inquit) *ſed de hæreticis, hoc dictũ eſſe intelligere debemus. Expoſitor enim, nihil addit, aut minuit, ſed aut obſcuritates exponẽdo manifeſtat &c.* Et Lira. *Per hoc tamẽ nõ excluditur, quin poſſint aliqua dici licitè, quæ faciunt ad declarationem Sacræ Scrip. & ſic fecerunt Doctores ſancti.* Hæc Lira.

SECTIO III.

An de intẽtione S. P. N. F. ſit quod aliquæ diſpenſationes in Regula fiant?

Aliquæ diſpenſationes poſſunt fieri à Prælatis ſecundũ mentẽ S. P. N. Fräciſci.

1 Sit prima concluſio. Aliquæ diſpenſationes poſſunt fieri à Prælatis in Regula ſecundùm mentẽ S. P. N. Franciſci. Dixi: *Aliquæ diſpenſationes* vt excludam quæ Regulam relaxant, & quæ ſine

cau-

cauſa fiunt. Eſt communis cõſenſus omnium expoſitorum. Ita Alenſ. & tres Mag. in cap. 2 Regulæ de duabus tunicis diſputantes in ly: *Poſtea concedat eis pannos probationis: Hic quæritur* (inquiunt) *ſi liceat Fratrib⁹ habere duas tunicas, vel plura veſtimenta? Ad quod videtur dicendum, quod habere duas tunicas, & non plures, Regularis eſt formæ: plures verò duabus habere, diſpenſationis eſt Regulæ authoritate illorum, quibus commiſſa eſt cura Fratrum.* Et ibidem de calceamẽtis tractantes: *Calciari* (dicunt) *diſpenſationis eſt Regulæ, &c.* Concordant Vener. Hugo, Piſa. Expoſitio Sanctorũ Patrum Ordinis, Vener. Ioan. Pecham. Serena Conſcientia q. 34 Cord. Polit, & omnes Expoſitores ſupra dicta, & alia de ieiunio, equitatione, &c. præcepta explicantes.

2 Secunda concluſio: Qui ſupradictis diſpenſationibus Regulæ, ex cauſa factis, vtuntur, plures (quàm duas tunicas habendo, calceamẽta portando, equitando, &c. Ita benè, & ad literam ſervant Regulam, ſicut qui neceſſitatem nõ habentes, aut infirmitatẽ, duas tãtum (aut vnam) tunicas portãt, calceamentis nõ vtuntur, non equitant &c. Ita expreſſè Vener. Hugo in cap. 2. Regulę de calceamentis agens: *Vbi cogit* (inquit) *neceſſitas, non minùs calciatus, quàm diſcalciatus ſervat Regulam. Quidam in niue, & glacie ſine calceis perdurantes grauia incurrunt incommoda. Melius eſt beneficium Regulæ cum humilitate recipere, quàm periculum ex ſuperſtitione incurrere.* Hæc ille.

Fratres qui cõpulſi neceſſitate calciantur, aut equitãt, &c. ita bene, & ad literam ſeruant Regulam, ſicut qui neceſſitate carentes, non vtuntur calceamẽtis, nec equitant, &c.

3 Et doctiſſ. Alvarus Pelagi. lib. 2. de Plãctu Eccleſiæ art. vel c. 67. col. 3. poſt princ. pag. mihi 218. *Nullus* (ait) *Frater, quicũque ſit, ſanus, vel infirmus, debilis, vel robuſtus &c. iuvenis, vel ſenex poteſt cũ veritate dicere niſi ex malitia, vel ex relaxatione, &c. Non poſſum Regulam puriſſimè obſervare, &c* Et infra: *Nam Regula almi Franciſci Apoſtolica & diſtrictiſſima, omnia concedit neceſſaria corporalia; ſed non concedit peccatum: concedit quidẽ tunicas ſecundum tempora, & frigidas regiones, portare calceamenta in neceſſitate, equitare pro magna neceſſitate, aut infirmitate, &c.* Et mox: *Qui in neceſſitate calciatus vadit, vel præ neceſſitate ieiunia frangit, vel equitat; ita ſeruat Regulam, etiam literaliter; quia intellectualiter, & mentaliter, & ſecundum intentionem Condentis, ſicut qui diſcalciatus va-*

vadit, aut ieiunat, aut peditat, & idem de ſimilibus: Hæc ille, & alij communiter.

4 Quæ valde advertenda ſunt, propter zelum, ignorantias, ſcrupulos, & errores plurimorum, qui exiſtimant, quãcumque calceationem, equitationem, vſum plurium tunicarum, &c. eſſe relaxationem Regulæ: quod falſum omninò eſt; nam qui in neceſſitate hæc faciunt, nihil contra Regulam faciunt, ſed iure ſuo vtuntur: cùm ipſa Regula expreſſè diſpenſationem concedat.

Zelatores Regulæ habeãt zelũ ſecũdũ ſcientiam.

5 Tertia concluſio: Nullæ vnquam diſpenſationes, nullæve literæ Pontificum, ſiue priuilegia Regulæ relaxativa, fuerunt recepta a corpore toto Ordinis, & præcipuè ab an. 1517. quo anno ordinatione, ac præcepto Leonis 10. Sigillum antiquum totius Ordinis Miniſtro Generali obſervantiæ, vt vero, ſoli, ac legitimo Suceſſori S. Frãciſci eſt aſsignatum. Hæc concluſio manifeſta eſt ex decurſu omnium Capitulorum Generalium à tempore S. P. N. Franciſci, in quibus ſemper contra Privilegia relaxativa cõclusum fuit, vt patet, in conſtitutionibus S. Bonaventuræ, & in conſtitutionibus Farineri, & aliorũ.

6 Dixi: *& præcipuè ab anno* 1517. quia in ipſo, mandato Leonis 10. celebratum eſt Romæ in Conventu de Aracæli, 7. Capitulum Generaliſſimum, in quo idem Leo. 10. Authoritate Apoſtolica, & divino inſtinctu, omnes Fratres Reformatos, & purè, ac ſimpliciter Regulam obſervãtes, videlicet, *obſervãtes tam de Familia, quàm Reformatos ſub miniſtris, ac Fratris Amadæi, de Coletanis, Clarenis, de S. Euangelio, ſeu de capucio, ac diſcalciatos nuncupatos & alios ſimiles purè, & ſimpliciter Regulam B. Frãciſci obſeruãtes*: Veros filios, & hæredes Spiritus S. P. N. Franciſci agnoſcens, vnũ corpus in ſimul fecit, & eoſdem ad inuicem perpetuò vniuit; eiſque nomen dedit, vt vocarentur, vel ſimpliciter *Fratres Minores S. Franciſci*, vel cõiunctivè *Fratres Minores S. Franciſci Regularis obſervãtiæ*, omiſſa diverſitate nominum prædictorum. Hæc omnia habentur expreſſa in Bulla vnionis, quæ incipit: *Ite, & vos in vineam meam.*

7 Obſeruantia itaque Regularis, tempore Leonis 10. vnita, totum corpus Religionis S. P. N. Franciſci in præſentiarum conſtituit, quæ ex tunc, vſque modo, non admiſit, nec admittit (*nec admittere poteſt*) Priuilegia aliqua relaxativa. Patet ex omnibus

Sacra obſeruãtiũ familia nunquam admiſsit priuilegia Regulæ relaxativa.

Digitized by Google

Capitulis, & conſtitutionibus Generalibus ex Romanis anno 1517. ſub Leone 10. vt habet Venerab. Gonzaga in Origine Seraphicæ Religionis p. 1. pag. mihi 30. Ex Burgenſibus anno 1523. celebratis. Ex Parmenſibus an. 1528. Ex Toloſan. an. 1532. Iterum ex quadam congregatione Generali Burgenſi an. 1549. Ex Conſtitutionibus Generalib⁹. Salmanticenſibus an. 1553. Ex Vallisolleranis anno. 1565. Iterum ex Roma. an. 1587. Iterum ex Vallisol. an. 1593. Iterum ex Roma. an. 1600. Ex Toletan. an. 1606. Iterum ex Roma. an. 1612. Iterum ex Salmant. an. 1618. Iterum ex Rom. an. 1625. Iterũ ex Tolet. an 1633. In quibus omnibus renuntiata ſunt, & ſemper fuerunt priuilegia omnia relaxatiua, declaratumque fuit nunquã in aliquo Regulę præcepto diſpenſatum; nec Ordinem noſtrum vllam diſpenſationem admiſiſſe, vel admittere. Et breuitatis, & tædij vitandi cauſa, omnibus alijs omiſsis, tantummodò in mediũ proferam Capituli Generalis, Toleti an. 1633. celebrati, decretum. Vbi §. de Obſeruatione Regulæ pag. mihi 9. dicitur: *Declarat, & proteſtatur inprimis Capitulum Generale (quod iam ſæpius, & pluries in alijs Capitulis Generalibus declaratum eſt) in nullo præcepto Regulæ hactenus diſpenſatum eſſe: nec Ordinem noſtrum vllam vnquã diſpenſationem admiſiſſe, vel admittere, &c.* Hæc ibi.

8. Dixi ſupra n. 7. in principio: *Nec admittere poteſt priuilegia aliqua relaxatiua:* quia eiuſmodi priuilegia (ſiue viuæ vocis oraculo, ſiue etiam motu proprio conceſſa) quæ puritati Regulæ, aut declarationibus Nicol. 3. & Clem. 5. quomodolibet adverſantur, ſunt reuocata pro Fratrib. Minoribus Regularis obſervantiæ per S. D. Vrbanum 8. in ſua noſtrę Regulę declaratione, quæ incipit: *Sacroſanctum Apoſtolatus*, quam refert Marchant in ſua expoſ. q. 7. procemial. & habetur in Tabula Capituli Gen. Roman. celeb. anno 1625. adeoque ſupradictis priuilegijs, conceſsionibus, & indultis relaxatiuè diſpenſatiuis (ſi quæ ſunt) nullo modo deinceps poſſumus tuta conſcientia vti. *Obſeruãtes nõ poſſunt admittere priuilegia Regulæ relaxatiua.*

n. 9. Vide in Capitulo Gene. Toleti anno 1633. vbi ſupra n. 7. relato, ſtatutũ ſequens factũ eſt: *Diſtrictius præcipitur omnibus, & ſingulis noſtræ Religionis Patribus, & Fratribus quocumque nomine vocentur, vt declarationes Regulæ noſtræ per Nicol. 3. & Clem. 5. fœlicis recordationis edi-*

ſeditas omnino ſeruent, nulla penitus admiſſa contra prædictam puritatem Regulæ diſpẽſatione. Qui contra fecerint, pœnis aduerſus Inſtituti noſtri tranſgreſſores taxatis omnino ſubiaceant. Hæc ibi. Quæ ſæpius pridem decreta fuerant in omnibus Cap. Gen. & præſertim in relatis ſupra n. 7. Vide etiam infra Contr. 22. ſect. 4.

SECTIO IIII.

An præcepta Regulæ, quæ ad literam, & explicitè ſunt de S. Euangelio extracta, intellexerit, & ſeruauerit S. P. N. Franciſcus, ſicut Apoſtoli ſeruarunt, & intellexerunt?

1 VT titulus Sectionis melius intelligatur, in memoriam reducere oportet, quæ ſupra Controver. 1. ſect. 1. n. 4. & 6. diximus.

Cõcluſio eſt affirmativa.

2 Reſpondeo ergo affirmativè. Ita expreſsè habetur in Officijs noſtri Ordinis ſecunda die infra oct. Seraphici P. N. In 1. lect. 2. Nocturni. Concordat S. Bon. in Legenda S. P. cap. 3. *Dum enim* (inquit) *die quadam Miſſam de Apoſtolis deuotiùs audiret, perlectum eſt Euangelium illud, in quo Chriſtus diſcipulis ad prædicandum mittendis formam formam tribuit Euangelicã in viuẽdo, ne videlicet poſſideãt aurum, vel argentum, nec in zonis pecuniam, nec peram in via: nec calciamẽta deferant, &c. Quod audiens, & intelligens Apoſtolicæ paupertatis amicus, indicibili mox perfuſus lætitia: Hoc eſt*, inquit, *quod cupio. Soluit proinde calciamenta de pedibus, deponit baculum, & pecuniã execratur, &c. Et poſt omnem ſolicitudinẽ cordis apponens qualiter audita perficiat, & Apoſtolicæ rectitudinis Regulæ per omnia ſe coaptet.* Hęc S. Bon.

3 Suffragantur Nicol. 3. Cap. *Exijt*, & Clem. 5. *exiui.* Vener. Hugo in cap. 2. Regulæ. Piſ. lib. 2. Conf. fructu 4. Marian. in Chron. lib. 3. §. 10. Et ſic receptum, & approbatũ eſt ab Eccleſia in officijs noſtri Ordinis. Secũda die infra oct. Sanctiſsimi P. N. Franciſci in 1. lect. 2. Noct. vide.

SECTIO V.

An ſicut ad literam obſeruauit, & intellexit Seraphicus Pater ſupra dicta Regulæ præcepta, eodem modo voluerit vt ſeruarent filij ſui?

1 REſpondeo affirmativè. Expreſsè fatentur Nicol. 3. cap. Exijt. art. 1. *Cõcluſio eſt affirmatiua.*

Clem. 5. exiui. Concordantque omnes Regulæ Expoſitores, ſignanter D. Bonauen. in cap. 1. Regulæ: *Non eſt ergo* (inquit) *Regula, & vita hæc noua res, ſed proculdubio renouata, magnaque eſt huiuſmodi Regulæ Profeſſoribus materia ſolatij, quod ſoli in hoc mundo vitam illam ad literam profitentur, quam Apoſtolis ad prædicandum miſſis Dominus commendauit.* Hæc ille, & Vener. Hugo in cap. 1. Regulæ, circa medium: *Illam* (ait) *Fratribus Regulam S. tradidit, quam poſt Apoſtolos ipſis dedit, vitam ſimul, & doctrinam Euangelicam complectentem, &c.* Et paucis interpoſitis: *Totum ad Euangelij obſeruantiã votum, & ſtudium fuit Sancti, eiuſque ſequacium antiquorũ.* Hæc Hugo.

2. Belle confirmat concluſionem Eminẽtiſsimus, Card. Iacobus à Vitriaco, Sanctiſsimo P. N. Franciſco coæuus, dum de primis Patribus noſtris illuſtre exhibuit teſtimonium in Hiſtoria occidentali, cap. 32. ſic ſcribens: *Adeò autem primitiuæ Eccleſiæ Religionem, paupertatem, & humilitatem in ſe reformare diligenter procurant, puras Euangelici fontis aquas cum ſiti, & ardore ſpiritus haurientes, quod non ſolum Euangelica præcepta, ſed & conſilia, vitam Apoſtolicam expreſsius imitantes, modis omnibus adimplere laborant, &c.* Et infra: *Mittuntur autem bini ad prædicandum, &c. Ipſi autem Chriſti pauperes, neque ſacculum in via portant, neque peram, neque panem, neque æs, ſiue pecuniam aliquam in zonis ſuis, non poſsidentes aurum, neque argentum, neque calceamenta in pedibus habentes, &c.* Hæc ille.

3. Ex dictis duo infero. Primum, præcepta Regulæ de S. Euang. explicitè extracta (vti præceptum de pecunia, de calceamentis, &c.) obſervanda eſſe ad literam in Regula, ſicuti Apoſtoli ſeruarunt in Euangelio. Secundum, ſic intellexiſſe ad literam, & obſeruaſſe: Sanctos Patres noſtros Seraphici P. N. Franciſci primitiuos, & veros imitatores, & diſcipulos, pro quibus haud dubium, quod nati erimus filij, ſi eodem modo, & intelligamus, & obſeruemus.

(†)

CIRCA

CAPVT I. REGVLÆ.

CIRCA HOC CAP. PRIMVM REGVLÆ; quòd de *Obedientia, Caſtitate, & Paupertate*, votis eſſentialibus, incommuni tractat: nihil ſpeciale hîc diſputãdum occurrit. De his enim (quatenus per Regulæ præcepta formalia, æquipollentia, ſive vim præcepti habentia, determinata ſunt, & velut per differentiam ſpecificam contracta) multa ſuis proprijs locis, Deo adiuvante diſputabimus.

CAP. II. REGVLÆ.

De his, qui volunt vitam iſtam accipere, & qualiter recipi debeant.

Textus: *Si qui voluerint hanc vitam accipere, &c. mittant eos ad ſuos Miniſtros Provinciales, &c.*

CONTROV. IV.

De Novitiorum conditionibus, & eorum admiſſione.

SECTIO I.

An ſoli Miniſtri Provinciales poſsint recipere venientes ad Ordinem?

Soli Provinciales ex vi Regula poſſunt recipere venites ad ordinem.

1 REſpondeo perſequẽtes cõcluſiones. Prima cõcluſio: Soli Provinciales Miniſtri ex vi Regulæ (& potiori iure Miniſter Generalis, qui eſt Miniſter Miniſtrorum, & omniũ Caput, & Pręlatus) ex officio, & ordinaria authoritate poſſũt recipere veniẽtes ad Ordinem; cæteri verò præter hos, nullã ad id habent facultatem niſi ab iſtis, illis fuerit delegata, vt declaravit Nicol. 3. cap. *Exijt*, §. *Sed quoniã*, art. 10. Quod & ipſa Regula apertiſsimè docet, de Miniſtris Provincialib⁹ loquẽs: *Quibus* (inquit) *ſolummodo, & nõ alijs, recipiendi Fratres licentia concedatur.*

Poteſtas Provincialiũ poteſt limi-

2 Secunda cõcluſio: Poteſtatem, quã habent Provinciales recipiẽdi Novitios, ſeu perſonas ad Ordinẽ veniẽtes, poteſt

tare Miniſter Generalis.

teſt Miniſter Generalis limitare, & arctare, prout ſibi viſum fuerit, ſicut ipſe Nicol. 3. expreſsè decernit dicto cap. *Exijt* vbi ſupra.

3 Adverte tamen, quòd in noſtra Familia Ciſmõtana, vi, Declarationis Nicol. 3. iam dictæ, Miniſter Gen. cum tota Cõgregatione Generali Segovienſ. ann. 1621. coarctavit prædictã Provincialiũ facultatem, prohibendo, ne deinceps illam cõmittere poſſent Guardianis, aut alijs. Sic enim dicitur ibi cap. 1. §. De receptione ad Ordinẽ num. 2. *Cum autẽ Miniſter, aut Commiſſarius Gen. poſsit (Domino Nicol. 3. declarante) limitare facultatem, quã habent Provinciales Miniſtri non admittẽdi Novitios: decernimus, vt Miniſtri Provinciales non poſsint cõmittere Guardianis, nec quibuſcunque alijs Religioſis, facultatem, vt Novitios recipiant. Quinimò declaramus, ipſos Provinciales Miniſtros teneri in conſcientia, eoſdem Novitios perſonaliter per ſe ipſos examinare, &c.* Hęc ibi. Quã limitationẽ antea fecerũt Miniſter Gen. & Patres Capituli Gen. Toleti, ann. 1583.

4 Petes, An ſupradictũ Statutũ Generale, vt Statutũ eſt, obliget etiã omnes Provinciales Diſcalciatos? Martin. à S. Ioſeph cap. 2. in Reg. n. 5. negat. Movetur primò, quia Clémen. 8. abſolvit Fratres Diſcalciatos Provincię S. Pauli, & aliarũ Provinciarũ, quæ huius privilegijs gaudẽt; ab obligatione Generaliũ ſtatutorũ. Secũdò, *quia Cõſtitutiones* (ait) *Provinciæ noſtræ præcipiunt, vt ad unguẽ obſervẽtur Clemẽtinæ* (ideſt, declarationes Nic. 3. *Exijt* & Cle 5. *Exiui*) ergo.

5 Ego verò affirmativè reſpondendũ eſſe cenſeo. Ducor ex verbis Nicol. 3. dicta Declarat. *Exijt* art. 7. §. *Sed quoniã* ibi, *Liceat etiã* (inquit) *Provincialibus Miniſtris, perſonas fugientes à ſæculo, in Fratres recipere. Quæ Provincialium licentia per ipſum Generalẽ Miniſtrũ, ſicut expedire viderit poſsit arctari.* Hęc ibi. Notẽtur iſta vltima verba. *Sicut expedire viderit, poſsit arctari*, quę amplam omnino, & nullo modo limitatã facultatẽ Generali tribuunt, vt poſsit, ſupra dictam Provincialiũ licentiam, recipiendi ad ordinẽ, *ſicut viderit expedire*, arctare.

6 Ex quibus, ſic arguo: Miniſter Generalis, ex declaratione Nic. 3. licẽtiã, omniũ ordinis Provincialiũ, recipiẽdi ad habitũ, *poteſt ſicut expedire viderit, arctare*, ergo ſi viderit expedire, vt dicta licẽtia Provincialiũ arctetur, nõ ſolũ per modum ſimplicis mãdati, ſed etiã per modũ Statuti, iure optimo, vir-

vir-

Digitized by Google

virtute declarat. Nic. 3. illam arctare poterit, at prędicta declaratio Nic. 3. etiam obligat omnes Prouinciales diſcalciatos. Ergo & eiuſmodi coarctatio, virtute dictæ declaration. facta, etiam omnes Prouinciales diſcalciatos obligabit.

7 Ad 1. fundam. Mart. Reſpond. diſtinguẽdo antecedẽs, abſoluit ab obligatione Generaliũ ſtatutorũ, quę virtute decretalis Nic. 3. non ſunt facta, cõcedo: abſoluit ab obligatione Generaliũ ſtatutorũ, quæ virtute dictæ decretalis ſunt facta, nego, quia cõſtitutiones diſcalciatorũ determinãt (vt ipſe Mart. fatetur n. 4. vbi ſup.) quòd adunguẽ obſervetur decretalis *Exijt*. Nic. 3. cũ ergo ſtatutũ Generale, de quo diſputamus, ſit factũ virtute prædictæ decretalis *Exijt* (vt patet ſupra n. 5.) idcirco etiam obligabit, & obligat, omnes diſcalciatorum Prouinciales.

8 Secũdũ fundamẽtũ Martini, potiùs illi officit, quã proficit; quia ſuę Prouinciæ, cõſtitutiones decernũt, quòd adunguem obſervetur decretalis *Exijt*; & ipſa decretalis prębet facultatẽ amplã Generali Miniſtro, ad coarctandã licentiam Prouincialium, vt dictum eſt.

9 Tertia concl. Miniſtri Prouinciales, vbi ſup. dicta coarctatio ſtatutorũ Gen. eſt in vigore, peccãt mortaliter, qui poſt ſic arctatã poteſtatẽ, illã iterũ cõmittere prǣſumũt. Sic March. hic. tex. 1. q. 2. circa finem.

10 Quarta concl. Vbi poteſtas nõ eſt arctata, Prouinciales, qui indiſcretè, & paſsim illã cõmittunt, etiã mortaliter peccant. Tũ 1. quia eſt grauiſsimũ periculũ, vt in nõnullis mũdi partibus experiẽtia docuit. Tum 2. quia in re grauiſsima expreſsè operantur contra determinationẽ Põtificis, nimirũ Nic. 3. vbi ſup. *Caueant tamẽ* (inquit) *ipſi Prouinciales quòd hoc, nõ indiſcretè, nõ paſsim, ſed ſic cõſideratè cõmittãt &c.*

11 Quinta concl. Nõ omnes veniẽtes ad Ordinẽ indiſferẽter admittẽdi ſunt ad Nouitiatum. Liquet expreſsè ex Nic. 3. vbi ſup. *Sed illi tantũ* (inquit) *qui ſuffragantibus eis literatura, idoneitate, vel alijs circunſtantijs, poſsint vtiles eſſe Ordini, &c.* Hæc ille. *Non omnes veniẽtes ad ordinẽ indiſferenter ſunt admittendi.*

SECTIO II.

Quæ ſint conditiones requiſitæ ex parte Reg. ad ingreſſum Religionis?

1 RESpondeo, quod tres tantũ conditiones requirit Reg. ad ingreſsũ Religionis. Prima, vt qui petit hãc vitam, ſit fidelis, & Catholicus ita quod habeat verã, & firmã fidẽ; nec eã tãtũ in corde habere debet; ſed tanquã verus Catholicus eam etiam exteriùs profitendo; voluntateque ſal- *Tres tantum conditiones requirit Regula ad ingreſſum Religionis.*

item virtuali ad ſubeundũ (vbi neceſſarium fuerit) Martyrium ſe exhibere debet, pro eius defenſione. Ita S. Bon, hic, & Expoſitores.

2. Conditio.

2 Secunda, vt qui ingreditur, vxorem non habeat; vt ſic ſolutus, & liber poſsit ſe offerre Deo, & ſuper ſuum proprium corpus dominium, & poteſtatem habens, illud Religioni poſsit tradere. Quæ vtique facere non poſſet matrimonio conſumato ligatus: quod ſi conſummatum non extiterit, minimè ingreſſum, & profeſsionem Religionis poterit impedire, vt communis Theologorum Schola docet. Et habetur in Trid. ſeſſ. 24. Can. 6. ſub Anathemate determinatum.

3 Si verò vxorem habet, his tamen conditionibus concurrétibus Religionẽ ingredi poterit, nimirum, ſi eius vxor Monaſteriũ Monialiũ fuerit ingreſſa. Sin verò Diœceſſani Epiſcopi authoritate ei fecerit facultatẽ intrandi Religionem; ita tamen quòd ipſa voluerit viuere continenter: & talis item ſit ætatis, quod nulla probabiliter de eius continentia habeatur ſuſpicio. *Quæ quidem ætas; non tantum annis metienda eſt* (vt dicit S. Bonav.) *ſed potius ſtabilitate virtutum: ſenectus enim* (dicitur Sap. 4.) *Venerabilis eſt, non diuturna, nec annorum numero computata, &c.* Hæc Sanctus. Supra dicta probantur per ſacros Canones, vt extra de conuerſione coniugatorum C. Iunctis, C. Vxoratus, & Cap. ad Apoſtolicam.

4 Notandum verò eſt, quòd etiamſi in aliquibus caſibus (vt patet 27. quæſt. 2. cap. Agathoſa) ſit licitum Religionem ingredi abſq; conditionibus prædictis, vti in caſu Adulterij: nec in hoc caſu, ſi vxor adultera reclamet, in Ordine Minorũ poſſunt abſque culpa mortali Miniſtri recipere aliquem ad habitum, neque Fratres ad profeſsionẽ; per hoc enim æquipollens præceptum, iuxtà declarationem Clemen. 5. prohibetur ex vi Regulæ ſupra dictis, ne aliquem ad habitum, vel profeſsionem recipiant ſine licentia vxoris. Sic Cord. hic q. 4. Polit. num. 20. March. tex. 2. quæſtione 5. fine, & omnes communiter, quod eſt notandum.

3. Conditio vt omnibus bonis tẽporalib. renuntient dando ea pauperibus.

5 Tertia conditio eſt, vt omnibus bonis temporalibus renuntient, dando ea pauperibus, ſi potuerint; vel ſi non, ad hoc promptam voluntatem habendo, vt liquet ex tex: *Omnia ſua ſtudeant pauperibus erogare: quòd ſi facere non potuerint, ſufficit eis bona*

bona voluntas. Hæc ibi. Quòd ſi ſibi, vel ſuæ diſpoſitioni aliquid retinuerint in futurum (ideſt poſt profeſsionem) directe vel indirecte, in puncto profeſsionis mortaliter peccabunt (ſimiliter & Prælati qui hoc permittunt,) & ratio eſt, quia licèt ſimpliciter nō obligentur; quia necdum voverunt paupertatem; obligantur verò ſub conditione, ſi nimirum profeſsionem in Ordine emittere velint: profeſsio enim Fratrum Minorum omnimodam abdicationem omnium rerum, tam in communi, quam in particulari, continet. Ita tenet expoſitio ſine tit. Piſa, Cord. q. 8. hic pun. 2. & alij horum ſimiles docti, pij & Sancti viri, in quos Miranda in 1. imp. c. 41. & in 2. c. 29. nimis durè & minùs modeſtè invehitur appellans eos Ignorātes (quod pudet legere & Scribere) imprudentes, &c.

6 Advertēdū tamē eſt, primo quod Sanctum Concil. Trident. ſeſſ. 25. c. 16. de Regul. præcipit, ne à Novitio vlla fieri poſsit renuntiatio bonorum, etiam in favorem cuiuſcumque piæ cauſæ, niſi cum licentia Epiſcopi ſive eius vicarij, & intra duos menſes ante profeſsionē, Quæ nilominus etiam ſic facta, nullum habeat effectum, niſi profeſsione ſecuta. Ad quod Tridentini decretū regulāda ſunt & Regulæ verba, & quæ ab antiquis expoſitoribus in hac materia dicta fuerunt.

7 Secundo eſt advertendum, quod novitius etiam primo, ab ingreſſu Religionis, menſe poteſt validè facere teſtamentum. Ita affirmant. Navarr. Commentar. 2. de Regularib. num. 51. Emman. Rodr. qq. Regul. to. 2. q. 47. art. 10. & tom. 3. q. 16. art. 1. Moli. tom. 1. de iuſti. diſput. 139. poſt med. Sancti. lib. 7. Sum. Cap 5. n. 13. Portel in dub. Regul. Verb. Novitiorum donationes n. 43. & alij apud ipſos.

8 Cæterum dicta renuntiatio (quantum commodè fieri poteſt) facienda eſt per venditionem bonorum, & eorundem in pauperes elargitionem liberalem: & hoc ſimiliter eſt obligatorium. Ita Authores n. 5. relati, & March. hic. tex. 5. q. 7. & alij. *Bona Novitij ſi cō mode fieri poteſt danda ſunt pauperibus.*

9 Petes primo: Quando cenſeatur Novitius nō poſſe bona ſuá pauperibus, dare, ad hoc vt illi ſufficiat bona voluntas? Reſpondeo cum S. Bonav. expoſitione ſine tit. Cord. vbi ſupra, & alijs, quod tunc, quando rationabilis cauſa in contrarium ſuppetit; vt pote ſi ex iſta diſtributione lites, difficultates, odia, ſcandala *Sufficit Novitio bona voluntas quādo ex dicta diſtributione lites ſcandala, &c. timentur.*

dala inter propinquos oriunda præviderentur ; aut ſi loci diſtantia , aut temporis mora diuturnior requireretur ad hoc, in damnum ſpirituale diſtribuentis.

Si Novitij parentes pauperes ſint, &c. poteſt eis relinquere ſua.

10 Petes ſecundo. Quæ cauſæ poſſunt Novitium movere, vt ſua Parentibus relinquat? Reſpōdeo cū authoribus n. 8. relatis quod multæ ſunt huiuſmodi cauſę rationabiles. Prima, quia pauperes ſunt: & ſic ordine charitatis eis primo tenetur ſubvenire. Secūda, quia & ſi omninò pauperes nō ſint, cōſiderato tamē ſtatu, & gradu ſuo, illis bonis indigēt; vel ad ſtatū honeſtè cōſervandū, filios educandos decenter, debita ſolvenda, quia ære alieno gravati; &c. Tertia, quia bona multis litigijs implicantur. Quarta, quia iſta diſtributio Parentibus facta , illis prodeſſe poteſt vt melius Deo vacent, & ad Ordinē maiore deuotionē inflammētur. Quinta propter vitandū ſcandalū, &c. Hæ, & alię cauſæ rationabiles ſecurū reddunt Novitiū , vt bona ſua Parentibus relinquat; dūmodo ſemper bonā voluntatē habeat pauperibus dādi, & amore tantū carnali ad Parētes nō moveatur. Alias conditiones ad Novitiorum receptionem requiſitas ; vide in Cord. hic q. 4. & in Mart. à S. Ioſeph. c. 3. à num. 11.

SECTIO. III.

Quæ ſolicitudo Fratribus & eorum Miniſtris prohibeatur in bonis Novitiorum?

Omnis ſolicitudo quæ tollit libertatē Novitio, hic prohibetur.

1 RESpondeo quòd omnis ſolicitudo , induſtio, poſtulatio , omniſque actio, quovis nomine dicatur, quæ præiudicare poteſt libertati Novitij, in libera diſpoſitione bonorū ſuorum temporalium per hoc præceptū ęquipollens in Regula Miniſtris, & Fratribus prohibetur. Patet ex verbis Regulæ : *Vt libere faciant de rebus ſuis quicquid Dominus inſpiraverit eis* , & ita clariſsimè *Clem 5. exivi* §. *Cæterum* cap. 2. & omnes expoſitores.

Aliqualis ſolicitudo non interdicitur.

2 Dixi: *Quæ præiudicare poteſt libertati Novitij* : vnde hic per Regulam non prohibetur aliqualis ſolicitudo, vel poſtulatio , quæ libertatem Novitij non tollit, & voluntatē liberā relinquit omnino.

3 Petes: An omnis ſolicitudo, ſive exterior, & in effectu, ſive interior, & in affectu, vel deſiderio tātū, hic ſub mortali inhibeatur? Reſpondeo, quòd tantū prohibetur illa efficax exterior, ſeu effectualis. Ita Cord. q 9. Polit. n. 64 & alij. Interior verò , quæ in animo ſolū conſiſtit, admonitio tan-

tum

tum ex Regula fieri cenſetur. Ita Authores citati; & ſi verius iudicẽ contrarium; quia omnis actus interior voluntatis, ſaltem efficax, circa materiam prohibitam eſt malus.

SECTIO IIII.

An liceat liberè à Novitio Fratribus oblata recipere?

1 RESpondeo licere. Ita expreſſe Clem. 5. §. *Cæterũ*, verſ. *Cũ verò*: *Cavere tamen* (inquit) *in oblationibus taliũ acceptionũ debent Fratres, ne ex receptorum quantitate notabili præſumi poſſit ſiniſter oculus contra ipſos*. Hæc ille.

Novitio offerenti eleemoſynã ad certam cauſam, licet aliã ſuadere.

2 Petes primo: An Novitio iam ex ſeſe determinato, & eleemoſynam Conventui offerẽti ad deſignatã, & ſingularẽ cauſam; liceat neceſsitatẽ aliã, vel aliàs declarare: & vnã præ alijs ſuadere? Reſpondeo licere, etiamſi ad aliam æquè, vel minùs neceſſariam eſſet iã inclinatus. Ita Miranda in 1. imp. c. 42. & in 2. c. 30. Ximenez hic n. 24. March. tex. 5. q. 14. Mart. à S. Ioſepho c. 2. & in 2. imp. n. 31. & alij.

3 Dices: In hoc præiudicatur Novitij libertati. Reſpondeo negando: libertas enim in preſenti attenditur in dare, vel non dare, darè illi, vel alteri, &c. Sed vbi determinavit ſe Novitius, vt Conventui elargiatur, vt res ſit meritoria ſupra dictum conſilium ſuæ liberæ determinationi deſervit vtiliter, & non prẹiudicat; vt patet. Ita Ximenez; & March. vbi ſupra, & alij.

Sublato ſcandalo poſſunt Fratres dare conſiliũ Novitio vt bona ſua det pauperibus.

4 Petes ſecundò: An Miniſtri, vel alij Fratres poſſint dare conſilium Novitio, vt bona ſua recte diſtribuat? Cordub. hic quæſt. 9. Polit. num. 65. & alij communiter negant. Mirãda verò in prima impreſſ. cap. 42. & in 2. cap. 30. Mart. à Sancto Ioſeph cap. 2. in prima impreſſ. num. 10. & in 2. num. 33. & alij oppoſitum probabile reputant. Et ego etiam cum illis probabile iudico, poſſe Miniſtros, Guardianos, vel alios Fratres, ſi ab ipſis Ordinem ingredi volentibus, ſeu iam Novitijs, fuerint de hoc requiſiti, dare conſilium, vt dicti ſua bona pauperibus elargiantur, ceſſante tamen ſcandalo & omni alia circunſtantia vitiante.

(. † .)

SECTIO V.

Quæ obſervanda, cum mittitur Novitius ad aliquos Deum timentes?

1 Reſpondeo quod tria. Primū, quod ſit alterius ſtatus, & non Frater Ordinis. Ita Clem. 5. dicto 5. Cæterum. Verſ. *Nos autem*, quod eſt in praxi ſervandum. Secundum quod ille, ad quem Novitius mittitur, non ſit Syndicus, nec Fratrum conſanguineus; quoniam ij, vt plurimum, affecti ſunt ad Ordinem pro commodo eius temporali: & ſi contrarium ſit probabile, ſublato ſcandalo, & omni circunſtantia vitiante vt dictum eſt ſupra ſect. 4. n. 4.

2 Tertium requiſitum eſt vt ſit vir timens Deum. Patet ex Regulæ textu, id eſt, quod nec cupiditate, nec aliquo reſpectu humano facile moveatur, ſed ſecundum Deum conſulat. Nec item mittendi ſunt ad præventos ab ipſis Fratribus & ab eis admonitos ad hoc: quoniam ſi non per ſe, per inter poſitam perſonam cōſulerent: quod nec debent, nec poſſunt facere. *Ne* (inquit Clement. 5. vbi ſupra) *aliquo modo Fratres videantur oculum habere ad eorum bona, &c.* Atque ita tenent Cord. & Polit. vbi ſupra, ſect. 4. n. 4. relati. March. vbi ſupra relatus n. 2 q. 15. & alij communiter. Quæ tamen intelligenda ſunt iuxta dicta ſup. n. 1.

3 Petes: An illi Conſultori Deum timenti poſſint Fratres prius exponere neceſſitates ſuas? March. vbi ſupra negat. Mihi tamen, ſublato ſcandalo & omni circunſtātia vitiante, licere videtur. Ducor, quia ſi in neceſſitate poſſunt Fratres liberè oblata ab ipſo Novitio recipere, vt determinat Clem. 5. & patet ſupra ſect. 4. ergo bene poterunt Conſultori has ipſas neceſſitates Fratres declarare, vt ijs liberè ſuis facultatibus Novitius ſubveniat. *Conſultori Deum timenti poſſunt Fratres exponere neceſſitates ſuas.*

4 Semper verò, præ oculis habeantur aurea illa verba Cord. hic q. 9. pun. 2. fine (ex ſpeculo mutuata) *Cavendum* (inquit) *quia non propterea maiora ſuffragia faciet pro te Religio, quia plura bona procuraſti, extorſiſti, vel ſurripuiſti contra Regulam, imò videris & irrideberis, & forte* (quod Deus avertat) *periclitaveris.* Hęc ille.

5 Notandum tamen eſt cū eodem Cord. vbi ſupra pun. 4. & Polit. n. 67. quod Sixtus 4. in Mari magno conceſsit Miniſtris, & Cuſtodibus & eorum Vicarijs, vt ſinguli eorum, in locis ſibi commiſsis,

bona intrantium Ordinem incertis perſonis reſtituenda, quę ſciri, & inveniri non poſſint, in pios vſus Fratrum poſſint cōvertere: & addit Cord. quod *in Marimagno Carmelitarum extenditur, & conceditur Prioribus Conventualibus, & per conſequens propter communicationem privilegiorum, etiã id noſtris Guardianis conceditur.* Hęc Cord.

6. Cæterum notãdum eſt, quod præter has conditiones ex parte Regulæ requiſitas, ſunt plures aliæ: tum à iure communi: tum ex Pontificum decretis: tum ex Ordinis ſtatutis requiſitæ; quas, quia directè hoc ſcriptum in Regulam non reſpiciunt, conſultò omitto. Videantur apud Emman. Rod. tom. 3. qq. Reg. quæſt. 10. & 11. vbi examinat Conſtitutiones Sixti 5. Gregor. 14. & Clement. 8. Concordant Mirand. tom. 1. Man. Præl. quæſt. 19. & 21. Portel. in dubijs Reg. verbo Novitij qualitates. Hieron. Rod. Reſolutione 101. Inſuper videantur ſtatuta Barchinonenſia Segoviæ recognita anno 1621. cap. 1. §. 1. & 2. & Marc. à S. Ioſeph c. 2. in 2. impreſſ. à n. 1.

CONTROV. V.

De Novitiorũ profeſſione.

SECTIO I.

Quid iuris habeant Fratres ad receptionem Novitiorum ad profeſſionem?

1 RESpondeo per ſequẽtes concluſiones. Prima concluſio. Ad receptionem nullũ ius habent; quia profeſsio ſive receptio ad illam, pertinet ad Provinciales iure ordinario, & ex delegatione tacita ad Guardianos, conſuetudine ſic legem interpretante. Ita March. tex. 9. q. 3.

2 Secunda concluſio. Ex ſtatutis Ordinis Fratres habent iudicium de idoneitate Novitiorum, iuxta quod tenentur ſuffragium ferre, vt ad profeſsionem admittatur, vel tollere, vt repellantur. Ita ſtatuta Segoviæ cap. 1. §. 12. de Novitiorum receptione. Vnde quando Fratres ſuffragantur, vel refragantur Novitio, non recipiunt illum, vel repellunt, ſed tantum iudicant idoneum ad profeſsionem, vel ineptum.

Fratres habent iudicare de idoneitate Novitiorum.

3 Ex quibus infero primo Fra-

Fratres tenentur ſub mortali admittere novitium idoneum.

Fratres teneri ſub mortali ſuffragium ferre pro Novitio in noſtro Ordine, ſi aliàs idoneus iudicetur, nec habeant iuſtam cauſam denegandi. Ita expoſitio brevis Sanctorum Patrum hic. Cord. q. 11. pun. 2. Polit. n. 74. Mirand. in 1. imp. c. 47. difficult. 3. & in 2. c. 32. difficult. 5. Suarez de Religione t. 3. lib. 4. c. 3. n. 7. Bartholomeus à S. Fauſto in Theſauro Religioſorum lib. 5. q. 213. & q. 214. Portel in Additionibus ad Dubia Reg. verbo Novitius n. 17. & alij communiter.

Fratres qui admittunt ineptum peccant mortaliter.

4. Infero ſecundo, ſimiliter peccare mortaliter; qui certò iudicatum non idoneũ ſive ineptum admittunt. Et ratio eſt, quia Ordinẽ in re grauiſsima iniuſtè onerãt. Ita Mir. vbi ſupra. Mart. à S. Ioſepho in 2. imp. c. 2. n. 24. March. hic tex. 9. q. 3. concl. 2. fol. mihi. 114. Barth. à S. Fauſto vbi ſupra dicta q. 214. n. 3. & alij.

5. Notandum tamen eſt, quod March. vbi ſupra num. 4. relatus, affirmat; *Provincialem, ſi certò advertat monopolia aliqua iniuſta, ſiue pro Novitio, ſive adverſus Novitium, poſſe de ordinaria ſua poteſtate prout iudicaverit, providere.* Hæc ille. Citat adhoc ſtatuta Barchin. recognita, cap. 1. §. 12. num. 4. vbi (inquit) ſic legitur; *Ante vltimum examen, ſiue receptionem Novitij convocet P. Guardianus diſcretos conventus, & conſulant seriò ſupra Novitij receptione: & ſi non omnes conſentiant vt recipiatur, ſtatim remittat P. Guardianus cauſam ad iudicium Miniſtri.* Hæc ibi, ait Marchant.

6. Sed ego quidem fateor meam inſcitiam, ignoro enim ſtatuta Barchin. recognita, quæ March. citat, ſi ibi ſupradicta verba leguntur: legi ego ſemel, iterum, & ſæpius dictum §. 12. & num. 4. Imò & totum Cap. 1. ſtatutorum Barchin. Segoviæ recognitorum, & minimè inveni ſupradicta verba.

Novitiũ ob defectũ in receptione cognitũ, & toleratum: poſſunt expellere Fratres ante profeſsionẽ.

7. Petes primò: Quis admittitur ad probationem Religionis, & tunc invenitur ſtrabo, aut debilis ad ferenda onera, & obligationes Religionis, aut inſcius, aut in aliquo inhabilis, aut carens conditione aliqua requiſita: & hoc bene notant, & cognoſcunt Fratres de Conventu; permittitur tamen ille ſic per annum, quo elapſo petit profeſsionem, nullum aliud habens novum impedimentum, quam priùs: poterit ne tunc ille ſic admiſſus expelli ob illum tantum defectum priùs cognitum & toleratum? Reſpondeo affirmativè. Sic

Ger-

Gerſon in 2. par. in tract. quarundam quęſtionũ Alphab. 34. lit. S. Cord. hic, q. 11. pun. 2. fine; Rod. 1 t. Sum. c. 8. n. 9. concl. 8. in impreſsione Salmantic. anno 1596. & anno 1607. (non verò in dicta impreſsione anno 1605. in qua cap 8. eſt cap. 63.) Sanch. in opere morali lib. 5 c. 4. n. 59. Mart. à S. Ioſeph. in 2. imp. c. 2. n. 23. & alij. Et ratio eſt clara, quia maleſeciſſe admittendo non aufert ius Religionis, vt reſipiſcens, Novitium male admiſſum expellat. Imò addunt Miranda in 1. imp. c. 47. fin. & in 2. c. 32. fine: & Mart. vbi ſupra, quod neceſſario & in conſcientia ſupradictũ Fratres expellere debent.

8 Petes ſecundo: An ex commiſsione Provincialis vel Guardiani, quilibet Conventus Frater poſsit recipere Novitios ad profeſsionem? Reſpondeo affirmativè. Ita Rod. t. 3 qq. Reg q. 17. art. 12. Mirand. in M in Præl. t. 1. q. 42. art 3. Villalobos to. 2 Sum. tract 3; d. f. 20. n. 5. Mart. c. 2. n 48.

Vt recipiat Prælatus Novitiũ ad habitũ, et ad profeſſionẽ procedere debet cũ cõſilio & etiã cum conſenſu capituli.

9 Petes tertio: An in receptione Novitiorum ad habitũ, & potiori ratione ad profeſsionẽ, procedere debeat Prælatus, non ſolum cũ conſilio, ſed etiam cum conſenſu Capituli? Reſpondeo affirmativè. Ita Mirand. vbi ſupra q. 15. ar. 2. erudite quidem cum alijs apud ipſum, Portel in dub. verbo. *Abbas* n. 7. Mart. c. 2. n. 24. & alij. Aliter profeſsio erit nulla.

SECTIO II.

Quænam cauſa ſufficiat, vt quis iuſtè poſsit ſuffragiũ Novitio negare?

Novitiorum alij deuoti.

1 Reſpondeo quod S. Bonav. data opera hãc difficultatẽ tractat, & reſolvit, t. 7. ſuorũ operũ (aliàs 2. Opuſculorũ), in eo quod intitulatur, ſpeculũ diſciplinæ ad Novitios p. 2, c. 5. Sic ſcribẽs: *Accedit hic* (inquit) *Neophitorũ conuerſio differens intuenda; ſunt enim quidã tractabiles, ſimplices, deuoti, timorati, & c voluntariè prompti* (aliqua S. Bonav. verba, brevitatis cauſa, omitto) *in exteriori conuerſatione diſciplinati, humiles, &c. Hi ſunt Altiſsimi filij, fideles S. Religionis propagines, Fratrum lætitia, ſui gloria Inſtructoris.*

Alij duræ ceruicis.

2 *Sunt & alij duræ ceruicis, diſciplinæ manſueſcere neſcientes, tepidi, curioſi, ſuperbi, qui quàm ſuauis eſt Dominus non guſtantes. ſæculari dumtaxat depoſito habitu, non affectu, adhuc in moribus, in verbis, in geſtibus, & propriorum pertinacia voluntatum ſæculo fidæ*

ſer-

Digitized by Google

ſervant, vt monſtro mirabilius ſub Religioſa veſte hominem videas ſecularē. Hi ſunt filij diffidentiæ, adulterina plantatio, fructus inutiles, & acerbi, ſociorum onus & ſcandalum, ſui afflictio, & confuſio Inſtructoris: Ponenda ſunt pauca torporis, & curioſitatis, & ſuperbiæ prædictorũ indicia, vt cognita devitentur.

Novitius tepidus.

3 Tepidus in converſatione, ocioſa verba, & vanas cogitationes, noxias eſſe, non cõſpicit, vitatis grandibus reliqua omnia vix reputat imputanda, &c. timoris filialis ignarus, timoratos, & conſcientiæ puritatem amantes, fatuos, & ſuperſtitioſos ſententiat. Quod ſi à torpore mentis evigilaverit, ea quæ levia exiſtimabat, quaſi horrenda atque atrocia pertimeſcet: Vacuus gratia, & tepidus, quod eſt diſciplinæ, quod morum, quod virtutis, perfectio conciliat, negligẽs illud difficile, vel certè ſuperfluum arbitratur; ægrè doctrinã ad talia patitur. Tepidus in converſatione remiſſus, publicos mores, & Doctoris monita negligit, ea quæ Dei ſunt, languidè operatur, ſi quod inchoat bonum, vix perficit, tardè ad Divinum Officium, & quæque conventualia occurrit, otio gaudet, labore vel modico læditur, & facilè ſe infirmum, vel ad modicum ſe fatigatum prætendit. Aliorum quoque defectibus, non virtutibus hærens, &c.

Curioſus.

4 Curioſus non curanda curat, neceſſaria negligit, & ſui oblitus aliena conſiderat, notat, & explorat: Si quod inſonuerit verbum, anhelat ſolicitus ad ſciendũm, & honeſtate poſt poſita id ab invitis (& celare forſam volentibus) inverecundè requirit, locis ſibi non conceſſis, & collocutionibus Fratrum ſe ingerit non vocatus, obſervat angulos, vagis circunſpicit oculis, hæret ad ſingula, quæ occurrunt; rumoribus, & ſæcularibus verbis hauriendis, & referendis intendit. Rerum quoque apparatui, cura ſuperflua, curioſitatis vitium clamat.

Superbus.

5 Superbus ſe ad omnes propriæ voluntatis impulſus accommodat, nec ſe alijs, ſed alios ſibi applicare contendit; facilè ſibi fieri contumeliam iudicat, ad quam irrogandam eſt validus, ad tolerandam infirmus: & ſe aliquid grande eſſe putans, legibus ſubdi, & culpam recognoſcere propriam erubeſcit. Et licet iuxta Ordinis mores ſe regere neſciat, in ſuis oculis tamen ſapiens, & perfectus, ad aliorum inſtructionẽ ſuæ præſertim opinioni contrariam ſtomachatur; reprehenſus offenditur, nunc

nunc cauſam ut inſufficientē vel frivolā, nunc Monitoris modū calumniās: fit igitur ad ob temperandum difficilis, & ad correctionē impatiēs; adeò interdum, ut ſe diſcipulum abnuens, ipſum etiā deputatū ſibi refugiat Inſtructorē Hæc omnia ſervi Dei quaſi peſtem mortiferam deteſtantes perfectè ad Dñm. cõvertãtur, &c.

Novitius inſolens in onus Religionis admittitur, ſi admittitur.

6 Concludit S.Bon. *Si quis verò ſufficiēter expectatus & monitus, mores corrigere ac Religionis formã induere negligit, præſertim ſi rebellis aut contentioſus extiterit, nō eſt proficientiū* (ideſt profeſſorũ, Novitios enim vocat incipientes) *numero aggregandus, infidelis ſi diſcedat, diſcedat* (1.Cor.7.) *ne una ovis morbida contagione mortifera totũ gregem contaminet: perverſus & inſolens in onus Religionis, & diſſolutionē admittitur.* Hæc Seraphicus Doctor. Notentur, præcipue illa verba: *Non eſt proficientium numero aggregandus, infidelis ſi diſcedat, diſcedat, &c.*

7 Itaq; ex Sent. S.Bon. tepidis curioſis, & ſuperbis, ſi ſufficiēter expectati & moniti mores corrigere neglexerint, ſuffragia vel vota neganda ſunt, *præſertim ſi rebelles, aut contēntioſi extiterint, ne una ovis morbida cõtagione morti fera totũ gregem contaminet.*

Quæ omnia attentè ij cõſiderent, quibus incumbit ſuffragia pro Novitijs ferre, & præcipuè Novitiorum Magiſtri.

8 Secunda concluſio. Novitio, cui deficit aliqua ex conditionibus requiſitis ex parte Regulæ, vel noſtrarũ conſtit. juſtè poſſunt Fratres votũ negare: imò negare tenentur, juxta ea, quæ dicta ſunt ſupra in hac Controv. Sect. 1. n.3. 4.&7.

Nemo poteſt negare votum novitio ob defectum cognitum in confeſſione, tantum.

9 Potes: An quis poſſit negare ſuffragiũ Novitio indigno, ob defectum cognitum in ſolo Sacramento Cõfeſsionis: idque ſi ſuffragia dentur in ſecreto? Afirmativè reſpondēt Navarr. t. 1, in cap. Sacerdos ante omnia, de pœnit. diſt. 6. n.147. Vazquez in 3. p. 4. q. 93. ar. 4. dub. 8. n. 7. Hēriquez t. 1. lib. 3. c. 23 n.6. Portel in dubijs Reg. verbo *Electio* n. 9 & verbo Novitij annus. n. 52. & alij. Nihilominus tamē cõtraria Sentent. mihi omninò vera & tenenda videtur, cui ſubſcribunt Bañez 2. 2. q. 33. art. 8. Laymã in Theol. mor. t. 2. lib. 4 tract. 6. c. 15. n. 22. & quod mirum & rarum eſt, Diana Sententiam contrariam minimè docendam afirmat, 3. p tract. 4. de Sacrament. Reſ. 76. vbi alios citat.

(. † .)

SECTIO III.

An probationis annus, vt validè quis profiteatur, poſſit computari de momento ad momentum? & an debeat eſſe continuus?

Annus probationis à momento in momentũ ſufficit ad profeſſionẽ.

1 Circa primam partẽ fit cõcluſio: Huiuſmodi probationis annus, de rigore loquendo, à mométo in momẽtũ poteſt, & debet cõputari, nec expectãdus eſt alter dies, nec vna hora, vt profeſſio valida ſit. Ita expreſſè ven. Hugo, Piſa, Rod. t. 3. qq. Reg. q. 15. ar. 4 Miranda in Man. Prælat. t. 1. q. 22. ar. 3. concluſ. 2. Sorbus in Comp. privileg. verbo Novitius Ximen. hic n. 30. Portel in dub. Reg. verbo Novitius. n. 48. March. hic tex. 9. tit. 2. q. 4. concl. 1. & alij.

Completo anno probationis fit profeſſio ne ſequenti.

2 Cæterum, & ſi profeſſio facta anniverſaria die teneat; ad evitandas tamen difficultates, praxis communiter tenet, vt profeſſiones Novitiorum non fiant, niſi ſaltem die ſequente anniverſarium, vt ſi Novitius receperit habitum die, quarta Octobris, ſequenti anno emittat profeſſionem die quinto Octobris.

Annus probationis debet eſſe continuus.

3 Circa ſecundam partẽ ſit prima concluſio: Debet prædictus annus eſſe cõtinuus, ideſt, nõ interpolatus. Ita Rod. vbi ſupra ar. 8. Mir. in Manual. t. 1. q. 22. ar. 4. Portel in dub. verbo Novitij annus in probatione. n. 49. & eſt cõmunis Sent. Videantur Nav. t. 1. in Conſilijs lib. 3. de Regul. conſ. 37. (aliàs 17. n. 2.) Sanch. tom. 2. Sum. lib. 15. c. 4. n. 31. & hoc eſt de iure communi.

Prælati non poſſunt in hoc diſpẽſare.

4 Secunda cõcluſio: Nullũ eſt in vigore ius ſpeciale ſeu privilegiũ, quo poſſint Prelati Regulares diſpenſare ſuper hoc, ſcilicèt, vt annus nõ ſit cõtinuus. Dixi: *In vigore*; quia privilegiũ Iulij 2. factũ pro Nobis Minoribus (quod habetur in Cõp. noſtrorũ privileg. verbo Novitius) revocatũ eſt per Trident. Ita Sanch. t. 2. Sum. lib. 5. c. 4. n. 35. Mir. in Man. t. 1. q. 22. ar. 4. Villalob. 2. p. Sum. tract. 35. dif. 15. n. 8. & 9. vbi citat Navarrũ & alios. Portel in dub. verbo Novitij annus in probatione. n. 49. & alij. Cum quib. iudico, nullo pacto debere Prelatos Ordinis aliter Novitios ad profeſſionem admittere, niſi poſt annum probationis continuum expletum in noſtro ordine.

Novitius qui cũ cauſa, habitu & licentia Prelati extra cõvẽtũ egreditur non diſcontinuat annum.

5 Tertia cõcluſio: Qui de licentia ſui Prælati, aliqua iuſta de cauſa, cũ habitu intra annũ probationis extra Monaſteriũ egreditur; quãvis ibidẽ per aliquod tẽpus cõmoretur, nõ dicitur diſcontinuare annum: & profeſſio ab eo facta tenet. Ita Rod. t. 3. qq. Reg. q. 15. art. 10. Mir. n. 4. relatus. ar. 5.

6 Notandũ tamẽ quod dixi:

Digitized by Google

ſi: *Si talis Novitius egrediatur, & ſit extra Conventũ cũ licẽtia ſui Prælati, & cũ habitu*: Si ergò egrediatur ſine licẽtia, & ſine habitu, vel cũ licentia ſine habitu; vel cũ habitu ſine licẽtia, & poſtea revertatur, talis annus dicitur interpolatus. Ita citati Doctores.

7 Petes primo: Quinã poſſint huiuſmodi licẽtiã ad exeũdũ præſtare? Reſpõdeo quod Provincialis, & etiã Guardianus, & Prælati Monaſteriorũ in quibus ſunt Novitij cũ cõſilio diſcretorũ iſtorũ Conventuũ, quãdo ad Provinciales nõ faciliter recurri poteſt, & neceſſitas vrget. Ita Rod. & Mir. vbi ſupra.

8 Petes ſecũdo: Per quod tẽpus poteſt cõmorari Novitius ſic egrediẽs, extra Monaſterium? Reſpõdeo quod per vnũ, aut duos mẽſes. Ita Rod. t. 2. Summ. c. 8. n. 4. & Hie. Rod. Reſ. 101. n. 44. Quę ſent. probabilis mihi videtur, & ſi in ſtatutis Segov. c. 1. tit. de approbatione Novitiorũ n. 2. decretũ ſit, *quòd ſi Novitij aliqua ex cauſa Conventũ exeãt, etiã cũ habitu, & poſtea redierint, nõ cõputetur eis tempus in probatione antea factum*. Quæ verba intelligenda ſunt quando Novitius vltra duos menſes extra Conventũ cõmoratus eſt. Ita citati Authores.

Poſſunt Novitij in articulo mortis profiteri non finito anno probationis.

9 Petes tertio: An Novitij in aliquo caſu poſſint facere profeſſionẽ, nõ finito anno probationis? Reſpõdeo quòd ſic in articulo mortis: & hoc in foro interiori tantũ ad cõſequendã ſcilicet, indulgẽtiã plenariã. Ita cõceſſit Pius 5. Novitiabus S. P. N. Dominici, apud Bullar. Rod. Bull. 11. Pij 5. Nec hoc privilegiũ eſt revocatum per Greg. 13. Quo gaudent Novitij, & Novitiæ aliarũ Religionũ. Ita Emman. t. 3. qq. Reg q. 15. ar. 6. Sanc. in Sum. t. 2. lib. 5. c. 4. n. 16. Mir. vbi ſupra n. 4. relatus art. 10. Hie. Rod. Reſ. 101. n. 40. & alij. Quod ſi dictus Novitius (vel Novitia) convaluerit de infirmitate, tenetur continuare ſeu complere reſiduum anni integri probationis, ac iterum profiteri. Ita Doctores citati.

10 Petes quarto: An Prælati recipiẽtes Novitiũ ad profeſſionẽ ante annũ probationis elapſum, incidant in aliquã cenſuram? Reſpõdeo quod excõmunicantur. Recepti profeſſio eſt nulla, recipiẽtes ſunt ipſo iure ſuſpẽſi, & ſubiecti alijs pœnis conſuetis dari pro culpis gravioribus. Ita in cap. Nõ ſolum de Regul. in 6. Videatur Hier. Rod. Reſ. 101. n. 47. & alij apud ipſum.

Si Prælatus qui acceptat profeſſionẽ eſt excommunicatus va

11 Petes quinto: An profeſſio ſit valida, ſi Prælatus, qui eam acceptat, ſit excõmunicatus denuntiatus, aut publicus percuſſor Clerici? Reſpõdeo affirmativè. Ita Sanch. lib.

Digitized by Google

lat pro-feſsio.

5. Sum. cap 4. n. 78. Bartho. à S. Fauſto in Theſau. Religioſ. lib. 5. q. 225. At peccabit hic, ſic recipiens ad profeſsionem (quamvis non eſſet denuntiatus) venialiter tantum: niſi intereſſet aliquibus precibus Eccleſiæ, in ipſa profeſsione recitatis, tunc enim peccabit mortaliter ratione participationis cum alijs, Sanch. vbi ſupra.

SECTIO IIII.

Quot, & quænam de neceſsitate requirantur ad Profeſsionem?

1 Reſpondeo quod duodecim. Primo: ætas, quæ poſt Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de Regul. debet eſſe annus 16. exactus. Secundo annus probationis, qui debet eſſe integer, & cōtinuus, vt iā dixi ſupra ſect. 3. à n. 3. Tertio, animus profitendi; quia nec votū nec vlla promiſsio, adſtringit per ſe, ſine voluntate obligandi. Videatur Fauſtus vbi ſupra q. 237. Quarto vt nō ſit per vim, aut metū gravē iniuſtè incuſſum à cauſa libera, id eſt, ab homine, ad extorquendū votū emiſſā. Vt extra cap. *Perlatū de ijs, quæ vi metuſque cauſâ fiunt.* Quòd ſi metus iuſtè incutiatur, non ſufficiet ad annullandā profeſsionē. Hinc valida eſt profeſsio mulieris in adulterio deprehenſæ, cui à viro conceditur vita, hac conditione vt efficiatur Religioſa, vt rectè Rod. 2. p. Sum. c. 8. n. 11. Fauſtus vbi ſupra q. 238.

2 Quinto requiritur vt fiat in manu Prælati, aut de ipſius licētia vt iā dixi ſupra ſect. 1. n. 8. Videantur Rod. t. 3. qq. Reg. q. 17. art. 2. Fauſtus vbi ſupra q. 239. Sexto requiritur, vt fiat capitulariter, id eſt, de conſenſu maioris partis Capituli, vt dictum eſt ſupra ſect. 1. n. 9. Aliter profeſsio facta, non ſolum eſt irritanda (vt vult Emman. vbi ſupra ar. 7.) ſed iure communi eſt omninò irrita, & nulla, vt bene Mir. in Man. t. 1. q. 15. ar. 2. & Fauſtus vbi ſupra q. 240. n. 4 & 5. & alij apud ipſos. Septimo, vt tria Religionis vota eſſentialia, Caſtitatis nimirū, paupertatis, & obedientiæ emittantur.

3 Octauo requiritur, vt fiat in Religione aliqua per Sedē Apoſt. approbata, vt habetur in cap. *vnico de voto, & voti redēptione* in 6. Nono, vt nulla adſit cōditio Religionis ſubſtātiæ repugnans. Si verò cōditio alicui ſtatuto tantū Religionis vel præcepto repugnet, ſic profitens peccabit mortaliter, profeſsio tamē erit valida. Sic Fauſtus vbi ſupra q. 244.

Impedimentū in aliqua religione, eſſentiale dirimit profeſsionem.

4 Decimo requiritur, vt profitens non habeat aliquod impedimentum, quod in illa Religione ſit eſſentiale; quia ob

tale

Digitized by Google

tale impedimẽtũ redditur homo inhabilis ad profeſsionẽ: ſicut enim conſtituta ſunt varia impedimẽta, quæ Matrimoniũ impediunt, & dirimũt; ita etiã authoritate Eccleſiæ poſſunt conſtitui impedimenta, quæ impediant, & dirimant profeſſionem, Nav. t. 1. Conſil. lib. 3. de Regul. conſ. 5. (aliàs 48. in 2.) Sanch. t. 2. Sum. lib. 5. c. 4 n. 58. Fauſtus in Theſ. Religioſ. lib. 5. q. 248. & alij. Videatur Portel in dub. Reg. verbo Profeſsio nulla. n. 9. & 10. vbi tractat de poteſtate Prælati, & profitentis, quæ valide fit.

Impotens præ morbo vel ſenectute ad præcepta Regulæ ſervanda valide & licite profitetur.

25 Petes: An qui aliqua infirmitate vel ſenectute impotens eſt ad Regulæ præcepta ſervãda, poſsit licite, & valide profiteri? Reſpondeo affirmatiue (dũmodo infirmitas non ſit morbus caducus, lepra, & id genus, quæ pertinent ad impedimenta eſſentialia Profeſsionẽ dirimentia, vt Portel n. 4. relatus.) Ratio eſt, quia obligatio ad tria vota eſſentialia Religionis, nullas corporis vires expoſcit, ſed ſolum voluntatis affectũ; cætera autẽ præcepta Religionis nõ ſunt Religioſi ſtatus eſſentialia, ſed obligãt, dũ iuſta cauſa nõ excuſat. Vnde qui Religionẽ profitetur, obligatur ad illa ſervãda eo modo, quo Regula obligat, nimirũ, niſi iuſta cauſa excuſetur. Ita Emman. t. 3. qq. Reg q. 15. art. 19. Sanch. vbi ſuprà (n. 4. relatus) n. 52. Fauſtus q. 249.

26 Vndecimo requiritur, vt perſona, quæ profitetur, ſit mẽtis capax. Sãch. vbi ſupra n. 53. n. 12. vt perſona ſit ſui iuris, alteri nõ obſtricta. Vnde Profeſsio Epiſcopi ſine ſpeciali licentia Papæ, & viri vxore renitente; & ſervi abſque conſenſu Domini eſt ipſo Iure irrita. Leſsius de Iuſtitia, & iure lib. 2. c. 41. dub. 7. Fauſtus vbi ſupra q. 249.

Profeſsio ex cõmunicati etiã denũtiati valet.

27 Nota tamen quod Profeſsio ex communicati, etiã denunciati valet. Nav Coment. 4. de Regul. n. 25. Rod. 2. p. Sum. c. 8. n. 10. Sanch. t. 2. Sum. lib. 5. c. 4. n. 56. Neq; hic ſic profitendo peccat mortaliter; quia ex vi Profeſsionis nõ participat in Divinis, niſi preces aliquæ ab Eccleſia inſtitutæ in Profeſsione recitẽtur; quia tunc erit participatio in publicis Eccleſiæ orationib. & proinde peccatũ mortale cõmittet.

Profeſsio ſimoniace facta valet. Item ob malum finem.

Itẽ Profeſsio Simoniacẽ facta, eſt valida. Nav. vbi ſupra Rod. t. 3. qq. Reg. q. 63. art. 6. San. vbi ſupra n. 59. Item ob malũ finem. Sylv. verbo Religio. 3. q. 6. Azor lib. 12. c. 5. q. 16. Fauſt. q. 233.

28 Petes: Quæ nã requirantur, vt Profeſsio invalida ratificetur? Reſpõdeo quod Profeſsio vel fuit nulla cũ præiudicio ter-

Profeſsio invalida cũ præiudicio tertij, nõ poteſt ratificari.

tertij clamantis, vtpote quia profeſſus eſt ſervus, cõiugatus, debitor, tutor, &c. & tunc talis profitens neceſſariò debet exire, vel ſecũdo profeſsio nulla non intulit præiudiciũ tertio: & tale impedimẽtũ tolli poteſt à profitẽte, & Religione, & in hoc caſu debet ratificari profeſsio, vel apud ſolũ profitentẽ, ſi impedimẽtũ fuit ex eo ſolũ, quia ex parte Novitij defuit cõſenſus, vel adfuit metus, apud ſe tamẽ cõſentiẽdo: vel ſi impedimentũ fuit ex defectu ætatis legitimæ; vel integri probationis anni, vel alterius cauſæ inhabilitantis: tunc, ablata priùs incapacitate, requiritur ad ratificãdũ nouus cõſenſus vtriuſq; Ordinis ſcilicet, & profitẽtis. Ita Portel in dub. verbo Profeſsionis nullæ remediũ. n.42. & apud ipſum Sanch. lib.2 de Matr. diſp.35. art 4. Quamvis idem Sanch. t.2. Sum. lib.5. c 4. n.81. ſatis probabile iudicet, non requiri; vt Conventus conſentiat, ſed ſufficere nouum Profeſsi conſenſum tantum.

Qui profeſsionem invalidã vult ratificare debet habere, & notitiam illius invaliditatis; & formalẽ intentionẽ ratificandi.

9 Cæterũ in illo, qui vult ſuã Profeſsionẽ invalidã ratificare, requiruntur duo. Primo notitia illius invaliditatis; ſcire enim debet Profeſsionẽ ſuam fuiſſe irritã, vt denuò ratã habeat. Vnde nõ cẽſetur, eã confirmare, quãdo putãs eã ab initio fuiſſe validã, approbat, & cõfirmat quod fecerat: nã tunc nihil facit, talis enim ratificatio proficiſcitur ex errore. Vnde nõ eſt libera, ac proinde nõ inducit novã obligationẽ. Caie. 2. 2. q. 189. ar. 5. Sanc. lib. 7. de Ma. diſp. 37. n. 59. Fauſt. vbi ſupra q. 251. & alij apud ipſos. Secũdo requiritur, vt intẽdat illã ratificare; eſt enim novum votũ. Vnde requiritur formalis intẽtio: neq; ſufficit negativè ſe habere; quia voti vinculum non contrahitur, niſi voluntate poſsitiva.

10 Tertiò (vt vult Azor lib.12. c.4. q.7.) requiritur nova acceptatio Prælati. Sed oppoſitũ eſt verius; quia nullitas tantũ ſe tenet ex parte profitẽtis ſeu admiſsi, ex parte verò admittẽtis valida fuit. Ita Nav. lib.3. Cõſiliorũ tit. de Regul. cõſ. 24. 35. & 46. Fauſ. q.251. Addit Nav. conſ. 5. n. 19. quòd ſi novitiatus fuit invalidus, vt ſi ante annos pubertatis expletos ſit factus, aut cum inhabilitate ad illam Religionem, requiritur eius repetitio. Sed huius oppoſitum defendit Leſſius lib.2. c 41. dub.7.

11 Neque in dicto caſu repetẽdæ ſunt ceremoniæ ſolẽnes, quę in profeſsione fieri ſolẽt: ſufficit enim quod Religioſus denuò ſuũ cõſenſum præſtet, Sanc. lib.7. de Mat. diſp. 37. n.66. & in Sum. t 2. lib.5. c.4. n.81. Fauſtus. q.252.

SEC-

Digitized by Google

SECTIO V.

An profeſſio Religionis aliquibus gratijs, & privilegijs gaudeat?

Profitēti bus Regulā Minorum duæ indulgentiæ plenariæ conceduntur.

1 RESpondeo affirmativè. Primū privilegium eſt quoad Novitios, noſtrā Evangelicā Regulam profitentes, quibus duæ plenariæ Indulgētiæ conceduntur. Vna à Sixto 5. altera à Paulo 5. Ita Mart. à S. Ioſeph in ſua expoſitione in 2. imp. c. 2. n. 45. & in fine eiuſdē expoſit. in declaratione cuiuſdā Bullæ Pauli 5. quę incipit: *Romanus Pontifex*, dat. an. 1606. in qua revocat omnes Indulgēcias per ſuos Anteceſſores conceſſas Regularibus. Sed ſupradictas noſtro Ordini conceſſas non revocat, vt bene Hic. Rod. Reſ. 77. n. 45. & Mart. vbi ſupra. n. 2. fol. mihi. 490. & 492. n. 4. quidquid dicat Portel in dub. Reg. verbo Indulg. n. 13. §. *Ego conſtanter.*

Per profeſſionem in qualibet Religione peccata omnia quo ad pœnā remittuntur.

2 Secundū privilegium eſt, quod per Profeſſionē (vltra dictas Indulg.) in qualibet Religione peccata omnia, quoad pœnas Deo debitas, remittūtur; & ideo veriſsima eſt Sent. quæ affirmat per Profeſſionē Religionis approbatæ obtineri pleniſsimā omniū criminum antea cōmiſſorū cōdonationē. Ita D. Th. 2. 2. q. vlt. art. 3. ad 3. expreſſe, ibi Caie. Angel. in Sum. verbo *Religioſus* n. 46. Cord. in cap. 2. Regulæ. q. 14. Sāch. t. 2. Sum. lib. 5. c. 5. n. 2. Villalob. 2. p. Sum. tract. 35. diff. 26. n. 1. Mir. in Man. t. 1. q. 25. art. 8. & alij multi.

3 Petes primò: An profeſſio per ſe ſola habeat hoc priuilegiū remittendi pœnas peccatis debitas? Reſpondeo affirmativè. Sic Doct. Angel. Caie. Cord. n. 2. relati.

Qui profitetur cū conſcientia peccati mortalis ſi poſtea reſipiſcat, cōſequitur plenariā remiſſionem.

4 Petes ſecundo: An qui cū conſcientia peccati mort. profeſſionē emittit, ſi poſtea reſipiſcat, plenariā remiſſionē cōſequatur, quā ab initio, id peccato mortali impediēte, nō obtinuit. Caie. & Sanch. n. 2. relati negant. Hæc Sent. valde probabilis eſt. Sed Barth. à S. Fa. in Thæſaur Religioſ. lib. 5. q. 315. & Villalob. vbi ſupra. n. 2. relatus, affirmant, quod etiam probabile iudico.

Hæc pleniſsima condonatio obtinetur, quoties Profeſſio reiteratur.

5 Petes tertio: An hæc pleniſsima condonatio obtineatur, quoties Profeſſio illa renovatur vel reiteratur. Reſpōdeo affirmativè. Ita S. Bernardinus (Pater meus) in Quadrageſimali. de Evang. æterno (ſeu tom. 2. ſermonum) Ser. 24. art. 1. vbi in principio docet cū D. Bernardo, *Quod Profeſſio ſecundum Baptiſmi nuncupatur, eo quod Profeſſores Angelis ſimiles facit, & divinā in homine renouat ima-*

imaginem configurans Chriſto iuſtitiæ Baptiſmi, &c. Quod mox probat: *Quia opus factũ ex voto (inquit) ſuperaddit ad opus ex ſimplici propoſito factum, quandam meriti infinitatem, & ſuper omnia in votis, quæ ſunt de ſubſtãtia* Religionis: *& hoc maximè ſi conſiderentur tria in ipſo vouente. Primũ libertas. Secundũ largitas. Tertiũ ſtabilitas*: Et ſubiungit cap. 1. *Magna nẽpe eſt in homine dignitas libertatis.* Et nõnullis interiectis: *Nihil ſub Deo eſt nobis ita dilectũ, & charũ ſicut libertas, & dominiũ voluntatis noſtræ. Hoc enim infinitè appretiamur enim illud pluſquã omnia quæ Deus facere poſſet, quæ infinita ſunt. &c.* & mox: *Igitur iſtud bonum ſuper omne aliud à nobis datum, vel dabile præpõderat in infinitũ, &c.* & infra: *Hæc ſiquidẽ libertas quod mirabilius eſt, non ſolũ datur in hora, qua ipſum votũ emittitur, ſed etiã in omni tẽpore, quo ſibi vouiſſe placet, & in quo cũ hac cõplacentia votum implet. Si enim votum in ſua emiſſione addebat quandã valoris & meriti infinitatẽ, & hoc per totũ tẽpus ſequens replicatur, & multiplicatur. Ergo votum continuatum ſuperaddit multiplicem infinitatem. Tale quidem votũ, & vota iã facta in Sancta Religione alacriter approbare, eſt illud Sacerdotale officiũ omniũ profeſſorũ; De quo 1. Petri 2. Vos eſtis genus electũ, gens Sãcta, Regale Sacerdotium, &c.* Hæc S. Bernardinus. Videatur ibidẽ cap. 2. Subſcribunt Sum. Armill. verbo Nouitius. n. 19. Sa. verbo Religio. n. 17. Fauſtus q. 317. Laymã in Theol. mor. lib. 4. tract. 5. cap. 10. n. 2. Villalob. in 2. Sum. trac. 35. dif. 26. n. 2. Mart. à S. Ioſeph. c. 2. in Reg. n. 45. in 2. imp. & in 1. n. 24. & alij.

6 Tertium priuilegiũ profeſsionis eſt, vt in ipſam cõmutentur omnia vota in ſæculo facta; vt conſtat ex extrau. cap. *Scripturæ de voto & voti redẽ.* & hoc eo ipſo quo quis in Religione profitetur, ex vi ipſius profeſsionis dicta vota cõmutãtur, & extinguntur abſq; aliqua profitẽtis intẽtione cõmutãdi. Ita Caie. expreſſe. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 1. & q. 1. ar. 3. ad 3. Sanch. t. 2. Sum. lib. 5. c. 5. n. 38. cũ alijs apud ipſum. Fauſtus q. 308. Quæ commutatio extenditur ad omnia vota, ſiue ſint conſona Religioni, & in illa poſsint impleri, ſiue non. Sanch. n. 48 Item ad vota temporalia, & etiam perpetua. Sanch. n. 49. & triplici ſequenti.

Omnia vota in ſæculo facta cõmutãtur in profeſsionem.

7 Rogabis: An omnia vota (ſiue realia; ſiue perſonalia) commutentur in ipſam profeſſionem?

Siue dicta vota ſint rea-

Digitized by Google

lia ſive perſonalia.

ſtionem? Reſpondeo diſtinguẽdo: vel illa vota ſunt ſoli Deo emiſſa, vel non, ſed etiam intimata parti, vt ab ipſa acceptentur. Priori modo commutantur ipſo iure in Religionis profeſſione. Secus verò poſteriori modo. Idem dicendum eſt (& eodem modo) de iuramentis, ſiue realibus, ſiue perſonalibus. Rod. tom. 1. qq. Reg. q. 25. art. 8. Mirad. tom. 1. Man. q. 25. art. 7. Sanch. n. 43. & duplici ſequenti. Fauſtus quæſt. 304. & duplici ſequenti.

Supradicta vota Nouitiorũ poſſũt Prælati, & eorum Magiſtri cõmutare in opera mortificationis, humilitatis &c. quæ à Nouitijs fiunt.

8 Ex quibus deducitur, quod hæres obligatus ad vota realia defuncti perſoluenda, non eximitur Religionis profeſſione; ſed obligatio illa ad eius hæredem debet tranſire. Sanchez num. 47. Faut quæſtione 312.

9 Eſt tamen advertendum primò, quod conſideratis exercitijs Nouitiorum, in quibus in dicto anno occupantur, ſurgendo ſcilicet ad Matutinum; aſſiſtendo alijs Horis Canonicis, & orationi mentali, ieiunijs, diſciplinis, & alijs exercitijs humilitatis, & obediẽtiæ inſiſtendo, poterunt Prælati (& etiam Nouitiorum Magiſtri) vota dicta realia, & perſonalia in aliqua opera ex ſupradictis, magis Deo accepta, commutare. Ita Em. man. ubi ſupra ſtatim 70 relat.

tus, Alcoçer in Sum. cap. 16. fol. 57. etiamſi talia vota ſint contra Religioni, vt notat Mirand. dictis quæſt. 25. & artic. 7.

Nouitius noſtræ Religionis tenetur ſimpliciter vitã, & Regulam promittere.

10 Secundò eſt maximè aduertendum, quod Nouitius noſtræ Religionis (ſi verus Frater Minor velit eſſe) teneatur ſimpliciter ſine addito, & priuilegio vitam iſtam, & Regulam promittere. Ita omnes Expoſitores. Vide quæ dixi ſupra Controver. 2. procemiali. ſect. 1. à num. 9. Alia Profeſſionis priuilegia vide in Sanch. tom. 2. Sum. lib. 5. cap. 5. à num. 9. vſque ad. 35.

Cap. 2. Textus.

11 In eodem Cap. 2. Regulæ Textus: *Et qui promiſerunt obedientiam habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio qui voluerint habere, &c.* Et infra: *Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur, & poſſint ea repeciare de ſaccis, & alijs petijs cum benedictione Dei.*

CON-

CONTROV. VI.

De Veſtimentis Fratrum Minorum profeſſorum.

SECTIO I.

Quid in Regula per vnam tunicam cum caputio, & aliã ſine caputio intelligatur? Et ad quam formam, ſiue figuram habitus, ſiue caputij ex vi Regulæ Fratres Minores obligentur?

§. I.

Per tunicã cũ caputio in Regula intelligitur habitus exterior, *& per tunicã ſine caputio,* tunica interior.

1 Circa primam partem dico, quod per vnam tunicam cum caputio intelligitur habitus exterior. Ita D. Bon hic expreſsè. Cor.q.22. Polit.n.99. Sanctes Romanus in ſua expoſitione cap. 2. fol. mihi.62. & omnes expoſitores. Per tunicam veró ſine caputio inteligitur tunica interior, ſeu quæ ſub externo habitu geſtari poteſt à Profeſsis. Ita expreſsè D.Bon. & Hugo hic, Cord. Polit. Sanctes Roman. vbi ſupra, & cõmuniter omnes Expoſitores. Et quod maius eſt. Ita declarãt Summ. Pont. expreſsè Clem. 5. *Exiui* cap. 3. §. *Præterea cum dicatur.* Ioan. 22. in extrav. *Quorundam exigit* art. 1. Vndè minimè audiendus eſt quidam, qui affirmat, *quod per tunicam ſine caputio,* intelligitur, vel, poteſt intelligi mantellus, ſeu pallium.

Habitus profeſſorũ ex vi Regulæ nõ requirit caputium ſibi aſſutum.

2 Petes primò: An tunica cum caputio Profeſſorũ (ideſt, habitus) ex vi Regulæ neſſariò requirat caputium ſibi aſſutũ? Afirmant Brandolin. hic, Sanctes Rom. vbi ſupra. Sed mordicùs Zacharias Bouerius. 1. tom. Annal. Capuccinorum. poſt finem in quibuſdam demonſtrationibus demonſtratione 5. per totam. Negant veró Rod. tom.2. qq. Reg.q. 76. art.5. Miranda ſuper Reg. in. 1. impr. cap.56. & in 2. capit. 38. Marti. à S. Ioſ. cap.4. in. 1. impr. num. 11. & in 2. n. 13. March. hic tex. 11. tit. 3. q. 1. fol. mihi 121. & alij cõmuniter.

3 Quam ſentẽtiam omninò iudico verã, & neceſſariò tenẽdam. Et ratio eſt, quia nullum eſt verbũ in Regula, quod dicat, vel apertè inſinuet, quod caputiũ Profeſſorũ debeat eſſe cum habitu aſſutum; geſtare enim vnã tunicã cum caputio, nihil aliud eſt, quàm ſimul cũ tunica habere caputiũ, ſi non aſſutum, ſaltẽ moraliter annexum, vt forma quidẽ artificialis habitus, quæ ex naturâ ſua requirit aliquã cõiunctionẽ, ſed non neceſſariò per aliquã vnio-

vnionem, ſiue realem connexionem.

4 Sed contra arguunt adverſarij: In Regula dicitur, quod Fratres profeſsi habeant vnam tunicam *cum* caputio: Sed illa dictio, *cum*, ſignificat coniunctionem, & vnitatem continuam: ergo, &c. Quod argumen. hij magnifaciunt.

5 Reſpondeo, nihil probare: nam in teſtamēto dicit Seraphicus P. *Eramus contenti tunica vna, cum, cingulo, & braccis*: & nullus dixit vnquā, cingulum cum tunica aſſuendum, vel etiam cum braccis; etiamſi dictio, *cum*, ſignificet coniunctionem; connexa enim hæc tunicæ ſunt, morali tantum coniunctione: nec vllus aliquādo affirmauit debere neceſſariò ex præpoſitione, *cum*, per aſſuturam vniri, etiamſi cingulum, & bracciæ de eſſentia ſint habitus Profeſſorum.

6 Et confirmatur ex Rubrica. 19. Miſſalis Rom. de qualitate Paramentorū n. 7. *In minoribus Eccleſijs* (dicitur ibi) *Alba tantum amicti miniſtrant, Subdiaconus cum manipulo. Diaconus etiam cum ſtola*: Hæc ibi: Sed manipulus Subdiaconi, & ſtola Diaconi, minimè ſunt, nec debent eſſe connexa Albæ per aſſuturā, quamuis dictio, *cum*, ea Albæ coniungat: ergo.

7 Secundò argumentatur Zacharias Bouer. vbi ſupra, n. 2. *Tunica abſque caputio ea eſt ex Reg. quæ nullum ſibi caputium aſſutum habet ergo tunica cum caputio cenſenda eſt, quæ cum caputio connectitur. Quòd ſi nulla tunica ſibi caputium annexū habeat, an non vtraque ſine caputio eſſe: Dicenda eſt?* Reſpondeo diſting. antecedens, tunica ex Regula eſt, quæ nullum habet caputium, nec aſſutum, nec diſſutum, concedo: quæ nullum habet caputium ſibi aſſutum, nego; & ſimilitèr nego conſequentiā, diſtinctio enim tunicæ ſine caputio, à tunica cum caputio in Regula non conſiſtit in aſſutura, vel diſſutura, vt dictum eſt. Aliàs enim ex hoc ſequeretur, quod Frater minor, qui haberet cum duplici tunica duplex caputiū, vnum aſſutum, & alterum diſſutum, haberet vnam tunicam tantum cum caputio, & alteram ſine caputio. Et hoc iuxta Regulam: quod minimè eſt concedendum; quia vnicum tantum numero caputiūm cum vni, vel duabus tunicis licet Fratribus Profeſsis ex Regula.

8 Tertiò, ſic argumen. ex Bouer. vbi ſupra: *Ante tempus quo pectorale caputij* (ſeu lunula) *adiunctum fuit caputio, minimè poterat caputium*

tium cum habitu remanere, niſi aſſutum: ergo aſſutura caputij neceſſario, & eſſentialiter eſt requiſita. Reſpondeo negando conſequentiam. Aliud enim eſt quod caputiũ (dēpto pectorali, ſeu parte illa, quæ ante pectus pendet) ſe ipſum, abſq; aſſutura nō poſſit in habitu ſuſtinere: aliud, quòd aſſutura illius cum habitu ſit ad formam habitus Profeſſorum neceſſeria. Primum concedimus. Secundum negamus: cingulum enim (vel chorda) quod ad formam habitus expectat, & de illius eſt eſſentia; nōn poteſt habitui eſſe cōiunctum; neque in corpore Fratris remanere niſi mediante aliquo nodo, vel vinculo (vel funiculo:) nec propter hoc; vinculum illud, vel nodus, vel funiculus eſſentialiter ad formam habitus ſpectant. Ita ſimiliter, etſi caputium nō poſſit in caſu argumenti, cum habitu remanere, niſi aſſutum; non idcircò eiuſmodi aſſutura eſſentialiter ad formam habitus tunc pertinuit, nec nunc, pertinet.

9 Tamen antiqua, laudabilis, & Sancta conſuetudo Ordinis ab initio fuit, vt caputium tunicæ exteriori aſſueretur. Patet ex reſolutione Patrum obſervantium in Capitulo Gener. anno 1470. in flore obſervantiæ, quam referunt Cord. hic q. 1. punct. 7. & March. in ſua expoſit. pag. 110. & 111. Illamq; deſeq͂ntia omnia Capitula Generalia obſervantiæ, tam Vicariorum Generalium ſub Miniſtris Gēneralibus vſq; ad annũ 1517. quàm Miniſtrorum Generalium totius Ordinis ab anno 1517. vſque ad annum 1623. approbarunt.

10 Petes ſecundò: An Fratres Minores ſub aliquo peccato obligentur habere caputium aſſutum cum habitu? Triplex eſt Expoſitorum ſententia. Prima affirmat, teneri ſub mortali, niſi in caſu, & ex cauſa. Quæ ſententia mihi videtur abſque fundamento ſufficienti nimium ſtricta: & ideō prorſus improbabilis. Secunda docet, obligari ſub veniali, niſi cauſa rationabilis excuſet, vtpotè, vt habitus lauetur, reſartiatur, vt Prædicator pluries in hebdomada prædicans quotidie à ſudore mundetur, &c. Ita Ovandus in 4. Sent. addit. ad diſt. 38. de Voto propoſitione 10. Author Manual. cap. 9. ſuæ expoſ. Culla hic veritate 2. Ximenez n. 69. & alij.

11 Sed vera ſententia, & tenenda docet ſub nullo peccato (nec mortali, nec veniali) obligari Fratres Minores ad caputij cum habitu aſſuturam. Ita Rod. to. 2. qq. Reg. q. 76. *Nec venialiter peccant Fratres portãtes ab habi-*

art.

tu diſſutum caputium.

art. 5. Miranda in Regula in 1. impr. cap. 13. & in 2. cap. 38. Marchant hic ex. 1. tr. tit. 3. q. 1. circa finem. Mart. à S. Ioſ. cap. 4. ſuæ expoſ. in 1. impr. n. 11. & in 2. num. 13. & alij. Mihi què probatur maximè ex verbis Sixti 5. infra referendis num. 35. & 36. Vide ibidem.

§. II.

12. CIrca ſecundam partē, nimirum, ad quā formam, ſiue figuram habitus, ſiue caputij ex vi Regulæ Fratres Minores obligentur? Eſt duplex ſententia. Prima conſtanter affirmat, formam habitus Fratrum Minorum eſſentialiter conſiſtere in portando vnā tunicā cum caputio inſtar formæ, & figuræ habitus capucinorum, ideſt, caputium aſſutum tunicæ exteriori, & acuminatum in ſuperiori parte, non rotundum, abſque lunula (ideſt parte, quæ pendet ante pectus) & abſque ſcapulari (ideſt altera parte, quæ pendet poſt ſcapulas) ad talemquè formam, & figuram habitus, & caputij, neceſſariò ex vi Regulæ obligari omnes Fratres Minores.

13. Tenet mordicùs Zacharias Bover. num. 2. vbi ſupra relatus à primo demonſtratione vſque ad 19. Probat ſuam ſententiam demonſtrat. 3. n. 6. ex cap. 2. Regulæ. *Caputium (ait) quod Nouitijs à Regula intendicitur, ac Profeſſis præſcribitur, illud ſit, neceſſe eſt, quod cum tunica immediatè conſuitur: Id enim ex ipſo verborum ſenſu tam apertè conſtat, vt ſi quis propoſita verba in alium ſenſum conetur extrahere planè, & verba, & ſenſus corrumpat.* Hæc ille.

14. Reſpondeo negando ſuppoſitum; *non enim eſt neceſſarium ex Regula*, quod caputium Profeſſorum ſit cum tunica immediatè coniunctum per aſſuturam, vt dictum eſt ſupra in hac ſectione à num. 3. vſque ad 8. Quòd verò id apertè ex verborum ſenſu cōſtet, nego.

15. Præterea (inquit n. 8.) ſi, *Scapulare ad Nouitiorum habitum addi contingat, vbi nunc caparoni, quod alterum eſt inſigne probationis teſtimonium, locus eſſe poterit? Etenim ridiculum eſt caparonis nomine exiguam illam panni particulam, qua ſcapulare ab ijs apponi ſolet, intelligendam eſſe. En in quales violati habitus anfractus incidunt, qui ſcapulare, & lunulam cum Nouitiorum, & Profeſſorum habitu coniungunt, &c.* Hæc ille.

16. Reſpondeo, quod non eſt ridiculum caparonis nomine particulam illam panni eſſe, in-

intelligendam (quod pro nunc transeat, oportet ergo, vt modeſtia vtamur in verbis. Nos præſertim Fratres minores cũ ſimus, quiquidem ex Regula cap. 3. *Debemus eſſe modeſti, & omnibus, & de omnibus honeſtè loqui, ſicut decet*, vt habetur ibi.) Non inquã, id ridiculum eſt, ſed ſatis rationi cõſonum, appoſitè Conſtitutiones Iulij 2. an. 1508. editæ in cap. 6. Generaliſsimo. cap. 2. particula 1. circa finem: *Probationis caputiũ Nouitijs imponatur. hoc eſt, caputium diſſutum, ſiue ſeparatum à tunica, habens antè caparonem, ſiue panni peciam appenſam, &c.* Hæc ibi. Non ergo hoc ridiculum eſt. Vide infra n. 33.

17 Cæterùm Regula expreſsè dicit, quòd *Nouitij habeant caparonẽ vſque ad cingulum*; ſed addit: *Niſi aliud ſecundum Deum aliquãdo videatur*, Miniſtris ſcilicet. Vnde Clem. 5. Clemẽt. exiui. §. *Cũ igitur*. art. 2. verſ. *Quod omnia*. Ibi: *Item quod omnia quæ ponuntur in Regula ad formã tam habitus Nouitiorũ, quàm Profeſſorum; necnon ad receptionis modum, ac profeſſionẽ ſpectant, niſi recipientibus, quoad habitum Nouitiorum, ſicut dicit Regula, ſecundum Deum aliter videatur, &c.* Hæc ibi. Viſum ergo fuit Miniſtris in Capitulis Generalibus cõgregatis, ab ann. 1470. vſque ad præſens, concedere Nouitijs in aliquibus Prouincijs caparonẽ; in alijs verò pro *Caparone* capucium cum duabus panni particulis, antè, & retrò appenſis. Non ergo cõtra Regulã, ſed ex ipſius licẽtia expreſſa Nouitijs conceditur in aliquibus Prouincijs, & datur loco *caparonis* caputiũ cum exiguis panni particulis, ſcapulari, & lunulæ appenſis.

18 Neque hoc ſic intelligere, vel facere, eſt ridiculum, quin potiùs ſerium, & authoritate plenum: cùm omnia Capitula Generalia ex cõceſsione Regulæ, & declaratione Summ. Pontif. ſic intelligant, & ſtatuant: quibus non aſſentiri profectò ridiculum, & ſatis abominabile dedecus eſt. Vt habetur diſt. 12. Cap. Ridiculum, ibi: *Ridiculum eſt, & ſatis abominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitùs à Patribus accipimus, infringi patiamur.* Hæc ibi.

19 Secundò arguit Bouer. *B. P. Franciſcus* (inquit) *dum certam habitus formam, tam Nouitijs, quàm Profeſsis in Regula indicit, nullã prorſus ſcapularis, aut lunulæ mẽtionem facit, &c. Ergo contra illius intentionẽ eſt huiuſmodi caputiũ* Reſpõdeo, quod hoc argumẽto procedit ab authoritate negatiua: & ideo nihil con-

concludit. Et retorqueo argumẽtũ B. P. Fran. nullã prorſus in Regula mentionẽ facit caputij pyramidalis, ſiue acuminati: Ergo portare caputiũ pyramidale, ſiue acuminatũ eſt cõtra Regulam, & intentionem noſtri P. Franciſci.

20 Addit Bouerius n. 10. *Neque ij ſatis argumentum effugiunt qui caputij appellatione ipſum quoque ſcapulare ac lunulã, contineri volũt, ita vt ijs lunula, & ſcapulare nihil aliud ſit, quàm caputium vtrumque cõplectens. Ea enim cum neque communis, neque genuina vocis interpretatio ſit*, commentitia *potius, &* ad fugã *aptata eſſe videtur. Quis namque caputium ad capitis tegumentum, ſcapulare verò ad ſcapularum ornamentũ (vt lunulam interim prætercam) ſuapte natura, ac inſtitutione referenda non cenſeat? Quòd ſi alius capitis, alius verò eſt ſcapularum ornatus: quomodo ij caputiũ, & ſcapulare (niſi quæ ipſa natura diſtincta ſunt, malint confundere) vnum eſſe, ac pro eadem re vſurpari, exiſtimant?* Et paulò infrà: *Reliquũ eſt* (ait) *vt ſcapulari à Nouitiorum, & Profeſſorum habitu*, anulſo; *eam dumtaxat Minorum habitus formã à B. Franciſco* præceptã, *veram eſſe agnoſcant, quæ a Venus ex Regulæ verbis deſcripta, lunulam, & ſcapulare expellit, caputiumque cum tunica coniunctum habet*. Hæc ille.

21 Reſpondeo, quod caputium, vnũ exiſtens, vtrumque (nimirũ lunulã, & ſcapulare) cõplectitur, eaque eſt cõmunis vocis in omnibus Capitulis Generalibus, etiam antiquis, interpretatio. Et primò, quod caputium, & ſcapulare pro eadem re vſurpentur, patet ex Conſtitutionibus Generalib. S. Bon. cap. 2. *Fiat autẽ caputium tali modo, quod exiſtens in capite vſque ad cingulũ, nõ attingat*. Hæc ibi. Inuenies in Monumentis Ordinis tract. 3. Notentur verba: *Caputium exiſtens in capite*. Ecce tegumentũ capitis poſitũ in capite, & cooperiens caput. *Vſque ad cingulũ nõ attingat*. Ecce idẽ caputiũ ſcapularũ ornamentũ, & ſcapulas cooperiens. Hæc cõſtitutio refricata fuit in Cõſtitutionib. Generalibus Perpignian. anno 1331. ſub Geraldo Miniſtro Generali, & in Marſilienſibus ſub Reuer. Fortanerio, & in conſtitutionibus Farinerij, vt hæc omnia patent in Monumenta Ordinis tract. 3. in Memoriali §. 18. Generali, & §. 19. & 20.

Caput iũ vnũ exiſtens, vtrumque nimirum lunulã, & ſcapulare, amplectitur

22 Item clarius in Conſtitutione Martini. 5. capit. ſecundo poſt medium, ibi: *Caputium verò tali modo fiat, quòd exiſtens in capite*

te extremitas per longitudinem duorum digitorum cingulum non excedat; nec per longitudinem duorum digitorum ſupra cingulum debeat remanere, cui lõgitudini correſpondeat proportionabiliter latitudo, ſiue caputij quantitas. Hæc ibi, & clariſsimè in Conſtitut. primis Barchinon. annno 1451. approbatis à Nicolao Papa 5. cap. 3. *Ordinamus ad maiorem vniformitatem inter Nos conſeruandam, quod latitudo caputij habitus noſtri non tranſeat à lateribus conum iuncturæ humerorum, & quod longitudo ipſius caputij à parte poſteriori cingulum non excedat.* Hæc ibi. Quæ cõſtitutio in Generalibus ſtatutis Iulij Papæ 2. cap. 2. particula. 7. ſimili verborum tenore refricata fuit (vt liquet in firmamento trium Ordinum. 3. part. fol. mihi 4. col. 4.) anno 1508. vt firmam. 3. parte fol. 47. col. 2. Et eſt valde notandum, quòd huiuſmodi explicatio nominis *Caputij*, ſupra dictorum Capitulorum, & Conſtit. Generalium (& quod maius eſt Martini. 5. Nicolai etiam 5. & Iulij 2.) præceſsit Reformationi Patrum Capucinorum; ea enim incæpit anno 1525. Quod rogo vt aduertat Bouerius. Non igitur eſt commentitia, neque ad fugam aptata. Eiuſmodi nominis *Caputij* interpretatio.

23 Confirmatur primò ex Reg. PP. Minimorum c. 3. *de Indumentis*, ibi, *Fratrũ Clericorum, & laicorum habitus ſit honeſtus, &c.* Et mox: *Illorum etiam caputium, ante ac retro vſque ad medium femoris, vel circa protendatur.* Et infra §. *De zocolis, & caputio Nouitiorum.* Ibi. *Nouitiorum caputium vſque ad cingulum ipſum duntaxat (ita quòd cingi non valeat) protendatur.* Hæc ibi.

24 Confirmatur ſecundò, ex Paul. 3. in Bull. *Cum ſicut dilecti* dat. anno 1539. contra eos, qui ab obedientia Prælatorũ Ordinis ſui Minimorũ ſe ſubtrahebant, vbi Epiſcopos alloquens: *Moneatis* (inquit) *& requiratis; prout eos monemus, quatenùs.. Caputium cæteris capu ijs, per ipſos profeſſores geſtare ſolitis, aliquãto breuiùs, ita quòd ſolùm ad medium pectoris extendatur, geſtare debeant, &c.* Hæc Põtifex. Vide Paſſarel. in compend. priuilegior. dicti Ordinis, pag. 190. & 191. Ex dictis n. 23. & 24. liquet, quòd caputium vnum, dato quòd à Capite (vt ait Bouer.) dicatur, & capitis ſit tegumentum ſcapularum ornatus, & pectoris, tàm reſpectu Profeſſorum, quàm Nouitiorum.

25 Tertiò arguit Bouer.

(plu-

(plura alia argumenta infirma omitto) Demonſtrat. 4. ubi ſupra 5. claſsi, à num. 106. *Ex miraculis* (inquit) *quæ à Deo Optimo Maximo in habitu Capucinorum edita ſunt ad veram habitus S. Franciſci formam fidelibus commendandam* (additque num. 107. ibid.) *& comprobandam.* Quæ refert à n. 106. vſque ad 111.

Miracula in habitu Capucinorũ nõ fuerũt edita à Deo ad cõprobãdam verã formã habitus S. Franciſci.

26 Reſpondeo falſum eſſe, talia miracula in habitu Capucinorum edita fuiſſe ad *veram* habitus S. Franciſci formam, comprobandam. Non ergo rectè colligitur: Deus edidit miracula in habitu Capucinorũ: igitur ad comprobãdã *veram* formam habitus S. Franciſci. Nego ergò conſequentiam. Plurima etiam operatus eſt in habitu obſeruantium; vt luce meridiana cõſtat, in habitibus S. Bernardini (Patris mei) S. Didaci, BB. Ioan. de Capiſtr. & Iacobi de Marchia, &c. Et nouiſsimè in habitu B. Iuliani, qui in hoc Complutenſi Conventu obijt an. 1606. & Ven. P. Ioan. Hortulani, qui hic etiam obijt anno 1614.

27 At vt non tantum caputijs rotundis cum lunula, & ſcapulari Bouerius deroget, & ſuis acuminatis arrogeret relictis quam plurimis virtute caputij rotundi effectis: aliqua hic dumtaxat iubet referre miracula, quæ à Deo Optimo Maximo edita ſunt in caputio rotundo (cum lunula, & ſcapulari.) Venerabilis P. Fratris Nicolai Factor. Hic Venerab. Pater zelo maioris perfectionis, & purioris Regulæ obſeruantiæ ductus, Patribus obſeruantibus relictis, tranſivit ad Patres Capucinos Provinciæ Cathaloniæ an. 1582. menſe Aprilis, tranſactiſque 7. menſibus, & illis relictis, iterum ad obſeruantes reuerſus eſt, anno 1583. menſe Nouembris, peruenitque ad obſeruantium Conventum Dominæ noſtræ Ieſu, de Valentia eodem anno 1583. die 23. Decembris, vt affirmat Pater Ioſephus Eximenus in libro quem de vita huius Venerab. Viri ſcripſit (impreſſ. Barchin. anno 1618.) Cap. 35. fol. mihi 243. obijtque miraculis glorioſiſsimis hoc ipſo anno 1583. die 23. Decembris in ſupra dicto obſeruantium Conventu, vt affirmant idem Eximenus vbi ſupra capit. 36. fol. 251. & R. P. Chriſtophorus Moreno, etiam in lib. huius Ven. Patris cap. 41. fol. 172.

Cũ caputio rotũdo Vener. P. F. Nicolai factor plurima mi-

28 Cum caputio itaque rotundo, cum lunula etiam & ſcapulari, quod induit & portauit tempoſtquam à Patribus Capucinis diſceſsit, & venit ad obſeruantes; per plura miracula patrata ſunt, poſt multa

raculapatrata ſunt. teni Vener. Patris. Quindecim ſane magna refert Morenus vbi ſupra à cap. 53. vſque ad 58 approbata iuridicè ab Ordinario, Illuſtriſsimo ſcilicet, ac Reuerendiſsimo D. D. Ioanne de Ribera Patriarcha Antiochiæ Et Archiepiſcopo Valen. Ex quibus duo ſequentia tantùm breuitatis ergo excerpſi, & refero.

29 Iacobus Albert. oppidi de Payporta vicinus, in Regno Valentiæ grauiſsimo morbo laborans, ad extremum tandem vitæ deuenit, ſenſibuſque iam deſtitutis, allatum ei fuit caputium rotundum (complectens lunulam, & ſcapulare) Vener. P. Nicolai Factor, capitique infirmi impoſitum: mòxque (mirabile dictu) vt illo indutus fuit, ſenſus recepit, cæpitque dicere: Quæ eſt, vel vnde hæc fragantia, quam ſentio? Cui reſponderunt adſtantes: ex caputio Vener. P. Nicol. Factor, quod capiti impoſitum habes, expoſtula ab eo ſalutem, qua indiges. Quod fecit infirmus, & ſtatim reliquit eum febris, & intra triduum integrè conualuit.

30 Petro Ioanni Monleó Ciui Valentino, inflictum per magnum vulnus in fronte fuit. Acceſſerant graues febres, vomitiones, & ventris fluxus; cumque extremum iam ſpiritum ageret, ſupplicitèr venerabilem Patrem Nicolaum rogabat, vt à tam manifeſto mortis periculo liberaret; petiitque à circumſtantibus obnixè, vt caputium Vener. Patris ſibi afferrent. Annuerunt illi piis infirmi petitionibus; moxque vt ad oſtium cubiculi peruenit, magnam ſensit ſuauiſsimi odoris fragrantiam, eoque moribundus indui poſtulauit; & ſpatio vnius horæ capiti habuit impoſitum, illoque ſublato, confeſtim receſſerunt febres, vomitiones, & ventris fluxus ceſſarunt, atque breui integram incolumitatē adeptus fuit. Primum miraculum refert Morenus fol. 195. & ſecundum fol. 200. & 201. Alia Bouerij argumenta relatis æqualia relinquo, alibi, Deo dante, opportunius referenda, examinanda, & reſpondenda.

§. III.

Nec Regula Minorū: nec illius declarationes formā habitus ſiue caputij fratrū Minorū expreſsè tradiderunt.

31 Hac itaq; Bouerij ſententia reiecta, vera, & omninò amplectenda ſequentibus concluſionibus continetur, & explicatur. Prima concluſio: Nec Regula Fratrū Minorum, nec illius Pontificiæ declarationes, formam, aut figuram habitus, ſiue caputij Fratrum Minorum expreſsè tradiderunt. Patet legenti ipſas declarationes, & Regulam.

In-

Inſuper inconſtans eſt traditio ex hiſtorijs Ordinis erutis, vt rectè aduertit March. in cap. 2. tit. 3. de veſtimentis Profeſſorum q. 7. tanta igitur fuit ante tempora Ioan. 22. (qui Pontifex creatus fuit anno 1316.) inconſtantia in figura & forma habitus Fratrum Minorum, vt ipſe Pont. in re iſta determinanda (edita ad hoc extrauag. *Quorundam exigit*) ad ſolam Regulam recurrat, *in qua* (inquit in eadem extrauag.) *nihil eſt determinatum, &c.* Vnde conſtat ab antiquo nihil circa hoc fuiſſe in Ordine omnino ſtabile (vt contẽdit Zacharias Bouerius) quin potius in dicta extrauag. Ioan. ipſe 22. grauiter reprehendit quoſdam Fratres conſtanter afirmantes, veram habitus formam Fratrum Minorum conſiſtere in habitibus curtis, & ſtrictis, & caputijs acuminatis, vt latiùs dicam infra à num. 4. vſque ad 47. Ibi videatur.

Illa eſt vera forma habitus Fratrum Minorũ quæ per Eccleſiã Romanã pro Ordine eſt approbata.

32 Secunda concluſio: Illa eſt vera forma, & figura habitus, & caputij Fratrũ Minorũ, quæ per Eccleſiã Romanã pro Ordine eſt approbata, ſiue illa fuerit talis ab initio, ſiue non. Ratio eſt clara, quia ſanctæ Sedis eſt reſoluere dubia Regulæ, & quæ ex Regula minus conſtant pro bono Religionis firmiter inſtituere, & ordinare: ſed Regula nihil determinat circa formam, & figuram habitus, & caputij, vt clariſsimè legenti liquet, & Ioan. 22. num. 31. relatus afirmat: ergo, &c.

Fratres purè Regulã obſeruantes nõ tenentur portare habitũ Capucinorum.

33 Tertia concluſio: Ad figuram habitus, & caputij, qua vtuntur Fratres Capucini, minimè omnes Fratres Minores purè Regulam obſeruantes obligantur; neque ex vi Regulæ, neque ex mente S. P. N. Franciſci; quicquid minus rectè dicat Bouerius, vt dictũ eſt.

34 Probatur primò, concluſio ex D. Sixto 5. (vel potius determinatur concluſio) in Bull. *Apoſtolici muneris* dat. n. 1582. & ſui Pontif. 3. pro erectione, & confirmatione Ordinis Fratrũ Minorum Conuentualiũ Reformatorũ S. P. N. F. cum habitus deſignatione, &c. Inuenies in Bullario Emman. Rod. ſub Sixto 5. Bulla 3. in qua inter alia n. 3. dicit: *Quod ij Fratres Minores Conuentuales reformati nuncupentur, & quòd ſecũdum veram B. Franciſci Regulã Apoſtolico more viuant.*

35 Et n. 7. *Dictis Fratribus reformatis concedit, vti, frui, potiri, & gaudere poſſe omnibus, & ſingulis priuilegijs immunitatibus, & c. quibus Fratres alij Cõuentuales non reformati vtuntur, fruũtur, &c. Pariformiter, &*

ſtnt differentiæ (nota bene quæ ſequuntur) dummodo (ad-dit) contra puritatem Regu-læ eiuſdem B. Franciſci non ſint, nec ei in aliquo derogent, ſed conſeruationem, & augmentum dictæ Reforma-tionis concernant. Hæc ibi.

36 Et ibidem num. 9 ſe-quentia habentur: *Nec commutent habitum etiam quantumuis rudem vilem panno-rum, ſiue nouum, ſiue vete-rem, ac de ſaccia etiam repe-ciatum, & refarcitum* (*non enim habitus exquiſitus in qualitate, vel quantitate decet Fratrem Reformatum*), *coloris terrei, ſeu cinericij,* ac caputium (nota) ſeu ſca-pularium in capite rotundum, & à tunica diuiſum geſtare, *ac obilibet deferre, nudiſque pedibus, aut ſuppoſitis ſoleis, ſiue vt vocant ſandalijs inceder*e *liberè, & licitè valeant, ac etiam debeant*. Hæc Sixtus quintus.

37 Ex quibus omnibus ſic argumentor: Hic à Summ. Pontif. deſignatur, & conce-ditur Reformatis Ordinis Mi-norum, habitus cum caputio rotundo (non acuminato) & ab habitu, vel tunica exte-riori diuiſo (non illi per con-ſuturam coniuncto) quod qui-dem caputium (vt palàm con-ſtat) habebat lunulam, & ſca-pulare: Sed hi Reformati pu-rè ſeruabant Regulam Fra-trum Minorum, vt ipſe habitus Apoſtolico more, vt patet ſupra num. 33. Nec contra eiuſmodi Regulæ puritatem aut ei in aliquo derogans illis quicquam conceſsit Pon-tifex, vt patet ſupra num. 34. Ergo portare caputium, ſeu ſcapularium (vt loquitur Six-tus 5.) in capite rotundum, & ab habitu diuiſum, nullo modo eſt contra puritatem Regulæ, nec ei in aliquo de-rogat. Ergo ex vi Regulæ, vel ex intentione ſanctiſsimi In-ſtitutoris Fratres Min. purè, & reformatè Regulam obſer-uantes, minimè obligantur ad portandum habitum in forma, & figura Fratrum Capucino-rum, ideſt, cum caputio acuto, & habitui conſuto.

Portare caputium rotundũ, & ab habitu diſſutũ non eſt cõtra puritatem Regulæ.

38 Secundò probatur à ma-ximis, ac peſsimis inconue-nientibus. Sequeretur enim primo, quòd totus Ordo quã-diu nõ portauit (ſicut nec mo-dò portat) habitum cum ca-putio acuminato, &c. non ha-buit (nec modò habet) veram formam habitus ſecundum Re-gulam. Secundò, quòd ſanctus Bonauentura, S. Bernardinus (Pater meus) S. Didacus, & alius numerus Sanctorum infi-nitus, qui habitum cum capu-tio rotundo cum lunula, & ſcapulari portarunt, id fece-runt contra mentem Regulæ (quod

(quod pudet, vel ſomniare,) & ſanctiſſimi Inſtitutoris, vel ſaltem cum Regulæ diſpenſatione. Tertiò, quod Summi Ponti. falſè loquuntur quando habitum Fratrum Minorum de Obſervantia, habitum S. Franciſci nuncupantur: & (quod peius eſt) quod ſtultè faciunt, concedẽtes indulgentias, ijs, qui in habitu S. Franciſci ſepeliuntur, cum habitus S. Franciſci de quo loquũtur, ſit habitus Minorum de Obſervantia: & ex Boverio dicti Fratres non portent verũ habitum, S. Franciſci, ſeu ſecundum veram formam habitus S. Franciſci.

§. IV.

39 PEtes primò: An authoritate alicuius Pontificis, aut Capituli Generalis aliquãdo in Ordine forma caputij acuminati, ſeu pyramidalis ſublata fuerit? Negat conſtanter Boverius vbi ſupra Demonſtratione 8.

Forma caputij acuminati aliquando ſublata fuit in ordine à duobus Sum. Põtif. & à duobus capitulis generalibus. Vid. n. 44. & 46.

40 Nihilominus tamẽ dicendum, & tenendum eſt, formam pyramidalis Caputij, nedum ſublatam, verum, & anathemate percuſſam à Ioan. 22. Extrav. quæ incipit *Quorundam exigit.* Et habetur inter Extravag. cap. 1. de Verborũ ſignific. in 6. & Benedict. 12. Conſtit. quæ incipit *Redemptor noſter*, dat. anno 1335. Similiterque ſublatam fuiſſe à Miniſtris Generalibus, & etiã à Conſtitutionibus, & Generalibus Capitulis, vide infra, n. 45. & 49.

41 Probatur primò ex dicta Extravag. *Quorundam*, adiuncta Gloſſa: dicitur enim ibi in ſecunda parte: *Vt ex eiſdem Fratribus aliqui propterea curtos, ſtrictos, inuſitatos, & ſqualidos, novitate plenos, ac diſsidij non ignaros, cum à communitate Ordinis diſcreparent, aſſumerent, &c.* Videatur Gloſſa. Et infra, *Dicentes, in hoc eorundem Prælatorum ſuorum non parendum fore arbitrio, cum & ſuum ſic deſpectum, Regularem, & cruciformem aſſererent: cæterorum verò ſuperfluum, &c.* Hæc ibi Et Gloſſa *Suum*, ſcilicet *habitũ, ſic*, ſcilicet *curtum, & ſtrictum. Regularẽ*, ideſt, *Regulæ convenientem. Cruciformem*, ideſt, *cruciformem, quæ conſiſtit ex ſtipite in longum porrecto, & brachio in tranſverſum extenſo: ſic dicebãt de habitu ſuo, cuius lõgitudinẽ, ſtipiti crucis, & ipſi habitus manicas extẽſas, brachio in trãſverſo ſtipitis extẽſo fortè cõparabãt.* Hęc Gloſ.

42 Itaq; dicti Fratres dicebant ſuum habitũ Regulæ cõſentaneum: quia ſcilicet erat curtus, & ſtrictus, & ſqualidus. Cæterũ dicebant crucicõ-

Digitized by Google

formem; quia nimirum in longum erat porrectus. In quibus verbis aſſeritur habitus, ſimilis habitui, quē modo portant Patres Capuccini. (tunc à Ioan. 22. in quibuſdã Ordinis Fratribus, Anathemate percuſſus: poſtea verò, à Clem. 7. proi ſdem Patribus Capuccinis, iure optimo approbatus.) Primò enim eſt curtus, & ſtrictus, &c. Secundò in longũ porrectus; cum eius Caputiũ longũ ſive ob longum, & appelletur, & ſit; vt patet ex mãdato executivo contra Fratres Societatis Ioannis de *Dios*, quod tradit Emman. Rod. in ſuo Bullario Antuerpiæ impreſſ. anno 1623. ſub Clem. 8. Bulla 6. fol. mihi 476. ibi circa mediũ: *Inſtantibus Patribus Capuccinis, cenſuit Confratres Societatis Ioannis Dei nullatenus debere geſtare habitũ cum Caputio oblongo, ſive acuto, &c.* Et infra, §. *Item pariter*, poſt principiũ: *Quod aliqui ex Confratribus Societatis Ioannis Dei, & forſam nonnulli alij habitũ cum caputio ob longo, ſiue acuto ſine licentia R. Patris Vicarij Generalis Ordinis Capuccinorũ, &c.* Ex quibus liquet; quòd habitus proprius Patrum Capuccinorum, cõſtat ex ſtipite in longũ porrecto, cum caputiũ habitui aſſutum, ſine lunula, & ſcapulari, longum, ſive oblongum ſit. Sed habitus crucicõformis diſtinctus à Cõmunitate Ordinis, iuxta Gloſſ. in *Extrav. Quorundam*, ex ſtipite in longum porrecto conſtabat, vt patet ſupra num. 41. Ergo erat ſimilis habitui, quē modo portant Patres Capuccini. Sed talis habitus cum caputio oblongo ſublatus fuit à Ioan. 22. & Anathemate percuſſus, in dicta Extravag. *Quorundã*. Ergo, &c. (Vide infra n. 44. & 46.

43 Patet in eadē circa finē: *Ideoq;* (inquit Ioan. 22.) *omnes, & ſingulos Fratres antedicti Ordinis Minorum, qui ſtrictos, curtos, & difformes habitus, ab ipſius Generalis Miniſtri, & aliorum de dicta cõmunitate habitu, corã Nobis, & Fratribus Noſtris, & alijs in Romana Curia detulerunt, vel deferunt, monemus, & hortamur in Domino. Eis nihilominus in virtute ſanctæ Obediētiæ, & ſub excõmunicationis pœna, per Apoſtolica ſcripta mãdãtes, quatenus ad mãdatũ ipſi Generalis deponãt quos deferũt habitus, & alijs iuxta eiuſdē Generalis arbitriũ, determinationē, ſive iudicium (vt ſupra dicitur) induãtur, &c.* Hęc ibi. Notētur illa verba: *In virtute S. Obedientiæ, & ſub excõmunicationis pœna per Apoſtolica ſcripta mãdãtes, &c.* Quib⁹ iungãtur verba Gloſ. ſup. n. 41. relata.

44 Rur-

Digitized by Google

44 Rurſus manifeſtè fatetur noſtram ſententiam ſecunda pars Chronic. Ordinis, vbi lib. 6. cap. 31. dicitur: *Aliqui Fratres zelatores, poſtpoſita obedientia Prælatorū, receperunt ſe in Prouincia Narbonæ, ſibiſuperiores Cuſtodes, & Guardianos præfecerunt. Omnes habitus curtos, & ſtrictos in* forma Capucinorum *aſſumpſerunt, inſtar illorum, qui in principio Ordinis habebantur, reiectis habitibus communitatis Ordinis, in longitudine, & latitudine differentibus, &c.*

45 Et capit. 33. ibidem: *Summus Pontif.* (Ioan. ſcilicet 22.) *vt diuiſionem amoueret, & pacem inter illos conſtitueret, fecit extrauagantem Quorundam.* Et paucis interpoſitis: *Et Generalis Miniſter Frater Michael Cæſena, vt effectu hanc vnionem, & conformitatem præſtaret (præcipuè circa formam habitus) quandam ad omnes Ordinis Miniſtros Epiſtolam miſit, quæ data fuit an. 1318.* (ſed Vuaddingus 3. tom. Ann. Min. ad annum 1317. illam hoc anno refert datam) *in qua inter alia hæc continentur verba: Caputium, iuxta formam ſtatutorum Generalium, cingulum non excedat, ſitque conformitas in latitudine, longitudini correſpondens.* Hæc ibi. Videatur Vuaddingus vbi ſupra num. 23. fol. mihi 193. eadem verba mutuauit, & hanc Conſtitutionem refricauit, Martinus quintus anno 1430. in ſuis Conſtitutionibus, capite 2. vt patet ſupra numero 22.

46 Dictis accedit authoritas vndequaque magni viri Beati Ioannis à Capiſtrano (cuius, cum hæc ſcribo, diem celebrat noſtra Seraphica Religio, officiumque, & Miſſam in eius honorem facit) in peculiari tractatu Apologetico, à ſe ſcripto, pro Conſtitutionibus Martinianis aduerſus quendam Fratrem Philippum Berbegallum (vt habetur in tertia parte Chronico. Ordinis libr. 2. cap. 56. poſt principium.) *Ille enim opponens ſe Fratribus obſeruantibus* (dicitur ibi) *audatiùs affimabat, ſe collapſos mores obſeruantiæ Regularis in priſtinum ſplendorem reſtituere, congregatis ad hoc quibuſdam Fratribus, cum habitibus differentibus, & caputijs quadratis, & acuminatis. In cuius faciem reſtitit Beatus Ioannes à Capiſtrano, grauiſſimis verbis reprehendens ſuas nouas, & temerarias adinuentiones, ſub Anathema-*

te à Ioan. 22. prohibitas. Hæc ibi.

47 Suffragatur Benedict. Papa 12. in Bulla: *Redemptor noſter* dat. anno 1335. & ſui Pontif. 1. §. de Qualitate habitus, & veſtimentorum in principio: *Sane* (inquit) *cùm fœlicis recordationis Ioannes Papa 22. prædeceſſor noſter intendens quædam dubia circa vilitatem, formam, & qualitatem veſtium, & habituum exorta plenius declarare, ac temeritatem, & præſumptionem quorundam Fratrum, qui Prælatis ſuis inobedientes in ijs exiſtebant: & habitus ſingulares, & difformes contra communem ordinationem, & obſeruantiam Ordinis, & Prælatorum ſuorum iudicium, non verebantur aſſumere, & deferre, prouide corrigere, & caſſare, inter alia in quadam ſua Conſtitutione, quæ incipit. Quorundam exigit, &c.*

48 *Et nonnullis interiectis: verum quia vt audimus* (ſubiungit) *nondum ceſſat temeritas, & præſumptio aliquorum Fratrum eiuſdem Ordinis, habitum, & veſtes ſingulares, ac difformes portantium: volentes per pœnæ adiectionem eoſdem à temeritate, & præſumptione huiuſmodi, ad communem Ordinis obſeruantiam revocare: præſentiũ authoritate ſtatuimus, quòd ſi qui eiuſdẽ Ordinis Profeſſores, contra arbitriũ, determinationẽ, ſeu iudicium Miniſtrorum, vel Cuſtodum, habitus, aut ipſorum habituũ caputia, ſeu veſtes difformes, & veſtibus aliorum Fratrum communitatem Ordinis tenẽtium diſſimiles, & difformes portare;* ac quòd Fratres Ordinis talibus vti difformibus teneantur, *pertinaciter aſſerere præſumpſerint, niſi infra decimũ quintũ diem ſpatij, poſtquam præſens noſtra Ordinatio ad eos peruenerit, à talibus inſolentijs, obedientes, deſtiterint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, à qua per Generalem ſeu Prouinciales in ſuis Prouincijs Miniſtros dumtaxat, ſatisfactione præmiſſa poſſint abſolui.* Hæc Benedictus 12. Eiuſmodi ordinatio habetur in cõſtitutionibus prædicti Benedicti 12. §. *de Qualitate habitus*, quas inuenies in Bibliotheca inſignis Collegij Sanctorum Petri, & Pauli Complutenſ. noſtri Ordinis Minorum.

49 Supra dictæ Cõſtit. receptę fuerũt à Capitulo Generali Caturcẽſi, an. 1337. & inde ad omnes Prouincias miſſæ à Miniſtro Gen. Fr. Geraldo. Tenor, & verba, ſub quibus Miniſtro, Cuſtodibus, & Fra-

Fratribus huius Provintiæ Caſtellæ directæ fuerunt, ſunt huiuſmodi: *In Chriſto ſibi chariſſimis Miniſtro, Caſtodibus, & Guardianis cæteriſque Fratribus Provinciæ Caſtellæ: Frater Geraldus Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, & ſervus ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam. Literas Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. D. Benedicti divina Providentia Papæ 12. Ordinationes per eum circa ſtatum noſtrum editas, ſtatuta, mandata, & voluntatem ipſius plenius cōtinentes, Me noveritis cum debita reverentia recepiſſe, cum diligentia inſpexiſſe, & in noſtro Capitulo apud Caturcum anno Domini 1337. (aliàs 1336.) in Pentecoſtes celebrato ſolemniter legi, ac publicare feciſſe: quarum litterarum tenor de verbo ad verbum eſt iſte: Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam* Redemptor noſter, &c. Hæc Geraldus.

50 Ex dictis à num. 39. vſque ad 48. liquent quatuor. Primum, quòd forma Caputij oblongi pyramidalis ſiue acuti ſublata fuit, & anathemate percuſſa à duobus Sum Pont. Ioanne, ſcilicet, 22 in Extrav. *Quorundam*, vt probatum eſt ſupra à num 40 vſque ad 45. Quod etiam fatentur Franciſcus Longus à Coriolano Capucinus in ſuo Breviario Chronologico, ab anno. 1288. fol. mihi. 362. Pater Hippolitus de Scalue citatus à Coriolano ibidem: Iterum Coriolanus ibidem ad annū. 1525. fol. 392. vbi citat R.P. Franciſcum Marium à Mercato Sarazeno (aliàs à foro Sarzinio) quondam Vicarium Generalem Capucinorum in ſua Chronica ad Cardinalem Sanctæ Severinæ tunc Ordinis Protectorem miſſa; & Patrem Ioan. de Terranoua etiā Capucinum in ſua Chronica, & alios, hoc idem afirmantes. Item à Benedicto 12 in Bulla *Redemptor*, vt dictum eſt ſupra. n. 47 & 48.

51 Secundū liquet, quod etiam dicta forma pyramidalis caputij ſublata fuit à duobus Capitulis Generalibus, vt probatum eſt ſupra, n. 45. & n. 49. Quibus veritatibus minùs conſideratis, Boverius vbi ſupra demonſtratione 8. n. 12. fol. mihi 945. ſequentia ſcribit. *Illud poſtremò* (inquit) *certum ſit, nullam vllius Capituli Generalis Conſtitutionem, nullumque Ordinis decretum vllo vnquam tempore extitiſſe, quo pyramidalis caputij forma ſublata aut in aliam mutata eſſe probetur, Addo quòd nec vlla Pontificis Bull-*

Bulla, aut reſcripto, nec Generali Ordinis Conſtitutione, aut decreto vllibi ſtatutum habetur, &c. & poſt. *Conſulant Bullas, ac Pontificia decreta, evolvant Ordinis Monumenta, legant, perlegant antiqua Patrum ſtatuta.* Hæc Boverius. Si vero cum fundamento, prudens lector iudicet.

Miniſtris relictũ eſt iudicare circa figurã habituum: & caputiorũ: vide etiam, n. 54.

52 Tertium liquet quod Miniſtris, & Cuſtodibus relictum eſt arbitrari, & iudicare circa formam ſiue figuram habituum Fratrum, nec non, & caputiorum, vt probatum eſt ſupra. num. 47. & 48. De quo iterum infra num. 54. contra Boverium. Quartum quòd ij, qui pertinaciter aſſerere præſumpſerint, Fratres Minores teneri portare habitum curtum, & ſtrictum cum caputio oblongo, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrunt, Provincialibus eius abſolutio reſervata, ſatiſfactione præmiſſa. Ita Benedict. 12. vt probatum eſt ſupra. num. 48. & patet in illis verbis: *Ac quod Fratres Ordinis talibus vti difformibus teneantur, &c.*

Qui pertinaciter affirmaverint Fratres Minores teneri portare habitũ cũ caputio oblongo excommunicãtur.

§. V.

53 CÆterùm nõ ſine magna admiratione notare libuit, Boverium non rectè in defenſionem Caputij oblõgi, ſive pyramidalis ſupradictam Ioannis 22. Extravagantem, (quæ incipit) *Quorundã*, exponere, & inter alia duo abſque vllo fundamento demonſtratione prima affirmat, vnum. num. 12. hiſce verbis, *Colligunt* (inquit) *eam Miniſtros, & Cuſtodes à Pontifice* (Ioan. ſcilicet. 22.) *poteſtatem tuliſſe, vt de forma habitus, & Caputij iudicare, eamque pro libito commutare queant.* Id verò *quàm à Pontificis mente, ac verbis alienum ſit, facile cuilibet perſpectum eſſe poterit, ſi quid à Põtifice, ac Extrav. Quorundã. Minorum Superioribus conceſſum, quovè illius mens ac conceſſio ſpectaverit, diligentius indagetur.*

54 Sed veritatis gratia, ac vt cuilibet ſit perſpectum, quo mens Pontificis, ac verba in dicta Extrav. ſpectent, eadem iam ſubijcio: *Noſque* (inquit) *præfatorum Miniſtrorum, Cuſtodũ, & Guardianorum iudicio, præſentium authoritate committimus, determinare videlicèt arbitrari, ac præcipere, cuius longitudinis, lati-*

Digitized by Google

latitudinis groſsitiei, & ſubtilitatis, forma, ſiue figura atque ſimilium accidentium eſſe debeant, tam habitus ipſorum, quàm caputia, quam interiores tunicæ, quibus Fratres omnes dicti Minorum Ordinis induantur, &c, & paucis interiectis: *Super quibus: eorundem Miniſtrorum Cuſtodum, & Guardianorum, conſcientias oneramus, ſtatuentes: & diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus in prædictis: & ijs ſimilibus, eorum arbitrium, determinationem, ſiue iudicium: Generalis quidem in totius, Provincialium verò in Provinciarum Miniſtrorum, ac Cuſtodum, & Guardianorum adminiſtrationibus Cuſtodijs, & Guardianijs, ſiue Conuentibus Ordinis memorati commiſsis eiſdem. Fratres omnes, & ſinguli ſequi omnimode, illiſquè parere per omnia teneantur, &c.* Hæc ibi. Ex quibus palam conſtat, Ioannem 22. in dicta Extrav. tuliſſe poteſtatem Miniſtris, vt de forma, & figura habitus, & caputij iudicarent, necnon determinarent, arbitrarentur, ac præcipere poſſent pro libito.

55 Alterum, quod (dicta demonſtratione 1. n. 16.) affirmat Boverius, eſt, quod dicta Extravag. *Quorundam, eſt conceſsio, non verò Regulæ Minorum declaratio: vt ex eadem* (addit) *conſtitutione exploratum eſt*. Hæc Boverius.

56 Verùm vt veritas manifeſtetur verba Ioann. 22. in dicta Extravag. ſubijcio, ibi circa principium: *Nos* (inquit) *Prædeceſſorum noſtrorum, & præſertim fœlicis recordationis Nicolai 3. ac piæ memoriæ Clement, 5. Romanorum Pontificum ſuper intellectu, & obſeruantia Regulæ Ordinis Fratrum Minorum Declarationes ſalubriter editas ſolidas quidem, claras, & lucidas, multaque maturitate digeſtas, Noſtras, Deo favente indubias, ipſorum Prædeceſſorum declarationes, declarationibus adiungamus, ſicque dies diei eructet verbum, &c.* & paucis interpoſitis: *Diligenti ſuper his perſcrutatione, & matura deliberatione prahabitis, de Fratrum noſtrorum conſilio, infraſcriptas declarationes, ordinationes, & præcepta, quæ inferius inſeruntur, duximus adiungendas, &c.* & in fine: *Nulli ergo* (inquit) *omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ* DECLARATIONIS *commiſsionis, conſtitutionis, mãdati infringere, vel ei auſu temerario contraire, &c.* Hęc Dominus Ioann. 22. Ex quibus

bus apertè liquet Extravagantem *Quorundam* Ioannis 22. non conceſsionem; ſed veram eſſe *declarationem* Regulæ Fratrum Minorum, velit, nolit, Boverius. Qui verò aliter ſentit, penitus aberrat à vero, totoque fallitur iudicio, vt ex dictis clarè conſtat.

§. VI.

57 PEtes ſecundo: Quo tēpore forma Caputij pyramidalis in Ordine mutata fuerit? Boveriusfirmitertenet, dictam formam viguiſſe in toto Ordine, vſque ad annum 1400. vel vſque ad Martinianas Conſtitutiones, ann. ſcilicet. 1430. Ita Demonſtratione 9. num. 20. Sed non eſt audiendus.

Tempori bus Ioan. 22. vigebat in toto ordine Minorū, forma caputij, & habitus quā modo portant obſervantes.

58 Circa hanc difficultatem dico primo: Temporibus Ioan. 22. vigere in toto ordine, formam caputij (& habitus) quam modò portamus Fratres Regularis Obſeruantiæ. Tria itaque, in hac propoſitione (ſeu concluſione) affirmo. Primum quod vigebat ſcapulare (vt verbis Boverij vtar.) Secundumquod caputiū in capite non erat acuminatū. Tertium quôd vigebat etiam pectorale. Primum probo; nā vt conſtat ſupra. n. 21. tunc, caputium exiſtens in capite vſque ad cingulum protendebatur: ergo ſi extremitas caputij in capite exiſtentis, cingulum tangebat, (vel ſaltem cingulo appropinquabat) quod inter extremitatem, & principium caputij intercedebat, neceſſariò ſuper ſcapulas requieſcebat, eaſque operiebat, & ornabat: vigebat ergo ſcapulare. Secundum probo: liquet enim, quòd ſi extremitas acuminata (etiam capite cooperto) requieſcebat ſuper ſcapulas, & cingulum, vel tangebat, vel eo appropinquabat, minimè quod operiebat caput, vel operimentum capitis, erat quid acuminatum: quin potiùs rotundum.

59 Tertium, patet ex Alvari Pelagij (Ioannis. 22. coævi) verbis. Is enim Ven. Pater lib. 2. de Planctu Eccleſiæ artic. (vel cap.) 66. lit. *A*. fol. mihi 215. col. 3. circa finem, de abuſibus Fratrū Minorū circa pecuniā loquēs, ait: *Quòd peccāt Fratres ſi portāt pecunias, ſutas in habitibus, & tunicis, vel ſi facerēt ſibi pecuniam poni in capitijs*. Hęc ille. Et art. 68. lit. B. fol. mihi 220. col. 3. circa finē, inter alios ſequentem aſsignat caſum proprietatis: *Pecuniam* (inquit) *in capitio vel veſtibus portare*. Hæc Alvarus. In quibus verbis, notādum mihi occurrit; quòd quando loqui

quitur de habitibus (dicto art. 66.) dicit *ſi portant pecunias ſutas in habitibus, & tunicis*: At quando de pecunijs, quas in capitijs (ſive caputijs) portare poterant, loquitur, non dicit, quòd eas ſutas in capitijs portarent; *ſed ſi quidam* (inquit) *etiam fecerent ſibi pecuniam poni* (nota illud) *in capitijs*. Ergo ſi in caputijs pecunias portarent (non ſutas, ſed tantum poſitas) rectè ſequitur quòd illas ponerent in lunula vel pectorali, vt meliùs, & ſecuriùs ſervarent, & indè faciliùs extraherent.

66. Secundo probatur concluſio, quia duas tantum caputiorum formas in Ordine viguiſſe, omnes, (& etiam Boverius) fatentur. Vnam quam modò portant Patres Capucini, quæ ſublata fuit, vt nouum quid, à Ioanne 22. vt probavi ſuprà à n. 40. vſq; ad 46. Alteram, quam nunc portamus Obſervantes, & Conventuales.

Temporibus S. Bonav. vigebat forma caputij quam modo portant Fratres obſervātiæ.

67. Dico ſecundò: Etiam temporibus S. Bonav. ſuprà dicta forma Caputij, quam modò portamus Obſervantes, in ordine vigebat. Et primo Scapulare (velit, nolit) debet cōcedere Boverius: ipſe enim de caputijs quibus Ordo tempore S. Bonav. vtebatur, loquēs, ſuprà demōſtratione 9. n. 12. (per errorem 11.) ait: *Caputium in eam amplitudinem, in longitudinem excreverit, vt eo capiti impoſito, ipſius latera ad vtrumque humerum ſe extenderent, & acumen cingulo longius ſe protenderet.* Hæc Boverius. Ergo ſi latera caputij ad vtrumque humerum ſe extendebant, & acumen caputij, eo capiti impoſito, excedebat cingulum, & ſcapulas ipſum caputium totaliter operiebat. Ex quibus etiam conſtat quòd non erat in capite acuminatū, ſed potiùs rotundum, cum eo capiti impoſito, acumen eius cingulum, à parte poſteriori, excedebat.

68. Quòd verò lunulam, ſive orbicularem partem ante pectus circa collum demiſſam, non ineptè collarium dictam (vt rectè Vvaddingus t. 2. Ann. Minor. an. 1260. n. 17.) haberet, concedit ipſe Seraph. Doctor in Speculo diſcip. ad Novitios p. 1. c. 2. vbi loquens de inſtructione circa habitum ſervanda, collarium, & caputium diſtinguit: *Amplitudo, (inquit) vel longitudo veſtimenti ſuperflua, ſive in manicis, ſive in capitio, ſive in collario caputij eſt admodum fugienda.* Et paucis interpoſitis: *Compoſitio quædam Religioſum decens, quædam indecens. Indecens eſt, ſi præter morem Religionis fuerit curioſa, vt v. g. ſi caputij collarium quadam in gyro replicatio-*

catione iuxta Mundanorum conſuetudinem coaptetur, aut curioſè ipſum replicetur caputium. Hæc Sanctus Doctor.

63 Reſpondet Boverius, num. 9. vbi ſupra his verbis: *Quod verò ex nomine collarij, de quo agit S. Bonav. in Speculo Novitiorum cap. 25. Author ille* (idest Vvaddingus) *lunulam colligit, valdè meo iudicio à Bonaventuræ verbis, ac mente alienum eſt: id enim ex ipſius verbis conſtat, cum ait: Indecens eſt* (*ait S. Doctor*) *ſi coaptatio præter morem Religionis fuerit curioſa, v. g. ſi caputij collarium quadam in gyro replicatione, iuxta Mundanorum conſuetudinem coaptetur, aut curioſè ipſum replicetur caputium circa genas. Hæc S. Doctor; ex his enim perſpicuum eſt, non lunulam, quæ à caputio diſtincta eſt, & ante pectus pendet; ſed ipſam caputij largioris circa collum replicationem à Sancto Bonaventura collarium appellari &c.* Hæc Boverius. Secundò reſpondet: *Adde* (ait paulo infra) *ſi Doctor Bonaventura collarium, quod iuxta huius Authoris ſententiam, eſt quædam panni in gyro replicatio ante pectus pendens, apertè damnat: quomodo illius Author extitiſſe dicitur?* Hæc Boverius.

64 Verùm hæ reſponſiones nullius momenti ſunt. Non prima, quia licèt in verbis S. Bonaventuræ à Boverio relatis, non tam clarè appareat diſtinctio, quæ inter collariū, & caputium ex ipſo S. Bonaventura verſatur; tamen ex alijs ipſius Seraphici Doctoris verbis, quæ etiam Vvaddingus refert, & Boverius conſultò (& callidè forſam) tacet, apertè conſtat dicta diſtinctio: *Amplitudo* (inquit Sanctus) *vel longitudo veſtimenti ſuperflua, ſiue in manicis, ſiue in capitio, ſive in collario caputij eſt admodum fugienda:* Hæc D. Bonav. Notentur verba, nimirū, *ſive in capitio, ſive in collario caputij*, & patebit intentum. Nec ſecunda reſponſio Boverij aliquid valet: non enim S. Bonav. collarium, prout pendet ante pectus, damnat, ſed ipſius collarij ſuperfluam amplitudinem, vel longitudinem, vt liquidò in verbis proximè relatis conſtat.

65 Dico tertiò cum communi ſententia totius noſtri Ordinis S. Bonaventuram formam, & figuram habitus, & caputij, quam modò tota Regularis Obſervantia defert, approbaſſe pro toto Ordine, licet non vbique ſta-

ſtatim introductam hanc verſus formam. Vide Wvaddingum 2. tom. An. Min. anno. 1260. num. 17. Hanc concluſionem (velit, nolit) debet fateri Boverius, cum demonſtratione. 9. num. 12. (vel 13.) Ita ſcribit: *In Capitulo Narbonenſi eam habitus, & caputij menſuram præſcripſit* (S. Bonaventura) *ut habitus amplitudine 18. palmorum latitudinem non excederet: caputia verò longitudine cingulum non excederet.* Hæc Boverius. Sed eãdem latitudinem (& etiam minorem) & longitudinem præſcribunt nunc, & ſemper præſcripſerũt noſtra Generalia ſtatuta, vt infra latius. Ergo, &c.

§. VII.

66 PEtes quarto: An poſtea quam forma habitus, & caputij à S. Bonav. approbata fuit pro toto Ordine; ſublata fuerit authoritate alicuius Pontificis, aut Capituli Generalis? Reſpondeo negatiuè: potiùs enim in ferè omnibus Capitulis Generalibus expreſſè confirmata fuit. Quod pro ſolatio Fratrum meorum Regularis Obſervantiæ breviter oſtendam.

67 Prius tamẽ omnes hæc legentes monere, & exhortari lubet ád (quod omni attentione eſt advertendũ, & æterna colendum memoria) nimirum, quod forma habituum, & caputiorum, quam modò portant Obſervantes, Excalciati, & Capucini, approbata reſpectiue eſt ab Eccleſia: id circò triplicem hanc formam omnes debemus honorare, lubenſquè ego veneror, cultu, & obſervantia proſequor.

68 Hoc ſuppoſito, patet concluſio primò ex Cap. Generali Narbonenſi ſub S. Bonaventura tunc Generali Miniſtro anno 1260. in quo ordinatum, & præſcriptum fuit, *vt habitus amplitudine 18. palmorum latitudinem non excederet: & caputia longitudine non excederent cingulum*, vt etiam ipſe Bover. fatetur ſupra n. 65. relatus. Addit Bover. dicta demonſtratione 9. num. 20 fol. mihi. 953. *Michael Ceſenas Generalis anno 1317 literis ad Provinciales Miniſtros miſſis Iterũ S. Bonav. Conſtitutiones circa habitus & caputij menſurã editas refricaſſe videtur, &c.* & mox: *Poſt Michaelẽ quoq; Gulllelmus Farinerius an. 1354. cum eaſdem ordinationes ſanxiſſet, &c.* Et demonſtratione 8. n. 4 f 943. Ita ſcribit: *Cum verò hæc Farinerij conſtitutio à Mart. 5. Pontifice, qui poſt 1400. annum Pontificatũ geſſit, confirmata fuerit, &c.*

Hæc

Hæc ille. Quæ conſtitutio facta fuit anno 1430.

Forma, menſura habitus, & caputij quibus Ordo vtebatur tẽpore S. Bonav. Viguit ex Boverio vſque ad Martin. 5.

69 Itaque ex Boverio habemus, quòd forma, & menſura habitus, & caputij, quibus Ordo vtebatur tempore S. Bonaventuræ, viguit vſque ad tempora Mart. 5. Sed ipſa cõſtitutio Mart. 5. refricata fuit in Cõſtitutionibus primis Barchin. anno. 1451. ſub Vicario Generali Obſervantium, vt patet ſupra n. 22. & in Capitulo, & conſtitutionibus Generalibus Iulij Papæ. 2. anno. 1508. vt ibidem patet, cuius conſtitutionis verba, quæ ibi omiſi, hic refero: *Ordinamus* (dicitur ibidẽ cap. 2. partic. 7.) *quòd latitudo caputij noſtri habitus non tranſeat à lateribus iuncturam humerorum, vltra vnũ vel duos digitos, & quod longitudo ipſius caputij in capite exiſtentis à parte poſteriori cingulum non excedat; nec in parte anteriori oculos deſuper tegat: longitudo verò habitus, &c. Latitudo autem vltra menſuram ſexdecim palmorum non protendatur; nec minùs quàm 14 habeat.* Hæc ibi. Ergo forma, & menſura habitus, & caputij, quibus tempore Iulij 2. Ordo vtebatur, à S. Bonaventura originem traxerunt, & omnia, & ſingula Capitula Generalia, & Conſtitutiones non infirmarunt, nec abſtulerunt, ſed potiùs præſcripſerunt, & refricarunt.

70 Addo ſupradictis, Ioan. 22 in Extravag. *Quorundam*, Benedict. 12. in Bulla. Redemptor noſter, vt patet ſupra. n. 41. 43. 47. & 48. Capit. Generat. Perpignat ēſe. an. 1331. Caturcenſe an. 1337. Marſilieſe. an. 1343. in quibus ordinatum fuit, vt ſtatuta Sancti Bonaventuræ obſervarentur, vt liquet ex Monum. Ordinis. in Memoriali Miniſtrorũ, & Capitulorum Gener. Item Capitulum 7. Generaliſſ. ſub Leone. 10. eius iuſſu congregatũ, & benedictione, & confirmatione approbatum, in quo expreſſè forma habitus, & caputij rotundi approbata fuit, vt habet Ven. Gonzaga 1. p. de orig. Seraph. Relig. fol. mihi. 29. Nec oblivioni des, quòd hæc omnia Summorum Pontificum decreta, & Capitulorum Generalium ſtatuta reformationi Patrum Capucinorum præceſſerunt.

71 Succeſſerunt viginti, & vltra approbationes Capitulorum Generaliũ, ab an. 1528. vſque ad an. 1633. (authoritate Apoſtolica confirmatorũ) necnon, & quàm plurimarum Congregationum Generaliũ. Similiter, & tria trium Summorum Pontificum expreſſa decreta, quorum primus fuit Clemen. 7 in Bulla, quæ incipit:

cipit in ſuprema. Dat. Rom. ann. 1532. & Pontif. 9. Hic enim Pontifex, quibuſdam Obſervantiæ Fratribus magis ſtrictè (vt aiebant) Regulam obſervare volentibus conceſſit in dict. Bull. *vt vilioribus, & repetiatis induerentur; & quòd nudis pedibus ambularent forma autem* (addit Pontifex) habitus, & caputij *ſit cæteris dictæ Obſervantiæ Fratribus conformis*. Hæc Clem. 7. qui ann. 1526. Reformationem Patrum Capucinorum ſub titulo Eremitarũ, & licentia, vt caputio oblongo vterẽtur, approbaverat, vt patet ex Bulla, *Religionis zelus*.

§. 72. Secũdus fuit Sãctiſsimus Pius 5. in Bulla. *Beatus Chriſti Salvatoris*. Dat. an. 1567. & Pontificatus 3. (in Bullario Laertij Cherubini t. 2. Bulla 54. ſub Pio 5. iuxta editionem Roman. apud hæredes Ant. Bladij. ann. 1586.) in qua motu proprio, & ex certa ſcientia prohibet, & annullat Congregationes Amadeorũ. & Clarenorum Fratrũ Ordinis Minorũ, illaſq; reformavit, & vnivit Fratrũ Minorum de Obſervãtia Ordini: *& ſic in poſterũ* (ait Pontifex) *ex nunc perpetuò aggregatos, & vnitos eſſe, dictis de Obſervãtia adhærere, & eiſdẽ quibus illi vtuntur, Regula Regularibus inſtitutis, profeſſione, moribus*, habitu *ac vivẽdi forma, ac nominibus, & denominationibus, &c.* Hæc ille. Prȩponderẽtur omnia, & ſingula verba. Tertius fuit Sixt. 5. an. 1582. præſcribens Reformatis formam habitus, vt dixi ſupra n. 36.

73 Ex dictis ſupra n. 68. & ſequentibus conſtat, quod ab an. 1260. in quo celebratum fuit Cap. Gen. Narbonẽſ. ſub S. Bon. Gen. Miniſtro vſq; ad an. 1633. (in quo fuit ſecũdũ Capitulũ Gener. Toletanũ celebratum) octo Sum. Pont. in ſuis Bullis (exceptis ijs, qui cõfirmarunt cõſtitutiones, & Capitula Generalia) nimirum, Ioan. 22. Benedict. 12. Mart. 5. Iulius 2. Leo 10. Clem. 7. Pius 5. & Sixtus etiam 5. & omnia Capitula Generalia (triginta, & amplius) pro toto ordine confirmarunt approbarunt, & prȩſcripſerunt formã, menſurã, & figuram, longitudinem, & latitudinẽ, tam habituũ, quàm Caputiorum, quibus Fratres Obſervantiæ Regularis modò vtimur.

Octo Summi Pontifices expreſſe cõfirmarũt prototo ordine formam, & figurã habituũ, & caputiorum, Fratrum obſervantia.

74 At habit• magis curti, & ſtricti quã, præſcribũt, & ſemper præſcripſerunt generales ordinis cõſtitutiones, à quinque Capitulis, & Miniſtris Generalibus, & quatuor Sum. Põtif. in Ordine ſublatifuerũt. Primò à Miniſtro Gener. Fr. Creſcentio, in quibuſdã Fratri-

Habitus curti à quinque Miniſtris Generalibus, & à quatuor Summis

Pontif. ſublati fuerūt in ordine.

tribus; qui (vt ait D. Antoninus 3. part. Hiſt. tit. 24. cap. 9. §. 4.) *inſtituta Ordinis cōtēnentes exiſtimabant ſe alijs meliores, &c.* & poſt: *Portantes etiam mantellos breves vſque ad nates, &c.* Hæc S. Antoninus. Vide illum ibi. Secundo à Miniſtro General. Michaele Cæſena, vt patet ſupra, num. 45. Tertio à Miniſtro General. Fr. Geraldo, vt patet ſupra num. 49. Quarto à Miniſt. Gen. Guillelmo Farinerio, authoritate Innocentij Papæ 6. laborante, & adiuvante Domino Ægidio de Hiſpania Cardinal. tunc in Italia Legato, vti habetur in Firmamento trium Ordinum 1. p. fol. mihi 23. in Memor. §. 21. General. & in Monumētis Ordinis tract. 3. in Memor. §. 20. General. Quinto in Cap. 7. Generaliſſimo ſub Leone 10. in vniverſali omniū Reformatorum vnione ſub habitu, & agnominibus Fratrū Regularis Obſervantiæ, vti habet Vener. Gonzag. 1. part. de Orig. Seraph. Relig. fol. 29. circa finem. Et à quatuor Sum. Pontif. ſcilicet. Ioann. 22. Bened. 12. Innoc. 6. & Leone 10.

75 Et ſi obijcias, quod ſupradicti Generales Miniſtri nō Ordinis Reformationi, ſed relaxationi favebant; id circo nō mirum quod formā, & figuram longam, & latam, tam habituum, quam Capatiorū præſcripſiſſent, curtam verò, & ſtrictam abſtuliſſent. Reſpondeo falſam eſſe obiectionem. Et vt de ſingulis plurima laude digna paucis perſtringam, dico quod Reverendiſsimus Creſcentius fuit Religioſiſsimus, & Reformationi Ordinis additiſsimus, vt liquet ex S. Antonino 3. p. Hiſt. tit. 24. cuius verba refero infra hac Cōtrov. ſect. 2. n. 35. Similiter R. Cæſena, qui ann. 1316. in Cap. Gen. Aſiſienſi Cōſtitutiones Gnerales. à S. Bon. præſcriptas refricavit, vt habet Author Ann. Min. t. 2. ad an. 1260. n. 11. & ex Monaſterio Coufoy ſcripſit ad vniverſos Fratres Epiſtolam, in qua magno Regularis Obſervantiæ zelo plurima Fatribus præſcripſit, alia prohibuit: Præſcripſit longitudinem, latitudinem, & qualitatem indumentorum; pecuniæ receptionem, niſi ſecundum declarationem Nicol. 3. & Clem. 5. rigoroſè voluit Fratribus interdictam. Iuſsit ne fructus, aut hortalitia exteris venderentur, ne ædificia ſumptuoſa fabricarentur, &c. alia videantur in tom. 3. Ann. Minor. ad annū 1316. num. 5. Idem affirmo de Reverendiſsimo Geraldo, qui, & ſi aliquando graviter in Regula peccare tentaverit,

Digitized by Google

verit, vt liquet ex Ann. Minor. tom. 3. ad ann. 1325. num. 6. & ex eodem t. 3. ad ann. 1331. num. 10. & 11. tandem reſipuit & in Capitulo Generali dicto anno Perpigniani celebrato, ſtatuta S. Bon iv. reſtituit, & confirmavit, vt conſtat vbi ſupra n 12. Qua propter Rodulphus lib. 2. Hiſtoriarum Seraph. Relig. fol. 188. in Memoriali Generalium abſolute eum laudat ſequentia ſcribens verba: *Geraldus Odo, Doctor apertus, moribus, & virtutibus clarus, &c.* & mox: *Rexit ſingulari conſilio, & prudentia, Ordinem an. 14. Deinde à Clem. 6. Patriarcha Antiothenus creatus eſt, &c.* Nec Anteceſſoribus diſsimilis fuit R. Guillelmus Farinerius, vti patet infra in hac Controv. ſect. 2. n. 29. & in Ann. Min. t. 2. ad ann. 1260. n. 11. & t. 3. ad an 1343. in Regeſto Pontificio Bull. 61. ſub. Clem. 6.

Caputia acuta quinquies fuerunt ſublata in ordine.

76 Similiter caputia acuta quinquies ſublata in Ordine fuerunt primo authoritate Ioan. 22. vt ſupra à n. 4. vſq; ad 45. Secũdo mãdato Bened. 12. vt ſupra. n. 47. 48. Tertio per Michaelẽ de Cæſena Min. Gener. vt ſupra. n 44. & 45. Quarto per B. Ioan. à Capiſtrano, vt ſupra. n. 46. Quinto per Leon. 10. in 7. Cap. General. aderant enim illic quidam Fratres Reformati, qui Fratres de caputio apellabantur (vt patet in Bull. vnionis) id circo quòd caputijs acuminatis vterentur, vt 3. pars Chron Ord. lib. 9. cap. 28. & nomina caputiaque relinquentes aggregati, & vniti fuerũt Fratribus de Obſervantià ſub vno habitu, & eodem Obſervantium nomine, vt patet in Gonzaga vbi ſupra. n. 74. relato.

77 Nec propter prædicta reprehendere (nec leviter) intendo, habitus ſtrictos, & curtos, ſeu mantellos, vel caputia acuta, quibus modo induuntur Religioſiſſ. PP. Diſcalciati, & Capucini, imò veneror, & laudo: ſed intentum meum eſt veritatem declarare, clauũ (vt aiunt) clavo pellere, affirmareque, minime in prædictis habitibus, mantellis, vel caputijs, perfectiorem alicuius Regulæ, præcepti, obſervantiam conſiſtere.

§. VIII.

Poſſunt Fratres Minores galeros geſtare.

78 PEtes: quinto: An liceat, Fratribus, Minoribus galeros aliquando geſtare? Negant aliqui ſcrupuloſi, ſed veriſsimum eſt contrariũ; maxime in itineribus ad propulſandas aëris, ſolis, & pluviæ incõmoditates. Ratio eſt, quia inter veſtimenta non computantur, ſed tantum inter itinerantium

triu n communia remedia. Quapropter, & ſine diſpenſatione feruntur, & in voluntate Fratrum (ex communi licentia Prælatorum, & praxi Religionis) eſt eis vti, vel non vti. Poſt hæc ſcripta inveni doctum Rouſſerium in cap. 2. Regulæ. quæſt. 2. fine. fol. 246. Sic ſcribentem: *Antiquus tamen Ordinis vſus fuit, vt pileis laneis, non curioſis, ſed religioſis, & Sanctæ paupertati conſentaneis vteremur. Alij ſecundis ſeu falſis caputijs vtuntur, quod non reprobo: credo tamen quòd in hoc nulla perfectio cõſiſtit; ſed hoc tãtum agunt vt à Nobis diſtinguantur, ſicut ſuperius diximus de mãtellis.* Hęc ille. Accedit Siguenza ex diſcalceatorum Reformatione, lib. tex. 11. §. 3.

79 Vnde (vt inquit Vener. Gonzaga 2. part de Origin. Seraph. Relig. in Provincia Marchiæ Conventu 35. fol. mihi. 208) in Xenodochio Sanctiſsimæ Mariæ de Ieſu. *Fabriani, habitus, tunica, mantellus atque* galerus, *B. P. Iacobi à Marchia diligentiſſimè cuſtoditur.* Hæc ille.

Apoſtoli galeros geſtarũt.

80 Porrò eiuſmodi communis Religionis praxis, & laudabilis, antiquaqué conſuetudo. Ex Sanctis Apoſtolis exordium ſumpſit, eorumque actibus, & exemplo mirè commendatur, pulchrè firmatur. Ipſi enim Sancti Apoſtoli Galeros, ad prædicandum miſsi, *geſtarunt*, vti Eminentiſſ. Caietà cap. 10. in Matth. ad illa verba, *Non peram in via, neque duas tunicas, &c.* docet: *Et ſicut indumenta* (ait) *calceos, baculumquè ſuſtentationis conceſsit: ita pileum conceſsiſſe intelligitur, quia eadem eſt ratio, &c.* Hæc ille. Et perdoctus P. Salmeron Socius, imitatorq; Sancti Ignatij de Loyola præcipuus, t. 4. in Evangelia. p. 2. tract 14. de Miſsione Apoſtolorum ad prædicandum fol. mihi 349. poſt illa verba Luc. 22. *Quando miſsi vos ſine ſaculo &c.* ait. *& ſicut indumẽta neceſſaria, & Sandalia, & baculum ſuſtentationis cõceſsit, ita etiam pileũ ſive Galerum, qui ad imbrium & caloris iniurias propulſandas, accõmodatus eſt.* Hæc ille Doctiſsimus vir. Siquis verò ampliorem cognitionem habere voluerit eminentis ſcientiæ, virtutum, & ſanctitatis huius celeberrimi Doctoris, conſulat P. Ribadeneiram in vita P. Didaci Laynez lib. 3. fine. Nicolaum Orlandinum in Hiſtoria Societatis Ieſu. par. 1. & Franciſcum Sachinum in eadem Hiſtoria part. 2.

ſive

Digitized by Google

ſive Lavnio. Idem affirmat Alphonſ. Avendaño in cap. 10. Matth.

SECTIO II.

An liceat Fratri Minori duas tunicas, vnam ſine caputio, & alteram cum caputio ſemper portare? & an præter illas, vel cum illis, ſit licitus vſus mantelli?

Omni tẽpore poſſunt Fratres Minores duabus tunicis vti, etiãſi integræ valetudinis ſint, & roboris.

1 Circa primam partẽ huius ſectionis ſit prima concluſio: Omni tempore licet Fratribus Minoribus etiã ſanis, & robuſtis, duabus tunicis vti, vna cũ caputio, & alia ſine caputio, vt expreſſè habetur ex cap. 2. Regulæ, vt patet ſupra in text. in principio huius 6. Cõtroverſiæ. Vnde Alẽſis cũ tribus Magiſtris hic. *Habere* (inquiunt) *duas tunicas, & non plures, Regularis eſt formæ*. Hęc illi. Accedunt Hugo, Piſanus, & omnes communiter.

2 Notentur illa verba *Regularis eſt formæ*. Quibus. Primo conſequens eſt, quòd Fratres omnes, (etiam ſi iuvenes, ſani, & robuſti ſint) ſecundũ ii Regulæ omnimodam poſſibilitatem, ſemper portare duas tunicas, vnam cum caputio, & aliam ſine caputio, abſquè vlla neceſſitate, vel ſuorum Prælatorum licentia. Secundò quòd ſtatuta illarum Provinciarum, quæ non concedunt ſecundam tunicam (ideſt aliam ſine caputio) niſi illis Fratribus, qui neceſſitatem aliquam habent, & licentiam, ſupra Regulam, & contra illius expreſſam libertatem, hoc ordinare; cum Regula non tantùm debilibus aliam, ſine caputio, tunicam concedat; verùm etiam omnibus fatribus, *Qui voluerint* habere, ideſt portare.

Habens habitus mutatorios abſq; neceſſitate peccat.

3 Quod contra Regulam peccant, qui ſic duos habitus habent, vt pro ſola commoditate, vnum de die, alterum de nocte induunt, vnum in Feſtis, alterum in Ferialibus; vnum in æſtate, alterum in hyeme, &c. niſi neceſſitas ad id adſit, & licentia (non permiſsio tantum) Prælati.

4 Secunda concluſio: Poſſunt Fratres ex diſpoſitione, & diſpenſatione Prælatorum vbi neceſſitas, vel cauſa legitima adeſt, plures (duabus) tunicas habere, & eis vti. Ita quatuor Magiſtri vbi ſupra *Fratres* (aiunt) *duabus, tunicas habere, diſpenſationis eſt Regulæ, authoritate eorum quibus eſt commiſſa cura Fratrum*. Hæc illi. Concordant Hugo. Piſa, expoſitio Sanctorum Patrum,

Digitized by Google

trum, Cord. & omnes Expoſit. Quem articulum expreſſè determinaverunt Nicol. 3. §. *Licet autem* (art. 4. alias 7.) & Clemens. 5. §. *Præterea cum dicatur in Regula*. Cap. 3.

In pluralitate tunicarum poſſunt etiã Guardiani diſpenſare.

5. Petes primo: Qui poſſint in pluritate tunicarum, vel alicuius alterius veſtimenti diſpenſare? Reſpõdeo quod Provincialis, Cuſtodes, & Guardiani. Quoniam ſicut Guardianatus officio eſt annexa cura de induendis Fratribus (quo modocunque ſit eis annexa, vel ex officio vel ex commiſsione) ita ſimiliter vt diſpenſare poſsint circa pluralitatem tunicarum, ſecundum loca, & tempora idque ſecundum mentem Regulæ. Ita Cord. hic. q. 22. pun. 2. fine. Polit. n. 100. Ortiz concluſ. 3. Mir. ſuper Reg. in 1. impreſſ. c. 55. diſ. 2. & in 2. cap. 20. diſſi. etiam 2. Xim. c. 12. in Reg. num. 9. Mart. à Sancto Ioſ. in 2. imp. c. 4. n. 4. & communiter.

Multiplex eſt neceſsitas ad diſpenſandũ in pluralitate tunicarum.

6 Petes ſecundò: Quæ cenſeatur neceſsitas ſufficiens ad diſpenſandum in pluralitate tunicarum, aut etiam in mutatorijs? Reſpondeo multiplicem eſſe, infirmitatem nimirum Fratris, frigoris acerbitatem, & intolerantiam, debilitatem, & ſenectutem, mauditiem, vt ſiquis laboret nimia pediculorum abundantia; neceſſariam honeſtatem, maximè vbi Fratres ſordidis quibuſdam laboribus implicari debent, vel etiam continuis ſudoribus, vti hortulani, coquinarij, & Prædicatores pluries prædicantes, & alias ſimiles iudicio prudentis Superioris relinquendas. Ita Manuale cap. 9. Ximenez hic. num. 71. March. tr. 1. tit. 3. de veſtimentis Profeſſorum quæſt. 3. Manipulus Fratrum Minorum. cap. 15. numer. 35. Signenza hic text. 11. §. 1. Mart. à Sancto Ioſ. cap. 4. in 2. impreſſ. num. 3.

Per duas tunicas non intelligit hic Regula omne, Fratri, neceſſariũ veſtimentum.

7. Petes tertio: An per duas tunicas intelligat hic Sanctus Pater noſter Franciſcus omne neceſſariũ veſtimẽtum? Reſpondeo negativè. Itaque Seraph. Pater per duas tunicas hic, ad duas tunicas tantum in numero ſe arctãdo, pro neceſsitate vnam cum caputio, & pro libito alteram ſine caputio concedit; & niſi neceſsitas aliter requirat, omnia alia veſtimenta vetat, ſive linea ſint, vti ſubuculas ſeu camiſias, ſudaria, &c. ſive lanea vt tunicellas, thoraces, &c. Alioquin non daretur caſus, in quo neceſſaria eſſet diſpenſatio Prælatorum, ſi ex ipſa Regula Fratres habere poſsint quic-

quicquid eſt eis neceſſarium ad induendum, ſed intelliguntur verba ſimpliciter, provt iacent vt ea intelligunt Pontifices Regulam declarantes, & Expoſitores eam elucidantes.

8 Vnde Clemens. 5. cap. 3. de Fratrum veſtimentis. §. *Præterea cum dicatur in Regula* ibi: *Quod illi, qui iam promiſſerunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio qui voluerint, &c.* & mox: *Dicimus quantum ad numerum tunicarum*, quod *pluribus eis vti non licet, niſi ex neceſsitatibus quæ haberi poſſunt ex Regula ſecundum quod hunc paſſum memoratus Prædeceſſor noſter* (*ideſt Nicol. 3.*) *plenius declaravit*: Hæc ibi, & quatuor Magiſtri: *Habere duas tunicas, & non plures Regularis eſt forma, &c.* Vide ſupra. numer. 1. & 3. Concordant omnes Expoſitores. Vide Gord. hic. quæſt. 22. pun. 1. Sanctũ Bonav. hic de veſtim. ſeu tunicis Profeſſorum (non Novitiorum) 4 parte huius 2. cap. in principio in hoc Regulæ paſſu.

9 Cæterùm ex vi Regulæ obligantur Fratres Minores ſpecialiter ad arctos vſus exiles, & penurioſos, qui in Regula continentur, & expreſſe ponũntur, & eo obligationis modo, ſub quo continet, ſeu ponit Regula dictos *vſus*, vt expreſſè declaravit Clemens. 5. cap. 11. §. ex *prædictis autem*, & dicemus infra latius Controverſia 19. ſect. 2. & 3. ſed vnus vſus ſtrictus, & penurioſus eſt habere vnam tunicam cum caputio, & aliam qui voluerint ſine caputio. Ergo.

10 Petes quarto: Cuius materiei debeant eſſe huiuſmodi tunicæ? Reſpondeo quod ex panno rudi, aſpero, & communi. Ita determinatum eſt à Prælatis in omnibus Cap. & Conſtitution. General. tam antiquis quàm modernis. Ita in ſtatutis Sanctæ Bonaventuræ in conſtitution. Mart. 5. cap. 2. in primis Barchin. cap. 3. & in eiſdem, Segoviæ recognitis cap. 3. de obſervantia paupertatis tit. de veſtim. num. 1. dicitur: *Prout in ſtatuto Sancti Bonaventuræ cõtinetur, ſtatuimus vt veſtimentorum vilitas attendatur in pretio pariter, & colore: in omnibus autem quæ ad habitum Fratrum ſpectant, ad imitationem Patrum noſtrorum ſemper in veſtimentis reluceat aſperitas, vilitas, & paupertas.* Hæc ibi. Vide infra dicenda ſect. 3. per totum. *Tunica debẽt eſſe ex panno rudi, aſpero, & cõmuni.*

 11 Et

11 Et horum Capitulorum Generalium iudicio, & determinationi omninò debent Fratres Minores ſtare. Sic enim præceptum eſt à Ioan. 22. in Extravag. *Quorundam*, quod ſcilicet, *Prælati determinent, arbitrentur, & præcipiant cuius groſsitiei & ſubtilitatis debeant eſſe tā habitus, quàm interiores tunicæ, quibus Fratres induantur, & an in veſtimentis huiuſmodi ſecundum Regulam, & præfatas Ordinis Conſtitutiones reluceat aſperitas, vilitas, & paupertas*. Hæc ibi. Quæ omnia refricavit Benedict. 12. in Bull. Redemptor noſter. Vide ſupra in hac Controverſiâ ſect. 1, n. 47. & 48. & circa finem.

12 Petes quinto: An dormire ſine habitu ſit peccatũ? Iacob. de Graffijs in ſuis deciſionibus aureis, p. 1. lib. 3. cap. 5. n. 71. & p. 2. lib. 3. cap. 17. à n. 29. vſquè ad 33. (cum alijs quibus citat) tenet eſſe peccatum mortale abſque neceſsitate, ſine habitu dormire.

13 Ovandus in 4. ſentent. addit. ad diſt. 38. de voto propoſit. 10. fin. videtur docere, neque peccatum veniale eſſe dormire ſine habitu. *Ad dormiendum* (ait) *quòd quis dormiat ſine habitu parum refert*. Hæc ille.

14 Sylveſter verò verb. Excommunicat. 9. n. 52. Excommunicat. 24. & verb. Habitus. n. 3. q. 2. affirmat eſſe peccatum veniale ſine habitu dormire. Subſcribunt. Cord. hic q. 22. fin. Polit. num. 99. Rouſſer. in fin. cap. 2. Reg. Petr. Navar. q. 27 fine, & alij.

15 Pro huius difficultatis clariori intelligentia, Nota cum Suarez, tom. 4. de *Religione*, lib. 1. cap. 5. n. 3. Aliud eſſe, ſpoliare ſe, ſeu nudare habitu. Aliud deſerere habitum. Nam. Primum fieri poteſt ad breue tēpus, & ſine aſſumptione alterius habitus, aut intentione illum aſſumendi, v. g. ad dormiendum, ad balneum ſumendum, vel ob alias ſimiles cauſas. Secundum verò proprie ſignificat, Religioſum relinquere habitum, vel ad vivendum diù, aut perpetuo in alio habitu aſſumpto, quod eſt illum deſerere, & renunciare; vel ſolum ad breue tempus, & hæc dicitur mutatio habitus. In præſenti ergo difficultate non loquor de deſertione, aut mutatione habitus; (hæc enim ex ſuo genere ſemper mortale peccatum eſt, vt omnes communiter docent) ſed de ſpoliatione, quæ contingit, quando Religioſus ſe exuit, abſquè animo deſerendi habitũ. Hæc Suar vbi ſupra.

16 Hoc ſuppoſito loquen-

quendo ex genere ſuo, &, *ſecluſa obligatione Regulæ, vel extrinſecis circunſtantijs*, nō eſt peccatum veniale ſpoliare ſe habitu ad dormiendum, ita Suarez vbi ſupra n. 18.

17 Dixi, *ſecluſa obligatione Regulæ*, cōſulenda enim eſt Religioſa Regula, quia tāta erit hęc obligatio quanta in illa fuerit impoſita.

18 Dixi ſecundò, *vel extrinſecis circunſtantijs*; ſi ergo hæ adſint, ſemper erit peccatum veniale ſine habitu dormire. Vnde ratione negligentiæ, ſeu neglectus, torporis, mollitiæ animi, voluptatis, & aliarum ſimilium circunſtantiarum prædictæ ſpoliationi (abſque cauſa factæ) communitèr adhærentium, ſemper erit veniale ſine habitu dormire, maximè ſi accedat conſuetudo.

19 Secunda concluſio: Frater minor, qui abſquè vlla rationabili cauſa, ſeu neceſsitate, ſed ex ſola commoditate (maximè quando hoc habet in cōſuetudine) ſine habitu dormit, peccat venialiter. (Hæc cōcluſio ſequitur ex ſupra dictis à num. 16. vſquè ad 18.) Neceſsitatē hic intelligo infirmitatem quamlibet, ſenectutem, ex itinere magnam (non paruam) fatigationem, & his ſimiles maximè ſi aſſenſus Prælati accedat.

20 Ex dictis cōciliari poſſunt tres ſententiæ à num. 12. vſque ad 14. relatæ. Prima namque, quæ affirmat eſſe peccatum mortale dormire ſine habitu abſque cauſa, intelligenda eſt, quando illa cauſa ſit irrationabilis, & mortaliter culpabilis, aliter vt nimis rigoroſa, non eſt admittenda.

21 Secunda, quæ dicit, vel vult dicere, non eſſe peccatum veniale, intelligi debet, ita vt ex ſe, & ex genere ſuo non ſit veniale ſine habitu dormire.

22 Tertia verò docet eſſe peccatum veniale ex circunſtantijs extrinſecis prout dictum eſt ſupra à numero 16. vſque ad 19. Ex quibus facile ſoluuntur obiectiones quælibet contra noſtram ſententiam.

23 Circa ſecundam huius ſectionis partem, nimirum, an præter duas tunicas, vel cum illis licitus ſit Fratribus Minoribus vſus mantelli, ſeu pallij? Aliqui ſunt qui affirment, pallium, ſeu mantellum Fratres Minores cum duabus tunicis, abſque neceſsitate minimè poſſe portare; atq; adeò regulariter eis tantum licere, quando vnius tunicæ locum ſuppleṫ, & cum habitu ſine tunica defertur. Ita expreſſe Zacharias Bonerius 1. tom. Ann. Capucinorum ad annū 1550. num. 8. ex ſuo Bernardino Aſten-

Aſtenſi Vicario Generali. Cō cordat Sanctes Romanus in cap. 2. Reg. à pag. mihi 70. nimis ſcrupuloſè.

24 Probat: *Ex legenda* (antiqua ſcilicet trium Sociorum) *in qua refertur B. Franciſcum, & ſocios habitum tantum abſque tunica cum pallio geſtare ſolitos fuiſſe: ac præterea Chriſtū Dominū B. Franciſco ſemel apparuiſſe, eique dixiſſe. Ego toto vita mea curriculo ſola tunica contentus, tanquam leuis curſor cum ea pallium ſolū geſtaui.* Hęc ibi. Addit Bouerius: *Id tamen de exteriori tunica intelligendū eſt: tunicam enim inconſutilem intus ſub ea gerebat, de qua in Euangelio Ioann. 19.* Hæc Bouer.

25 Reſpondeo, verum eſſe B. F. & ſocios ſolitos fuiſſe vnam tantum tunicā cum pallio geſtare. Ergo nō licet Fratribus Min. duas ſimul tunicas, & pallium portare. Nego conſequētiam. Etiam refertur in legēda antiqua (& in noua) B. P. N. F. & ſocios ſolitos fuiſſe ſeruare ieiunia Regulæ in pane tantum, & aqua (imò hoc ſic feciſſe pluries in ieiunio voluntario benedictionis, quod incipit ab Epiphania.) Ergo nō licebit Fratribus Minoribus ieiunia Regulæ adimplere cum pane, & vino, & piſcibus? Nego firmiter conſequentiam. Multa enim B. P. & ſocij vltra debitū fecerunt, & modò quàm plures perfecti Fratres faciunt.

26 Ad apparitionem, & verba Criſti Domini reſpondet pro nobis, & contra ſe Bouerius: cum inquit: *Id tamen de exteriori tunica intelligendum eſt; tunicam enim inconſutilem intus ſub ea gerebat.* Hæc Bouerius. Ergo ſi Chriſtus Dominus per *Te*, tunica exteriori contentus erat, & ſub ea intus gerebat tunicam inconſutilem, iam duas tunicas portabat: ſed ſimul, & pallium habebat, vt conſtat ſupra num. 22. Ergo pallium cum duabus tunicis gerebat. Ergo & Frater Minor pallio ſimul cum duabus tunicis exemplo Chriſti Domini vti poteſt. *Chriſtus Domin. duas tunicas, & pallium portauit.*

27 His, & alijs ſimilibus argumentis (quæ libenter omitto, quia ex dicendis faciliime ſolvuntur) moti Patres Capucini, confirmarunt, & decreto in ſuis Conſtitut. Generalibus ſanxerunt, portare ſimul cum duabus tunicis pallium ſine neceſsitate eſſe contra Regulam, vt inquit, & cōcludit Bouerius vbi ſupra n. 21. relatus.

28 Quibus non obſtantibus veriſsima, & omnino tenenda ſententia affirmat, Fratres Minor. iuxta Regulæ omnimodam puritatem poſſe ſimul *Fratres Minores puriſsime Regulam obſeruāt.*

do poſsũt portare duas tunicas ſimul, & mãtellũ.

mul portare duas tunicas, & mantellum, abſque neceſsitate aliqua particulari. Tenent cõmuniter expoſitores omnes, præter P.P. Capucinos.

29 Probatur primò ex omnibus Capitulis, & Conſtitutionibus Gen. à principio Ordinis illum concedentibus. Primò Conſtitut. Gener. antiquæ ſub Guillelmo Farinerio Gen. Miniſtro, an. 1354. cap. 2. *Mantellos quoque de panno vili, & humili Fratres habeant, non rugatos circa collum, vel criſpos, nec uſque ad terram per integrum ſaltem palmum protenſos: & in forma obſeruetur modus antiquus, & hactenus conſuetus.* Hæc ibi. Notentur verba: *Et in forma obſeruetur modus antiquus, & hactenus conſuetus.* Hoc idem ſtatutum refricatum eſt in omnibus Capit. General. ſupra in hac Controuerſia ſect. 1. num. 68. & ſequentibus relatis.

Farinerius, vir ſanctitate conſpicuus.

30 Tamen circa harum Conſtitut. antiquarum, & Farinerij Generalis authoritatem nota, quòd etſi Farineriæ communiter appellentur, ſunt realiter, & verè Sancti Bonauẽturæ: & in eis de ſe nihil poſuit Farinerius. Ita expreſsè habetur in firmamento triumOrdinum part. 1. in Memorial. Ordinis §. 21. Generalis. num. 4. fol. mihi 23. & in Monumentis Ord. tract. 3. etiam in Memorial. §. 20. General. num. 4. fol. 215. col. 2. De Farinerio autem Generali in lib. 1. Conformitatum (à Patre Geremia Buchio Conuentuali Doctore Theologo correcto, & illuſtrato, & Bononiæ impreſſ. anno 1590.) Conformitate 8. pro ſecunda parte §. de 20. Generali fol. mihi 96. col. 3. ſequentia ſcripta ſunt: *Gulielmus Farinerius Prouinciæ Aquitaniæ vir profectò grauiſsimus, & ſanctitate morũ præcipuus, Veronæ in Capitulo Generali factus eſt Generalis, & deinde S. R. Eccleſiæ Cardinalis. Is ſuo tempore Religionis Reformationi inſiſtens, conſtitutiones quaſdam, quas Farinerias appellauit à Fratribus obſeruandas edidit.* Hæc ibi. Notentur illa verba: *Vir profectò grauiſsimus ſanctitate morum præcipuus.* Et illa: *Religionis Reformationi inſiſtens, conſtitutiones edidit.* Et modo audianus Santes Romanum Capucinum in cap. 2. Regulæ fol. mihi 71. ita reſpondentẽ: *Al tempo del Farinerio ſera tanto allargata la Religione che ſi permetteuano maggiori relaſſationi di queſta.* Ita ille. Inconſultò tamen, ac minus modeſtè, vt cõſtat ex dictis.

31 Se-

31 Secundò probatur noſtra ſententia ex verbis S. P. F. in ſuo Teſtamento: *Eramus* (inquit) *contenti tunica vna intus, & foris repetiata cum cingulo, & braccis, & nolebamus plus* (id eſt plures) *habere*. Hæc ibi. Et ſuppono vt prorſus indubitabile, Beatum Patrem, etiam mantellum geſtaſſe, quod Patres Capucini vno ore fatetur. Nunc inquiro, vel mantellus nomine tunicæ in Regula intelligitur: & tunc Seraphicus Pater duas tunicas portauit, quod ipſe negat, & pluſquam vnicam voluit habere, quod nefas eſt dicere: vel mantellus nec debet, nec poteſt pro altera tunica in Regula ſumi, quod eſt intentum.

32 Tertiò ex prima Regula approbata ab Innocentio 3. in qua vnica tantum tunica concedebatur, & alia non pro libito Fratrum (vt in ſecunda Regula approbata ab Honorio 3.) ſed pro neceſsitate, vt patet in 2. cap. *Habeant vnicam tunicam cum caputio: & aliam ſine caputio ſi neceſſe fuerit. & cingulum, & braccas*. Hæc ibi. Cōſtabat ergo tunc veſtimentum Regulare Fratris Minoris ex vnica tantùm tunica cum caputio: Sed ibidem regulariter, etiam abſque neceſsitate cōceditur mātellus, ſeu pallium. Patet ex cap. 14. Vbi ſic eſt ſcriptum: *Et qui auferrit eis veſtimentum, & tunicam, non prohibeant*. Hæc ibi, *veſtimentum*, id eſt, pallium: verba enim hęc deſumpta ad literam ſunt ex cap. 6. Luc. 6. num. 29. quem locum tractans D. Matth. cap. 5. num. 39. *Qui tunicam tuā* (inquit) *vult tollere, dimitte ei & pallium*. Ecce Fratres Minores, inſtar Apoſtolorū, portantes vnam tunicam, & mantellum, ſeu pallium; induti vnica tātum tunica ſecūdum præceptum Regulæ. Ergo pallium, ſeu veſtimētum, ſeu mātellus minimè in prima Regula nomine tunicę intelligebatur. Ergo nec modò poteſt, nec debet intelligi in ſecūda.

Veſtimentum idem quod pallium.

33 Quartò: Probatur ex 1. Reg. S. claræ (quam inſtar Regulæ Fratrum Minorū Monialibus ipſe SS. P. N. F. condidit, & ſcripſit) cap. 2. ibi. *Poſtea capillis tonſis in rotūdum, & depoſito habitu ſeculari, concedant ei tres tunicas, & mantellum*. Hæc ibi. (Vide tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1224. num. 1.) Notentur hæc vltima verba, *tres tunicas, & mantellum*, in quibus Seraphicus P. patenter diſtinguit, & diſtinguere vult, tunicas, à mantello, ergo ex ipſius mente non intelligitur mantellus nomine tunicæ.

34 Et

Etiam in habitu Nouitiorũ nõ intelligitur mãtellus nomine tunicæ.

34. Et confirmatur, ex habitu Nouitiorum: hic quidem ex Regula cap. 2. conſtat e duabus tunicis tantum, abſque mantello: at mantellum poſſe geſtare Nouitios cõmuniter, & regulariter, liquet ex S. Bonaventura tom. 7. ſuorum operum. Vel ſecundo opuſculorum, in eo quod inſcribitur: Regula Nouitiorum cap. 3. poſt principium ibi. (de cõfeſsione priuata agens) *Cum ſingula* (inquit S. Dr.) *ad mentem reuocaueris, verecundè vade ad Sacerdotem, & depoſito mantello humilliter genuflecte, &c.* Ergo mantellus, nec ex Regula, nec ex mente S. P. N. Franciſci, nec S. Bonauent. nec ſtatutorum Generalium, inter habitum reputatur, nec nomine tunicæ intelligitur.

Ex cõſuetudine ordinis laudabili geſtant cõmuniter Fratres mãtellos.

35. Porrò conſuetudo laudabilis præſcripta (& ab omni Religione) à principio Ordinis fuit, mantellum communiter, & regulariter geſta e, vt ex Chron. Capitulis, & Conſtitutionibus Generalibus, palam conſtat, ad arcendam pluuiam, frigus, &c. & Regula magiſtralis eſt, quòd conſuetudo habet vim legis, vt patet cap. *Conſuetudo* diſt. 1. & diſt. 8. Cap. *Fruſtra*, & in toto tit. de conſuetudine in decreto, & decretalibus. Ergo. & diſt. 12. Cap. *Ridiculum*. Ibi: *Ridiculum eſt, & ſatis abominabile dedecus, vt traditiones, quas Antiquitus à Patribus accepimus, infringi patiamur.*

36. Rogabis: Quantæ longitudinis debeat eſſe huiuſmodi mantellus? Reſpõdeo, quod in Regula circa huiuſmodi lõgitudinem nihil eſt determinatum, at in omnibus Capitulis, & Conſtitutionibus Generalibus à principio Ordinis ſtatutum eſt, quòd *Mantelli eam longitudinem habeant, quod non ſint vſque ad terrã, per integrum ſaltem palmum protenſi.* Vide ſupra num. 27. & 28. Quæ longitudinis menſura, vt Regulæ conformior, à principio Ordinis ſeruata eſt.

Mantelli ex præſcripto generalium cõſtitutionum debent eſſe longi.

37. Probatur primò ex S. Anton. 3. p. hiſt. tit. 24. cap. 9. §. 4. in principio fol. mihi 231. col. 4. *Sextus Generalis* (inquit) *fuit Creſcentius de Eſio venerabilis ſenex, homo iuſtus, & diſciplinæ zelo probatus, electus anno Domini 1245. &c.* (19. ſcilicet à morte S. P. N. Franciſci) Et infra: *Hic Generalis.. ſatis peritus in iure Canonico, & medicina:* Et mox: *Facta viſitatione Miniſtri Marchiæ, inuenit in Ordine vnam ſectam Fratrum, qui inſtituta Ordinis contemnentes, exiſtimabant ſe alijs meliores, qui ad libitum volebant viuere &c.*

por-

portantes etiã mantellos breues vſque ad nates, quos idem Miniſter valenter exterminauit. Hæc S. Antoninus. Vide in hac Controuerſia ſect. 1. à n. 43. vſque ad 48. & n. 74.

Seraphicus P. F. mantello lõgo vſus eſt.

38 Rurſus dicta confirmant Mantelli ipſi, quibus Sãcti vtebantur. Seraphicus Pater N. Franciſcus, mantellum longum geſtabat, vt liquido conſtat ex quadam ipſius Sanctiſsimi Patris lapidea imagine, portæ Matricis Eccleſiæ Ciuitatis Burgenſis in Hiſpania ſuperpoſita, dum adhuc ipſe B. Pater viueret circa annũ ſcilicet 1222. vt notat Author Anna. Min. tom. 1. ad annũ 1213. n. 60. Hæc inquã imago lapidea S. P. noſtri ornata eſt habitu, chorda, & ſoleis, amictaquè mantello longo ferè vſque ad pedes protenſo, nec per vnum palmum integrũ à terra eleuato, vt omnibus illic accedentibus manifeſtum eſt.

39 Similiter illi Sanctiſſimi PP. noſtri, Regularis obſeruantiæ primi Reformatores, & Fundatores, nimirum, Bernardinus (Pater meus) Ioannes à Capiſtrano, Iacobus à Marchia, Didacus, &c. mantellum longum geſtabãt, & breuitatis gratia ſolùm in medium affero (alijs omiſsis) Sancti Ioannis à Capiſtrano mantellum vtique longum, vt ex ſequenti miraculo liquidò demonſtratur: *Capiſtranus* (ait Bonfinius decad. 3. rerum vngarar. lib. 8.) *ne minore ſanctitate præditum Iacobum Picentem ſibi ſocium adſciuit. Qui in ſacra peregrinatione cum Padum ambo traijcere vellent, & à portitore pertinaciſsimè repellerentur, quia interdicta è diuo dogmate, pecunia carerent, quam pro naulo darent, in diffuſum ſuper vndas pallium cum comitibus conſedere, & veluti quadam naufragij tabula in ripam alteram... diuina ope tutò tranſlati ſunt.* Hæc ille. Vide ſedulium in hiſtoria Seraphica, in vita B. Ioan. à Capiſtrano capit. 18. Addit verò Epiſcopus Portuenſ. 3. part. Chron. lib. 4. cap. 8. quòd *eidem mantello impoſuerunt etiam iumentũ, quod ſecum cauſa itineris adducebant.*

Mãtello B. Ioan. à Capiſtrano longus.

40 Itaque ſuper pallium B. Ioan. à Capiſtrano habemus conſedentes quatuor, vt minimum perſonas, BB. nimirum Ioannem ipſum, & Iacobum à Marchia cum comitibus, necnon & vnum aſinum ſtantem. Nec extra propoſitum eſt adaduertere, quòd ipſe B. Ioan. ſtatura puſillus erat. Ita Rodulphus in hiſtoria Seraph. fol. mihi 4. *Fuit enim* (inquit) *B. Ioannes puſillo, arido, & exi-*

exili corpore. Vide Sedulium in hiſtoria Seraphica fol. 114. col. 2. & Hartmanum Scheydel. 6. mundi ætate, idem aſſirmantes.

41 Ex quibus conſtat, quod mantellus Beati Capiſtr. non fuit curtus, ac breuis, ſed quòd illam menſuram habuit longitudinis, quam noſtræ præſcribunt cõſtitutiones Gener. ſecus verò capere non poſſet, nec intra ſe tenere quatuor perſonas, & ipſum iumentum. Quapropter ceſſent, & habeãt à conuitijs, quibus malè inſectantur eiuſmodi palliorum longitudinem, qui illam, vt minus reformatam carpunt. Ego verò nec mantellos longos, nec curtos reprehendo, quin potius vtroſque laudo. *Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet: qui etenim mantellum longum portat, domino portat*; quia ad imitationem Seraphici Patris, & ſanctorum Ordinis, & ad præſcriptum Generalium Conſtitutionum, & qui curtum portat, etiam Domino portat: ſed perperam longum, vt relaxatum arguit.

Mantellos longos perperam aliqui carpunt.

(.†.)

SECTIO III.

An Fratres Minores licitè poſſint vti camiſeis lineis? Anvè ſtamineis?

1 QVoad primũ ſomniauit Anonymus quidam Modernus in manuſcrip. quod penes me habeo, *poſſe Fratres Minores abſque ſuæ profeſsionis labe, vti ad carnes ſudarijs, vel etiam camiſeis lineis.* Probat primò, *vti ad carnes* (ait iſte Regulæ Gloſſator) *ſudareis lineis non prohibetur Fratribus in Regula, neque expreſsè, & formaliter, neque implicitè, & virtualiter. Ergo abſque ſcrupulo, &c. Prima pars patet. Secunda probatur: Nam portare ſudaria eſſet prohibitum Fratrib' implicitè, ſi hoc alijs in Regula formaliter expreſſis repugnaret: ſed non repugnat, quando quidem deferre ſudaria, non deſtruit paupertatem non dirimit caſtitatem, non minuit obedientiã, quam in Regula promiſimus: iſta clariora ſunt, quàm vt probatione indigeãt. Ergo.* Hęc ille.

Portare ſudaria lineis ſuper carnem nõ exprimitur...

2 Reſpondeo negando antecedens. Ad probationem quoad primam partem dico, inutilem eſſe: Neque enim inue-

inuenimus locum expreſſum in Regula, in quo expreſsè prohibeantur redditus, cenſus, cippi, vel trunci, &c. & tamē conſtat ex vi Regulæ hæc omnia, & id genus alia, prohibita eſſe, vt expreſſè conſtat & eſt definitū in Concilio Viennen. per Clem.5. exiui §. Porrò, & §. Proinde, &c. ergo.

Portare ſudaria ſine neceſſitate repugnat pauperta ti, caſtita ti, & obe dientiæ.

3 Ad ſecundam partē probationis dico, quòd portare ſudaria, repugnat primo paupertati. Liquet ex S. Bonavē. in cap. 6. Regulæ circa med.. *Oportet* (inquit) *quòd omnia quæ in vſum Fratrū veniunt, habeant, vt eſt poſsibile, paupertatem, vilitatem, & aſperitatem: quæ tria paupertatem altiſsimam naturaliter conſequūtur.* Hæc S. Doctor. Notentur verba: *Quæ tria Paupertatem Altiſsimam naturaliter conſequuntur.* Vide infra num. 8. Repugnat ſecundo Caſtitati. Vnde idem S. Bonavent. in Opuſculo, quod dieta ſalutis inſcribitur, dieta 4. cap. 4. de Caſtitate in principio: *Caſtitas* (ait) *eſt florens ſicut lilium.* Et poſt: *Et nota quòd in lilio ſunt ſex folia niuei coloris... & ſignificant carnis pudicitiam. In ſex folijs figurantur ſex ad pudicitiam neceſſaria.* Et paucis interpoſitis: *Secundum foliū eſt habitus aſperitas: Vnde dicit Bernar. Memento quod aſperior cardo pannum facit leniorem, ſicut aſper habitus carnem caſtiorem, &c.* Hæc S. Doctor. Cōcordant S. Bernardinus (Pater meus) tom. 3. ſerm. in feria 6. poſt Pent. de fructibus Spiritus Sancti ſerm. 5. art. 2. fruct. 12. cum S. Io. Chr. ibid. Videatur S. Antonin. 3. p. hiſt. tit. 23. cap. 2. §. 1. in virtute prudentiæ circa finem. Tertiò repugnat obedientiæ, nimirum Regulæ (vt infra num. 6.) Summorum Pontificum Ioan. ſcilicet 22. & Benedict. 12. vt infra n. 9.

Portare ſudaria corruptela peſſima.

4 Probat ſecundò: *Longa iam conſuetudine* (inquit) *& legitimè introducta receptum eſt, vt portentur ſudaria: ergo.* Reſpondeo falſiſsimū eſſe antecedens: ſi enim in aliqua Prouintia (quod ignoro) vſus portandi eiuſmodi ſudaria viget, non conſuetudo, quin potius corruptela peſſima cenſenda eſt. Patet, quia vt conſuetudo valeat, debet eſſe præſcripta: at ſingulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus, quæ ſingulis triennis habentur, renouantur, & renouatæ ſunt Conſtitutiones cōtra abuſum camiſiarum, & ſudariorum, vt infra à num. 9. vſque ad num. 11. Latius dicetur, per quod interrumpitur conſuetudo cōtraria, dato etiā & non conceſſo quod conſuetudo eſſet. Ergo.

5 Hac

5 Hæc ergo ſententia (vel vt verius loquar, Gloſſa extorta, & verum ſenſum Regulæ deſtruens, & corrūpens) reiecta; vt prorſus, & omnino falſa, & contra communem ſenſum, & praxim Religionis. Secunda, & veriſsima ſententia affirmat ex vi Regulæ, nullomodo licere Fratribus Minor. vti ad carnes camiſeis, aut ſudarijs lineis. Tenent omnes expoſitores Regulæ, nemine dempto.

Portare camiſias ſiue ſudaria eſt cōtra Regulam.

6 Sit concluſio. Nullomodo licet Fratribus Minoribus, abſque neceſsitate portare camiſias lineas, vel ſudaria. Probatur primò, ex cap. 2. Regulæ: *Et Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur.* Hæc ibi. Hoc eſt æquipollens præceptum obligatorium ex Regula, vt expreſsè determinat Clem. 5. exiui. §. *Cum igitur*, & §. *Præterea*, art. 4. Idque ſumitur ex illis verbis Luc. 7. *Qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt.* Vt apertè affirmauit S. Bonauentura in legenda B. P. N. Frāciſci c. 5. B. Cæſſarius Spirens. Vener. Hugo, Enchiridion Fratrū Minorum Hiſpali impreſſum. anno 1535. Cord. & Ortiz hic. Vener. Piſan. lib. 1. Confor. confor. 9 pro ſecunda parte §. 3. qualis ſit Regula cap. 2. Alaua in doctrinali ſatisfactorio punct. 3. cap. 14. nullusque contradicit.

Veſtes vilas non ſit veſtes viles quas Regula præſcribit.

7 Et habetur expreſsè in prima Regula cap. 2. fin. *Omnes Fratres veſtimentis vilibus induantur, &c.* Et mox. *Sicut dicit Dominus in Euangelio* (Matth. 11. & Luc. 7) *Qui in veſte pretioſa ſunt, & in delitijs, & qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt.* Hæc ibi. Ergo ſi Fratres Minores ex vi Regulæ debent veſtimentis vilibus indui; quia mollibus non debent veſtiri, minimè poſſunt ex vi eiuſdem Regulæ camiſeis, vel ſudarijs vti, cum veſtes molles ſint. Appoſitè S. Bonavent. vbi ſupra de Sanctiſsimo Patre noſtro loquēs: *Veſtis* (inquit) *horrebat mollitiem, aſperitatem amabat, aſſerens propter hoc Ioannem Baptiſtam ore diuino eſſe laudatum: quia non in caſulis pauperum, ſed in Palatijs Principum, iuxta veritatis verbum* (Matth. 11.) *veſtimentorum dicebat requirendam eſſe molitiem.* Hæc S. Bonavent. Hugo hic: *Attendenda eſt* (ait) *vilitas bæc in pretio, & ſeruata non minus boneſtate, ne mollitie, ſubtilitate, vel ſpecioſitate notabiliter pannus appareat delicatus: Qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt.* Hæc Hugo. Si ergo, pannus

mollis eſt contrà Regulã, multo magis lineum.

Res quib' vtuntur Fratres Minores debẽt habere vilitatem, & aſperitatem.

8 Secundò ex eodẽ S. Bonavent. in cap. 6. Regulæ circa med: *Sed quæritur*, inquit, *ex quo Fratres tantum habent vſum rerum, poſſunt habere vſum quarumcumque rerum?* Et paucis interiectis: *Reſpondeo*(ait) *quod cum Fratres ſint Profeſſores Altiſsimæ paupertatis, oportet quòd omnia, quæ in eorum vſum veniunt, habeant, vt eſt poſſibile, paupertatem, vilitatem, & aſperitatem: quæ tria paupertatẽ Altiſsimam naturaliter conſequuntur, &c.* Hæc S. Doctor. Igitur ſi aſperitas (vti vnum ex tribus) naturaliter Altiſsimam paupertatem, quam profeſsi ſunt Fratres Minores, conſequitur, eam prout poſsibile fuerit, debent in rebus, quibus vtuntur, habere: ſed camiſiæ lineę, ſiue ſudaria, nullam in ſe continent aſperitatem. Ergo Profeſſores Altiſsimæ paupertatis nullomodo poſſunt eis vti.

9 Tertiò probatur ex Ioan. 22. in dicta extrauag. Quorundam, & Bened. 12. in diſtinct. decretal. *Redemptor noſter*, de quibus ſupra in hac Controuerſia ſect. 1. à n. 40. vſque ad 47. ibi: *Noſque præfatorum Miniſtrorum iudicio, præſentium authoritate committimus, determinare videlicet, arbitrari, ac præcipere, cuius longitudinis, latitudinis, groſsitiei, & ſubtilitatis eſſe debeant tam habitus, quàm interiores tunicæ, quibus Fratres omnes dicti Minorum Ordinis induantur: ac inſuper cuius quantæque vilitatis indui eos ipſis veſtimentis oporteat. Et an in veſtimentis huiuſmodi ſecundùm Regulam, & declarationes eorundem Prædeceſſorum noſtrorum, & præfatas Ordinis conſtitutiones reluceat aſperitas, vilitas, & paupertas, &c.* Hæc ibi. Notentur hæc vltima verba: *An in veſtimentis huiuſmodi ſecundùm Regulam reluceat aſperitas, &c.* Ergo.

10 Quartò probatur ex omnibus Capitulis, & Conſtitutionibus Generalibus. Primò ex ijs, quæ ante Ioan. 22. ordinatæ fuerunt, quarum ipſe mentionem facit in dict. extrauag. *Quorundam*, vt patet ſupra n. 9. Similiter ex illis, quæ poſt ipſum factæ ſunt, & omiſsis alijs ex Martini. 5. conſtitutionibus cap. 2. Item *de qualitate habitus cum Regula dicat, quod Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: ſtatuimus, & ordinamus, vt in Generalibus ſtatutis Guillelmi Farinerij habetur cap. 2. quod veſtimentorum vilitas attendatur in* pre-

pretio pariter, & colore, ita quod ſemper in veſtimentis reluceat aſperitas, vilitas, & paupertas. Hæc ibi. In quibus, & omnibus alijs in genere dicitur, quod aſperitas reluceat in veſtimentis Fratrum.

11 Rurſus ſpeciatim ſupra dictas camiſias prohibent reliquæ omnes Generales Conſtitutiones. Primò, ſtatuta Iulij 2. (anno 1508.) cap. 2. part. 7. *Etſi camiſiam lineam vel de bombice, vel de cotone ad carnem portauerint ſine ſui ſuperioris licentia, ex cauſa neceſſitatis, & infirmitatis, in ſcriptis obtenta, in ſequenti prandio coram Fratribus in terra comedat habens coram ſe camiſiam pro toalia, vel mantili, prout volunt antiqua Ordinis ſtatuta.* Hæc ibi. Suffragantur ſtatuta Generalia omnia. Salmant. celebrata anno 1553. approbata à Iulio 3. in principio, vt refert Rebolledo in Collect. ſtatutorum Generalium. fol. mihi 81. Vallisoletana anno 1565 in eodem fol. 112. Roman. anno 1571. in eodem fol. 120. Pariſienſia. an. 1579. in eodem fol. 198. Item iterum Roman. an. 1612. Pro vtraque Familia. §. de Obſeruantia Reg. poſt aliqua: *Vſus camiſiarum ſiue ſint manicatæ ſiue truncatæ. Item & tunicellarum expreſsè eſſe contra Regulæ puritatẽ declaratur; & ita præcipitur, vt nullus deinceps illis vtatur, &c.* Et paucis interpoſitis. *Confirmãtes ſtatutũ de hac re Toletanũ anno 1606.* Hæc ibi. Notentur illa duo verba: *Declaratur & præcipitur*, quæ omnimodam vim legis, & præcepti habent, iuxta determinata per Ioan. 22. & Bened. 12. vbi ſupra. Iterum ſtatuta Salmant. anno 1618. & iterum Roman. an. 1625. & demũ ſtatuta Generalia Tolet. an. 1633. §. *de Obſeruantia Regulæ* fol. 12. vbi. *Innouantur omnia Ordinis ſtatuta quæ cõcernunt puriorem Regulæ obſeruantiã, promotionẽ, & conſeruationẽ.*

12 Cæterum hoc ipſum prohibent etiam Conſtitutiones Patrum Conuentualium, vt patet in Conſtitutionibus ſub Pio 5. anno 1568. & tantum cõcedunt camiſias laneas, vt patet ex Bulla ipſius Pij 5. quæ incipit. *Illa Nos cura*, data eodem anno, quam refert Laertius Cherubinus in Bullario magno ſub hoc Pontifice in prima impreſſ. Bul. 67. & in 2. Bul 66. Vnde in Cõſtitutionibus Vrbanis, ann. 1625. ſub S. Vrbano 8. in capit. 2. Regulæ tit. 24. de veſtitu Fratrum n. 11. dicitur. *Quia ex Summorum Pontificum permiſſu interulas, ſeu cami-*

Etiã conſtitutiones Patrũ Conuẽtualiũ prohibẽt camiſias.

camiſias geſtare poſſumus, &c. Ex Summorum Pontificum permiſſu. Dicunt Patres Conuentuales, non verò *ex licentia*, *vel permiſſu Regulæ*: Ergo.

13. Quintò probatur ex declaratione ſantiſsimi Vrbani 8. quæ incipit: Sacroſanctum Apoſtolatus. dat. Rom. anno 1625. prima die Octob. & ſui Pontif. 3. in qua declarauit, huiuſmodi ſudarijs vtentes facere contra Regulam: ergo.

14. Reſpondet huic argumento ſupra dictus Anonymus, quod Vrb. 8. non motu proprio, ſed ad inſtantiam Reuerendiſsimi P. Generalis ſupra dictà declarauit: *Hoc autem intereſt* (addit) *inter reſcripta motu proprio, & ad petitionem* (*vt conſtat ex materia de Reſcriptis in vtroque iure*) *quod reſcriptum motu proprio habet valorem ex authoritate Principis; reſcriptum ad petitionem habet valorem, ſi petentes veritate nitantur. Cæterum petitio huiuſmodi non nititur veritate: & certè Reuerendiſsimus, vt Doctor particularis, non vt Doctor Generalis hanc petitionem fecit. Neque illam poterat facere, vt Generalis Doctor contra communem ſenſum, & intellectũ totius Reipublicæ Franciſcanæ* (*etiam Capucinorum*) *& contra conſenſum communitatis, à qua recipit poteſtatem petendi, &c.* Hæc aduerſarius.

15. Sed contrà, quia omnes Regulæ noſtræ declarationes ad inſtantiã Prælatorũ Ordinis factæ ſunt, vt ex omnibus liquidò conſtat. Ex declaratione Greg. 9. quæ incipit: *Quo elongati*. in Prologo verſ. *Sanè*. Ex declaratione Innocẽtij 4. Similiter, & Alex. 4. quæ eſt eiuſdem verborum tenoris: & vtraque incipit. *Ordinem veſtrum*. in Prolog. verſ. *Hinc eſt*. Ex declaratione Nicol. 3. Exijt in 6. de verborum ſig. in Prologo verſ. *Verumtamen, vt Ordo prædictus* (inquit) *quibuslibet præciſis anfractibus: ſicut Fratres eiuſdem Ordinis nuper in Generali Capitulo cõgregati prouiderant dilectis filijs Generali, & nonnullis alijs Viſum eſt nobis, aliqua, quæ in ipſa Regula videri poterant dubia declarare, &c.* Hæc ibi.

16. Tandem Clem. 5. exiui, eodem tit. in Prologo verſ. *Quia verò S. Regulæ* (ait) *Profeſſores, vt veri filij tanti Patris affectabãt ad purũ, & plenum præmiſſam Regulã obſeruare, attendentes quædã, quæ dubium poterant adferre ſenſum: pro ipſorum declaratione habenda, recurrerunt prudenter olim ad Apicem Apoſtolicæ dignitatis, &c. &*

Digitized by Google

poſt: Horum autem pijs, ac iuſtis ſupplicationibus plures Prædeceſſores noſtri Romani Pontifices ſucceſſiuè, ſicut dignum erat, applicantes aurem, & animum, declarauerunt ea, quæ dubia videbantur, &c. Et infra: *Quapropter per ipſos Fratres Nobis extitit humiliter ſupplicatum, quatenus prædictis dubijs, adhibere opportuna declarationis remedia de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus. Nos igitur tam piæ ſupplicantium intentione commoti, ad peragendum diligenter quod petitur, ſtudia noſtra duximus conuertenda.* Hæc ibi.

17 Quibus accedens D. D. Vrb. 8. in declaratione ſupra num. 13. relata verſ. *Cùm itaque ſicut accepimus* (inquit) *dilecti filij Fratres Ordinis Minorum Sancti Franciſci de obſeruantia, &c.* Et infra: *Fœlici illorum ſtatui quantum Nobis ex alto conceditur conſulere volentes, necnon ſtatutis, & per eos in Capitulo Generali proximè præterito decretis inhærentes; ac ſupplicationibus etiam dilecti filij Bernardini de Senis eiuſdem Ordinis Miniſtri Generalis Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: quod de cætero perpetuis futuris temporibus omnes, & ſinguli eiuſdem Ordinis Profeſſores, iuxta dicti Ordinis Regulã, necnon declarationes à piæ memoriæ Nicol. 3. & Clem. 5. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris deſuper emanatas.* Et infra: *Quódque integrum eorumdem Profeſſorum veſtimentum duabus tantum tunicis conſtet, & conſtare debeat, vna ſcilicet cum caputio, & alia ſine caputio, vt eadem Regula præſcribit. Neque eiuſdem Ordinis Profeſſores tertia tunica, ſiue camiſia ſtaminea, aut interula ſiue ſudarijs, aut alia quarumque re contra eiuſdem Regulæ tenorem: etiam in vim conceſſionis fœlicis record. Iulij Papæ 2. etiam Prædeceſſoris noſtri, ſiue alio quouis prætextu, & ex quacumque cauſa, vllo modo vti valeant, Apoſtolica authoritate tenore præſentium, perpetuò ſtatuimus, atque declaramus, prædictãque Iulij Prædeceſſoris noſtri, & quaſcumque alias conceſſiones, ſiue indulta, tam per literas Apoſtolicas, & motu proprio, quã viuæ vocis Oraculo, & aliàs quomodolibet conceſſa, eidem Regulæ quomodolibet contrarias abrogamus.* Hæc Sanctiſ. D. Vrbanus.

18 Ad illud quod aduerſarius reſpondet, nimirũ, quod petitio ſupra dicta Reuerendiſſimi Generalis non nititur veritate

ritate. Dico, quod tranſiens prorſus verecundiæ, ac reuerentiæ terminos, perperam impie, & ſtulte *mentitus eſt in caput ſuum*, vt liquet ex ſupra dictis.

Pluſquã mendatiũ eſt affirmare totũ ordinẽ ſentire poſſe Fratres portare ſudaria licitè.

19 Quòd verò Reveren. vt Doctor particularis, non vt Doctor Generalis. Itẽ, quòd cõtra cõmunem ſenſum, & intellectum totius Reipublicæ Franciſcanę fecit hanc petitionem, dico pluſquã falſum eſſe. Tum primò, quia de conſenſu vocalium dicti Generalis Capituli, an. 1625. Romæ celebrati, illam fecit; cuius notitia vt ante oculos omnium verſaretur Pater Marchant, dicto Capitulo, vt Cuſtos Prouintiæ Flandriæ, & Vocalis præſens (vt ipſe fatetur in explicatione Regulæ cap. 12. tex. 2. tit. de Protectore q. 1. pag. 621.) petitionem dictam, & totam de verbo ad verbum eiuſdem Domini Vrb. 8. decretalem q. 7. procem. concl. 2. refert: *Quæ* (ait) *quia necdum fortè communibus manibus teritur hic eam de verbo ad verbum inſerendã duxi: Vrbanus Papa 8. ad perpetuam, &c.* Hæc teſtis oculatus, & vnus ex vocalibus dicti Capituli P. Marchant, & ibi Diffinitor Generalis electus. Tum ſecundò, quia dictam declarationem fecit D. D. Vrb. 8. non ſolùm inclinatus ſupplicationib⁹ Reverẽdiſsimi Generalis, *ſed ſtatutis* (inquit) *& per eos* (ideſt Miniſtros) *in Capitulo Generali proximè præterito decretis inhærentes.* Ita Pontifex expreſsè, vt patet ſupra n. 17. circa principium. Tum tertiò, quia omnia Ordinis Capitula Generalia camiſias, & ſudaria perpetuo exilio ab Ordine, & omnibus Fratribus exterminant, vt patet ſupra à n. 10. vſque ad 12. Ergo non contra communem ſenſum, & intellectum totius Reipub. Franciſcanæ, vt aduerſarius ineptè, & temere affirmat.

20 Sed dices (ait author huius Libelli obijciens cõtra ſe.) *Quæ non conceduntur explicitè, prohibentur implicitè ex Regula iuris. Ergo. Reſpondeo* (inquit) *hanc Regulam eſſe verã in eodem genere, v.g. in genere tunicarum non conceduntur niſi duæ explicitè: ergo denegantur implicitè plures: non autẽ erit vera ſi fiat tranſitus de genere in genus: hic autem fit tranſitus à tunicis ad ſudaria, ſicut etiam non valet habeant duas tunicas: ergo implicitè eſt prohibitum pallium, & ſudariola, & calepodia, & pileus: hæc enim ſunt alterius generis.* Hæc Aduerſarius.

21 Verùm hæc reſponſio eſt nulla. Et contra eſt, quod ſudaria, vel camiſię, etiam ſine ma-

Camiſia etiã ſine manicis,

ſunt propriè tunicæ. manicis, propriè tunicæ ſunt, ac eo nomine gaudent. Ita expreſsè Ambr. Calep. in dictionario verbo *Tunica*: *Tunica* (inquit) *veſtis erat apud Romanos interior, & ſine manicis, cui toga ſuperinduebatur, &c.* Et infra: *Tunica itẽ omniũ intima dicebatur, qua hodiè linea vtimur, &c.* Et poſt: *Vtebantur, & tunica quæ media dici poteſt, cuiuſmodi eſt ferè tunica lanea, rubra, albaùe, qua brumali tempore vtimur, &c.* Hæc, & alia ibi. Vide etiã Theſaurũ magnũ linguæ latinæ tom.3. & Ant. Nebriſ. ibidẽ. Igitur non fit trãſitus de genere in genus. Si ergo in genere tunicarũ in Regula plures duabus prohibentur & camiſiæ lineæ, ſiue ſudaria verè, & propriè tunicæ ſunt, & eo nomine gaudent, conſequens eſt, vt ex vi Regulæ prohibeantur.

22 Quoad ſecundam verò partem, nimirum, an camiſeis ſtamineis, vel tunicellis (vulgo tuniquillos) poſsint Fratres Min. licitè cum duabus tunicis vti abſque neceſsitate? Seruantius Myricanus in cap. 2. Regulæ fol. mihi 10. affirmat, quod licitè poſſunt Fratres Min. cũ tunica ſecunda ſimul, vel ſine ea omni tẽpore ad carnẽ portare camiſiam ſtamineã, vel de panno albo propter munditiam ſeruandam, ex Conſtitutione Iulij 2. capit. 2. parte 7.

23 Nihilominus omnino affirmandũ eſt, vti tunica tertia ſtaminea ſimul cũ alijs duabus ex Regula conceſsis, eſſe contra eandem Regulam, ita communiter omnes Exp. præſertim (eruditè quidem) per doctus, ac R. Hugo Cauellus tract. 1. pro reformatione cõtra Collegium Pariſienſe in reſolutione quæſtionis quoad ſecundam partem, num. 15. *Abſque Regulæ trãſgreſſione non poteſt frater Min. vti 3. tunica ſtaminea.*

24 Sit concluſio: vti præter duas tunicas tertia ſtaminea (vulgo tuniquillo) abſque trãſgreſsione Regulæ nõ poteſt Frater Minor, niſi adſit neceſsitas, iudicio Prælatorum examinanda. Probatur primò, ex Clem. 5. exiui (cap. 3. de Fratrum veſtimentis) §. *Præterea cum dicatur in Regula quòd illi* (inquit) *qui iam promiſſerunt obedientiã, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui voluerint habere. Noſque declarauimus prædicta verba æquipollere præcepto, volentes hoc determinare plenius, dicimus quantum ad numerum tunicarum, quòd pluribus eis vti nõ licet, niſi ex neceſsitatibus, quæ haberi poſſunt ex Regula, ſecundũ quod hunc paſſum memoratus Prædeceſſor noſter* (Nic. 3. ſcilicet) *planiùs declarauit.* Hæc ibi.

Notentur illa verba: *Dicimus quantum ad numerum tunicarum, quod pluribus eis uti non licet; niſi ex neceſsitatibus, &c.* Ergo Fratres Min. abſque ſuæ Regulæ tranſgreſſione quantum ad numerum tunicarum tantum duabus vti poſſunt: ſed tunica ſtaminea verè, & propriè (re, & nomine) eſt tunica, vt conſtat ſupra num. 21. Ergo illa licitè Fratres vti non poſſunt. Vide declarationem Nicol. 3. exijt §. *Licet autem.*

25 Secundò probatur clariſsimè ex declaratione D.D. Vrb. 8. *Sacroſanctũ*, vbi ſupra num. 17. relata in illis verbis: *Quodque integrum eorundem Profeſſorũ veſtimentũ duabus tantum tunicis conſtet, & cõſtare debeat, neque eiuſdem Ordinis Profeſſores tertia tunica ſiue camiſia ſtaminea. Etiam in vim conceſsionis Iulij Papæ 2. vllo modo vti valeant, &c.* Vide dicta n. 17. vbi ſupra.

Cõceſsio Iulij 2. ad 3. tunicã eſt diſpenſatio.

26 Ad conceſsionẽ Iulij 2. Reſpõdeo primò illã eſſe diſpenſationẽ cõtra puritatẽ Regulæ, vt docte probat Hugo Cauellus vbi ſupra, abrogatãque eſſe per S. Vrban. 8. in ſua declaratione. Rurſus, quia dicta cõceſsio, ſeu potius diſpenſatio Iulij 2. indiſtincte cõcedit Fratribus, *quòd poſsint portare omni tẽpore ad carnes cum tunica ſecunda, camiſiam ſtamineã, vel de panno albo*, vt liquet expreſsè cap. 2. Conſtitution. parti 7. §. *Et quia de tunicis*. Notentur verba: *Vel de panno albo*, in quibus expreſsè concedit tertiam tunicã etiam de panno. Hoc eſt cõtra Regulã expreſsè, vt ex ipſa cõſtat, & eſt declaratũ à Nic. 3. & Clem. 5. & Vrb. 8. vt patet ſupra n. 24. & 25. Ergo eſt diſpenſatio Iulij 2. conceſsio.

27 Reſpõdeo ſecũdo quod idem Iulius 2. per Bullã, quæ habetur in ſpeculo Minorum tract. 1. fol. 81. dat. an. 1509. declarauit, Obſeruantes purè Regulã Minorũ non teneri ad ſtatuta, quæ nomine eiuſdem Iulij 2. circunferuntur, vt potè quia *diſpẽſatiua Regulæ, &c.* vt refert, & docte probat Cauellus vbi ſupra in reſolutione ſecundæ partis quæſtionis, & præcipuè num. 3.

28 Petes: An Fratres Min. poſsint continuè portare cum habitu loco tunicæ ſecundæ ſtamineã tunicam? (ideſt tuniquillo) Videtur, quòd ſic: quia nihil aliud portant quàm duas tunicas, vnam cum caputio, & aliam ſine caputio, vt Regula præſcribit: ergo.

29 Reſpondeo nihilominus communiter non licere. Ratio eſt, quia iudicium veſtimentorum, *tam habituum, quàm interiorum tunicarum* *Communiter non licet loco tunicæ 2 porta-*

quoad

re tunicam ſtamineam.

quoad longitudinem, ſubtilitatem panni, aut groſsitiem, &c. huiuſmodi non penes ſubditos, ſed penes Prælatos reſidet, & remanere debet, quibus committitur à Ioan. 22. in Extrav. *Quorundam* (& etiam à Benedict. 12.) vt dictum eſt ſupra n. 9. *arbitrari circa hoc, & determinare, eorumque arbitrio & determinationi omninò ſubditi ſtare tenentur,* vt ibidem patet. At Prælatorum arbitrium, & determinatio eſt, quòd tunicæ interiores, quibus regulariter, & communiter Fratres induũtur ſint paneæ, non ſtamineæ, vt conſtat ſupra ſect. 2. n. 9. & 10. Imò vſus tunicellarum eſſe contra regulã declaratum fuit in Capitulo General. Romæ an. 1612. vt conſtat ſupra. Subtiliores enim ſunt tunicæ ſtamineæ, paneæ verò groſsiores.

30 Dixi: *Communiter nõ licere,* quia de licentia & arbitrio Prælati, etiam Guardiani, vt dixi ſupra ſect. 2. n. 4. poſſunt Fratres dictas ſtamineas tunicas portare.

Fratres Minores non poſſunt vti linteaminibus in lectis abſque neceſſitate.

31 Petes ſecundo: An Fratres Min. ſani, ſive bona valetudine gaudentes, poſsint ſindonibus vel linteaminibus in lectis vti? Reſpondeo negatiuè. Ducor primo quia *Profeſſores altiſsimæ Paupertatis debent, prout eſt poſsibile, in rebus, quibus vtuntur, habere aſperitatem, & vilitatem,* vt expreſſè affirmat S. Bon. & conſtat ſupra num. 8. Vide etiam ſupra n. 7. & 9. & infra ſect. 5. n. 20. At ſindones ſeu linteamina nullam habent aſperitatem, vt liquidò conſtat: ergo eis non poſſunt Fratres licitè vti, niſi adſit neceſsitas.

32 Ducor ſecundo rationibus ſupra n. 29. & 30. relatis: eiuſmodi enim linteamina prohibent, & ſemper prohibuerunt omnes Ordinis Prælati expreſſè. Atque ita tenet Author Alphabeti Minorum c. 2. in Regulam, Manipulus Fratrum Min. 2. p. c. 15. n. 41. Ioannes de Fano tract. de paupertate §. *veſtimenta.* Rouſſerius in cap. 2. Regulæ in fine. q. 2. fol. 294. & 95. confeſſaque res eſt, & manifeſta apud omnes expoſitores nullusque ante hac contradixit.

SECTIO IIII.

Ad quem finem repetiatio veſtimentorum in Regula ſit permiſſa? & an Prælati illam prohibere poſsint?

Veſtium repetiatio inſtituta eſt ob pauper

1 Reſpondeo quod triplici fine eiuſmodi repetiatio inſtituta eſt. Primo ob amorem Paupertatis, ne vbi lacera fuerint veſtimenta, ſtatim

Digitized by Google

tatem, neceſſitatē, & vilitatem.

ſtatim noua procurentur, ſed per repetiationem diutius cōſeruentur. Secundo in leuamen neceſsitatis, debilitatis vè corporalis. Tertio ad quendam ſæculi deſpectum, & panni ſeu habitus vilitatem. Ita colligo ex Authore conformitatum. lib. 2. conform. 7. & 19. in ordine fol. 243. (aliàs 188. col. 1. & 2.) col. 2. & 3. & affirmant expreſſè Cord. hic. q. 22. pu. 4. Polit. n. 105. Sanctes Rom. fol. 133. March. verò tex. 14. q. 1. Primum, & tertium ponit.

Intuitu paupertatis quando laceratur habitus poteſt repeciari.

Primus finis liquet ex Authore Conform. lib. 2. conform. 7. col. 3. poſt med. *Nulla occaſione* (inquit) *volebat Seraphicus Pater habere pluſquam duas tunicas, quas concedebat pecijs ſuffulciri.* Hæc ibi. Notentur hæc vltima verba. Vnde ipſemet Author in cap. 2. Regulæ. *Sub infert* (inquit) *B. Franciſcus ſi contingat lacerari tunicas, quid faciendū? Non debet ſtatim noua procurari, ſed ipſa antiqua repeciari de ſaccis, & alijs pecijs. vt ipſe faciebat. Ratio quia ſic faciendo facit cū benedictione Dei,* hæc Piſanus. Appoſitè Vener. Hugo hic: *Quia nec verò* (inquit) *duæ tunicæ ſimplices quādoque ſufficiunt, nec eas Fratres annuatim* renouare *poſſunt, aut nolunt* intuitu Paupertatis: *poſſunt eas repeciare de ſaccis ad literam, quod Antiquis multum fuit in vſum, vel alijs pecijs nouis vel veteribus, paruis, aut magnis, cum* Regula *nō diſtinguat.* Hæc Hugo. Notētur illa verba: *Nec eas Fratres renouare poſſunt, aut nolunt, intuitu Paupertatis, poſſunt repeciare. &c.* & hic eſt huius libertatis Regulæ finis primarius, cum directè reſpiciat (vt liquet) Paupertatem.

Propter neceſſitatē, aut infirmitatē poteſt habitus reſarciri.

3 Secundus finis etiam liquet ex conformitatibus vbi ſupra col. 2. (aliàs 1.) *Apud eremitorium Sancti Eleutherij propter magnum frigus tunicam ſuam, & Socij intus quibuſdam pecijs repeciauit, propter quæ corpus eius cœpit aliqualiter conſolari. Sed paulo poſt ab oratione rediens dixit Socio: Me oportet eſſe formam, & exemplum omnium Fratrum, & ideò licet corpori meo ſit* neceſſe habere *tunicam* repeciatam: *tamen Me oportet conſiderare alios Fratres meos, quibus iſtud idem eſt* neceſſe. *Et ideo nolo habere tunicam ſic abintus repeciatam: quia ipſi forſitan nec habere poſſunt. Vnde in hoc oportet Me eis condeſcendere.* Notentur illa verba: *Propter magnum frigus tunicam ſuam, & ſocij repeciauit.* Et illa, *&*

ideò

illeò licèt corpori meo ſit neceſſe habere tunicam repetiatam.

4 Et idem Author ibidem col. 3. *Cumpropter* infirmitatem *Splenis*, *& ſtomachi*, *& quia* magnum *frigus erat vnus ex ſocijs Guardianus ſuus vellet ſuere ſub tunica habituali aliquantulum de pelle vulpis, &c.* Hæc & alia ibi. Notentur verba: *Cum propter infirmitatem ſplenis, & ſtomachi, & quia magnum frigus erat, &c.* Non dicit: *Propter ſæculi deſpectum, nec propter maiorem habitus vilitatem, aut ſui mortificationem*, vt vult, & intelligit Mart. à Sancto Ioſ. in ſua expoſitione cap. 6. numer. 2. fine: & is eſt huius conceſsionis Regulæ ſecundus finis.

Ad ſæculi deſpectum poteſt habitus reſarciri.

5 Tertius finis conſtat ex eodem Authore Confirm. vbi ſupra col. 3. (aliàs 2.) poſt med: *Exquiſitos pannos portendos eſſe dicebat, & acerrimè mordebat oppoſitum facientes, atque vt ſuo exemplo tales confunderet, ſemper ſuper ſuam tunicam ſaccum aſperum conſuebat.* Et infra: *In morte denique ſua iuſſit exequialem tunicam ſacco opertiri, &c.* Hæc ibi & Sanctus Bonav. hic: *Tertium, inquit, additur vt ſaculi ſtultitiam Fratrũ habitu oſtendatur vnde ſubdit: Poſſint eas repeciare, &c.* & hic eſt huius Regulæ libertatis tertius finis, & minùs à Sanctiſſimo Patre noſtro intentus: cũ non propter Paupertatem cõſervandam nec propter ſubleuandam neceſsitatem ſed propter exemplum Fratrum, & cõfuſsionem exquiſitos (aſquali- te ſcilicet, hoc eſt, ſubtiles, aut pretioſos vel non communes) pannos portantium, inſtitutus, necnon, & à Beatiſsimo Patre vſitatus fuerit.

6 Petes primo: An veſtis ſic repetiata poterit portari regulariter ſine aliqua diſpenſatione? Reſpondeo affirmatiuè. Ita Cord. vbi ſupra. num. 11 relatus pun. 4. in principio & alij.

7 Petes ſecundo: Quid in Regula intelligatur per hoc verbum *Repetiare*? Triplicem inuenio intelligendi modum. Quidam affirmant, quod repetiare eſt idem, ac duas tunicas per conſuturam vnire in modum diploidis (id quod Hiſpanè dicitur *Aforrar*) Ita Hugo, hic, & Lucerna; & probabilem reputat March. tex. 14. quæſt. 2. concluſ. 1. Sed hic modus dicendi mihi non placet: ſic enim non videtur in quo caſu ſit neceſſaria diſpenſatio Prælatorum ad plures tunicas ſimplices habendas, cùm plu-

plures haberi poſsint conſutæ ex Regula: Nicolaus autem 3. & Clem. 5. non concedunt plures, niſi ex diſpenſatione Prælatorum, penſatis neceſsitatibus, & alijs circunſtantijs, quæ haberi poſſunt ſecundum Regulam, vt dictum eſt ſupra in hac Controverſia ſect. 3. n. 17. 24. & 25. Quibus ibidem accedit Dominus Vrb. 8. & ita expreſſe affirmant Cord. Polit. Sanctes Rom. vbi ſupra. n. 1. relati.

Etiam ſi habitus ſit ſanus poteſt repetiari.

8 Alij affirmant, quod repetiare idem ſit quod veſti, vel habitui, pecias aliquas, fragmenta vè panni vel ſacci imponere etiam ſi habitus ſit ſanus, & integer (id quod Hiſpaniæ dicitur *Remendar ſobre ſano*) ad quendam ſæculi deſpectum, & maiorem habitus vilitatem. Quod verum iudico: hic eſt enim. 3. finis huius Regulæ libertatis, vt dictum eſt ſupra. n. 5. & ita docent Ximenez hic. n. 97. Martin à S. Ioſ. cap. 6. in Regulã. n. 2. in 2. imp. Ioan. à Sancta Maria 2. p. Chron. Provintiæ. S. Ioſeph lib. 2. cap. 15. circa finem pag. mihi. 355. *recte quidem in hoc*. Conſtat ergo ex dictis ſupra. n. 4. & 5. Ex quibus liquet, minùs bene aliquos abſolute hunc repetiandi modum reprehendere: manifeſtum enim eſt, quod tunica exequialis Sanctiſsimi. P. N. Francisci, quam attulit D. Iacoba de ſemptem ſolijs integra erat, & nova, quibus non obſtantibus Iuſsit Sanctiſsimus Pater illam Sacco cooperiri. Dixi paulo ſuperiùs: *Recte quidem in hoc*: quia dicti Authores minimè approbant tertium intelligendi modum, mox, ſequenti. n. 9. ponẽdum & probandum.

Veſtis lacera poteſt repetiari, & hic modus optimus repetiare habitum lacerum finis Regulæ primarius.

9 Tertius, & ſanior intelligendi modus eſt, vt *repetiare* idem ſit, quod veſti laceræ, aut ruptæ ſegmen ſacci, aut panni imponere ſeu reſartire, ita vt ſi, forte contigerit habitus (vel tunica) lacerari, vt non ſtatim nouus procuretur, ſed amore Paupertatis per repetiationem diutius cõſervetur. Qui modus potiſsimus, & optimus eſt, vt pote, quia finis eſt huius libertatis Regulæ primarius: reſpicit enim directe Paupertatem, vt dictum eſt ſupra. n. 1. & 2. Inſuper, & continet in ſe maiorem ſæculi deſpectum, & habitus vilitatem; veſtis enim lacera repetiata vilior eſt, quàm integra etiam repetiata. Patet quia lacera veſtis ſine repetiacitate vilior eſt, quàm integra non repetiata. Id circo approbant illum, & commendant S. P. N. Franciſcus, vt expreſſe affirmat Author Conformit. vt ſupra dictum eſt. n. 2. Accedũt ex antiquis Ven. Hugo, &

Digitized by Google

& Piſan. vt dicto n. 2. patet. Expoſitio ſine titulo citata à Cord hic. q. 22. pun. 4. Petrus Ioannes Olivi relatus à Politio hic num. 105. Serena Conſcientia. q. 37. Lucerna Minorum hic, Autuor Manualis cap. 15. poſt principium. Ex Modernis Cord. vbi ſupra, & omnis Familia Regularis Obſervantię. Ex diſcalciatis nuncupatis, Franciſcus à Siguenza hic text. 14 §. 2. fol. mihi. 78. Ex Capucinis Politius, hic. n. 105. Sanctes Rom. fol. 134. Gregorius (profeſsione, & nomine) Capucinus fol. 189. & 190.

10 Politij verba ſunt huiuſmodi: *A ij dicunt quòd repetiare idem ſit quod reſarcire ſi forte lacerari contigerit tunicā, vt non ſtatim nova procuretur. Ita Piſan. Petrus Ioannis Cord cui quidem opinioni ſuffragari videtur vis ipſius vocabuli (Repetiare) & probabilis ratio &c.* Hæc Politius. Idem repetit Sanctes Rom. vbi ſupra citato Piſano, & concludit: *queſta eſpoſitione par piu conforme alla lettera della Regola.* Hæc ille. Et Greg. Capuc. etiam citato Piſano *& dice* (inquit) *che il B. Franceſco voleva che quando ſi incominciava à rompere la tunica ſi ripezzaſſe coſa che bi, & altre pezze, & non correſſe ſubito à cercare la nuova.* Hæc ille, & Franciſcus Siguenza Provintię S. Ioſeph alumnus, hic text. 13. §. 2. fol. 74. expreſſe cum Hugone, & Piſan. amplectitur hunc tertium modum. Et tex. 14 §. 2. fol. 78. col. 1. refert ſecundum, & tertiam modum ſupra n. 8. & 9. relatos, & col. 2. concludit: *En el vno, y otro ſentido explican los expoſitores Sanctos, y zeloſos eſtas palabras: Poſſint repetiare.*

11 Itaque iuxta dicta n. 9. & 10. emendandi ſunt Ximenez, & Mart. à Sancto Ioſeph, qui vbi ſupra n. 8. relati, affirmant, omnes Regulæ Antiquos Expoſitores docuiſſe libertatem Regulę repetiandi veſtes, non eſſe intelligendā, quando laceræ & fractæ ſunt, ſed quando ſanæ tantummodò. Quod ſine fundamento dictum clare oſtendunt dicta ſupra n. 2. & 9.

12 At rationibus ſeu verius irriſionibus, ac iniurijs Ioannis à Sancta Maria patientiſsimas aures applicare neceſſe eſt. Is enim expoſitores, & Authores hunc tertium modum docentes, multis, & peſsimis contumelijs onerat vbi ſupra n. 8. relatus: ibi enim dict. fol. 355. col. 1. circa finem hoc verbum *Repetiarè* explicans, inquit: *Los Relaxados dizen que la libertad que da nueſtro Padre S. Frāciſco a ſus Frayles*

Ioannes à S. Maria immerito invehitur in affirmantes habitum debere repetiari quādo lacer fuerit.

les de remendarſe, ſe ha de entender, quando el habito eſtuviere roto, &c. & col 2. in medio: *otros tambien* (addit) *que hazen muy de los Theologos, y ſon medio eſtudiantes en la lengua Latina; para eſcuſa de ſu relaxacion, ò curioſidad haziendo fuerça, y violencia a la letra añaden: y quien dize remendar, dize reparar aquello tan ſolamente que eſtà roto y viego, &c.* Hęc ibi Ioannes à Sancta Maria. Hiſpano idomate, latine verò, *Relaxati* (ait) dicunt, libertatem repetiandi veſtes, conceſſam à S. P. N. Franciſco ſuis Fratribus, intelligendam eſſe, quando tunica lacera fuerit, &c. & col. 2. Alij etiam, qui ſunt ſemigrammatici, & magnos Theologos ſe reputant, in ſuæ relaxationis, vel curioſitatis excuſationem, vim, & iniuriam literæ Regulæ facientes, addunt; qui dicit Repetiare, ſolum dicit reficere ſeu reparare, quod lacerum, & vetuſtum eſt. Hæc ille.

13 Quibus, ex dictis n. 2. 9. & 10. patet reſponſio. Verùm honoris, & venerationis ergo, de Religioſiſsimis, Sanctiſsimis, ac doctiſsimis viris, in quos perperam dictus Ioannes à Sancta Maria talia maledicta congeſsit, breviter pauca ſubijcio. Primus eſt Vener. Hugo de Dina num. 2. & 9. relatus, quem Author Ann. Min. tom. 2. ad ann. 1274. n. 15. appellat *Virum magnæ eruditionis, & ſpiritu prophetico refert donatum, &c.* & ann. 1278. n. 31. dicit, *quod hoc tempore Sancto fine requievit.* Et infra: *quòd in vita, & poſt mortem claruit miraculis.* Hæc Vvaddingus Author Annalium Minorum.

Doctores qui affirmant verbũ Repetiare, debere intelligi, ſi veſtes laceræ ſint Doctiſsimi, & ſanctiſsimi.

14 Secundus eſt Ven. Petrus Ioannis citatus à Politio vbi ſupra n. 10. quem mirificè commẽdat B. Angelus Clarenus illi coæuus: *Fuit Petrus Ioannis* (inquit) *devotus Chriſto, & Matri eius, & S. Franciſco, ſapiens ſapiẽtia cœleſti, facundus, & eloquens inter omnes ſui temporis homines, repletus ſapientia ſpirituali, & divina cognitione, & gratia, & virtute. Multa vtilia docuit & neceſſaria &c.* Hæc & alia B. Angelus. Petrus Rodulph. *Virũ vocat magnæ profũs ſubtilitatis, & eruditionis &c.* & Marianus: *eximiũ Doctorem, & Sanctum virum appellat, &c.* & alia invenies in Annalibus Min. tom. 2. ad ann. 1297. num. 51. de hoc Sancto viro.

15 Tertius eſt Ven. Bartholom. Piſanus ſupra num. 1. 2. 9. & 10. relatus, de quo Epiſcopus Portuenſis 3. part. Chron.

Chron. Ord. lib. 1. cap. 8. *Bartholomaus de Piſa* (ait) *in Sacra Theologia Magiſter. Vir ſanè doctus, & Paupertatis maximus zelator, vna tunica vili, & repetiata indutus, pedibus omnino nudis ſemper incedebat, multis miraculis claruit: orationi ſemper fuit intentus, & in ea maximo cum cordis dolore ad Deum, & Seraphicum Patrem de Ordinis relaxatione querelas deferebat, enixèque reformationem poſtulabat: multa ſcripſit, &c.* Hæc & alia Epiſcopus Portuenſis. Rurſus in Annalibus Minorum tom. 4. ad annũ 1399 num. 8. pag. 330. Sequentia de hoc Venet. viro invenio verba: *Virtutibus, & miraculis illuſtris obijt Piſis in ſenectute bona, &c.* & paucis interpoſitis: *virtutis, & doctrinæ ſtudijs ſolerter ſe exercuit, & tantam conſecutus eſt opinionem, vt ad docendos alios evocatus ſit Bononiam, Patauium, Piſas, Senas, & Florentiam, quibus in locis SacramTheologiam Summa cum laude profeſſus eſt, &c.* & infra: *Vnica tunica rudi, breui, & panniculoſa vſus, abſque ſandalijs incedebat, etiam in peregrinationibus, quas ſingulis annis ſuſcipiebat, &c.* Hæc & alia ibi & n. 9.

16 Tandem Author expoſitionis, quæ Serena conſcientia appellatur, Lucernæ Author, & Author Manualis, & Corduba, viri vtique docti, Religioſiſsimi, & ſuæ Regulæ maximi zelatores fuerunt. Quòd verò Politius, Sanctes Romanus, Gregorius Capucinus, & Franciſcus Siguenza viri docti ac Religioſiſsimi fuerint, adeò exploratum eſt, vt in dubium minimè vocari poſsit. Hi ſunt, qui docent, quòd verbum *Repetiare* in Regula idem ſit quòd reſarcire, ſi fortè contigerit lacerari habitus vt non ſtatim novus procuretur intuitu Paupertatis, &c. Et quod maius omnibus eſt, ipſe Seraphicus Pater ſic faciebat, vt ſupra numero 2. patet. Ergo, & ſic intelligebat. Quod obſecro vt advertant qui legerint maledicta dicti Fratris Ioannis à Sancta Maria.

17 Ecce quanti viri, doctiſsimi, & Religioſiſsimi Patres in ore, & calamo prædicti Ioannis à Sancta Maria inventi ſunt relaxati, Phantaſtici Theologi, ſemigrammatici, literæ Regulæ vim facientes, & illius verum intellectum depravantes.

Sed

Sed proculdubio verba oris eius iniquitas, & dolus; nec voluit intelligere, vt bene de his (& de alijs in plurimis ſuę chronicæ locis) loqueretur: idcirco multa in dict. Chron. leguntur, indigna prorſus *vt in generatione altera ſcribãtur*, digniſsima verò vt de libro *Religioſorum deleantur*, & penitùs abradantur. De quibus alibi opportuniùs, & latius Deo dante.

18 Petes tertio: An habitus, quibus Fratres Minores Reformati vtuntur, ex mente Sanctiſsimi P. N. Franciſci debeant effici ex diverſis petijs, ſeu ſegminibus nouis, & veteribus? An ex vna tantum, & noua poſsint eſſe? Vnaquæque pars habet ſuos Patronos, & defenſores. Affirmant aliqui, ex varijs, & veteribus debere eſſe. Alij verò ex vna tantum, & nova eſſe poſſe. Quibus aſſentior.

Iuxta intentionẽ Sanctiſsimi P. N. Franciſci poſſumus vti habitibus ex vna, & nova pecia ſeu ex eodem panno effectis.

19 Sit concluſio prima: ex mente, & iuxta intentionẽ Patris noſtri Franciſci poſſumus vti habitibus ex vna tantùm, & nova petia, ſeu ex vno panno effectis. Probatur ex Authore Conform. lib. 2. conf. 4. & 16. in ordine, circa fin. §. *decimum quod dedit paupertas* Verſ. *Semel ipſo* (inquit) *tunica indigente cum diceret Guardiano vt ſibi faceret vnam, cum Guardianus mente volueret per noctem quomodo poſſet invenire, ſummo mane cum vellet ad hoc exire locum, hominem invenit deferentem pannum pro ſex tunicis, vt daret Fratribus, pro anima ſua, & cum Guardianus id B. Franciſco retuliſſet, dixit B. Franciſcus: Accipe pannum, quia adhoc miſſus eſt iſte homo à Deo, vt meæ neceſſitati taliter ſubveniret, &c.* Hęc ibi. Notentur illa verba: *Cũ Guardianus mẽte volueret per noctem quomomo poſſet invenire.* Et illa: *Invenit hominẽ deferentẽ pannum pro ſex tunicis vt daret pro anima ſua, &c.* Ex quibus clarè colligitur quod habitus ſupradictus, quem induit Seraph. Pater ex vna, & nova pecia effectus fuit. Alioquin nec Guardianus inſomnis maneret, nec egreſſum è conventu meditaretur, vt inveniret, & adquireret diverſas pecias pro vno habitu.

20 Et confirmatur primo, ex Authore Ann. Min. t. 1. ad ann. 1221. n. 7. fol. 252. *vir* (inquit) *dives, cui nomen erat Peregrinus Fratres omnes novo habitu induit, &c.* Hæc ibi. Fratres iſti omnes erant ex primis, & Sanctioribus ſocijs B. P. N. Franciſci ab ipſo hoc eodem anno in Germaniam miſsis. S. Vide vbi ſupra. n. 4. quorũ Pręlatus erat B. Cæſſarius

rius

Digitized by Google

rinis Spirenſis, de quo idem Author Ann. eodem 1. 1. ad ann. 1239. num. 2. *Convenerant* (inquit) *in unum* (contra relaxationes ſcilicet Fratris Heliæ) *plurimi viri optimi ad ubera Sancti Inſtitutoris enutriti, Ducemque ſuum conſtituerunt Cæſarium Spirenſem, virum integerrimum, doctum, ſanctum, Evangelicæ paupertatis, & Regularis obſervantiæ intrepidum defenſorem. Aggrediuntur omnes Heliam.* Hæc ibi. Hic itaque tam Sanctus, & Reformatus novo habitu indutus eſt cum alijs æquè ſanctis, & reformatis, iiſque, ſocijs Beatiſſimi Patris Franciſci, qui proculdubio eius mentem perfecte cognoſcebant. Ergo iuxta eiuſdem Seraph. P. intentionem, decet Fratres Reformatos, & Evangelicæ Paupertatis & Regularis obſervantiæ defenſores habitus novos induere.

21 Et confirmatur ſecundo ex Ven. Hugo. hic, in illa verba *Et poſsint ea repetiare*, ibi, *quia nec verò duæ tunicæ ſimplices, quã loque ſufficiũt; nec ait Fratres annuatim renovare poſſunt, aut noluit, intuitu paupertatis, &c.* & infra: *Poteſt vetus tunica cum nova abſque præiudicio Regulæ uniri.* Hæc ille.

22 Secunda concluſio: ex mente Sanctiſsimi P. N. Franciſci, poſſunt Fratres Reformati (ideſt, purè Regulam obſervantes) portare habitus ex varijs petijs novis, vel veteribus confectos. Ducor ex Authore Cõform. lib. 2. conf. 7. & 19. in ordine §. 3. apparet circa med. *& quandoque*, inquit, *ab una Fratre accipiebat partem tunicæ ſuæ, & ab altero aliã, & adinvicem conſuendo deferebat.* Hæc ille. En habitus Seraph. Patris ex diverſis pecijs effectus. Dixi in Concluſione: *Poſſunt Fratres Reformati, &c.* Quia non tenentur, eiuſmodi habitus portare, nec ad id ex mẽte Sanctiſsimi Inſtitutoris obligantur, vt conſtat ex dictis ſupra, n. 17. & 18. & etiam ex ſtatim dicendis nũ. 23. ſequenti.

Poſſunt ex intentione Sanctiſsimi P. N. Frãciſci Fratres portare habitus ex diverſis petijs, ſeu ſegminibus, effectos.

23 Vtramque ſupradictã concluſionem definivit ac determinavit Sixtus 5. ſupra in hac Controverſia ſect. 1. n. 33. relatus in dict. decreto *Apoſtolici muneris*, pro erectione, & confirmatione Fratrum Min. Conventualiũ Reformatorum cũ habitus deſignatione ſecundum verã Beati Franciſci Regulam, &c. Vide ibidem dict. n. 33. & triplici ſequenti. Itaque in dicto decreto num. 9. dicitur: *Nec commutent habitum etiam quantũvis rudem, vilem pannorum, ſive novum, ſive veterem,*

ac de ſaccis etiam repetiatum, & reſarcitum: non enim habitus exquiſitus in qualitate, & quantitate decet Fratrem Reformatum. Hæc ibi. Notentur verba: *vilem pannorum, ſive novum, ſive veterem, ac de ſaccis, &c.* Et vltima: *Non decet habitus exquiſitus Fratrem Reformatum.* Ergo decet nouus, &c.

Conformius eſt intentioni Sãctiſſimi P. N. Franciſci quod habitus ſint, ex eodẽ panno, quã ex diverſis ſegminibus.

24 Addo, forſitam conformius eſſe Seraphici Patris voluntati, (& ſi conſonum vtrumque ſit, vt dixi) quòd habitus ex eadem, quàm ex diverſis pecijs portentur. Hoc inſinuant verba Authoris Conform. ſupra. n. 19. relata: *& quandoquè* (inquit) *ab vno Fratre accipiebat partem tunicæ ſuæ, & ab altero aliam, &c.* Vide ibidem. Notentur verbum: *Quandoque.* Calepinus enim in ſuo dictionario: *Quãdoque*, ideſt, *aliquando ſignificat.* Ergo ſi aliquando accipiebat diverſas, & adinvicem conſuendo deferebat, non ſemper, nec communiter, ſed raro. Ex quibus fit conſequens, quòd communiter ex vna parte, ſeu panno confectum habitum Seraphicus Pater geſtabat, & ſi repetiatum, & reſarcitum vt dictum eſt ſupra à num. 2. vſque ad 5. Ne igitur Fratres habitus ex varijs, & diverſis ſegminibus novis, & veteribus portantes, dicant in cordibus ſuis: Nos ſolummodo ſumus Reformati, ac ſoli iuxta mentem Seraphici Patris noſtri ambulamus: quia adimplebitur in illis divinum teſtimonium: *Ex corde exeunt cogitationes malæ.* Matt. 15.

25 Circa ſecundam partem ſectioni nimirum, An Prælati repeciationem prohibere poſſint? Negant Ximenez hic. num. 101. in 2. imp. fol. 141. & 142. Ioan. à Sancta Maria vbi ſupra. num. 12. dict. fol. 355. col. 2. circa fin. immerito tamen.

Omnes prælati poſſunt prohibere ſubditis repeciationem, quæ reſpicit maiorem vilitatem ex vi Regulæ.

26 Prima concluſio Prælati, nimirum, Miniſtri Generales, & Provinciales, Cuſtodes, etiam, & Guardiani, in ſuis adminiſtrationibus, & ſubditis Cuſtodijs, ſubditis ſuis, reſpectivè, poſſunt ex vi Regulæ prohibere, repeciationem, quæ reſpicit maiorem habitus vilitatem. Probatur ex declarationibus Sum. Pontif. nimirum, Nicol. 3. & Clem. 5. (quas refert, & approbat Ioan. 22. in ſua Extravag. Quorundam) & ex eodem Ioan. 22. ibidem, & ex Bened. 12. in Bul. *Redemptor noſter,* in quibus definitum, & declaratum eſt, quod *Fratres iuxta ſuorum Prælatorum iudi-*

rium induantur, tam quoad longitudinem, latitudinem, &c. quam ſimilia accidentia vilitatis habituum, & interiorum tunicarum, cuius generis eſt repeciatio. Et ita tenet S. Bernardinus (Pater meus) tom. 3. ſerm. in diſpenſatione de obedientia per dialogum facta art. 3. argum. 12. Cord. hic. q. 22. pun. 4. circa fin. & in cap. 10. q. 2. pun. 6. circa fin. Polit. hic num. 105. & in cap. 20. n. 50. Sanctes Rom. hic fol. 134. §. Si dubita. Thomas Sanchez in Sum. tom. 2. lib. 6 cap. 3. nu. 9. Ximenez, ſui oblitus, in cap. 10. Regulæ n. 35. & omnes communiter.

27 Si ergo ex declarationibus Pontificum, quoad formam, & habitus accidentia (cuiuſmodi eſt repeciatio) tenentur Fratres Minores ſtare iudicio Prælatorum, eiſque parere: & ex Regula ijdem Fratres *tenentur ſuis Prælatis obedire in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſervare, & non ſunt contraria animæ ſuæ, & Regulæ noſtræ.* (Hæc Seraphicus Pater in Regula. cap. 10.) ergo ex vi Regulæ Prælati prohibere poſſunt ſub præcepto repeciationem: cum huiuſmodi præceptum non ſit contra animam Fratrum, nec contra eorum Regulam, quin potius ſit ſecundum Regulam, & eius obedientię ſubijciatur, vt aperte determinat Ioannes 22. in prędicta Extrav. quorundam.

28 Notanter dixi in concluſione: *Ex vi Regulæ*: nam vt afirmat Mart. à S. Ioſ. in ſua ex. c. 6. n. 5. in 2. imp. Gregor. 13. in Bulla, quæ incipit: *Ad hoc nos Deus*, quam Clem. 8. per aliam ſuam. ann. 1592. confirmavit, *Præcepit Miniſtris Generali, & Provincialibus obſervantiæ, ne prohiberent vilitatem habitus excalcїatorum, aut aliquid immutarent, ſeu innovare aliquid præſumerent.* Hæc ibi. Itaque ex vi Regulæ dixi, id eſt de iure communi, nõ verò de iure ſpeciali: Privilegium, ſeu conceſsio Greg. 13. & Clem. 8. eſt quædam lex ſpecialis, coartans Miniſtri Generalis authoritatem totalem, & generalem, quæ ei ex Regula competit: eximenſquè Fratres diſcalciatos ab obedientia ſui legitimi Prælati in hoc. *Fratribus diſcalceatis nõ poteſt generalis prohibere habitus vilitatẽ, &c.*

29 Secunda concluſio: Si Prælatus prohibeat repeciationẽ ſubditi ex vi Regulæ tenẽtur obedire. *Dico ex vi Regulæ* propter dicta ſupra. n. 24. Iſta ſecunda concluſio eſt expreſſè definita à Ioan. 22. & Bened. 12. in ſuis decretalibus ſupra. n. 2. relatis. Et patet ex *Si Prælatus prohibeat repetitionẽ, ſubditi tenentur obedire.*

dictis in hac Controv. ſect. 1. n. 47. & ita docent Authores ſupra n. 23. relati, quorũ duorum tantum verba ſubiungo. Primus ſit Polit. quondam Generalis Capucinorum, qui hic n. 105. ita ſcribit: *Sed an Prælatus poſsit talẽ repetiationem prohibere, & ſubditus obedire teneatur? Videtur quod ſic: quia quoad formam, & accidentia habitus iudicio ſtandum eſt Prælatorum, vt ex Ioan. 22. & Bened. 12. locis prææ legatis extat determinatum.* Hæc Politius. Secundus ſit Sanctes Rom. etiã Capucinus: *Queſta liberta* (inquit) *di rapezzare è conceſſa in modo alli ſubditi che non è prohibite alli prælati di poterli impedire per qual che giuſta cauſa: & oltra di queſto quanto alla forma accidentale dell' habito ſecundo ly Sommi Pontifici ſi dee ſtare al giuditio de prælati.* Hæc ille. Videatur etiam Ximenez vbi ſupra, numero, 24. relatus.

30 Maior difficultas eſt: An Prælatus poſsit prohibere repetiationem, quæ primarium finem reſpicit, ſpectatque ad conſervationem, vel ſimplicem veſtis paupertatem? Negativè reſpondet March. hic, text. 14. quæſt. 3. concluſion. 2. fol. 155. Ducitur primò: *Sicut enim* (inquit) *Superiores tenentur ad paupertatem in ſe ſervandam, ſic in alijs prohibere non poſſunt.* Secundò in hoc ſenſu intelligi debet, quod dicit expoſitio Sanctorum Patrum: *Hoc eſt licentia volentibus: ſed eſt prohibitio, & præceptum ne tales impediantur ab ijs, qui horrent in ſe, & in alijs vilitatem. Regulæ impoſitam, vel cõceſſam.* Hæc ibi. *Tertiò hoc indicant declarationes Pontificũ, vbi cum vilitatem veſtiũ relinquerunt iudicio Superiorum, velut reduplicatiuè reſumunt, ita tamen quod in veſtibus ſervent vilitatem.* Hæc Marchinius.

31 His tamen non obſtantibus dico, eiuſmodi repetiationem Prælatum poſſe prohibere, & ſubditus tenetur obedire. Ratio eſt clara, quia etiam in hoc ſenſu repeciatio libertas Regulæ eſt, vt ipſe March. fatetur fol. 150. ergo Prælatus illam poteſt prohibere. *repetiatio reſpiciat veſtis paupertatem.*

32 Ad primum reſpondeo quod Prælati nõ tenentur ad hanc paupertatẽ, quæ reſultat ex conſervatione veſtis laceræ repetiatæ: quia eiuſmodi conſervatio per repeciationẽ eſt Regulæ libertas. Ergo ſicut ſuperiores non tenentur in ſe hanc

hanc ſervare paupertatem, ſic nec in alijs, & per conſequens in illis prohibere poterũt. Ad ſecundũ. Reſpondeo quod potiùs eſt contra ſe, quia ibi expoſitio loquitur de vilitate, etiã in Regula conceſſa, vt liquet ex vltimis verbis in ea ſupra relatis; non verò de paupertate: *Sed repeciationem* (verba ſunt March. dict. tex. 14. q. 3. cõcluſione. 2.) *in ijs, quæ ad vilitatem ſpectant, poſſunt Superiores prohibere vel limitare*: ergo, &c. Ad tertiũ Reſpõdeo quod nihil probat; non enim quæſtio eſt de veſtis vilitate, ſed de veſtis paupertate vt patet ex dictis. Vel ſecũdo. Reſpondeo vt ad ſecundum.

Omnes Fratres Minores in repetiatione debent ſequi ſuas conſtitutiones.

33 Ex dictis hucuſque liquidò cõſtat, quod omnes Fratres Minores tenẽtur in repetiatione ſequi ſuarũ conſtitutionum Sanctos modos à Sum. Pont. vel ſuis ſuperioribus approbatos, ſive repetiando veſtẽ integram ad maiorem vilitatẽ, ijſdem petijs novis, vel veteribus, vel diverſis (conſule dicta ſupra n. 25. & 26.) ſive repetiando veſtem lacerã ad illius conſervationem, & maiorem paupertatem, ac etiam vilitatẽ (vt dictum eſt) inſtar hominũ pauperculorũ ſæculariũ, & ſecundũ mundum ſummè viliũ, qui vt compertum eſt, veſtes ſuas, non integras, & ſanas, ſed quando laceræ, & diſciſſæ ſunt, vt diutiùs conſervent, repetiare, & reſarcire conantur.

34 Advertant ergo, qui obiurgationibus ſub titulo ſcrupuloſorum, novorumvè rerum cupidorum veſtimenta ſana ad maiorem vilitatem diverſis pecijs, ſeu ſegminibus, (vt dictum eſt) repetiantes, carpunt, quòd iniuſtè carpunt. Moneantur qui dicterijs mordacibus, & irriſionibus, laceras veſtes vt diutiùs conſerventur, repetiantes, vt minùs reformatos mordent, & contemnunt, quòd iniurioſè, & imprudenter contemnunt. Caveãt demum, qui delicato ſuo ſenſu aſperitatem, maiorem vilitatem, & paupertatem, in ſuorum Fratrum veſtimentis horrent: & ſub colore fucatæ honeſtatis, aut prætextu fugiendi hypocriſim, ſive ſæcularium applauſum, repetiationem quanlibet diſſuadent, vel in ſe habere animo puſillo pertimeſcunt, aut verſuta prudentia ſæculari (quod peius eſt) à ſe elatè reijciunt ſuæ ſenſualitatis, & apparientiæ ſæcularis aſſertores, quòd minus rectè horrent, & temerè diſſuadent, & trepidantes timore, vbi nullus debet eſſe timor (neque fucatus color: Deus enim intuetur cor) puerìliter pertimeſcunt: &

cum ſint nomine, & Profeſſione Pauperes, & Fratres Minores, monſtroſiſsimè à ſe elatè reijciunt. In omnibus itaque ſervanda eſt hęc Sancti Bonaventuræ Regula hic, nimirum: *Quæcumque ſunt* (ait) *in vſu verorum pauperum, ſunt iuxta paupertatis regulam menſuranda.* Hæc Seraphicus Doctor.

35 Petes vltimò: An petię ſeu ſegmenta, quibus veſtis Fratris Minoris repetianda eſt, debeant eſſe eiuſdem vel varij coloris, & formæ? Mart. à Sancto Ioſeph. cap. 6. in Reg. num. 3. in 2. imp. affirmat ex varijs colore, & forma eſſe poſſe. Sed oppoſitum omnino tenendum eſt. Ita præceptum, & determinatum eſt à Paulo 5. anno. 1612. Vt tabula Capituli Generalis eo anno Romæ celebrato teſtatur his verbis §. de obſervatione Regulæ: *Petiæ varij coloris, & formæ, habitibus, & mantellis ne aſſuantur, & aſſutæ ſine vlla diſpenſatione removeantur, ſicut Dominus noſter Paulus 5. Reverendiſſimo P. Generali facere præcepit; ſed & caputia ſint formæ rotundæ.*

Hæc ibi.

SECTIO V.

An ſub præcepto teneantur Fratres Minores, non modò vilibus, ſed etiam viliſsimis indui?

1 AFfirmat Boverius 12. Ann. capucinorum poſt fin. demonſtratione vltima, præcipuè à num. 18. vſque ad 24. Probat: *Si de Minoritani habitus* (ait) *vilitate ratio ex Regula in eunda eſt, ab ea vilitas tantummodo abſque diſcrimine præſcribitur, cum dicitur cap. 2. Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: At ſi Legiſlatoris mentem, quæ legis anima eſſe dicitur, diligẽtius inſpiciamus; viliores ac viliſsimas veſtes ſuis Fratribus præcepiſſe. Tum ex prima Regula, in qua illud*, poſt hæc verba immediatè additum erat: *& licèt dicantur hypocritæ, non tamen ceſſent benefacere. Tum ex poſterioribus verbis, quibus dicitur: & poſsint ea repeciare de ſaccis, & alijs pecijs cum benedictione Dei. Facile perſpicuũ erit. Neque enim in hypocriſis ſuſpicionem Religioſi incidunt, qui vilibus tantũ induuntur. Quare hanc ex vilioribus tantum, aut viliſsimis veſtibus ſuſpicionem oriri neceſſe*

veſſe eſt, quas tū B. Pater ſuis amplectendas præſcribit, illos admonet, ne ob eas hypocritæ appellari formident. Hæc Boverius.

Fratres Minores non tenẽtur viliſſimis indui ex Regula.

2 Sed hæc ſententia prorſus improbabilis mihi videtur, vt pote, quia contra ipſam Regulam, in qua tãtummodo præcipitur vt Fratres vilibus induantur, vt liquet ex cap. 2. (quod etiam Boverius citat) non vilioribus, vel viliſsimis. Neque Seraph. Pater quicquam præcepit circa veſtimentorum maiorem vilitatem, vltra id, quod Regula præcipit, vt liquido conſtat ex declarationibus, Sum. Pontif. (mox citandis) qui melius quã Boverius (ac etiam diligẽtiùs) mentem Sanctiſsimi Inſtitutoris inſpexerunt: & vno animo declarant, Fratres Minores teneri vilibus tantum non viliſsimis indui. Quod verò in ſuſpicionem hypocriſis incidant Religioſi ex viliorib⁹ tãtum aut viliſsimis veſtibus, *tranſeat*: quia datô gratis quód hoc verum ſit, non recte inde colligitur: ergo Fratribus præcepit Sanctiſsimus Legislator, quod vilioribus vel viliſsimis induantur: cum veriſsimũ ſit, & in Regula expreſſum, quod tantummodò præcepit, vt vilibus induantur. Ex quibus patet ad primã rationem Boverij.

3 Nec poſt illa verba, *veſtimentis vilibus induantur*, immediatè in prima Regula additum erat: *& licet dicantur hypocritæ &c.* vt (non verè) afirmat Boverius num. 1. vt ſupra, & liquidò conſtat ex ipſo tex. c. 2. fine? *Omnes Fratres* (dicitur ibi) *veſtibus vilibus induantur, & poſsint ea repetiare de saccis, & alijs pecijs cum benedictione Dei, ſicut Dominus dicit in Evangelio.* (Luc. 7. v. 25. & Matt. 11. v. 8.) *qui in veſte precioſa ſunt, & in delicijs, & qui mollibus veſtiũtur, in dominibus Regũ ſunt; & licet dicantur hypocritæ, nõ tamẽ ceſſent benefacere, &c.* Hæc ibi. Vbi immediate poſt illa verba, *in domibus Regũ ſunt*, additũ eſt: *& licet dicantur hypocritæ, &c.* non tamẽ immediate poſt illa verba: *vilibus induantur.*

4 Secundo arguit Boverius dict. num. 18. *Porrò quis Minorum habitũ ſacco atque alijs panni rudioris præſegminibus vndique interpolitũ, ſibi ante oculos ſtatuat, qui illum viliſsimum eſſe non ſentiat? Huiuſmodi cum Beat⁹ Pater ob altiſsimam Regulæ paupertatem filijs amplectendam reliquerit: an non hinc facile cuique perpectum eſt, non vile tantummodò, ſed vilius ac viliſsimum Minoribus veſtimentum in Regula commendari*

darii: Hæc Boverius. Ad primam huius argumēti partem. Reſpondeo, verum eſſe habitum ſacci, & panni rudioris præſegminibus interpoliū. eſſe viliſsimum. Ergo in Regula præcipitur, quòd viliſsimus ſit. Nego conſequentiam. Ad ſecundam partem. Reſpondeo vltimis ipſius Boverij verbis, verum eſſe Minoribus in Regula viliſsimum veſtimentum commendari: idcirco falſum eſſe præcipi.

5 Tertio probat ex Clem. 5. *Clemens. 5.* inquit ibidem n. 19.) *in Extrauag. exivi de paradiſo*, §. *Præterea declarat vilitatem veſtium quibus Fratres Minores ex Regula vti debent ſecundum conſuetudinem vel conditionem Patriæ, ex precio, & colore venandam eſſe, ita vt Minorum habitus ex vilioribus pannis, qui in vnaquaque Provintia haberi poſſunt; confici debeāt; id enim precium, & color indicant, &c.* & paucis interiectis. *Quapropter ex Pontificis declaratione facile colligitur Minorum veſtimenta ita vilia eſſe debere, vt iuxta varias Regionum, ac Provinciarum conditiones viliores pauperum veſtes emulentur.* Hæc Boverius.

6 Tamen hæc Clementinæ (non Extravagantis vt appellat Boverius) interpretatio aliena eſt à verbis, & mente Clem. 5. vt clarè conſtat ex ipſius verbis, quæ ſubijcio: *Volentes plenius hæc determinare, &c.* (ait Pont. dict. §. *Præterea* art. 4.) & poſt pauca: *Vilitatem autem veſtium, tam habitus, quàm interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quæ ſecundùm conſuetudinem, vel conditionē Patriæ debeat quātum ad colorem panni, & pretium vilitas meritò reputari non enim quoad Regiones omnes poteſt determinatus vnus modus in talibus aſsignari:* Hæc Clem. 5. Notentur illa verba: *Vilitatem autem veſtium.* Et illa: *Vilitas meritò. &c.* In quibus Pontifex declarat, non quòd vilitatem veſtium, quibus ex Regula vti Fratres Minores debent, ex vilioribus pannis vniuſcuiuſque Provintiæ debeant confici, ſed ex vilibus tantum, vt cōſtat: Vide Gloſſam in dicta Clementina.

7 Addit Boverius num. 20. vbi ſupra: *eandem quoque* (inquit) *declarationem adhibet Ioan. 22. in Extrav. Quorundam.* Hæc ille. Reſpondeo concedendo quòd idem declarat, quod Clem. 5. declaravit, & eiſdem verbis; ſed nihil contra nos, ſed potiùs pro nobis vt dictum eſt.

8 Quarto probat Boverius num.

num 22. Hugo, & Piſanus (inquit) ſic ſcribant: *Antiquus fuit mos tunicas pauperrimas habere, quas ſi contingat lacerari, nō debent ſtatim nouæ procurari, ſed ipſæ debent repeciari de ſaccis, & alijs pecijs, vt ipſe B. Franciſcus faciebat. Porrò tunicæ pauperrimæ, ſi ſacci præſegminibus reſartiantur, an non viliſsimæ erunt?* Hæc Bouerius. Reſpondeo gratis concedendo authoritates, & totum argumentum: Tunicæ pauperrimæ reſarcitæ præſegminibus ſunt viliſsimæ. Sed quid inde? Ergo præcipiũtur in Regula viliſsimæ tunicæ? Nego conſequentiam, vt iam negaui ſupra num. 4.

9. Hac ergo ſententia reiecta, veriſsima, & omnino tenenda affirmat, minime ſub præcepto Fratres Minores ex vi Regulæ teneri indui viliſsimis veſtimentis. Ita affirmant omnes Expoſitores, & expreſsè ipſa Regula docet.

Ex cōceſſione Regulæ licet Fratrib. Minoribus viliſsimis indui.

10. Sit prima concluſio. Ex conceſsione Regulæ, & intentione S. P. N. Franciſci, licet Fratribus Minoribus indui nō modò vilioribus, ſed etiam viliſsimis veſtimentis, niſi aliud per Prælatos determinetur. Patet concluſio, quia Regula concedit, quòd Fratrum veſtes (quæ ex eadem debent eſſe viles) repeciẽtur de ſaccis, & alijs pecijs, nouis, vel veteribus, vt rectè notat Hugo, & dixi ſupra: at viles veſtes repeciatæ ſacci præſegminibus, non modò viles, ſed viliſsimæ ſunt. Ergo licet ex conceſsione Regulæ ijs vti. Dixi in cōcluſione: *Niſi aliud per Prælatos determinetur*; quia Prælati quamlibet repetiationem poſſunt prohibere, vt dixi ſupra ſect. 4. à n. 24.

Ad id nō tenentur ex Regula.

11. Secunda concluſio: Minimè Fratres Minores tenentur ex Regula indui ex viliſsimis veſtibus, vt aperte patet ex textu capitis 2. ibi. *Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur.* Notentur verba; *Fratres omnes*, dicit Regula, omnes vtique, qui eam profitentur, ſiue obſeruantes ſint, ſiue diſcalciati, ſiue Capucini. Et mox: *Veſtimentis vilibus induantur*: Non dicit *vilioribus*, aut *viliſsimis*. Ergo.

12. Secundò probatur, quia vilitas veſtium, quibus ex Regula vti debent Fratres, relinquitur à Clem. 5. Ioan. 22. & Bened. 12. Iudicio, & determinationi Prælatorum: Si ergo veſtes Fratrum Minorum debent eſſe viliſsimæ (vt Bouerius concedit, & contendit) nihil remanet iudicandum Prælatis circa vilitatem. Rurſus non dicunt Summi Pontifi. vt Prælati determinent, quæ ſint viliſsimæ, vel viliores veſtes,

ſtes, ſed quæ ſint viles, vt cōſtat ſupra n. 6. & 7. Ergo.

14 Reſpondet his Pontificum authoritatibus Bouerius per hæc verba: *Quod verò vterque Pontifex Miniſtris, Cuſtodibus, & Guardianis, quæ nam maior, aut minor vilitas in panno cenſenda ſit, iudicium reliquerit: id indulgentiæ potius, ac fortè diſpenſationis fuit, propter collabeſcentem tunc Religionis ſtatum, &c.* Hæc Bouerius.

Quando Pōtifices dicūt fratres minores debere indui vilibꝰ nō diſpēſant ſed declarant.

15 Itaque duo dicit Bouerius. Primum, quòd id fuit indulgentiæ; ac fortè diſpenſationis. Secundū, quòd propter collabeſcentem tunc Religionis ſtatum id Pontifices fecerunt. Verùm in vtroque fallitur Bouerius. In primò: nam id non fuit indulgentiæ, aut diſpenſationis, ſed conſultò, & data opera, declarationis: *Præterea* (ait Clem. 5. vbi ſupra num. 6. relatus) *cum dicatur in Regula, quod Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur; Noſque prædicta verba declarauimus æquipollere præceptis volentes hæc determinari plenius, &c.* Et paucis interpoſitis: *Vilitatem autem veſtium; illam intelligi debere dicimus, quæ ſecundum conditionē Patriæ, &c.* Et mox: *Huiuſmodi etiam vilitatis iudicium Miniſtris, & Cuſtodibus, ſeu Guardianis duximus committendū, eorum ſuper hoc conſcientias onerantes, ita tamen, quòd ſeruent in veſtibus vilitatē.* Hæc Clem. 5. Notentur illa verba: *Volentes hæc determinari plenius.* Et illa: *Illā* (vilitatem) *intelligi debere dicimus.* Et illa *Eorum ſuper hoc concientias onerantes.* Et patebit intentum.

16 Iam ad Ioan. 22. venio, cuiꝰ hæc ſunt verba: *Sicut nec qualis quātæque vilitatis eas* (ſupple veſtes) *eſſe oporteat exprimitur in eadem* (ſcilicet Regula) *ſicque quodammodò eadē vrgente neceſſitate, æquitate non impari* (nota) *vero ſenſu, veroque id Regulæ ſuadentibus intellectu, eiuſdem Clemētis inhærentes veſtigijs, præfatorum Miniſtrorū, Cuſtodum, & Guardianorum, in prædictis horumque ſimilibus forè iudicium, declarare compellimur, &c.* Hæc Pontifex. Notentur illa verba: *Verò ſenſu Regulæ, & intellectu ſuadentibus, &c.* Et vltima: *Declarare compelimur.* Ergo id non fuit indulgentiæ, aut fortè diſpenſationis, vt Bouerius abſque fundamento affirmat.

17 Similiter fallitur Bouerius in ſecundo; & quamuis id ex authoritatibus Sum. Pont. ſupra num. 14. & 15. conſtet: tamen maioris claritatis, & veritatis gratia, alia ver-

verba eiuſdem Ioann. 22. in dict. extrauag. *Quorundam.* Subijcio: *Ac inſuper* (ait) *quòd illorum* (ſcilicet Prælatorum) *ſequendo arbitrium, determinationem, ſiue iudicium, illiſque parendo, nec ſint, nec dici poſsint, vel debeant, nec ipſi ſe ipſos autument ſuæ Regulæ tranſgreſſores.* Hæc Ioan. 22. Ergo non propter tunc collabeſcentem Religionis ſtatum id Pontifices fecerunt.

18. Vnde rectè Politius quondam Capucinorum Generalis in cap. 2. Regulæ num. 104. ita ſcribit: *Et illæ veſtes meritò, & abſque vllo ſcrupulo viles circa colorem, & pretium habendæ ſunt, quæ à Miniſtris, Guardianis, & Cuſtodibus pro talibus iudicantur, & conceduntur: quamuis aliæ alijs ſint aliquando viliores: non enim hæc vilitas in puncto indiuiſibili conſiſtit, dummodo verè pretioſæ non ſint. Et ſi dubium ſit, an ſint viles verè, nec ne? Standum eſt iudicio Prælatorum: quia Ioann. 22. in extrauag. Quorundam. Voluit tali iudicio ſtandum eſſe, &c.* Et mox. *Et reſiſtentes Fratres in obedientiam, & pœnas graues incurrere voluit. Et Bened. 12. in Bull. Redemptor noſter. Sententiam excommunicationis ipſo facto incurrendæ promulgauit in Fratres pertinaciter portantes, vel affirmantes, alias difformes, vel diſsimiles veſtes ab illis, quæ per prædictos Prælatos fuerint determinatæ, ſi infra 15. dies poſtquam à Prælatis fuerint requiſiti, ab affirmatione & delatione talium veſtium non deſtiterint.* Hæc Politius. Cui Bouerius potius ſuffragari, quàm refragari debuerat.

19. Tertia concluſio: Fratres Minores non tenentur ex mente Sanctiſsimi P. N. Franciſci viliſsimis indui veſtimentis. Probatur primò, quia veſtes, quibus indui tenentur Fratres ſecundum Regulam, & mentem legiſlatoris, abſque repeciatione viliſsimæ non ſunt, ſed tantùm viles, vt patet ex ipſo textu: *Fratres veſtimentis vilibus induantur.* Hæ veſtes, quæ tantummodò ſunt viles, nondum ſunt repetiatæ: poſtea enim addit Legiſlator ſanctiſsimus: *Et poſsint ea repetiare.* *Ea* dicit, ideſt, vilia, non viliſsima veſtimenta. Ergo ſi ſunt viliſsima veſtimenta (dato quod ſint) non ante repetiationem, ſed poſt, viliſsima erunt: Sed portare repetiata, iuxta mentem ſanctiſsimi Inſtitutoris eſt voluntarium, non verò obligatorium, vt liquidò conſtat ex ly *Poſsint ea repetia-*

Nec ex mẽte SS. P. N. F. obligantur Fratres Minores, viliſsimis indui.

peciare. Ergo portare veſtimenta viliſsima (tametſi quando ſunt repeciata viliſsima ſint) ex mente S. Legislatoris eſt ſolummodò voluntarium, non verò obligatorium.

20 Secundò probatur Ex ipſis habitibus, quibus vſus fuit ipſe Seraphicus Pater, & Præcipue ex illo ſacro, quo indutus erat, quando in ſuo Sanctiſsimo corpore miraculũ illud & prodigiũ planè magnũ, impreſsionis, nimirum, Sacrorum Chriſti Domini ſtigmatum; ipſe Dominus Ieſus Chriſtus per ſe ipſum immediatè mirificè operatus eſt. De hoc ergo ſacro, & omni reuerentia digno habitu R. P. Lucas Vuaddingus tom. 1. Anna. Min. ad annum 1208. num. 5. fol. mihi 37 ſequentia ſcribit: *Color perfectè cinereus, qualitas ſagi vilis, nec tamen rudiſſimi. Hiſpani, ſayal vocant Itali panno rigato, ſtrictioris obſeruantiæ, & Prouintiæ Citerioris, ſeu Tarraconenſis, Hiſpaniæ Patres aſperiorem geſtant ea, quam habui præmanibus particula, ſtrictius nimis non eſt, nec pannoſus valde, aut præſegmina habet alterius pani, niſi ad imam læuam manicam, vno quo reſarciri indiguit loco. Lætatus ſum tam vaſtis ſæculis adhuc in plurimis Prouincijs, non tam ſuperare, quàm ſuperari ſantiſsimi Inſtitutoris ſaltè in exterioris viſte aſperitatem, conſciſſaque, & lacera vndique reſarcita tunica in filijs augeri vilitatè, &c.* Hæc Vuaddingus. Satis vtique conſona ad intentum.

21 Quarta concluſio: In veſtimentis Fratrum Minorũ ex vi Regulæ cum illorum vilitate relucere debent aſperitas, & paupertas. Ita omnes Expoſitores S. Bonav. Hugo vt ſupra ſect. 3. n. 7. & 8. relati. Serena conſcientia q. 37. ibidem Petrus Ioannis. Alaua in doctrinali ſatisfactorio punct. 3. cap. 14. Piſa, & expoſitio Sanctorum Patrum hic. Miranda ſuper Regulam in prima impreſſ. cap. 58. circa princip. & in 2. capit. 40. Herrera in tract. quatuor articulorum ſuper Regulam cap. 10. parum poſt princip. §. *De lo qual infiero*, fol. mihi 326. Polit. Ximenez, &c. Concordant omnia Capitula Generalia. Et quod maius eſt, ita definitum eſt, à Ioan. 22. & Bened. 12. vt patet ex dictis ſupra ſect. 3. à n 8 vſque ad 12. ibi vide.

In veſtimẽtis fratrũ Minorũ ex vi Regulæ debẽnt relucere aſperitas & paupertas.

(.†.)

CON-

CONTROV. VII.

(In idem cap. 2. Regulæ) de calceamentis Fratrum Minorum.

SECTIO I.

Quid nomine Calceamentorum in Regula intelligatur?

Calceamẽtũ ex corio propriè calceamẽtũ.

1 PRo clariori ſectionis intelligentia notandum eſt, quod dupliciter poſſumus de calceamẽtis loqui. Vel abſolutè, & quatenus talia ſunt; Vel ſpecialitèr, & quatenus prohibita per Regulam hic ſunt. Priori modo nomine calceamentorum intelliguntur (& propriè calceamenta ſunt) conſueta pedum operimenta de corio. Ita Theſaurus Magnus linguæ Latinæ tom. 1. & Laurentus 1. tom. Syluæ allegoriarũ verbo *calceamentum*, cuius ſignificationis etiam mentionem faciunt Vener. Hugo, & Piſa hic. Serena conſcientia, quæſt. 35. & alij.

Calceamentũ in Regula prohibitũ, quidquid operit pedes etiã ſi laneum ſit.

2 Secundò modo nomine calceamenti intelligitur (& propriè, ac verè calceamentũ eſt) quicquid operit pedes; modo laneum ſit, vt vdones (vel vt inquit Hugo calcei de panno. Hiſpanè *peales*) ſculponeæ (Hiſpanè *çapatos de fieltro.*) Modò lineum ſit, vtpotè calcei integri cannabacei (Hiſpanè *alpargates cerrados de cañamo, &c.*) modo ſparteũ ſit, vti calcei integri ſpartei, id eſt, *alpargates cerrados de eſparto*. Ita expreſsè Alex. de Aleſ. & 3. Magiſtri. S. Bon. 4. p. huius 2. cap. in principio & tom. 7. ſuorum operum, Vel 2. tom. opuſculorum in eo quod inſcribitur de ſandalijs Apoſtolorum. Hugo hic. Speculum, & Lucerna Minorum. Author Manualis cap. 10. Manipulus 2. p. cap. 15. n. 42. Ortiz hic conclu. 5. poſt med. §. ſequitur in Regula fol. mihi 85. col. 2. Polit. Ximenez Ioannetin in memoriali Præceptorũ Regulæ ad Greg. 15. cap. 2. num. 4. pag. 46. & alij. Quod eſt valdè notandum.

3 Hoc ſuppoſito ſit prima concluſio: Calceamenta in primaria ſignificatione accepta, id eſt, conſueta pedum operimenta de corio, in Regula prohibentur ſub mortali. Ita omnes Expoſitores nemine dempto.

Calceamentum quod totũ operit pedẽ, ſiue lineũ, ſiue laneũ

4 Secunda concluſio: Calceamenta in ſecunda ſignificatione accepta, id eſt, quod operit ex integro pedes, ſiue laneum ſit, ſiue lineum, ſiue ſparteum (vel ex alia quacumque materia) vt dictum eſt,

etiam

Digitized by Google

ſit, eſt in Regula prohibitum.

etiam in Regula prohibentur ſub mortali. Ita omnes DD. ſupra num. 2. relati. Probatur primò ex Alex. Alen. tribus Magiſtris, & Hugone, qui omnes expreſſè affirmant, quod nomine calceamenti in Regula prohibitum aliud intelligi non poteſt, niſi quod operit pedes. *Calceamentū* (inquiūt) *dici nō poteſt propriè niſi quod operit pedes.* Non dicunt calceamentum ex corio factum (vt voluit Piſan. hic. Serena conſcientia. q. 35. & Cord. hic. q. 23. pun. 1. parum poſt principium, quod eſt valde notandum) ſed quod operit pedes, quod vt conſtat longe diverſum eſt, maximè, quia immediatè addunt Alenſis, & tres Mag. *Nec caligæ truncatæ inter calceamenta deputari videntur.* Hęc illi. Ergo à cōtrario ſi caligæ fuiſſent integræ, ideſt, pedem cooperientes, inter calceamēta deputarē-tur: caligæ enim truncatæ, idcirco trūcatæ dicūtur, & ſunt, quia pedem non operiunt, ſed nudum relinquunt.

5 Secundò probatur, quia hoc præceptū deſumptum eſt ex Euangelio Matth. 10. *Nolite portare calceamenta.* Et Marci. 6. *Sed calceatos ſandalijs*, vt expreſsè affirmat S. Bonauent. hic, & in Opuſcul. de ſandalijs Apoſtolorum, & in legenda Sancti P. N. Franciſci cap. 3. in principio. Concordant Vener. Hugo, B. Cæſar, Spirenſ. Enchirid. Fratrum Minorum, Cord. & Ortiz hic, nullusque contradicit: ſed in Euangelio hoc pręceptū Apoſtolis impoſitum, ad literam intelligitur, non ſolùm de calceamento ex corio facto, verumetiam de calceamento totum pedem cooperiente ex qualibet materia facto: quia Apoſtolorum pedes in ſuperiori parte omninò nudi, & non velati debebant apparere, vt liquet apertè ex omnibus Sacri Textus Expoſitoribus. D. Aug. lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 30. *Sed calceatos ſandalijs* (inquit) *ita vt pes neque tectus deſuper ſit, neque nudus ad terrā.* Hæc D. Aug. & D. Hieron. Matth. 10. *Neque calceamēta, & Plato* (inquit) *dicit duas corporis ſumitates* (pedes, & caput ſcilicet) *non eſſe velandas, &c.* Subſcribunt Beda citatus à Gloſſa Ordinaria Matth. 10. Gloſſa ordinaria ibidem, Lira, & Cartus. D. Thom. in Cathen. Matth. 10. & Marci. 6. Ianſenius in concord. cap. 55. Barrad. tom. 2. in Euang. lib. 9. cap. 11. Hugo Card. Matth. 10. Franciſcus Lucas Salmer. tom. 4. in Euāgelia p. 2. tract. 14. fol. 348. Vener. Angel. del Paſ. Mar. 6. & cæteri communiter. Ergo etiam

etiam in Regula prohibitum eſt, non ſolùm calceamentum ex corio factum, verumetiam & omne id, quod cooperit, ſeu velat pedes, lineum ſit, vel laneum, vt dictum ſit.

6 Vnde appoſitè Seraphicus Doctor in opuſc. de ſandalijs Apoſtol. poſt med. quàm plurimis authoritatibus ad probandũ Apoſtolos pedibus nudis inceſſiſſe, egregiè adductis, concludit: *Patet etiam poſtremo per glorioſum Chriſti Signiferum Franciſcum, qui Spiritu Sancto reuelãte, iuxta literalem intellectum prædicti præcepti, ordinem ſuum, & Regulam instituit, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, etiam ſeruauit.* Hæc S. Bonauent. & Vener. Hugo hic: *Euangelica Regula Euangelium de non habendis calceamentis, & etiam modum Apoſtolicũ ſequitur &c.* Et paulo infra: *Sic calceos de panno pro pedibus, & omnia, quæ formam Regularẽ excedunt, diſpẽſationem aſſignant, &c.* Hæc ille.

7 Tertiò probatur concluſio: In portandis calceamẽtis non poſſumus habere vſum moderatum, ſed vſum ſtrictũ tantum, ſeu arctum, & penurioſum, vt extat determinatum per Clem. 5. ex in art. 8. §. *Ex præmiſſis*, & affirmant omnes Regulæ Expoſitores (de quo latius infra Cõtro. 19. ſect. 3. ibi videatur.) Sed qui vtitur vdonibus laneis lineis vè, & non habet vſum ſtrictũ calceamẽtorũ, ſed moderatũ, vt patet. Ergo non vtitur ſtricte calceamẽtis in Regula prohibitis, ſed moderatè, quod eſt contra Regulam.

Caligæ truncatæ nõ reputãtur inter calceamẽta.

8 Tertia concluſio: Caligæ truncatæ, nomine calceamentorum in Regula, non prohibentur. Ita expreſsè Alenſis, & tres Magiſt. Hugo, & Piſa, hic Serena conſcientia q. 35. Cord. & omnes Expoſitores. *Calceamẽtum* (inquiunt quatuor Magiſtri, & Hugo) *propriè dici non poteſt, niſi quod operit pedes. Vnde* (ita Hugo) *nec caligæ truncatæ inter calceamenta reputari videntur.* Hæc illi, & omnes Expoſitores. Notentur verba: *Vnde nec caligæ truncatæ inter calceamenta reputari videntur.* Ergo ſi nõ fuiſſent truncatæ, ſed integræ, inter calceamenta, quamuis ex lana factę, reputarentur ex communi ſententia omnium Expoſitorum.

9 Sed eſt maximè notandum, in multis impreſsionibus expoſitionum Piſani, & Serenę conſcientiæ (quibus arridet Ouandus in 4. addit. ad diſt. 38. de voto propoſitione 12.) erroneè ſequentia legi: *Vnde nec caligæ ſanæ, inter calceamenta deputari videntur. Ita dicit*

dicit Frater Hugo cum prædictis quatuor Magiſtris. Hæc in Piſano, & Serena Cõſcientia. Quæ duo verba, nimirum, *Caligæ ſanæ.* Minime in quatuor Magiſtrorum, & Hugonis textibus inueniuntur, vt liquet ſupra dicta verba legenti: verba quatuor Magiſtrorum ſunt: *Calceamentum dici non poteſt propriè, niſi quod operit pedes. Nec caligæ truncatæ inter calceamenta deputari videntur.* Hæc illi. Hugo: *Calceamentum verò* (ait) *propriè dici non poteſt, niſi quod operit pedes: vnde nec caligæ truncatæ, nec ſoleæ propriè inter calceamenta deputari videntur.* Hæc Hugo. Idcirco concludendum eſt, ſupra dicta verba, *Caligæ ſanæ,* mendoſè in Piſani, & Serenæ conſciæ expoſitionibus poſita, ſcripta, & addita eſſe. Quod eſt maximè notandum, ne aliquis prædallegato errore captus, (vti Ouandus ductus eſt) exiſtimet, vel affirmet, caligas ſanas ex ſententia quatuor Magiſtrorum, & Hugonis poſſe Fratres portare, abſque huius præcepti de calceamentis violatione. Et conſequenter affirmandum eſt, quod Piſa, & Serena conſcientia, quatuor Magiſtris, & Hugoni aſſentiuntur; cum enim eorum verba referant, iuxta eorum mentem proculdubio intelligendi ſunt: ne dicamus ipſos non legiſſe, vel perperam citaſſe.

10 Sed dices Pius 5. anno 1565. ad inſtantiã P. Fr. Ioan. de Aguilera Comiſſarij Curię Rom. viuæ vocis oraculo declarauit, quod Fratres Minores poſſunt vti cum bona cõſcientia caligis truncatis cum pedalibus pannicis, vt teſtificatur Rod. in Bullario ſub Pio 5. inter viuæ vocis Oracula n. 20. & refert P. Fr. Petrus Nauarrus in margine Cord. hic q. 23. fin. ergo.

Nõ poſſunt vti Fratres viuæ vocis Oraculo Pij 5.

11 Reſpondeo eiuſmodi viuæ vocis Oraculum nullius valoris eſſe, nec eo tuta conſcientia Fratres Minores vti poſſe. Ratio eſt, quia ipſemet Pius 5. § proximo immediatè ſequenti in ijſdem viuæ vocis Oraculis (num. ſcilicet 21. fol. eodẽ vt in diſt. Bullario Rod. patet) *Ordinauit quòd Miniſter Gener. de conſilio aliquorum Patrum poſſit dare licentiam Fratribus vtendi præfatis viuæ vocis Oraculis, & quòd nullus Frater ſine eius licentia illis vti poſſit.* Hæc ibi. Sed Miniſtri Generalis Ordinis, & etiam omnia Capitula Generalia obſeruantiũ, nullo modo acceptarunt, quin potius repudiarunt, ac reſpuerunt eiuſmodi viuæ vocis Oraculum vt patet (alijs omiſsis breuitatis gratia) ex Capitulo Generali Rom. annõ 1612. cele-

celebrato. Et iterum ex Rom. anno 1625. ſub ſanctiſsimo Vrb. 8. & ex congregatione, & cõſtitutionibus Segouienſ. cap. 3. §. de veſtimentis num. 20. in illis verbis: *Ne alicui calceamento vllo vti permittant Prælati, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogãtur.* Notẽtur verba: *Calceamento vllo.* Et hoc addunt: *Iuxta Regulã.* At peales pannici ſũnt propriè calceamentum, vt dictum eſt ſupra nu. 2. Ergo.

12 Rurſus dato, & non conceſſo dictam, quam dicunt, declarationem aliquando valorem habuiſſe: ſed poſt Pium 5. complures eius ſucceſſores ſæpe numero contrarium declarantes, illam caſſarunt, abrogauerunt, & irritam fecerunt. Hi (alijs omiſsis) fuerunt Sixt. 5. in ſua Bull. *Apoſtolici muneris*, edita anno 1582. pro reformatione ſecundum verã B. Franciſci Regulam Fratrum Minorũ Conventualium ſupra Controv. 6 ſect. 1. num. 33. relata. Vide etiam ibi duplicem num. ſequentem.

13 Et ſanctiſſ. Vrb. 8. in Bull. Sacroſanctum Apoſtolatus dat. Rom. anno 1625. (quæ habetur in Tabula Capituli Generalis eodẽ anno Romę celeb.) vbi definit noſtr. mſent. his verbis: *Quod de cætero perpetuis futuris temporibus, omnes, & ſinguli eiuſdem Ordinis Profeſſores iuxta dicti Ordinis Regulam; nec non declarationes, &c.* Et mox: *Cum calepodijs, ſeu ſandalijs apertis dumtaxat incedere teneantur; neque alio pedum operimento, ſiue panneo, ſiue alterius cuiuſcumque materia exiſtat, abſque licentia vti poſsint, &c.* Et infra: *Apoſtolica Authoritate tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, atque declaramus.* Hæc Vrb. 8. Notentur illa verba: *Omnes, & ſinguli eiuſdem Ordinis Profeſſores iuxta dicti Ordinis Regulam, &c. Cum calepodijs, ſeu ſandalijs apertis dumtaxat incedere teneãtur; neque alio operimento.* At illud verbũ *Teneantur*, æquipollet præcepto, & obligationem ſub mortali inducit, vt eſt expreſſum, & definitũ Clem. *Exiui* 1. de verborũ. ſig. in 6. art. 1. §. *Cum igitur* fin. verſ. *Item ordo*, & ſubſcribunt omnes Doctores, ergo. Videatur Sanchez tom. 3. ſum. lib. 6. cap. 4. num. 38. vbi citat Caſtrum, Vazquez, & alios. Circa authoritatem, & valorẽ dictæ Domini Vrb. 8. Bullæ, ſeu declarationis. Vide in Controv. 6. ſect. 3. à num. 15.

K SE-

SECTIO II.

An ſandalia inter calceamenta in Regula prohibeantur?

Vera ſandalia ſunt ſoleæ deſuper omnino apertæ.

1. PRo clariori huius ſect. intelligentia notandũ eſt primò cum Lirano in cap. 10. Matth. Hugone Cardinali, Ianſenio, Barrad. vbi ſupra num. 5. ſect. 1. relatis, ac etiã cum Cord. hic quæſt. 23. pun. 2. & omnibus Regulæ Expoſitoribus, quòd vera ſandalia ſunt soleæ deſuper omnino apertæ, & corrigijs, vel talo circa pedem, & extremam cruris partem ligatæ, ita vt pedis plantam muniant, & ipſius pedis ſuperior pars tota pateat.

Sãdalia interdũ idẽ, interdũ diuerſa ſignificant

2. Secundò notandum eſt, quòd hæc duo nomina, ſandalia nimirum, & ſoleæ ſæpius apud Authores Synonyma inueniuntur, & ſunt (hoc eſt, vnum, & eandem rem ſub diuerſis vocibus, ſeu nominibus ſignificant. Ita D. Auguſtin. (vt notat Barrad. tom. 2. in Euangelia lib. 9. cap. 10.) Hugo Card. Matt. 10. Cord. hic quæſt. 23. punct. 2. & alij. Sæpè verò, quid inter ſe diverſum, diſtinctumque ſignificant: cum ſandalia ſint deſuper omnino aperta, vt dixi numero primo; soleæ verò, quæ in aliquibus Prouincijs olim portabantur (vel fortè nunc portantur) non erant ſic corrigiatæ, nec deſuper omnino apertæ, quamvis ex magna parte, non omnino. Ita Cord. vbi ſupra §. *Cætera autem*, & ſpeculum. §. *Quarto decimo dicit in additione. verſ. Sed quæ ſint ſandalia*, & alij.

Vera ſandalia nullomodo ſunt calceamẽta in Regula.

3. His ſuppoſitis ſit prima concluſio: Vera ſandalia, aut soleæ (vt dictum eſt) nullomodo inter calceamenta in Regula prohibentur. Ratio eſt: quia cum in parte ſuperiori omninò aperta ſint, minimè ſunt calceamenta cum pedem nullomodo deſuper cooperiant, ſiue velent, ſed nudum relinquant. Ita expreſsè Sanctus Bonaventura in hunc Regulæ paſſum: *Calceamentorum* (inquit) *ergo deportationem ipſa Regula interdicit: & quia verbum illud ſumitur de Euangelio Matth. 10. vbi dicitur in Regula Apoſtolorum: Neque calceamenta: patet hic vſum ſandaliorum minime prohiberi: quoniam ſicut dicitur Matth. 10. Neque calceamenta, Euangelico more hanc complens ſententiam* (Marci. 6.) *præcipitur eis, ne quid tollerent, ſed calceatos ſandalijs, &c. Propter quod antiqua ſculpturæ pariter, & pictu-*

picturæ monſtrant Apoſtolos calciatos ſandalijs inceſſiſſe, &c. Hęc Sanctus Doctor. Notentur illa verba: *Patet hic* (id eſt in hoc Regulæ paſſu) *vſum ſandaliorū minimè prohiberi. Minimè*, inquit Sanctus Doctor: quod eſt notādum propter ſcrupulos quorundam affirmantium ſandalia vera non poſſe Fratres portare ex vi huius præcepti abſque aliqua ſaltim neceſsitate. Conſulant ij præallegatam Sancti Bonaventuræ explicationem, & Venerab. Ioan. Pecham. hic. *Nec nomine calciamentorum* (ait) *ſandalia prohibentur, &c.* Et Piſa. *ſandalia enim* (ait) *quæ ſoleæ dicuntur Fratrum Minorum, non intelliguntur ratione calceamenti, &c.* Quibus ſubſcribunt Serena conſcientia quæſt. 35. Author Manualis cap. 10. ſpeculum vbi ſupra num. 2. relati. Cordu. hic. quæſt. 23. punct. 2. Polit. num. 103. Ximenez num. 84. Sanctes Rom. fol. mihi 77. Siguenza tex. 22. §. 1. fol. 70. Martin. à Sancto Ioſ. in 2. impreſsio. cap. 5. num. 1. & omnes communiter.

5 Ex dictis impertinens iudico, & inutile diſputare de calepodijs ligneis, aut ex corio in ratione calceamenti (imò ſuperſtitioſum iudicat Marchant tex. 12. quæſtione 10. fol. 139.) Item de ratione talorum, aut corrigiarum in ſandalijs: cum illa ad continendum firmiter pedem tantùm pertineant.

6 Secunda concluſio: Soleę, quę verè ſandalia nō ſunt, ſed ex maiori parte ſunt opertæ (vt dictum eſt ſupra num. 1. & 2.) non poſſunt ex vi Regulę à Fratribus Minoribus portari. Ratio eſt clara: quia ad genus calceamentorum aliquomodo ſpectant. Ergo. De quibus intelligendi ſunt quatuor Magiſtri Hugo, & alij quando dicunt, quod ſoleę abſque diſpenſatione portari non poſſunt. Hoc itaque non rectè attendentes (vel fortè malitioſè ignorantes) quidam abſolutè, & ſine diſtinctione auſi ſunt affirmare, quòd ſoleę ſiue ſandalia non poſſunt à Fratribus Minoribus portari, abſque neceſsitate, & licentia Pręlatorum: quòd ſi ceſſat neceſsitas, diſpenſatio adeſt. In quo profectò falluntur, vt patet ex dictis ſupra num. 3.

Soleæ, quæ verè ſandalia nō ſunt pertinēt ad genus calceamenti.

(.†.)

SECTIO III.

Quæ, & quotuplex neceſsitas requiratur, vt Fratres Minores calceamentis vti poſſint abſque Regulæ tranſgreſsione.

Vt calceamenta portētur requiritur neceſsitas cogens.

1. PRima concluſio. Non ſufficit quælibet neceſsitas, ſed requiritur neceſsitas cogens, vt expreſsè ex Regula conſtat cap. 2. & *qui neceſsitate coguntur, poſsint portare calceamenta*. Hæc ibi. Et affirmant omnes Expoſitores.

Neceſsitas cogens petit cum negotio vrgente cauſam neceſſariā, vel honeſtā.

2. Peres primò: Quomodo cognoſcetur (aut quæ eſt) neceſsitas cogens? Reſpondet S. Bonaven. hic: *Vbi aduertendum* (inquit) *quòd cum Regula ſolum pro neceſsitate concedit calceamēta portare. Vbi aut neceſsitas non cogit, ſicut in negotijs gerendis, quæ etſi per ſolos debiles expediri valent, poteſt tamen ſine periculo differri ipſorum expeditio, non licet, &c.* Hæc Sanctus Doctor. Et B. Ioan. Pecham. *Duo* (inquit) *dicit, neceſsitatem, & coactionem, vt ſit neceſsitas perſonæ, infirmitatis, ſcilicet præſentis, vel imminentis; & coactio cauſa, negotij ſcilicet piæ vtilitatis & conſoni religionis boneſtati*. Hęc ille. Et Ven. Hugo: *Cogens neceſsitas dicitur, quam non carnis moleſtia vel prudentia, ſed rationabilis & vrgens cōciliat cauſa, vt quādo debitum impeditur officiū, aut corporale, vel ſpirituale timetur diſpendium*. Hæc Hugo.

3 Similiter, Vener. Petrus Ioann. & expoſitio ſine titulo dicunt, ait Cord. quęſt. 25. punct. 1. quòd *futurum diſcrimen non dicitur neceſſitas cogens, &c.* Et Vbertinus apud Serenam conſcientiam quęſt. 35. ait: *Quod non eſt neceſsitas cogens communis afflictio frigoris pedum, vel ſuperfluus timor ne ex pedum nuditate quis infirmitatem incurrat, &c.* Hæc ille. Vbi notandum, quod erronee legitur in aliquibus Corđubæ impreſsionibus; *Nec ſuperfluus tumor*. In quibus mendoſè ponitur, *Superfluus tumor*, pro *ſuperfluo timore*. Idcirco caue errorem, & corrige illum, iuxta textum Vbertini in Serena conſcientia, quæſt. 35. fin. Subſcribunt (dictis ſupra num. 2. & hoc tertio.) Piſa hic. Serena concientia quæſt. 35. Speculum vbi ſupra ſect. 2. num. 2. Manuale cap. 10 Lucerna Minorum hic Cord. q. 23. & cæteri communiter.

4 Secunda concluſio: Neceſsitas, vt calceamentis Fratres

Neceſſitas multiplex ad portandũ calceamẽtum.

três Minores vti poſsint, multiplex eſt. Ita omnes Expoſ. Vnde Aleſis, & tres Magiſtri, & Hugo hic: *Neceſſitas verò* (inquit) *non determinatur vno modo, ſed pluribus modis. Aliquando determinatur ſecundum ſtatum perſonæ, quia debilis, vel infirma. Aliquando ſecundum tempus, quia vehemens frigus eſt. Aliquando ſecundum locum, quia nudis pedibus non poteſt ſine detrimento tranſiri. Aliquando ſecundum iter, vel officium iniunctum, quia non poteſt ſine detrimento perſonæ, vel cauſæ, propter quem iniunctum eſt, perfici.* Hæc illi. Quibus ſubſcribunt Piſan. Serena conſcientia, q. 3. 5. Speculum vbi ſupra ſect. 2. num. 2 relat. Cord. q. 23. pun. 1. Polit. num. 101. Ximenez num. 86. & alij Expoſitores communiter.

5 Notandum tamen eſt Primo cum Piſano, Serena conſcientia, & alijs ſupra num. 4. relatis, quòd *in præfatis neceſſitatibus, non qualibet illarum debet ſtatim pro cauſa neceſſitatis iudicari, ſed Frater debet experiri pluries antequam calceamenta ſic aſſumat.* Hæc Piſan. Cord. & alij. Secundò ſunt notanda Hugonis verba: *Multa* (inquit) *debent potius negligi, vel differri, quàm Regulæ ab antiquis mira diſtrictione ſeruata ſine cauſa euidenti laxari, cum minus aliquando ædificet prædicationis verbum, vbi deeſt vitæ Regularis exemplum.* Hæc ille.

SECTIO IIII.

Quid ſit portare calceamenta, & cuius ſit in illis portandis diſpenſare?

1 AD primum dico, quod portare calceamẽta vſum dicit. Ita expreſsè Vene. Hugo, & Lucerna hic. Manuale cap. 10. Cord. q. 23. pun. 1. & alij. Vnde calciari ad Miſsã celebrãdam: item ad pedes exſiccandos, vel reſtaurãdos poſt iter, crepidis (Hiſpanè chinelas) aut ſimilibus vti, nõ eſſe propriè portare calceamenta, nec illorum vſum habere, nec per Regulam prohiberi, quia ad breue tẽpus nempe ad vnam vel duas horas portantur.

2 Ad ſecundum dico, quòd Superiorum (Miniſtrorũ ſcilicet Cuſtodum; & Guardianorum) tantum eſt in calceamentis diſpenſare, vbi eorum præſentia cõmodè haberi poteſt. Ita Clem. 5. exiui art. 4. §. *Præterea cũ dicatur: Quorum etiam* (inquit) *Miniſtrorum, Cuſtodum, & Guardianorũ iudicio relinquimus (eorum conſciẽtias ſuper hoc onerando)*

Prælati etiã Guardiani poſſint tantũ diſpenſare in portandis calceamẽtis.

SECTIO III.

Quę, & quotuplex neceſsitas requiratur, vt Fratres Minores calceamentis vti poſſint abſque Regulæ transgreſsione.

Vt calceamenta portentur requiritur neceſsitas cogens.

1. PRima concluſio. Non ſufficit quælibet neceſſitas, ſed requiritur neceſsitas cogens, vt expreſsè ex Regula conſtat cap. 2. & *qui neceſſitate coguntur, poſsint portare calceamenta*. Hæc ibi. Et affirmant omnes Expoſitores.

Neceſsitas cogens petit cum negotio vrgente cauſam neceſſariã, vel honeſtã.

2. Petes primò: Quomodò cognoſcetur (aut quæ eſt) neceſsitas cogens. Reſpondet S. Bonaven. hic: *Vbi aduertendum* (inquit) *quòd cum Regula ſolum pro neceſsitate concedit calceamẽta portare. Vbi aut neceſsitas non cogit, ſicut in negotijs gerendis, quæ etſi per ſolos debiles expediri valent, poteſt tamen ſine periculo differri ipſorum expeditio, non licet; &c.* Hæc Sanctus Doctor. Et B. Ioan. Pecham. *Duo* (inquit) *dicit, neceſsitatem, & coactionem, vt ſit neceſsitas perſonæ, infirmitatis ſcilicet præſentis, vel imminentis; & coactio cauſæ, negotij ſcilicet piæ vtilitatis & conſoni religionis bonitati.* Hęc ille. Et Ven. Hugo: *Cogens neceſsitas dicitur, quam non carnis moleſtia vel prudentia, ſed rationabilis & vrgens cõciliat cauſa, vt quãdo debitum impeditur officiũ, aut corporale, vel ſpirituale timetur diſpendium*. Hæc Hugo.

3. Similiter, Vener. Petrus Ioann. & expoſitio ſine titulo dicunt, ait Cord. queſt. 25. punct. 1. quòd *futurum diſcrimen non dicitur neceſsitas cogens, &c.* Et Vbertinus apud Serenam conſcientiam queſt. 35. ait: *Quod non eſt neceſsitas cogens communis afflictio frigoris pedum, vel ſuperfluus timor ne ex pedum nuditate quis infirmitatem incurrat, &c.* Hæc illé. Vbi notandum, quod erronec legitur in aliquibus Cordubæ impreſsionibus; *Nec ſuperfluus tumor*. In quibus mendoſè ponitur. *Superfluus tumor*, pro *ſuperfluo timore*. Idcircò caue errorem, & corrige illum, iuxta textum Vbertini in Serena conſcientia, quæſt. 35. fin. Subſcribunt (dictis ſupra num. 2. & hoc tertio.) Piſa hic. Serena concientia quæſt. 35. Speculum vbi ſupra ſect. 2. num. 2. Manuale cap. 10. Lucerna Minorum hic Cord. q. 23. & cæteri communiter.

4. Secunda concluſio: Neceſsitas, vt calceamentis Fratres

tres

Neceſſitas multiplex ad portandū calceamētum.

três Minores vti poſsint, multiplex eſt. Ita omnes Expoſ. Vnde Aleſis, & tres Magiſtri, & Hugo hic: *Neceſſitas verò* (inquit) *non determinatur vno modo, ſed pluribus modis. Aliquando determinatur ſecundum ſtatum perſonæ, quia debilis, vel infirma. Aliquando ſecundum tempus, quia vehemens frigus eſt. Aliquando ſecundum locum, quia nudis pedibus non poteſt ſine detrimento tranſiri. Aliquando ſecundum iter, vel officium iniunctum, quia non poteſt ſine detrimento perſonæ, vel cauſæ, propter quem iniunctum eſt, perfici.* Hæc illi. Quibus ſubſcribunt Piſan. Serena conſcientia, q. 3. 5. Speculum vbi ſupra ſect. 2. num. 2 relat. Cord. q. 23. pun. 1. Polit. num. 101. Ximenez num. 86. & alij Expoſitores communiter.

5 Notandum tamen eſt Primo cum Piſano, Serena conſcientia, & alijs ſupra num. 4. relatis, quòd *in præfatis neceſſitatibus, non quælibet illarum debet ſtatim pro cauſa neceſſitatis iudicari, ſed Frater debet experiri pluries antequam calceamenta ſic aſſumat.* Hæc Piſan. Cord. & alij. Secundò ſunt notanda Hugonis verba: *Multa* (inquit) *debent potius negligi, vel differri, quàm Regulæ ab antiquis mira diſtrictione ſeruata ſine cauſa euidenti laxari, cum minus aliquando ædificet prædicationis verbum, vbi deeſt vitæ Regularis exemplum.* Hæc ille.

SECTIO IIII.

Quid ſit portare calceamenta, & cuius ſit in illis portandis diſpenſare?

1 AD primum dico, quod portare calceamēta vſum dicit. Ita expreſsè Vene. Hugo, & Lucerna hic. Manuale cap. 10. Cord. q. 23. pun. 1. & alij. Vnde calciari ad Miſſā celebrādam: item ad pedes exſiccandos, vel reſtaurādos poſt iter, crepidis (Hiſpanè chinelas) aut ſimilibus vti, nō eſſe propriè portare calceamenta, nec illorum vſum habere, nec per Regulam prohiberi, quia ad breue tēpus nempe ad vnam vel duas horas portantur.

Prælati etiā Guardiani poſſint tantū diſpenſare in portandis calceamētis.

2 Ad ſecundum dico, quòd Superiorum (Miniſtrorū ſcilicet Cuſtodum; & Guardianorum) tantum eſt in calceamentis diſpenſare, vbi eorum præſentia cōmodè haberi poteſt. Ita Clem. 5. exiui art. 4. §. *Præterea cū dicatur: Quorum etiam* (inquit) *Miniſtrorum, Cuſtodum, & Guardianorū iudicio relinquimus (eorum conſciētias ſuper hoc onerando)*

rando) pro qua neceſsitate poſsint Fratres calceamenta portare. Hæc ibi.

Si præſentia prælatorũ commode haberi non poteſt ſufficit ex natura rei, cognita rationabilis neceſsitas.

3 Dixi: *Vbi præſentia [prælatorum] commode haberi poteſt.* Vbi enim cõmode haberi non poteſt, vt in itinere, ſufficit ex natura rei cognita rationabilis neceſsitas. Addunt Serena cõſcientia quæſt. 36 & Cord. quæſt. 23. punct. 1. quòd in abſentia Guardianorum, etiam Vicarij poſſunt diſpenſare in calceamentis. Subſcribunt Ximenez num. 88. & Martin. à S. Ioſ. cap. 5. in 2. impreſ. n. 4. & alij. Vide infra Cõtrov. 20. ſect. 3. n. 5.

Quæ magis ad calceamenti rationem accedũt requirunt maiorem diſpenſationem.

4 Petes primò: An æqualis diſpenſatio requiratur in omnibus, quæ vel calceamenta ſunt, vel ad calceamenti rationem accedunt? Reſpondeo negatiuè: ſed quo magis ad calceamenti rationem accedunt, vel recedunt maior, vel minor. Ita quatuor Magiſtr. Hugo, Maur. Lucerna, Cord. q. 23. punct. 2. & omnes Expoſitores communiter.

5 Diſtinguunt porrò diſpenſationem in minimam, minorem, maiorem, & maximã. Minimam ponunt in caligis truncatis, quæ nimirum, non cooperiunt pedem, ſed crura tantum à calcaneo, ſeu talo vſque ad poplitem, ſeu genua: Ita Cord. hic q. 23. pun. 2. fine (in quo mendoſè legitur à poplite vſq; ad genua cũ à calcaneo, ſeu talo debeat dicere, vſque ad genua) & March. tex. 12. q. 14. fol. 144. & 145. & alij.

6 Minorem verò diſpenſationem aſsignant in ſoleis, quæ vera ſandalia non ſunt (de quibus ſupra ſect. 2. num. 2.) Ita quatuor Magiſt. Hugo, Cord. & alij. Maiorem in ſoleis, & caligis integris, vdonibusvè, ſaccis panneis, calceis cannabaceis, quæ totum pedem cooperiunt; (de quibus ſupra ſect. 1. num. 2.) ita citati Authores. Maximam denique in calceamentis de corio factis pedem totum cooperientibus.

7 Petes ſecundò: An propter honeſtatem tantum ſine alia cauſa, ſeu neceſsitate, poſsint caligæ truncatæ à Fratribus portari? Reſ. Cord. *Quòd videtur quòd deberent portari propter honeſtatem, quodque honeſtas eſt cauſa ſufficiens ad diſpenſatiue portandum.* Hæc Cord. hic. quæſt. 23 punct. 2 fin. Explicat, & limitat hoc Cordubæ dictum March. ſupra num. 5. relatus fol. 145. dicens: *Vtpotè ne tempore pluuioſo, aut loco lutoſo, tibiæ diſcoopertæ contra honeſtatem appareant, in quo caſu credit Cordubã debere portari, niſi aliunde non ſit ruditati bene proviſum.* Hæc ille.

8 Quæ

Digitized by Google

8 Quæ cordubæ ſententia cum duabus ſimul limitationibus, prima, ſcilicet, quòd ſit tempus pluuioſum, aut lutoſus locus. Secunda, quod aliunde non ſit nuditati tibiarum bene proviſum: mihi vera videtur, aliter minimè.

Sola nuditas crurũ nõ eſt ſufficiens neceſſitas vt portentur caligæ trũcatæ.

9 Vnde abſolutè loquendo, ad quæſtionem. Reſpondeo negativè; non itaque nuditas crurum, etſi aliquo modò appareat, vel videatur, inhoneſta eſt, ſicuti neque pedum ex toto nuditas. Aliàs S. P. N. Frãciſcus, & Sancti Ant. Bonavent. Bernardinus, &c. qui nudis pedibus, & etiam cruribus inceſſerunt, & quod maius eſt ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Sancti Apoſtoli (vt pulchrè, & efficaciter probat S. Bonavent. in Opuſc. de Sandalijs Apoſtolorum) inhoneſti fuiſſent.

Qui nudis pedibus, & cruribus ambulãt minime ſunt inhoneſti, nec parũ curantes de cultu exteriori habitus irreligioſi.

10 Hinc Vener. Hugo in hunc locum appoſite ſatis, & iure optimo, laudat Fratres eiuſmodi nuditatem habẽtes, & nonnullos, eos vt inhoneſtos deſpicientes, reprehẽdit: *Sunt autem* (inquit) *aliqui Regulares, in veſtibus, calceamentis, & neceſſitatibus a lijs, multum completi, multũque forinſecus quadam honeſtate compoſiti, multumque Fratres in ijs deficientes, & quandam in cultu extrinſeco deformitatem habentes, inhoneſtos, & irreligioſos propter nuditatem ipſam, atque penuriam reputant. Sed nulla maior honeſtas, quã Chriſtum, & eius Apoſtolos imitari. Paupertatis, & humilitatis honeſtas, per quam ſanctiſsime & nude; nudo ac pauperi Chriſto ſeruitur, quantalibet veſtium & calceamentorum honeſtati præfertur.* Hæc Vener. Hugo, egregie ſane. Quæ ſunt valde ponderanda.

11 Ex dictis colligunt Cord. vbi ſupra punct. 1. & Polit. num. 102. & omnes cõmuniter, quòd prędicta neceſſitas non cõſiſtit in puncto indiuiſibili, ſed habet latitudinem, itaque, licèt vna ſit maior neceſsitas, quàm alia: vtraque tamen poterit eſſe ſufficiens ad diſpenſandum.

In dubijs neceſſitatibus ſtãdũ obligatorie eſt iudicio prælatorum.

12 Petes tertiò: Quid faciendum, quando cauſa dubia fuerit, an neceſsitas ſit ſufficiens, vel nõ? Reſpõdeo, quod in hoc caſu ſtandum eſt, ſecurè (imò, & obligatoriè) iudicio Prælatorum, facta eis prius vera, & non ficta neceſsitatis relatione. Ita expreſſè S. Bernardinus (Pater meus) in epiſtola art. 7. cui ſubſcribunt omnes Expoſitores.

SECTIO V.

In qua cautelæ & praxes diſpenſantis, & diſpenſati ponuntur?

Quando adeſt cauſa rationabilis diſpenſet prælatus.

1 QVi diſpenſat, aduertat primo illam neceſsitatem, prout eſt deſcripta ſupra ſect. 3. & 4. & niſi exiſtēte cauſa rationabili (etſi non ſtrictè neceſſaria: ſi ergo eſt ſtricte neceſſaria, declarabit, non diſpenſabit) non diſpenſet, habita ratione perſonæ, & cauſæ. Secundo, vbi cauſa rationabilis adeſt, non ſit nimis ſcrupuloſus, ſed prudenter charitativus, & non metiatur alios ſuo pede; vt quia fortis alijs ſecundum ſuas vires, ſit debito rigidior: ex altera parte, ne quia debilis eſt, & infirmus, vel tepidus alijs, ſit remiſſe, nimis compaſsivus, & blandus. Tertiò, Fratres (ſcrupuloſos maximè) non modo remittat ad rationem ſuæ conſcientiæ, quin potius abſolutè diſpenſet, nec eorum ratiocinationes curet: nihil enim in ſcrupuloſis eſt in argumentabile. Alia ad propoſitum infra Controverſia 25.

Nec ſit nimis ſcrupuloſus.

Nec remiſſus, ſeu nimis compaſſivus.

Qui diſpenſatur experiatur prius neceſſitatem.

2 Qui verò diſpenſatur. Primò, caueat ne in neceſsitate ſtatim pro diſpenſatione recurrat: debet enim aliquoties neceſsitatem experiri, antequam petat diſpenſationem, vt probè notarunt Serena conſcientia, quæſt. 35. Cord. hic quæſt. 23. punct. 1. & alij. Secundò, quando diſpenſatur in neceſsitate rationabili; & iam experta, ſeu vſu cognita, non ſit nimis ſcrupuloſus, ſed ſtet iuditio Prælatorum. Vnde pulchrè Vener. Hugo: *Vbi cogit neceſsitas, non minùs calciatus, quàm diſcalciatus ſeruat Regulam. Quidam in niue, & glatie perdurantes, grauia incurrunt incommoda: melius eſt beneficium Regula, cum humilitate recipere, quàm periculum ex ſuperſtitione incurrere.* Hæc Hugo.

Et ſtet ſine ſcrupulo iudicio prælatorum.

3 Tertiò, qui diſpenſatur, *Caueat* (vt ait idem Hugo hic) *ne ex indulgentia faciat vſum*, ideſt, vt quia vno tempore indiget, & ei indulgetur, omni tempore vtatur: & quia hoc anno, vel hyeme fuit ei neceſſarium calceamenta portare, inde ſibi conſequentiam faciat ſemper portandi: Qui enim hodie infirmatur, cras firmior eſſe poteſt, &c.

Diſpenſatus caueat ne ex indulgentia faciat vſu.

4 Quarto attendat, vt iuxta qualitatem neceſsitatis dictis diſpenſationibus (ſupra ſect. 4.) gradatim vtatur: vbi enim

Et iuxta maiorem vel minorē neceſsi

Digitized by Google

...tatē, vtatur ijs, quæ magis vel minùs ad calceamenta accedunt.

enim neceſsitas ſatisfieri poteſt per ſolum crurum operimentum, caligis truncatis tantùm vtatur: vbi veró, & operimentum pedis requiritur, addat vdones laneos, & id genus alia. Si tandem neceſsitas maxima fuerit, ad calceamenta de corio integra recurrat; illaque portet tantum, quantum temporis, vel loci neceſsitas exigit & non plus.

5. Quinto qui diſpenſatur, vbi calceamenta ei indulgentur, cautè illis vtatur, ſervetque modeſtiam, & honeſtatem, ita vt quantum cauſa, propter quam indulgentur, patitur, non publicentur. Vnde Seraph. Doctor in ſpeculo, quod inſcribitur: Speculum diſciplinæ ad Novitios p. 1. cap 25. (aliàs parte 1. particula 3. cap. 8.) circa fin. *Quæ vltra communem* (inquit) *ſeu Regularem formam, ſive in veſtibus, ſive in alijs indulgētur, quantum neceſsitas patitur, occultari oportet. Vnde necalmutia palam extra caputium religioſe portantur.* Hæc D. Bonaventura. Et in quæſtionibus ſuper Reg. q. 21. *Item* (inquit) *quædam* (per Fratres ſcilicet) *ſolent abſcondi à non intelligentibus, qui ea iudicarent eſſe mala ex ſua ſtoliditate; cum tamen coram Deo licita ſint, vel etiam meritoria, non propter hypocriſim, ſed ne illi, exinde infirmentur, & ita non propter ſe tantum, ſed magis propter illos occultant Religioſi facta ſua, ne noceant illis: quia non poſſunt omnia corda videre, & omnibus ſatisfacere, quare hoc, vel hoc fiat, cū ſæculares rudis ſint, & proni ſæpius de Religioſis ſiniſtra ſuſpicari, &c.* Et paucis interiectis: *Propter quod oportet, vt caveant alienæ infirmitati, & occultent, quæ poſſent ab alijs mala iudicari, ſicut ait Apoſtolus ad Coloſ. 8. videte ne hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis.* Hęc Seraph. Doctor.

Cautè vtatur calceamētis, & si in neceſsitate portet.

6. Et Ven. Hugo hic, de calceamentis, vel, quæ ad ipſa accedunt loquens: *Attende* (ait) *quòd talia, ſi quando indulgentur, cum fieri poteſt, celanda ſunt, ne vitæ formam omni Religioſo ſtudioſè ſervandam, publicata deforment, & materiam indiſcretis iudicandi miniſtrent. Irregulare aliquid quandoque habetur licitè, ſed vix publicatur honeſtè.* Hæc Hugo.

7. Ex quibus liquidò conſtat, minimè hypocriſim, imprudentiam vè eſſe, neque cæremonias vanas (quin potiùs modeſtiæ Religionis, prudentiæ, & honeſtatis actum), ſi quis aliquando in cubiculo, & non per Conventum, domi & nō foris,

Minimè eſt hypocriſis aut imprudētia actus quin potius prudētiæ, &

religionis aliquãdo occulte portare

foris, per Campos, & non per civitates calceaměta (vel alia, quæ præter, ſeu vltra Regularem formam indulgentur) in neceſsitate cautè portet, ſervans propter infirmos, & puſillos miſericordiam, propter indiſcretos diſcretionem, & propter malitioſos cautelam.

calceamẽta.

CAP. III. REGVLÆ.

Textus: *Clerici faciant divinum Officium ſecundum ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Laici verò dicant viginti quatuor Pater Noſter pro Matutino, &c.*

CONTROV. VIII.

De Officio divino Fratrum Clericorum, & Laicorum.

SECTIO I.

An Fratres Minores Clerici teneantur facere Officium divinum ſecundum ordinem Romanum?

1 PRo huius ſectionis clariori intelligentia nota primo, quòd nomine Fratrum Clericorum in hoc paſſu Regulæ veniunt intelligendi omnes Fratres profeſsi ad Chorũ deputati, & ſi Sacris Ordinibus non ſint inſigniti, vt omnes Regulæ expoſitores concorditer affirmant.

2 Secundo nota cũ Cord. hic. quæſt. 1. pun. 1. Notab. 2. *quòd tunc dicitur, aut ſit Officium divinum ſecũdum ordinem Romanũ, quando dicitur prout in Breviario Romano habetur in Kalendario, & in Rubricis eius, vt ait Piſan. Et expoſitio Sanctorum Patrum 3. cap. & Serena conſcientia. quæſt.* 38. Hæc Corduba. Authoribus ab ipſo relatis addo venerabilem Ioannem Parmenſem, octauum Ordinis Generalem Miniſtrum, ſcientia, & doctrina celebrem, virtutibuſque, ac miraculis clarum (vti habetur in Ann. Min. t. 2. ann. 1256. num. 11. & 12. & an. 1289. n. 26. in Epiſtola ad Miniſtrum Tuſciæ, vbi infra num.

Facere Officium ſecũdum ordinẽ Romanũ eſt illud dicere ſicuti habetur in Rubricis breviarij, & in Kalendario.

num. 10. & 23.) Hugonem, & Ven. Ioannem Pecham, & Lucernam hic, Bernardum à Beſſa, Sancti Bonaventuræ Socium, & diſcipulum, apud Ann. Min. t. 1. an. 1249. n. 2. Authorem Manualis c. 12. Politium, Ximenez Siguenzam, hic. n. 1. Rouſſerium q. 1. & omnia Cap. Gen. præſertim Bononienſ. an. 1242. vt Firmamenta trium ordinum 1. p. in Memorial. ſub 6. Generali, fol. 28. col. 3. fine, Metenſe ann. 1249. vti habent Firmamenta vbi ſupra, ſub 8 Generali, fol. 28. col. 4. Andomarēſe. ann. 1447. vti habent Monumenta Ordinis, tract. 3. in ordinationibus circa Officium divinum, fol. mihi. 258. col. 2. Vallisoletan. ann. 1565. vt habet Rebolledo in Collectione Generalium ſtatutorum. fol. mihi 114. Romanū. ann. 1571. in ſtatutis à Pio 5. approbatis. Rebolledo vbi ſupra fol. 119. Statuta Barchin. Toleti recognita ann. 1583. c. 2 de divino Officio. Eadem ſtatuta Segoviæ recognita an. 1621. ibidem. Capitulū Gen. Tol. an. 1606. §. de divino cultu, & noviſsime Tolet. anno. 1633 §. eodem.

Longe diverſum eſt facere Officium divinum ſicuti habetur in Rubricis, ac provt habetur in Kalendario.

3 Tertio nota; aliud eſſe facere Officium divinum ſicuti habetur in Rubricis Breviar. Rom. aliud ſicuti habetur in eius Kalendario. Tunc fit Officium divinum ſicuti habetur in Rubricis Breviar. Rom. quando dicitur, tam quoad Horas diurnas, quam nocturnas, cum totidem Pſalmis, lectionibus, Reſponſorijs, &c. Sicut in eiſdem Rubricis ordinatum, & præſcriptum eſt. Tunc veró fit provt in Kalendario habetur quando dicitur de Tali, vel tali Sancto, de Dominica, vel Feria, &c. Itaque Rubricæ oſtendunt qualiter, & quomodo officium recitandum ſit: Kalendarium veró quando, vel quibus diebus, quod eſt longe diverſum, valdeque notandum.

De ordinario Romano eſt facere officium cū cantu.

4 Quarto nota, etiam eſſe de ordinario Romano; quod Officium divinum dicatur in Choro, & quód pſallatur ſecundum Cantum Romanū, vt conſtat ex Clementina *Gravi nimirum*, de celebratione Miſſarum, in Conc. Vienn. & ex Sacto Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 18. eſtque expreſſa deciſsio Rotæ; tit. de cōceſſ. præbend. deciſsione 18. & Gloſſ. in Clem. eodem tit. Videantur Mir. in Manuele Præl. t. 1. q. 37 art. 6. concl. 1. & Rouſſe. hic. q. 5 p. 316.

Capitul. Generalia poſſunt diſponere circa cantus, &c.

5 Quinto nota ex Cord. hic. q. 1 pun. 1. fin. quód Capitulis Generalibus, commiſſum eſt à Sum Pont. diſponere circa prædicta. n. 4. præcedēti, & habetur in Comp. tit.

Offi-

Officium divinum, quod etiam commiſsit Miniſtris Generalibus Leo 10. vt habetur in Supplemento. fol. 61. conceſſione 190.

6 Sexto nota, quod nos Fratres Minores magis obligamur quàm alij Clerici aſtricti Officio Romano, ad faciendũ idem Officium divinum ſecundum Ordinariũ Sanctę Rom. Eccleſiæ. Ita expreſſe Ven. Hugo in hoc Regulæ paſſu, & Cord. q. 1. pun. 6 & alij.

7 His notatis, ſit prima cõcluſio. Fratres Minores Clerici, ideſt, ad Chorum deputati, tenentur ex vi Regulæ *facere Officium divinum ſecundum ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ*, ideſt, ſicut habetur in Breviario Romano, in Rubricis, & Kalendario eius. Ita communiter Exp. & Cap. Gen. Ordinis vt liquet ex dictis. n. 2. & 3.

Frater minor, qui facit officiũ ad vſum Mediolanen ſem, peccat mortaliter.

8 Hinc deducitur primo, quod Frater Minor Clericus, qui facit Officium divinum ad vſum Mediolanenſem, v. g. ſeu ad alium quencumque prę ter vſum Rom. tranſgreditur hoc Regulæ præceptum, & ratio eſt clara: quia ex toto immutat Rubricas Romanas. Ita quatuor Magiſtri, Hugo, Piſ. & alij ſupra n 2. relati.

9 *Item* (inquiunt quatuor Mag. hic) *cum levitas in nobis ſit maximè reprobanda, &c.* & infra: *& Fratres Clerici ad faciendum Officium divinum Sanctæ R. E. teneãtur, mutatio facta Officij multum gravat.* Et paucis interiectis: *Nec aliquomodo expedit à Breviario Fratribus, qui ſtudẽt, quibus ſciẽtia occupatio eſt ſalubris, recedere; nec per privilegium impetratum ab obligatione Regulæ ſint* (veriùs *ſunt*, vt legit Seren. conc. q. 38.) *ſecuri, niſi de Officio mutato, quod ſit ſecundum ordinem Sanctæ R. E. conſtiterit evidenter.* Hæc ibi. Notentur illa verba: *Nec per privilegium ab obligatione Regulæ ſunt ſecuri.* Ergo multò minus abſque privilegio vllo ſecuri erunt. Vide infra à. n. 11.

10 Adhæret Ven. Hugo hic: *debet* (inquit) *Officiũ fieri ſecundum ordinem, ideſt, ſecundum ordinarium Sanctæ R. E. provt eſt in eius Breviarijs ordinatum, &c.* Suffragatur Ven. Ioan. Parmenſis in Epiſtola ad Miniſtros Turcię, Piſan. Serena con. q. 38. Petrus Ioan. Cord. hic q. 1. pun. 1. Not. 2. & 3. expreſſe & alij.

Et qui abſque cauſa recitat de Sancto in die feriali.

11 Deducitur ſecundo quod Frater Min. Clericus qui abſque rationabili cauſa variat Kalendarium Romanum, faciens officium de Sancto, v. g. in die feriali *violat hoc Regulæ Præceptum* (ſecus erit

erit ſi adfuerit iuxta cauſa, vt infra dicetur ſect. 2. num. 5. ibi vide.) Ratio eſt: quia tenetur ſecundum cõmuniter Expoſitores, & declarationem omnium Cap. Generalium facere Officium, non ſolum ſecundum Rubricas Breviarij Roman. dicendo officium duplex cum 9. Pſalmis, & 9. lectionibus in Matutin. vt dictum eſt; verum etiam ſecundum illius Kalendarium, vt cõſtat ex dictis n. 2. & 3. At recitans de Sancto in die feriali, ex toto Kalendariũ immutat Romanum, ad præſcriptum cuius tenentur Fratres Min. horas Canonicas legere. Ergo violat hoc Regulæ præceptum.

12 Secundo probatur ex Pio 5. in Bul. *exponi nobis* (in Bullario Rod Bul 2. ſub hoc Pont.) in qua concedens nobis, vt in qualibet feria 5. extra Quadrag. & Adventum, poſsimus facere Officium ſub ritu ſemidup. de Sanctiſsimo Sacramento, declarando adiungit. *Ita tamen quòd illud ſic recitando, debito, ad quod aſtricti eſtis in omnibus, & per omnia perinde ſatisfacere cenſeamini, ac ſi officium pro tempore occurrens & vobis à Romana Eccleſia, propoſitum recitaretis: nec propterea illo recitato, ad occurrẽtes huiuſmodi, vel alicuius alterius officij recitationem teneamini, &c.* Hæc Pius 5. Notentur illa verba: *debito ad quod aſtricti eſtis, &c.* & illa: *Ad occurrentes teneamini,* & patebit intentum.

13. Tertiò. Nam Cap. Generalibus Authoritas commiſſa eſt à Sum. Pont. ad declarandum dubia circa Officium divinum, vt conſtat ex dictis ſupra Notab. 4. n. 5. Sed omnia Ordinis Cap. Gen. (præſertim relata. n. 2. ſupra) diſponunt, & declarant, necnon, & aliqua expreſſe præcipiunt, quod Fratres faciant Officium, non ſolum ſecundum Rubrica Brev. Rom. verum etiam ſecundum eius Kalendarium: & hoc; quia ſic ex vi Regulæ facere tenentur. Ergo.

14 Huc reſpiciunt illa in ſuo ſacro Teſtamento Seraphici Patris noſtri Franciſci verba, *& ſi aliqui* (inquit) *inventi eſſent, qui non facerent Officium ſecundum Regulam, & vellent alio modo variare, &c:* & mox: *Cuſtos teneatur per obedientiam ipſum fortiter cuſtodire, &c.* Hæc Seraphicus Pater, notentur verba: *& vellent alio modo variare.* Vere equidem, qui in die feriali de Sancto recitat, ordinarium Romanum variat, vt conſtat ex dictis, ergo. Et ita tenent Hugo, Piſan Manuale, & alij vbi ſupra num. 2. relati.

Etiam clerici ſæculares, qui abſque cauſa mutant officiũt peccant mortaliter ex ſentẽtia plurimorũ.

15 Cæterum quia Graviſsimi (& non pauci) Doctores affirmant, quod etiam Clerici ſæculares, qui data opera (abſque cauſa) mutant Officium, recitantes de Sancto in die feriali, peccant mortaliter. Hi ſunt Suarez t. 2. de Religione lib 4. cap. 11. num. 6. & cap. 23. num. 12. & 14. Bellarm. t. 3. lib. 1. Controv. 3. cap. 18. Graffiius lib. 2. cap. 51. num. 10. Navarr. de oratione cap. 19. num. 201. Regin. lib. 18. num. 177. Paulus Squillans, num. 50. Garcia. t. 1. part. 3. cap. 1. num. 150. Philiarcus 1. part. lib. 1. cap. 6. Filliutius tract. 23. cap. 8. quæſito 2. num. 186. & cap. 7. quæſito 3. Aug. Barboſa in cap. Presbyter. num. 9. de celebratione Miſſarum, & alij, quos citat, & ſequitur Bonacina, t. 1. tract. de horis Canon. diſp. 1. q. 3. pag. 431. docte quidẽ. Ergo.

Nõ valet dicere quod hæc mutatio fit tantum bis, aut ter.

16 Nec valet dicere primo, quòd hæc mutatio non fit ex contemptu, nec ſæpe, ſed bis, vel ter. Hoc, inquam, non valet, quia vt recte Diana part. 2. tract. de horis Canon. Reſol. 3. verſ. *Sed hæ limitationes: Si non poteſt quis* (inquit) *officium mutare frequenter ſine reatu peccati mortalis, nec erit licitum hoc facere vno, vel altero die: nam pro quolibet die eſt præceptum diſtinctum, & officium cuiuslibet diei onus illius eſt, &c.* Hæc Diana. Et omnes communiter.

Nõ valet dicere quod vno, vel altero die mutare ſit parvitas materiæ.

17 Nec valet ſecundo, quòd vno, vel altero die mutare, ſit parvitas materiæ: quia reſpectu Officij huius diei non eſt parva materia dicta mutatio, ſed tota materia, cum totum officium feriale, v. g. relinquatur, & loco illius aliud officium diverſum recitetur.

Aut quod eiuſmodi officium varians recitat æquivalens.

18 Nec valet tertio, quod huiuſmodi officium varians recitet æquivalens. Nam vt recte Diana vbi ſupra, num. 15. relatus: Licèt mutans officium recitet æquivalens in quantitate, non recitat id, quod debet; ſed aliud diverſum officium. Et ſic non ſatisfacit, perinde, ac ſi non recitaret: Sicut qui ex præcepto tenetur ieiunare, aut audire Miſſam, vel quid aliud facere, non ſatiſfacit, ſi id commutet in aliud æquivalens, aut etiam maius evidenter: quia non facit rem præceptam, Hæc Diana. Quod veriſſ. eſt.

Nec quod ſubſtantia præcepti eſt vt ſeptẽ Horæ

19 Nec valet quarto dicere, quod ſubſtantia præcepti recitandi divinum Officium eſt, vt ſeptem Horæ Canonicæ perſolvantur: At quòd officium ſit de feria, vel de Sancto pertinet ad mo-

Canonicæ perſolvantur.

modum accidentalem. Hoc inquã non valet. Primo quia falſam iudico ſecundam huius aſſumpti partem: quia (vt optime Suar. tom. 2. de Religione lib. 4. cap. 23. num. 13.) licèt ſubſtantia præcepti in genere ſit de 7. Horis Canon. tamen ſubſtantia præcepti in particulari, & in individuo, provt tali tempore, & die applicatur, eſt de 7. Horis talibus, & quoad talem ſubſtantiam in individuo, id eſt, quod ſit feriale, & non de Sancto, quod conſtet ex his Pſalmis, his lectionibus, &c. Sicut conſtare ex his carnibus, & oſsibus pertinet ad ſubſtantiam Petri: ſic ergo pertinet ad ſubſtantiam huius præcepti, etiam modus Officij de tali tempore nempe, Quadrageſima, vel Adventu, &c. de tali die, nempe feriali, vel de Sancto, &c. Videatur Suarez vbi ſupra.

20 Rurſus dato, & non conceſſo, quòd de ſubſtantia huius præcepti tantum ſit, vt 7. Horæ Canon. dicantur, ad modum autem accidentalem pertinere, quòd ſit de feria, vel Sancto: non poteſt negari, quin obligatio præcepti ad hunc etiam modum extendatur, vt optimè Suar. vbi ſupra. num. 18. relatus. Quod proculdubio vèrum eſt in noſtro ſacro Minorum Ordine in quo Fratres, ex vi Regulæ tenentur facere Officium divinum, non modò ſecundum Rubricas, verum etiam ſecundum Kalendarium Romani Breviarij, vt conſtat ex ſupradictis; ergo ſi totaliter modus hic præſcriptus relinquitur, totum circa modum tranſgreditur præceptum.

21 Hinc Ven. Hugo hic: *debet Officium* (inquit) *fieri ſecundùm ordinem, id eſt, ſecundum ordinarium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ provt eſt in eius Breviarijs ordinatum. Non autem ſecundum variationes, ſi quas Dominus Papa, qui eſt ſupra Officiũ, provt vult, facit, niſi ſic ordinet Eccleſiæ faciendum. Sed nec Cardinales per votum, vt nos, ad officium ſe aſtringunt. Fratres itaque, non ad Domini Papæ, vel Cardinalium Officiũ, ſed, vt Regula exprimit, ad Romanæ Eccleſiæ Ordinarium ſeu Breviarium obligãtur.* Et paucis interiectis: *Dixerunt aliqui, quod Fratres cum aliorum interſunt officio, ad proprium non tenentur, &c.* & mox: *Sed antiqui cum in Feſtis ſolemnibus extra Fratres, ne de inertia notarentur, aliorum Matutino intererant, ſuum in primis Officium, vel certe poſtea in privato legebant Officium ſecundùm Roma-*

Digitized by Google

manam Eccleſiam, tanquam impoſitum magna nobis eſt cura ſervandum. B. Franciſcus Fratrem, qui non eſſet catholicus, vel non faceret Officium ſecundum Rom. *Eccleſiam, ſuis iuſsit præſentari Maioribus in vinculis cuſtoditum, vbi criminis, & pœnæ collationem, & legis etiam voluntatem, & culpæ inſinuat quantitatem.* Hæc & alia Hugo.

22 Adſtripulatur Piſan. hic: *Sequitur* (inquit) *quod Fratres celebrantes alias Feſtivitates ab ijs, quæ ſunt in Kalendario, aut de quibus nõ dicit* Rubrica *Breviarij, peccant graviter: quia præſumptuoſè hoc faciunt, & contra Ordinarium Eccleſiæ.* Hæc ille. Notentur verba: *Quia præſumptuoſè faciunt.* Concordant Serena conſcientia. q. 38. & Petrus Ioan. ibidem. Speculum, & Lucerna hic, Manuale cap 12 Cord. q. 1. pun. 1. Notab. 2. & 3 & alij. Vide infr. ſect. 2. n. 5.

Non licet Fratri Minori variare Kalendariũ etiã prætextu devotionis

23 Tertio deducitur ex concluſione, Fratri Minori non licere variare Kalendarium Romanum, etiam prætextu maioris, aut particularis erga aliquem Sanctum devotionis. Ratio eſt clara, quia eiuſmodi devotio, vel particularis erga Sanctum affectus, ſunt omninò voluntaria. Vide Ver. Hugo hic: *Erubeſcat* (inquit) *inconſiderata devotianorum præſumptio, qui Regulæ Sanctorum, officijque cõditorum ordinationi devotæ, ac ſolidæ ſingularitates ſuas quaſi magis devoti præponere non verentur.* Hæc Hugo. Vide alia infra. n. 26. Hinc Ven. Ioannes Parmenſ. ſupra n. 10. relatus, quoſdam Officium divinum ſecundum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ordinem variantes, graviter punivit. *Aſſerebat enim* (vt habetur in Firmam 1. p. & in Monum. vbi ſupra. num. 10. relatis) *quod contra Regulam nemo eſt devotus, & ſic agens non ſuper erogare, ſed derogare potiùs eſt dicendus &c.*

erga aliquẽ Sanctum.

Ex vi Regulæ debent Fratres Minores facere Officium in communi cum cantu.

24 Secunda cõcluſio: Fratres Minores ex vi Regulæ debent ſub peccato (aliquando mortali, aliquando veniali) facere in communi Officiũ divinum cum cantu (vide infra. n. 28.) Ratio eſt clara: quia tenentur facere ſecundũ Ordinarium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: at de ordinario Sanctæ Romanę Eccleſię eſt, vt cum cantu Officium divinum fiat, vt conſtat ex Clementina *Gravi nimirum* de celebratione Miſſarum in Concil. Vienn. & ex Trid. ſeſſ 23. c. 18 eſtq; ie expreſſa deciſsio Rotæ tit. de cõceſsione præbendarum deciſſ. 18 & Gloſſ. in

in Clementina prima eodem tit. ergo (videatur Miranda in Man. Prӕl. t. 1. q. 37. art. 6 cõ cl. 1.) Atque ita tenent omnes Doctores, & Ordinis Patres. Ven. Ioan. Parmenſ. in Epiſt. ad Miniſt. Tuſcis, de qua ſupra n. 10. Ven. Hugo, & Piſan. hic. Serena. q. 39. Venerabiles Patres primę Obſervantiӕ Regularis Reformatores, puritatiſque Regulӕ zelatores maximi, in Copia Querimoniarum contra transgreſsiones Regulӕ ad 5. Conc. Conſtantienſ. non longè à principio. § *Quoad primam cauſam* (& habetur in Manipulo Fratrum Min. p. 3. à fol. 189.) Author firmam. trium Ord. p. 1. in Memorial. Author Monum. Ord. ſupra relati. n. 10. Manuale cap. 12. Lucerna hic, Cord. q. 1. pun. 1. Not. 3. & alij.

25 Hinc Ven. Parmenſis in Epiſt. citata ibi: *Quia* (inquit) *non nulli Fratrum Officium divinum, quod de Regula noſtra ſecundum ordinem Sanctӕ Romanӕ Eccleſiӕ celebrare debemus, in litera mutare interdum; ſed in cantu maximè variare præſumunt, minùs penſantes quod in gloria ſua ponunt maculam evidenter, dum ſua dimittunt à Sanctis Patribus edicta, & venerabiliter approbata. Id circo diſcretioni veſtra, qui talia diſsimulando ſuſtinere non debet, diſtrictè duxi præſentibus iniungendum, &c.* & mox: *ut nihil omnino in cantu, vel litera ſub alicuius Feſti; ſeu devotionis obtentu in Hymnis, ſeu Reſponſoriys, vel Antiphonis, ſeu Proſis, &c. in Choro cantari: aliquo modo permittatis. Porrò cantum ſeu ſonum Hymnorum noſtrorũ quomodolibet variare, aut cantari in aliquam notam, non ſecundum noſtrum Breviarium, vel conſuetudinem per Generale Capitulum approbatam, non patiamini de cætero tranſmutari ſubditos veſtros ab huiuſmodi novitatibus arctius compeſcendo.* Hæc ille Ven. ac Sãctus Pater. Vide t. 1. Ann. Min. an. 1249 n. 2. fol. 703. & 704.

26 Hanc autem Epiſtolam dedit Ven. Parmenſ. quia vt ſcribit Ven. Pater Bernardus à Beſſa (Sancti Bonaventuræ quondam Sotius, & imitator præcipuus) *nonnulli Fratres erant, qui ſub quadam devotionis imagine, ſingulares ſæcularium, vel aliorum Regularium nunc ſonos, & modos ſectantes, periculosè neceſſarium ex voto Regulæ Officiũ ſecũdum ordinem S. R. E. negligebant, & variando, ac lacerando fœdabant, &c.* Hæc ille. Concordant expreſſè Firmamenta, & Monumenta vbi

Digitized by Google

ſupra n. 10. relata, & ibidem addunt, quod *huiuſmodi Fratres, ita tantum variantes, graviter Ven. Parmenſ. punivit. Aſſerebat enim quod contra Regulam nemo eſt devotus, &c.* Hæc & alia ibid.

27 Accedit Ven. Hugo hic: *Erubeſcat* (inquit) *inconſiderata devotianorum præſumptio, &c.* (Vide ſupra n. 22.) & infra: *Hi, & alij quaquā propria ſimiliter levitate, nunc in litera, nunc in cātu: paulatim à Regulari recedentes Officio, auferunt Ordini neceſſarium ex Regula S. R. E morem, &c.* & paucis interpoſitis: *Nec licet communia vota ſcienter, vel in modico variare. Qui temerè audet in modico, in maiori citò audebit, &c.* Hæc Hugo.

28 Suffragatur Ven. Piſan. hic: *Sequitur etiam* (inquit) *ex prædictis, quòd ſicut Fratres ad officij ordinata ſeruare tenentur, ſic & quoad Cantum.* Hæc Piſan. Quibus ſubſcribunt omnes ſupra n. 23. relati, & alij communiter.

29 Poſt hæc ſcripta inveni Rouſſerium hic. quæſt. 5. ſequentia ſcribentem: *Dico primo* (ait) *quod Ordo noſter à ſua inſtitutione primæva, cantare Officium divinum cum Nota cōnſuevit, &c.* Ita pag. 311. & pag. 312. *Dico ſecundo* (ait) *quod quāvis aliqui Convētus reperirentur, in quibus non cantabatur, tamen hoc ſolùm erat ex diſpenſatione, & non ea ratione, quæ nunc prætenditur, ſcilicet, quòd iſte modus eſſet perfectior.* Et pag. 313. *Officium cum Nota non cantabatur in quibuſdam parvis Conventibus, qui potiùs Vicaria, quàm Conventus vocabantur. Quæ quidem Vicariæ in ædificijs, & numero Fratrū creſcentes, in Guardianatus erigebantur, & tunc ibi Officium cum Nota cantabatur.* Et pag. 314. *Patres Reformati, & Recollecti, quamvis ex ſtatutis ſuis habeant, vt etiam planè, & ſine Nota Officium divinū perſolvant: tamen poſtea Clemens 8. ſanxit, & ordinavit, vt in Conventibus, quos reformandos à Nobis aſſumerent, & in quibus conſuetum eſſet Officium divinum cantari cum Nota, ijdem prædicti Patres Reformati Officium cum Nota ſimiliter perſolvere tenerentur, &c.* Et pag. 317. *Igitur concludo, quod perſolutio divini Officij cum cantu, & Nota intentioni Regulæ proximior eſt quàm illud planè, & ſine Nota celebrare, quamvis hic modus vltimus poſſit in Regulari noſtra diſciplina, & Ordine cum diſpenſatione Superiorum ſequi, & celebrari.*

Ego

Ego credo (ait idem Rouſſ.) *quod ordo, quo nunc Eccleſia, in Officio divino perſolvendo vtitur, ſit quaſi indiviſibiliter cũ cantu Eccleſiaſtico coniunctus; ita vt prædictũ Officium non poſsit perfecte ſecũdum intentionem Inſtituentis perfici, niſi cum Cantu Eccleſiaſtico. Quid enim Antiphonæ? Quid Pneumata? Quid Hymni? Quid Proſæ? & plura eiuſdem generis alia per ſe ſonant niſi cantum?* & infra: *Imo verò quaſi dedecus eſt ſine illo divina ſervitia perſolvere:* quia ea, *quæ requirunt cantum ſeu harmoniam vocum inter ſe concordantium, vt Hymni, Pſalmi, & cætera ſupradicta, contra naturam illorum planè, ac ſine Nota Muſicali leguntur, & dicuntur, &c.* Hæc Rouſſerius.

Conſuetudo recepta excuſat, vt nõ fiat officium cũ cantu.

30 Dixi primo in concluſione: *ex vi Regulæ debent:* quia ſecundum conſuetudinem receptam, & legitime introductam, cauſam legitimam à Superiori approbatam, privilegium vè Summorum Põtif. poſſunt Fratres tuta conſcientia facere Officium divinum in Choro ſine cantu.

31 Dixi ſecundo: *Sub peccato, aliquando veniali, aliquando mortali;* quia tametſi ex præcepto Regulæ ad prædicta obligemur; non tamẽ quælibet variatio, vel mutatio in cantu erit culpa mortalis. Aliquando enim iuxta materiæ levitatem erit venialis: *Quocirca* (vt verbis Cordubæ ſupra. n. 23. relati vtar.) *Similiter peccant ij, qui in Officio divino faciunt aliquas ſingularitates, & varietates, etiam prætextu devotionis ſultæ, nunc in litera, nunc in cantu, &c.* & mox: *& peccant magis, vel minùs, ſecundum quod magis, vel minùs variant: quia ſi notabiliter in prædictis variãtes excedant, mortaliter peccabunt cõtra Regulæ præceptũ, vt aiunt prædicti Doctores præſertim Hugo, & Piſanus.* Hæc Cord. dicta q. 1.

Debent procurare Fratres Minores pro vt poſſibilitas ad fuerit ſcire cãtum firmum.

32 Ex dictis in hac ſecũda concluſione, deducitur primo quod Fratres Min. ex vi Regulæ debent, quoad fieri poterit, operã dare, vt ſciant bene cantum firmum (Hiſpanè, Canto llano) canere: cũ enim ex Regulæ præcepto obligentur in Choro laudes divinas cũ cãtu perſolvere, conſequens eſt, vt omnẽ, quam poterint prudẽti modo, diligentiã adhibeãt, vt ſupradictũ cantũ addiſcant, maximè quia S. Concilium Trid. ſeſſ. 23. c. 18. inter alia ad reformandum ſtatum Eccleſiaſticum ſpectantia, præcipit in ſingulis Cathedralibus Eccleſijs, vt puerorum Collegium inſtitui atque fundari cure-

curetur, vt ibidem habitu clericali induti adiſcant ea, quæ ſunt cantus, &c. Vnde conſultò in Conſtitutionibus noſtri Ordinis Generalibus, & præſertim in Barchinon. Segoviæ recognitis ann. 1621. cap. 3. tit. de miniſtris ad divinum cultũ, ſtatutum eſt, *quod Guardiani etiãque Miniſtri Summopere invigilent, vt Fratres omnes ad Chorum deputati cantum firmum addiſcant à Chori Præfecto per quotidianum exercitium in horis cõmodis exhibendum.* Hæc ibi. Quę ſimiliter fuerant ſtatuta in Cap. Gen. Rom. ann. 1600. & cap. 1. tit. de ordinandis, *cavetur quod nec ad ſacros ordines quis promoveatur, ni ſi ſciat bene canere cantum firmum.* Hęc ibi.

Meliùs ex ſe impletur hoc præceptũ faciẽdo officium in Choro cũ cantu.

33. Secundò deducitur, quod hoc Regulæ pręceptum, ex ſe, & ex vi Regulę meliùs, perfectiùs, ac puriùs adimplent, qui cũ cantu faciunt Officium divinum, quàm, qui ſine cãtu: cũ de Ordinario Sanctę R. E. ſit, vt cum cantu Officium divinum fiat.

34. Tertiò deducitur, quòd in ſuis iudicijs verè falluntur illi (ſi qui ſunt) qui exiſtimãt ſe (Fratres Minores cum ſint) meliùs facere legendo Officium divinum ſine cantu vllo, maximè ſi cauſa perfectioris Obſervantię Regulę facerent.

Nõ licet variare officiũ in cãtu prætextu maioris devotionis.

35. Quartò, quod non licet, etiam prętextu maioris devotionis, aut ſolemnitatis, Officium divinum Fratres in cantu variare, aut immutare. Quod ſi prętextu maioris devotionis, aut ſolemnitatis: non licet in cantu variare: maioris brevitatis ergo: Et vt ſe à Choro citiùs expediant, puncta ſubſtrahere, atque conciſſe, & cum ſyncopa canendo, Officium divinum facere, prorſus illicitum erit, peccatumq; maius, vel minùs erit ſecundũ quod magis, vel minùs in dicto cantu variatio, aut ſyncopa fiat. Vt patet ſupra à num. 29.

Qui in Choro ſubmiſſe dicit, ſatisfacit.

36. Petes: An ille, qui in Choro, canentibus alijs, vel intonantibus, ipſe ſecũ dicit, ſubmiſſè tantum, ſatisfaciet Officio, & non peccet. Reſpõdeo affirmativè. Ita Suar. t. 2. de Relig. lib. 4. c. 12. n. 8. Portel in dub. Regul. verbo Hora Canonica. n. 15.

In cõmuni tenentur Fratres facere officiũ in Choro.

37. Tertia concluſio: Fratres in communi tenentur facere Officium divinum in Choro. Ratio eſt, quia ob laudabilem conſuetudinem, & continuam traditionem omitti ſine ſcandalo non poſſet, quin in Conventibus formatis Officiũ in Choro à communitate Fratrum recitetur. Rurſus quia hoc eſt de Ordinario Eccleſię Rom. vt Officium divinum in com-

communi in Choro fiat, vt omnes expoſitores fatentur. Et habetur in Clemẽtina. *Gravi* de celebrat. Miſſa. Vide Mirandam t. 1. Man. q. 37 ar. 14. & conſtat ex dictis. Ergo, &c.

Prælati ſi id neglexerint peccabũt mortaliter.

38 Vnde Prælati, & hi ad quos ſpectat vt Officium divinum in Choro fiat, ſi id neglexerint ſine rationabili cauſa, mortaliter peccabunt, vt omnes Summiſtæ, & Regulæ Expoſitores fatentur.

Fratres, qui in cõſuetudinẽ ducunt Choro nõ intereſſe admoniti, & correcti peccant graviter.

39 Fratres verò in particulari, ſi abſque rationabili cauſa in conſuetudinem duxerint Choro non intereſſe, vel tarde ad Chorum convenire, vel ante finem officij frequenter exire, mortaliter peccabunt, vt volunt Angel. tit. Hora. §. 26. Sylu. ibidem. quæſt. 12. Paul. in Serena cõſcientia. quæſt. 39. & alij. Quæ ſententia, abſoluté loquendo, dura ſatis mihi videtur: veram tamen iudico ſi de ijs intelligatur, qui à ſuis Superioribus ſufficienter admoniti, compulſi, vel correcti falſis prætenſis neceſsitatibus, vel infirmitatibus contradicentes, prædicta in conſuetudinem ducunt. Facit ad hoc Clementina 1. de celebratione Miſſarum, vbi dicitur, *quod tarde ad Chorum convenientes, & frequenter ante Horarum finem extra Chorum exeuntes abſque rationabili cauſa, Dei, & Apoſtolicæ Sedis indignationem incurrunt, & debent per Cenſuram coerceri.* Hæc ibi. Nec cenſura, ſeu excommunicatio fertur, niſi pro mortali culpa (maximè ſuppoſita Dei, & Apoſtolicæ Sedis indignatione) cap. *Nemo Epiſcoporum.* 11. q. 3. Si tamẽ aliquando (etiam ex negligentia) abſque legitima cauſa Fratres, licet correcti, Choro nõ interfuerint, modò id frequẽter non faciant tantum venialiter peccabunt. Ita Politius hic, num. 7. Vide infra, ſect. 2. num. 6.

Si ob abſentiã alicuius Fratres divinus cultus damnum notabile patiatur debet Choro intereſſe, &c.

40 Rurſus ſi ob abſentiam alicuius Fratris divinus cultus damnum notabile patiatur (vt potè quod non dicatur in Eccleſia, aut ſaltem non cum debita ſolemnitate) debet talis Frater ſub mortali (ſi ad id legitimam cauſam non habeat) Choro intereſſe. Ita Polit. dict. num. 7. Si verò dãnum non ſit notabile, mortaliter non peccabit.

Officium Beatiſsimæ Virginis Mariæ obligat in Choro ſub præcepto Minoribus.

41 Petes primò: An Officium paruum Beatiſsimæ Virginis Mariæ Dominæ noſtræ, ſub præcepto Fratribus Minoribus in Choro obliget? Reſpondeo affirmativè. Conſtat Bulla Pij 5. principio Breviarij affixa: *Hoc autem* (dicitur ibi) *concedimus ſine præiudicio Sanctæ conſuetudinis illarum Eccleſiarum, in quibus*

Digitized by Google

Officium paruum B. Mariæ ſemper Virginis in Choro dici conſueverat, ita vt in prædictis Eccleſijs ſeruetur ipſa laudabilis, & ſancta conſuetudo celebrandi more ſolito prædictum Officiũ. Hæc Pius 5. Atque ita tenent Cord. hic quæſt. 1. pun. 6. Polit. hic. n. 17. Rod. t. 1. qq. Reg. q. 42. art. 15. Suar t. 2. de Religione lib. 4. cap. 25. n. 7. & ſequẽtibus. Hier. Rod. Reſ. 24. nu. 14. & omnes Regulæ Exp. communiter (quicquid minùs bene dicat in cõtrarium March. hic. tex. 1. tit. 1. q. 2.) Videatur Bonacina t. 1. tract. de Horis Canon. diſp. 1. q. 3. pũ. 1. n. 12. pag. 430. vbi citat Navarrum, Valentiam, Vazquez, Caietanum, & alios.

Officiũ defunctorũ, Pſalmi pænitẽtiales, vel graduales non obligant.

42 Petes ſecundo: An omittere officium defunctorum, Pſalmos pœnitentiales vel Graduales, ſit peccatum? Reſpondeo negativè (excipio tamen officium diei Cõmemorationis omnium defunctorum: quia obligat.) & ſi affirmet Cord. ſed contrarium tenendum eſt cum communiter expoſitoribus. Polit. hic. n. 18. Ximenez. n. 23; Siguẽza tex. 1. §. 3 fol. mihi. 84. & 85. Sanctes Roman. hic. Orbo in Comp. in Annot. ad verbum Officium divinum. fol. 449. March. vbi ſupra. num. 44. relato & alijs. Quæ expreſſe declaravit Pius 5. in Bul. *Quod à nobis* principio Breviarij affixà. Videatur Bonac. vbi ſupra numero 44. relatus.

SECTIO II.

Quænam cauſæ Fratres Minores ab obligatione dicendi Officium divinum excuſent?

Infirmitas excuſat ab Officio divino.

1 Reſpondeo cum Emman. Rod. t. 1. qq. Reg. q. 42. art. 5. Politio hic. n. 3. 4. & 5. Ximenez à n. 4. & alijs apud ipſos, cauſas huiuſmodi excuſantes plures eſſe. Prima adverſa valetudo, ſeu infirmitas, non quæcũque, ſed illa tantum, quæ iudicio docti, & probi Medici ſufficiens eſt.

Et ſubita occupatio.

2 Secunda, aliqua ſubita occupatio, quæ nõ potuit prouideri, nec omitti poſſet ſine ſcandalo, vt ſubita neceſsitas ad pacificãdum populum rixari incipientem, repentina ſtudendi neceſsitas pro concione habenda, aut pro reſolvendo aliquo dubio, &c. neceſsitas item iuvandi infirmum.

Et neceſſaria, & ſi non ſit ſubita.

3 Tertia, neceſſaria occupatio quærendi Pſalmos, ſeu Antiphonas, procurandi prunas ad thurificandum, nuntia neceſſaria inſinuandi Prelato, vel alteri, iuxta S. Antonin.

2. part.

2. part. Theologa. tit. 9. c. 12. § 3. communiter receptam, & omiſsio auditionis non voluntaria, vel recitationis alicuius partis Officij: in his ergo cauſis, neque peccatum eſt, neque ſuppletionem neceſſario exigit ſecundum prædictū S. Doctorem. Quod eſt intelligendum (inquit Polit. hic. n. 3.) ſi prædicta ante divinum Officium commodé præparari nequiverint: nō providere enim quod neceſſario eſt faciendum, peccatum eſt improvidentiæ ſecundum Doctorem Angelicum 2. 2. quæſt. 49. art. 6. & turpitudo propria nemini prodeſſe debet. Hæc Pol.

4 Sine ergo iſtis iuſtis cauſis, vel ſimilibus, non poteſt Frater Min. nedum Officium divinum in generali omittere, abſque mortali culpa, verum hoc officium, quo Ecleſia Romana vtitur, neceſſarió recitare debet: cum hoc ſit ei ex Regula præceptum, vt dictum eſt ſect. præced.

Qui abſente ſuperiore, ex ſe ipſo iuſta de cauſa facit officiū de Sācto in die feriali non peccat.

5 Qui verò aliqua ex iuſta cauſa, & abſente Superiore habente diſpenſandi facultatem, ex ſe ipſo faciat de Sācto, cum faciendum erat de Feria, non peccabit. Dixi: *Abſente Superiore potente diſpenſare.* Quia vbi commodè diſpenſatio haberi poteſt, requirenda eſt: nec iuſtam ſubeſſe cauſam ſufficit, niſi actu per Superiorem diſpenſetur niſi forte cauſa ſit evidens, & non dubia, vel conſuetudo habeat cōtrarium. Vbi ergo aliquod iſtorum adeſt, licitè poteſt Frater Minor per ſe ipſum ſtatuti obſervantiam præterire. Ita Polit. & Xim.

Si ex legitima cauſa Frater Choro nō interfuerit non peccabit.

6 Cæterum ſi ex legitima cauſa Frater Choro non interfuerit principio, vel fini Horarum, non modo erit immunis à peccato, verùm nec tenetur illa prætermiſſa eodem die reficere, niſi magna eſſet omiſsio. Ita Henricus, quem ſequitur Angelus, verbo *Hora* quæſt. 16. & alij. Ita quod lectionem ex legitima cauſa prætermiſſam non tenetur recitare: quia vera neceſsitas nulla adſtringitur lege, & ex vinculo charitatis, (ratione cuius id, quod fit ab alijs, qui ſimul cum eo vnum corpus cenſentur, ab eo factum reputatur) vtique excuſabitur. Vide Navarr. de Horis cap 10. num. 1. quem refert, & ſequitur Polit. hic. num. 7. Vide etiam Summiſtas, verbo *Hora Canonicæ*, & verbo *Officium divinum*.

Digitized by Google

SECTIO. III.

An ſint nobis aliqua Privilegia circa Officium divinum conceſſa?

Si ob defectũ viſus, vel auditus aliquid prætermiſſerint Fratres in Choro non tenẽtur iterũ perſolvere.

1 Reſpōdeo affirmative. Plura referũt Comp. verbo *Officium divinũ* Sorb. ibid in Annot. Cord. Rod. t. 1. q. 7. Reg. q. 42. Mirand. t. 1. Man. Præl. quæſt. 37. Portel. in dub. Reg. verbo *Horæ Canonicæ*, & alij. Ex quibus ſequentia ſubijcio. Sixtus 4. concesſit Fratribus Minoribus non valentibus perſolvere Officium divinum bene ac diligenter in Choro, prout tenentur, quòd ſi per defectum viſus, vel auditus aliquid prætermiſſerint, non teneantur illud omiſſum iterum perſolvere, ſed dicant vnum Pſalmum in fine Horarum, & ſufficit eis. Ita Collector. verbo Officium divinum 2. §. 2. & Sorb. ibidem. fol. 417.

Si nō ex dolo dimittant aliquid poſſunt ſupplere dicendo orationẽ Pater Noſter.

2 Innoc. 8. & Alex. 6. conceſſerunt, quod quando Fratres Minores aliquid dimittant de divino Officio. *non ex dolo*, posſint ſupplere cum aliquo Pſalmo, vel dicendo Orationem Dominicam, vel Aue Maria. Collect. §. 3. Portel. vbi ſupra n. 16.

3 Notanda tamen ſunt illa verba, *Non ex dolo.* Si enim dolo, & lata culpa aliquid prætermiſerint, non poſſunt illud ſupplere dicendo Pſalmum, aut Pater noſter, vel Aue Maria. Et ita etiam eſt intelligendum, & reſtringendum Privilegium Sixti 4. ſupra n. 1. relatũ, vt bene advertit Emman. Rod. vbi ſupra art. 3. Rurſus prędicta Privilegia, dicit Nav. de Orat. cap. 19. n. 84. eſſe intelligenda de parte exigua, non verò notabili, optimè quidem, ſubſcribunt Rod. dict. art. 3. & Miranda vbi ſupra art. 10.

Cũ Fratres Minores dicunt Officium cum ſocijs male pronũtiantibus non tenẽtur reiterare.

4 Leo. 10. concesſit Minoritis, vt ſatisfaciant divino Officio, etiam ſi recitent, ſedendo, ambulando, vel non integre verba proferendo, propter imperitiam vel defectum linguæ, vel ſi fiat cum mentis vel ſenſuum evagatione: *dummodo non ex malitia hæc faciant*, & ſimiliter concesſit, quod cum talibus male pronuntiantibus dicunt Officium divinum, non teneantur reiterare ab alijs imperfectè dicta, aut ab eis non integrè audita, propter diſtantiam localem, vel ſtrepitum, vel aliam cauſam, ſed ſatisfaciant precepto Eccleſiæ in capit. Dolentes de celebratione Miſſæ, ac etiam Regulæ ſuæ, qualitercumque audiendo: quæ

quæ alij debent dicere, præſertim in Choro. Rod. art. 2. Miranda art. 12. Portel. n. 10. licèt diminutè.

Quod nõ eſt intelligendum de omittentibus partẽ notabilẽ horarum.

5 Aduertendum tamẽ eſt, dicta priuilegia Leonis 10. nõ eſſe intelligenda de omittentibus partem notabilem horarum, deglutiendo dictiones, contrahendo ſyllabas, ſyncopando verba; atque incipiendo ſuos verſus, prius quã alij, cum quibus recitant, abſoluãt ſuos, qui enim ita recitant, nõ dicunt horas integras, iuxta decreta Concilij Romani, & Vienẽſis, quæ (vt notat Rod.) grauiſsimè hæc reprobarunt. Quæ viſione quadam optimè confirmat S. Antonin. 2. part. Theol. tit. 9. cap. 12. §. 3. Videantur Rod. & Miranda vbi ſupra cum alijs apud ipſos. Et Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 13. num. 10.

Ratione itineris poteſt dici totum officium ſimul mane, &c.

6 Pius 5. conceſsit Minoribus vt ratione itineris, aut alterius iuſtæ occupationis, poſsint dicere totum Officiũ diuinum, ſimul mane, aut quãdo ipſis videbitur cum maiori deuotione ipſum poſſe recitare. Ita Portel. vbi ſupra in additione n. 4.

7 Ioan. 22. conceſsit 40. dies Indulgentiæ illis, qui deuotè ſe inclinauerint, quando nominatur ſantiſsimum nomẽ *Ieſus*, & alios 40. dies illis, qui quando dicitur: *Gloria Patri & Filio, & Spiritu Sancto*, ſe bene inclinauerint. Ita Collect. Verbo Officium Diuinum 3. §. 3. Sorb. fol. 448. Notanda tamen ſunt illa verba, primæ conceſsionis: *Qui deuotè ſe inclinauerint*. Et alia ſecundę conceſsionis: *Qui ſe bene inclinauerint*.

Extra cõuentum poſſunt Fratres facere officiũ diuinum alio quã Romano.

8 Innoc. 4. in Bull. *Pro veſtro Collegio*. Cõceſsit Fratribus Minoribus extra Conuentum ex cauſa iuxta exiſtentibus, quod poſsint Fratres cũ Fratribus, aut ſimul cum alijs Regularib' perſonis, vel quilibet ſeparatim facere officium diuinum, alio quàm Romano ordine placuerit; licet ipſi ex ſuæ Regulæ ſtatuto diuinum officium Eccleſię Rom. more, excepto Pſalterio, celebrare debeant; nec ad repetendum proprium teneantur. Ita Monumenta Ord. in prima impreſ. fol. 55. Roder. art. 8. Miran. art. 13.

9 Sed obijcies. Pius 5. in Bulla principio Breuiarij affixa, præcipit Regularibus, qui officium diuinum Eccleſię R. ritu, dicere conſueuerunt, vt nullo alio Breuiario quàm Romano vti poſsint, etiam quouis priuilegio munito, &c. Ergo. Reſpõdeo Pium 5. debere intelligi, quando ſemper, & ad libitum ſine cauſa relinquitur vſus Breuiarij Romani; non verò quando alicuius

cuius

Digitized by Google

cuius priuilegij particularis virtute interdum cauſa legitima concurrente relinquitur. Ita Rod. & Mir. vbi ſupra. Cæterum vt rectè notat Manuale cap. 12. dictum priuilegium Innoc. 4. non diſpenſatio, ſed potius commutatio dici debet: ſiquidem officium Romanum ex cauſa per Sum. Pontific. in aliud æquivalens commutatur.

Tuta cõſciẽtia poſſum' vti prædictis priuilegis.

10 Petes: An prææallegatis omnibus priuilegijs tuta conſcientia ex vi Regulæ vti poſſimus? Ratio dubitandi eſt, quia quatuor Mag. Hugo, & alij in hunc locum affirmant, quod *nec per priuilegium impetratum Fratres ab obligatione Regulæ excuſantur, nec in conſcia ſunt ſecuri*: Hæc illi. Nihilominus tamen reſpõdeo affirmatiue. Quatuor enim Mag. & Hugo debent intelligi, quando dicta priuilegia ſunt ſine cauſa, & generaliter impetrata; non verò quando ex iuxta cauſa, & in caſu particulari. Addo quòd nec ſunt reuocata per Pium 5. vt bene adnotant Rod. & Mir. vbi ſupra n. 8. relati cum cæteris Expoſitoribus.

SECTIO IIII.

An Fratres Minores ex vi Regulæ obligentur celebrare Miſſas, tam priuatas, quàm ſolemnes ſecundum morem, & rubricas Miſſalis Romani?

Ex vi Regula tenẽtur Fratres Minores celebrare miſſas priuatas ſecundum rubricas miſſalis Romani.

1 RESpondeo per ſequẽtes concluſiones. Prima concluſio: Ex vi Regulæ tenentur Fratres Minores celebrare Miſſas priuatas ſecundum rubricas Miſſalis Rom. Ita Vener. Hugo, Piſan, Lucerna, Speculum, Gregorius Capucinus, & Ant. à Sancta Maria hic, Serena conc. q. 38. Manuale cap. 12. non longè à principio. Rod. tom. 1. qq. Reg q. 43. art. 8. & 9. & clarius art. 14. Ximenez hic n. 27 Siguenca tex. 2. §. 4. Petrus Nauarr. hic q. 1. concluſ. 1. & alij.

2 Idem affirmant omnia ſtatuta Ordinis Generalia. Salmant. anno 1553. cap. 3. de diuino officio authoritate Apoſtol. approbata â Iulio 3. in Bulla, quæ incipit. *Quia ſicut accepimus*, dat. Romæ an. 1553. videatur Reuolledo in collectione Generalium ſtatutorum fol. mihi 83. & 104. Itẽ ſtatuta Romana an. 1571. expreſsiſsime, quæ fuerunt approbata à Pio 5. Reuolledo fol.

fol. 119. col. 2. Item ſtatuta Tolet. an. 1583. cap. 2. de diuino officio, tit. eodem. nu. 2. & 3. Reuoll. fol. 133. ſub Vener. ac R. Gonçaga, & ab eo ſpeciali authoritate Apoſt. ſibi commiſſa confirmata, Reuoll. fol. 128. Iterũ ſtatuta Tollet. an. 1606. tit. de cultu diuino num. 1. Reuoll. fol. 203.

3 Itẽ ſtatuta Barchin. Segouiæ recognita anno 1621. cap. 2. de officio diuino tit. eodem. n. 3. ibi: *Verùm cũ ex noſtra Regulæ ſpeciali præcepto teneamur officiũ diuinũ perſoluere ſecũdũ ordinẽ S. R. E. ſtatuimus, vt omnes Fratres cum omni Cura, & diligẽtia, ordinem, & ceremonias obſeruent inſtitutas in Miſſali, & breuiario nouiſſimè editis ex decreto Sacri Concil. Tridẽn. iuxta Clem. 8. ſanctionẽ.* Hęc ibi. Vide etiam ibid. n. 4. Notentur verba: *Verum cum ex Regulæ ſpeciali præcepto, &c.* Et poſt: *Statuimus, vt omnes Fratres cum omni Cura ceremonias obſeruent Miſſalis, &c.* Ergo ex vi Regulæ tenemur Miſſas priuatas celebrare ſecundum rubricas Miſſ. Rom. Hęc ſtatuta confirmata futuris perpetuis temporibus fuerũt à S. D. Vrb. 8. anno 1625. in ſpeciali Bulla, quæ incipit. *Iniuncti nobis*, quæ habetur in Tab. Cap. Gen. Romę celebr. dict. an. 1625. Vide etiam ſtatuta Tolet. an. 1633. tit. de cultu diuino fol. mihi 8. col. 1 appoſite vtique.

4 Prædictum ſtatutum Segouien. num 3. relatum, mirè confirmatur ex Bulla Pij 5. in principio Miſſalis reformati poſita, quæ incipit. *Quo primum tempore*, ibi loquens de Miſſali reformato: *Romæ* (inquit) *quàm primum imprimi, atque impreſſum edi mandauimus, nempè, vt Sacerdotes intelligant, quibus precibus vti; quòs ritus, quaſvè ceremonias in Miſſarum celebratione retinere poſt hac debeãt.* Et infra: *Ex alijs verò omnibus Eccleſijs præfatis* (in quibus ſcilicet Miſſa celebrari, iuxta Romanę Eccleſię ritum conſueuit; vel debet) *eorundem Miſſarum vſum* (diuerſum ſcilicet à Romano) *tollẽdo illaque penitus, & omnino reijciendo, ac huic Miſſali noſtro nuper edito nihil vnquam addendum, detrahendum; aut immutandum eſſe decernendo, ſub indignationis noſtræ pœna, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione, ſtatuimus.* Et paucis interiectis: *Illis in virtute ſanctæ Obedientiæ præcipientes, vt cæteris omnibus rationibus, & ritibus ex alijs Miſſalibus: in poſterum penitus omiſsis, ac planè reiectis, Miſſam iuxta ritum,* *Et ex præcepto Pontificio Pij 5.*

modum, ac normam, quæ per Miſſale hoc à nobis nunc traditur decantent, ac legant: neque in Miſſæ celebratione alias ceremonias, vel preces, quàm, quæ hoc Miſſali continentur, addere, vel recitare præſumant. Et paucis interiectis. *Volumus autem, & eadem authoritate decernimus, vt poſt huius noſtræ coſtitutionis, ac Miſſalis editionem, qui in Romana adſunt Curia Presbyteri poſt menſem; qui verò intra montes, poſt tres: & qui vltra Montes incolunt poſt ſex menſes, aut cum primum illis Miſſale hoc venale propoſitum fuerit, iuxta illud miſſam decantare, vel legere teneantur.* Hæc ibi. Notentur omnia ſupra dicta; ſed pręcipue illa verba: *In virtute ſanctæ obedientiæ præcipientes, &c. & Miſſam iuxta ritũ, legant. Neq; alias ceremonias recitare præſumant.* Et illa. *Iuxta illud omnes Preſbyteri Miſſam decantare, vel legere teneantur.* Verba enim in *virtute ſanctæ Obedientiæ præcipimus, & teneantur,* pręceptum rigoroſum dicunt. Ergo.

5 Miranda tamen ſuper Regulam in prima impreſsione cap. 61. circa fin. & in 2. c.43. poſt med. § *Pero por razon.* Et March. hic tex. 1. t. 1. q. 3. contra hanc concluſionẽ ſentiunt. Vnde Miranda *Aliqui* (inquit) *affirmant, Fratres Minores ex vi huius præcepti teneri morem, & vſum Romanæ Eccleſiæ ſequi in celebratione Miſſarum, non ſolùm quando in Choro incommuni ſolemniter celebrantur, verumetiam quando priuatè, & in particulari. Sed vtrumque meo videri abſque fundamento dicitur: & huiuſmodi ſententia Fratrum eſt ſcrupuloſorum, & præcepta gratis multiplicare volentium.* Hæc Miranda. Qui nullam aliam rationem, aut authoritatem pro ſua ſententia adducit. Neque March. ſed ſuo iudicio vterque ſolummodo innixus, ſuum placitum tot Capitulorum Generalium, authoritate Apoſtolica confirmatorũ ſtatutis; & Pij 5. determinationi, ac præceptis, præponere non dubitauit.

6 Secunda concluſio: Ex cauſa rationabili, quocumque die oficium non eſt duplex, poſſunt dici Miſſæ priuatę votiuæ ſecundum ordinem dierum in fine Miſſalis aſsignatũ, & omnes aliæ votivæ. Ita expreſſè habetur in rubricis generalibus Miſſalis reformati, tit. de Miſsis votiuis, qui eſt 4. in ordine num. 3. quamuis id, *non paſsim debet fieri* (vt ibi dicitur) *ſed rationabili de cauſa.* Cauſa autem erit rationabi-

Quãdo nõ eſt duplex poteſt dici iuſta de cauſa Miſſa votiva.

nabi-

nabilis, vt ſi quis data pitantia petat Miſſam dici votivam. Ita Emman. Rod. tom. qq. Reg. q.43. art.8.

7 Tertia concluſio: Miſſę priuatæ pro defunctis de Requiem, quocumque die dici poſſunt, pręter quàm in Feſtis duplicibus, & Dominicis diebus. Ita habetur ad literam in Miſſali, vbi ſupra tit. 5. de Miſſis defunctorum n. 2.

Ex vi Regula tenē tur Fratres minores celebrare miſſas Conuētuales iuxta rubricas miſſalis.

8 Quarta concluſio: Ex vi Regulæ tenentur Fratres Minores celebrare Miſſas principales, quæ Conuentuales vocantur, juxta morem, vſum, & rubricas Miſſalis Romani. Ita omnia Capitula Generalia ſupra. num. 2. & 3. relata. Similiter, & authores ibid. num. 1. relati. Quibus addo Cord. hic q. 1. punct. 1. non longè à principio. Quand. in 4. ſent. Addit. ad diſt. 38. propoſitione 15. Mart à S. Ioſ. cap 7. n. 1. Rouſſe. hic q. 5 fol. 317.

9 Notandū verò eſt, quod in rubricis Generalibus Miſſalis tit. 4. de Miſsis votiuis dicitur, *quòd diebus infra Hebdomadam quando officium fit de Feria, & non eſt reſumenda Miſſa Dominica præcedentis, quæ fuit impedita, dici poteſt aliqua ex Miſsis votiuis, etiam in principali Miſſa, quæ vocatur Conuentualis, exceptis Ferijs maioribus ſecundū ordinem dierum in ſine Miſſalis aſſignatum.* Hæc ibi. n. 3. Addit verò Emman. vbi ſupra num. 6. relatus art. 11. quod de licentia Prouincialis, etiam in feſtis ſemiduplicibus poteſt dici Miſſa votiva B. Marię, &c. *Nec hoc eſt* (inquit) *cōtra Regulam, & rubricam Miſſalis reformati* Hæc ille.

10 Præterea quoad intētionem tenemur Fratres Minores (quia viuimus ex eleemoſynis) dicere, aut facere celebrare Miſſam Conuentualem pro communi intentione Eccleſiæ, non verò pro particulari pitantia. Ita Rod. tom. 3. qq. Reg. q. 7. art. 8. Portel. in dub. Reg. verbo *Miſſa*, num. 7. & alij. Si autem ex cauſa rationabili aliquādo pro pitantia dicatur, iudico, huic Fratres ſatisfacere obligationi, dicendo aliam priuatam loco Conuentualis pro cōmuni Eccleſiæ intentione.

Ex vi Regulæ, & intētione S. P. N. Frācisci tenemur celebrare omnes miſſas ſolemnes (etiā ſi non ſint principales) cū dalmaticis.

11 Quinta concluſio: Ex vi Regulæ, & ex intentione Seraphici P. N. S. F. tenemur Fratres Minores celebrare Miſſas ſolemnes, ſeu quæ ſolemniter cantantur (ſint, aut non ſint Conuentuales) cum Diacono, Sudiacono, & Dalmaticis, niſi rationabilis cauſa (vti paucorum Fratrum numerus) excuſet in aliquibus Conventibus. Prima pars, nimirum, quod ex vi Regulę teneamur, patet: quia ex vi Regulę tenemur

mur celebrare Conventuales Miſſas, & quæ cum cãtu fiunt, iuxta morem, & rubricas Miſſalis Romani, vt conſtat ex dictis in hac ſect. num. 8. & affirmant expreſsè Ximenez, & Siguença relati ſupra num. 1. & Martin. à S. Ioſeph. relatus num. 8. cum cæteris Expoſitoribus ibidem relatis.

Nec poſſumus aliter facere addere, minuere, aut variare ex præcepto Pij 5.

12 Nec poſſumus aliter facere, addere, minuere, aut variare, vt in virtute Sanctæ obedientiæ præceptum eſt à Pio 5. in Bull. *Quo primùm* ſupra num. 4. relata, in illis verbis: *Miſſam iuxta ritum, &c. decantent, neque alias ceremonias.* Et infra: *Iuxta Miſſale Miſſam decantare teneantur.* Vide ibi. Sed huiuſmodi Miſſę ex pręcepto dicti Miſſalis Rubricarum, debent cum Diacono, Subdiacono, & Dalmaticis celebrari, vt patet ibidem tit. 19. *de Qualitate paramentorum*, num. 5. ibi: *Dalmatica, & tunicella vtuntur Diaconus, & Subdiaconus in Miſſa ſolemni, & proceſſionibus, &c.* Hęc ibi. Et ibidem in ritu celebrandi Miſſam per 12. §§. Ergo. Vide circa hoc Bonacinam tom. 2. ſum. circa primum Decalogi pręcept. diſput. 3. quęſtione 5. de ſuperſt. punct. 1. propoſitione vnica, num. 4.

Et ex S. Concil. Trident.

13 Et confirmatur ex Trident. ſect. 23. capit. 13. ibi: *Promoti ad ſacrum Subdiaconatus ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non ſunt verſati, ad altiorem gradum, niſi aliud Epiſcopo videatur, aſcendere permittantur.* Hæc ibi, & cap. 14. *Qui pie, & fideliter in miniſterijs anteactis ſe geſſerint, & ad Presbyteratus ordinem aſſumuntur, bonum habeant teſtimonium: & hi ſint, qui non modò in Diaconatu adminus annum integrum, niſi ob Eccleſiæ vtilitatem, ac neceſsitatem aliud Epiſcopo videatur, miniſtraverint, &c.* Hæc ibi. Ex quibus ſic argumentor. Sanctum Concilium Trid. præcipit, vt Subdiaconus ad Diaconatum, & Diaconus ad Presbyteratum non aſcendant, niſi in ſuis ordinibus reſpectivè miniſtraverint ſaltem per annum; ſed huiuſmodi miniſtratio nequit fieri abſque dalmaticis ex pręſcripto Miſſalis reformati: ergo ex mente Sacri Concilij Trident. neceſſario ijs vti debent, cum in Miſsis ſolemnibus Diaconus, & Subdiaconus miniſtrant. At Nos Fratres Minores peculiari, & maiori obligatione ſtare debemus menti, & ordinationibus S. R. Eccleſiæ, & Conciliorũ ex vi Regulæ. Ergo, &c.

14 Hinc noſtræ Generales cõſtitutiones ſubditę ſemper

Subſcribunt, & ſubijciūtur generales ordinis ordinationes.

per, & ſubiectæ pedibus S.R. Eccleſiæ, ipſiuſque, & Sacri Concil. Trid. ordinationes, & præcepta, omni animi vi, totiúſque viribus amplexantes, necnon, & inhærentes veſtigijs, cap. 2. de officio diuino tit. de Miniſtris ad diuinum cultum. num 1. ſequentia præcipiunt: *Et tandem vt miniſtri idonei nuſquam deſint ad horas Canonicas publicè perſoluendas præcipitur, vt omnes Sacerdotes, qui choro intereſſe tenentur, ſint Hebdomadarij, & qui nondum habent triginta Religionis annos, ſeruiant in Diaconatus miniſterio: qui verò nondum viginti attigerint, in Subdiaconatus officio adminiſtrent.* Hæc ibi, & alibi.

Quod etiā ex intentione SS. P.N.F. &c.

15 Secunda concluſionis pars, ſcilicet, quòd ex intentione, & mente Seraphici Patris noſtri teneamur Miſſas ſolemnes cum Diacono, & Subdiacono, & dalmaticis celebrare, licèt ex ſupradictis ſatis conſtet (namque eius mens eò ſemper ſpectauit, vt ſubditi, & ſubiecti pedibus S. R. Eccleſiæ ſemper fuiſſemus) ex ipſiuſmet factis amplius probatur. Ipſe enim leuita ſantiſsimus ſæpeſæpius in Miſsis ſolemnibus ſolemniter Euangelium decantauit, vt teſtantur Sanctus Bonauentura in legenda cap. 10. & Author Ann. Min. tom. 1. anno 1223. num. 20. vbi referunt quomodo Seraphicus Pater in Caſtro Græcij quondam celebrauit ſolemniſsimè Chriſti Domini Natiuitatem, & inter alia ſequentia dicunt: *Celebrantur Miſſarum ſolemnia ſuper præſepe, Leuita Chriſti Franciſco ſacrum Euangelium decantante. Prædicat deinde populo, &c.* Et clarius S. Antonin. tertia parte hiſt. titul. 24. capit. 2. §. 6. ibi: *Et ipſe S. Dei Leuita* ſolemnibus ornamentis indutus *Euangelium voce ſonora pronuntiat, &c.* Hęc ſupra.

16 Rurſus idem Author Ann. ibidem ad ann. 1217. num. 20. fol. mihi 178. de Cardinalis Hugolini Ordinis Protectoris (poſtea Greg. 9.) pietate, & devotione erga Fratres agens, dicit: *Ad omnia, dum per Curiæ negotia licebat, Fratrum comitia præſens aderat, &c.* Et mox: *Solenñioribus deinde comitiorum diebus ſolemniter ſacrum peragebat, Leuita Franciſco Euangelium concinente, &c.* Hęc ibi.

Dalmatica ſignificat Chriſti Domini paſſionem.

17 Addo quòd dalmatica in modum Crucis efformata ſignificat Chriſti crucem, & Paſsionem. Ita Sotus in 4. ſent. diſt. 13. q. 2. art. 4. non longè à principio. Et addit

So-

Sotus: *Hugo verò de S. Vict. lib. 2. de Sacramentis p. 4. cap. 13. ait: à Colobio, quo Apoſtoli celebrantes vtebantur, ortum habuiſſe, adiectis manicis, vt habetur in Hiſtoria Syluestri, & apud Thom. Vualdenſ. lib. 5. de Sacram. tit. 14. cap. 29.* Hæc Scotus. Subſcribit Bonacina tom. 1. Sum. diſp. 8. de Sacram. Ordinis. q. vnica punct. 5. num. 66. fol. 196. & addit, quod *dalmatica, vt ad mores ſpectat, indicat Chriſti Paſsionem, quam contemplari, & ex qua qui ad Diaconatus, & Subdiaconatus Ordinem promouetur, fructus vberrimos percipere debent.* Hæc Bonacina.

18 Sanctiſsimus itaq; Franciſcus *vir Catholicus, & totus Apoſtolicus*, ſubditus ſemper, & ſubiectus pedibus S. R. Eccleſiæ, *cuius omnis vita* (vt affirmat S. Bonaven. in legenda eiuſdem Seraphici P. tract. de miraculis ipſius) *non niſi crucis veſtigia fuit ſecuta, ita vt vere dicere poſsit illud* ad Gal. 6. *Mihi abſit gloriari niſi in Cruce Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Et veriſsimè illud ibidem: Ego ſtimata Domini Ieſu in corpore meo porto.* Dalmatica (quæ in modum crucis efformata Crucem Domini ſignificat, & à Colobio, quo Apoſtoli celebrantes vtebantur, ortum habuit, & cuius vſum S. R. Eccleſia Diaconis in Miſsis ſolemnibus miniſtrãtibus, præſcribit) in Miſsis ſolemnibus ſæpeſæpius vſus eſt, vt qui perfectiſsimus Dominicæ Paſsionis extabat mente contemplator, aliquandiuque in ſuo ſanctiſsimo corpore habiturus veriſsimè, & portaturus Domini Ieſu ſtigmata ſacra, Dalmaticam (quodam veluti præſagio futuræ crucifixionis) crucem eiuſdem Domini Ieſu ſignificantem, frequenter in ſuo corpore etiam geſtaret.

19 Hinc in ſacra noſtra Religione Minorum, antiqua, & ab ipſis Religionis primordijs incepta, & recepta, & nunquã interrupta conſuetudo viguit, vt ſolemnes Miſſæ Diaconis, Subdiaconis, & dalmaticis celebrarentur, vt liquet ex Ordinario ceremoniarum diuini officij, per Venerab. P. Aymonem, quintum noſtri ordinis miniſtrum Generalẽ, iuſſu Greg. Papæ 9. anno 1241. correcto (vt habet Author Ann. Min. eodem anno n. 30. & anno. 1244. num. 2.) in rubrica: *Inductus Planeta Sacerdos, §. de proſecutione Miſſæ in fine.* Ex Vener. Ioann. Parmenſ. ſeptimo ordinis Generali, in ſua Epiſt. ad Miniſt. Tuſciæ dat an. 1249. (quam retuli ſupra in hac Controuerſia ſect. 1. num. 10. 23. & 24.)

ex

ex S. Bonaventura octavo Generali in legenda cap. 10. & in ſpeculo ad Novitios part. 1. cap. 6. 7. & 23. (in noua impreſsione) & alibi; & quod maius omnibus eſt, ex Sanctiſſimo P. N. Fr̃āciſco, Primo Ordinis Generali, & fundatore. Vt ſupra à n. 15. Patet ſimiliter, & ex Ordinis Monmentis, &c.

20 Id verò leuiter prætereundum non eſt, quod dicit Ximenez in capit. 4. Regulæ tex. 2. q. 4. n. 18 in 2. impreſ. fol. mihi 247. & 248. nimirum, quòd *excalceati, & Capusini reſpectu ſui ſtatus, & modi viuendi reputant ſuperflua, & contra ſuum vſum moderatum, plura quæ in Regulari obſeruantia pro neceſſarÿs habentur, vtpote ſandalia ex corio facta dalmaticæ &c.* Hæc ille (& alia ibidem, quæ alias examinanda) itaque excalciati reſpectu ſui ſtatus (omitto Capucinos; quia in nullo ſimilia verba legi) reputant ſuperfluas dalmaticas, & hoc pro ſervitio diuini cultus; cum ad diuinum cultum tantum vſus dalmaticarũ ordinetur.

Dalmaticæ nõ ſi't ſuperfluæ reſpectu ſtatus fratrũ Minorũ pure Regulam obſeruantium.

21 At aſſentiri non poſſum proximè dictis. Nec is ego ſum, qui cenſeam, omnes excalceatos in eam (quam affirmat Ximenez) ſententiam conſpirare; tamen ſi communi animo illi aggrediuntur, in ſuis iudicijs verè falluntur, & non mediocriter errant: cum dalmaticas, quas S. R. Eccleſia, & Sacrum Concilium Tridentinum neceſſarias ad divinum Cultum reputant, illi reſpectu ſui ſtatus ſuperfluas exiſtiment. *Reſpectu ſui ſtatus*, inquit Ximenez. Inquiro, quorum eſt hic ſtatus? Reſpondet Ximenez, diſcalciatorum. Dico ego, diſcalciati veriſsime Fratres Minores ſunt. At qui ſunt, ex vi Regulæ, & peculiari præcepto, debent, & tenentur ſemper eſſe ſubditi, & ſubiecti pedibus S. R. Eccleſiæ, & celebrare Miſſas ſolemnes ſecundum normam, & rubricas Miſſalis Romani, ac per conſequens cum dalmaticis, vt ſupra dictum, & probatum eſt. Eiuſmodi ergo Minorum Fratrum ſtatus debet reputare ſuperflua, quod S. R. Eccleſia exiſtimat neceſſaria? Minime equidem. Ordo igitur Fratrum Minorum ſacratiſsimi ſui Inſtitutoris inhærens veſtigijs, ſemper reputavit, & reputare debet, dalmaticas neceſſarias pro divino Cultu, nunquam ſupperfluas. Vide infra in num. 24.

22 Appoſitè Vener. Hugo in cap. 6. Regulæ circa medium poſt 10. quæſtionem: *Porrò* (inquit) *ſicut eſt neceſ-*

ſarius

ſarius (ſupple Fratribus) rerum vſus expectantium adeſſe naturæ conſeruationem, ita quoque neceſſarius eſt ad voti conſummationem. Nam ſicut Ordo Minorum pariter in vniuerſis, & ſingulis adeſſe naturæ conſeruationem legis naturalis præcepto eſt obligatus: ita quoque idem Ordo in perſonis aliquibus ad diuinum Officium celebrandum voto aſtrictus eſt. Et ideo ſicut lato præcepto de conſeruando eſſe naturæ, earum ſimul rerum vſus præcipitur, ſine quibus eſſe naturæ non conſeruatur: ita quoque emiſſo voto de diuino Officio celebrando, vſus earum rerum ſimul præcipitur, ſine quibus votum non conſummatur. Sicut igitur vti alimentis, & tegumentis eſt neceſſarium ad eſſe naturæ conſeruationem: Ita quoque vti ſcriptis, & cæteris ad diuinum Officium deputatis, eſt neceſſarium ad voti conſummationem: impoſito enim vno omnia imponuntur, ſine quibus impoſitum expediri non poteſt. Hæc Hugo.

23 Notet ergo, & advertat Ximenez (& ei arridentes ſi qui ſunt) ſuprà dicta Vener. Hugonis verba, præſertim illa: *Ordo minorũ in perſonis aliquibus ad diuinum officium celebrandum voto aſtrictus eſt, &c.* Et illa: *Emiſſo voto de diuino officio celebrando vſus earum rerum ſimul præcipitur, ſine quibus votum non conſummatur.* Et illa: *Vti cæteris ad diuinum officium deputatis eſt neceſſarium ad voti cõſummationem, &c.* Iterum aduertat, quod Sanctus Bonaventura, Venerabiles, ac Reuerendiſsimi Patres Ayman, & Parmenſis, & (quod maius eſt) ipſe Sanctiſsimus Leuita Pater N. F. non reputant, cum ipſo dalmaticas reſpectu ſui ſtatus ſuperfluas, ſed cum Regulari obſeruantia, eiuſque inſtituto, ex vi Regulæ iudicant neceſſarias.

24 Sed fortaſis pro Ximenez reſpondebis, omnia ſupradicta vera eſſe, reſpectu ſtatus Ordinis Minorum, qui licitè ad plura in vſu rerum ſe extendit, quàm ſtatus excalciatorum, qui (in ſententia Ximenez) multa reijcit, vt ſuperflua, paucis ob maiorem paupertatem contentus. Verùm hæc reſponſio nullius momenti eſt. Primò, quia hic ſtatus diſcalciatorum, vel profitetur Regulam Ordinis Minorum pure, & vt obſervatam à Seraphico Patre Noſtro Franciſco, vel non. Si primum, Ergo minime debet reputare dalmaticas ſuperfluas, quin potius illis vti debet, ſicuti Seraphicus Pater vſus fuit,

fuit, vt ſupra dictum eſt num. 15. & 16. Si ſecundum. Ergo non ſervat ſtatus iſte diſcalciatorum (in ſententia Ximenez) pure Regulam. Quod nefas eſt, vel ſomniare. Secundò, quia hæc paupertas diſcalciatorum (quam prætendit Ximenez) vel eſt maior, & perfectior illa, quam obſeruauit Sanctiſsimus Pater Franciſcus, vel non? Reſpondebis quod non: Sed ſanctiſſimus Pater perfectiſsimam obſervans paupertatem, non reputavit dalmaticas ſuperfluas. Ergo neque Ximenez ob maiorem paupertatem debet, nec poteſt illas ſuperfluas reputare.

25 Cæterùm ipſum Ximenez percontari libet: An calceamenta de corio ad Miſſas celebrandas ſint ſuperflua reſpectu ſui ſtatus? Reſpondere tenetur quod non: cum illis diſcalciati ad id vtantur. Iterum interrogo: Qua de cauſa non reputant illa ſuperflua, etſi ſpeciali. Regulæ præcepto ſint interdicta? Facillimé reſpondent diſcalciati: quia nimirum ita ordinarium S. R. Eccleſiæ in rubricis Miſſæ Generalibus ſtatuit, ac diſponit. Si ergo hac de cauſa vſus calceamentorum ad celebrandas Miſſas (& ſi in Regula prohibitus ſit) non eſt ſuperfluus, vt veriſſimum eſt, eadem prorſus ratione (quia potius maiori) vſus dalmaticarum, qui in Regula nec explicitè, nec implicitè eſt interdictus, non erit ad celebrandas Miſſas ſuperfluus. Similiter nec tres Acolythi in Miſsis ſolemnibus ſuperfluunt, vnus vt thuribulum; alij duo, vt candelabra portent, vtî etiam in Ritu celebrandi Miſſam expreſsè determinatur in eodem Miſſali à Pio quinto reformato. Et idem eſt iudicium de alijs requiſitis ad ritè celebrãdum officium diuinum.

SECTIO V.

An Laici ſub peccato mortali teneantur ad Officium orationum Dominicarum?

Fratres Laici tenẽtur ſub mortali ad ſuum officiũ diuinum.

1 REſpõdeo affirmativè. Ita omnes expoſitores, nouiſsime Petr. Navarrus hic, quæſt. 2. concluſ. 1. Ratio eſt: quia ſic ordo à principio intellexit. Et vt aſſerit Corduba hic q. 1. pun. 4. Ita declaratum eſt authoritate Apoſtolica per R. P. N. Franciſcum de Angelis Miniſtrũ Generalem anno. 1523. Non tamen obligãtur cuilibet *Pater noſter* addere *Aue Maria*, ex

vi Regulæ, vt contra ſpeculum affirmant communiter Expoſitores.

2 Dices: Clem. 5. non refert hoc præceptū inter æquipollentia. Ergo. Reſpondeo primò, quòd non ſpecificavit Clem. 5. de officio Laicorum: eo quòd, & paritate rationis, & contextu Regulæ idem eſſet in ſubſtantia præceptum, cum præcepto de officio Clericorum, etſi in modo ſit diverſum. Reſpondeo ſecundò, cum Cord. vbi ſupra dicto punct. 4. fine, *non omnia Clemen. 5. expreſſiſſe, quæ in æquipollentibus continebantur*. Hæc Cord.

Tenētur etiā ad aliquā orationē particularē pro defunctis.

3 Cæterùm tenentur Fratres Laici aliquam particularem orationem quotidie pro defunctis fundere. Quæ verò, & quanta debeat eſſe illa oratio, in Regula non determinatur. Et ideo ſtandum eſt conſuetudini: etſi hæc deficit, eorum arbitrio relinquitur, vt docet March. hîc q. 2. & alij. Cord. verò vbi ſupra, & Polit. num. 46. Petrus Nauarrus vbi ſupra concluſ. 2. & alij affirmant, teneri Laicos orare pro defunctis ſecundum quod à Prælatis, vel ſtatutis Generalibus, ſeu Provincialibus determinatum fuerit: Et vbi hæc non adeſſent, relinquitur voluntati ipſorum, quid debeant orare pro defunctis. Qui modus dicendi mihi probabilior videtur. Primà Regula dicebat, quòd 7. *Pater noſter* dixiſſent quotidie pro defunctis. Ita cap. 8. Verum hodie nō eſt hoc Laicis obligatorium, ſed expediens.

4 Admonendi prætereà ſunt Fratres Laici, inducereque debent: ideò tam breve officium ex Regula eis impoſitum, vt ſic in mentali oratione amplius ſe exerceant, & operi Manuali pro communitatis ſeruitio ſe ocupent: vt ſic merito valeant ex eleemoſynis cum cæteris Fratribus ſuſtentari. Quare, qui ocio vacant ſecundum quantitatem materiæ, venialiter, vel mortaliter peccant: idcirco impelli debent tales ocioſi à ſuis ſuperioribus ad laborandum. Ita expoſitio ſine titulo, Piſa hîc. Cord. quæſtione 1. punct. 4. Seren. q. 43. & omnes.

(†)

CON-

CONTROV. IX.

De ieiunijs, & abſtinentia Fratrum Minorum.

Textus.

Et ieiunent à Feſto omnium Sanctorum, vſque ad Natiuitatem Domini. Sanctam verò Quadrageſimam, &c. ex cap. 3. Regulæ.

SECTIO I.

Quæ ſint ieiunia obligatoria ex vi Regulæ?

Tenẽtur Fratres ieiunare à feſto omniũ Sanctorum, &c.

1 RESpondeo per ſequẽtes cõcluſiones. Prima concluſio: Ex vi Regulæ tenentur omnes Fratres Minores ieiunare à Feſto omniũ Sanctorum excluſivè, vſque ad Natiuitatem Domini etiã excluſiuè (niſi veniat in Feria 6.) Patet ex ipſo Regulæ textu, & ad hæc tenentur, licet ætatem vnius, & viginti annorum non attigerint. Ita omnes expoſitores.

Etiã quadrageſimã omnibus Chriſtianis cõmunem.

2 Secunda concluſio: Tenentur omnes Fratres Minores (etſi ætatẽ vnius, & viginti annorum non attigerint) ieiunare Quadrageſimam omnibus Chriſtianis communem. Patet ex ipſo Regulæ textu. *Sed aliam vſque ad Reſurrectionẽ Domini ieiunent.* Quæ verba obligatoria, & præceptũ inducentia ſunt, vt expreſsè determinat Clem. 5. §. *Præterea cum dicatur*, art. 4 tit de ieiunijs, ibi: *Deinde cum duobus temporibus annotatis in Regula, ſcilicet à Feſto omnium Sanctorum vſque à Natiuitatem Domini, & maximè Quadrageſima, in quibus ieiunare tenẽtur, &c.* Hæc ibi. Notentur verba, quæ ſatis clara vtique ſunt: *Duobus temporibus* (inquit) *annotatis in Regula tenentur Fratres ieiunare.* Vnum eſt à Feſto omniũ Sanctorum vſque ad Natiuitatem Domini. Alterũ in Quadrageſima. Ergo, &c. vbi Gloſſa. *Alijs temporibus*, inquit, *quàm à Feſto omniũ Sanctorũ vſque ad Natiuitatem, vel in Quadrageſima, Fratres non tenentur ieiunare, niſi ſexta Feria.* Hęc Gloſſa.

3 Pręallegata Clemen. 5. verba, clarius adhuc inveniuntur in omnibus Generalibus ſtatutis, tàm ante, quàm poſt Clem. 5. editis. Hinc ſtatuta S. Bonauenturæ, & Farinerij cap. 4. *Cum ſecundum Regulam* (inquiunt) *teneamur duas Quadrageſimas ieiunare, & intermedia ſuadeatur cum benedictione diuina.* Hæc ibi. Quę mutuarunt ſtatuta Barchin. tam antiqua, quàm Toleti,

leti, & Segoviæ recognita, cap.4 num.1. Item Burgenſ. anno 1523.

4 Hoc idem expreſsè affirmant S. Patres, & Doctores Ordinis ante, & poſt declarationem Clem. 5. S.Bonauentura in hunc locum: *Hic* (inquit) *agitur de ieiunio, & loquitur de triplici Quadrageſima, duas præceptoriè imponens, tertiam ad deuotionis excitationem ſuadens.* Hæc Seraphicus Doctor, & Vener. Hugo: *Ab hac Quadrageſima* (ait) *quæ Fratrum relinquitur voluntati, non debet ſuperior ſine cauſa rationabili ſubditum impedire. Et ne putemus nos per hanc Quadrageſimam ab alia, quam Eccleſia ſtatuit, eximi, ſubditur ſed aliam vſque ad Reſurrectionem Domini ieiunent, ac ſi dicatur Iſtam poſſunt ieiunare, qui volunt, ſed aliam ieiunare tenentur.* Hæc ille. Et expoſitio Sanctorum Patrum Ordinis: *Prima, & tertia Quadrageſima, & ſexta Feria ſunt in præcepto; intermedia verò in conſilio.* Hæc ibi. Subſcribunt expoſitio ſine tit. Lucerna hic. Politus num. 48. Culla veritate 1. Ximenez num 35. Manuale cap. 13 Miranda in 1. impreſ. cap. 62. & in 2. cap. 44. diſt. 2. Nauarrus in margine Cordubę q. 2. pun. 2. March. tex. 3. tit. 3. quæſt. 1. & cæteri communiter, quidquid in contrarium iudicent aliqui; nec verè, nec probabiliter, vt conſtat à numero 2.

5. Dices: Clem. 5. §. *Cum igitur*, art. 2. non numerauit Quadrageſimam inter æquipollentia. Ergo. Reſpondeo hoc nihil obſtare: ſi ergo ibi nullam mentionem Quadrageſimæ fecit, poſtea §. *Præterea, art.* 5. expreſsè decreuit, ad illius ieiunium omnes Fratres teneri ex vi Regulæ, vt patet ibi. Et dictum eſt ſupra n. 2. Rurſus nec officij Laicorum meminit Clem. 5. in æquipollentibus: nihilominus tamen nemo Expoſitorum affirmat, Laicos ad officium Pater noſter in Regulæ præſcriptum deobligari.

6. Tertia concluſio: Fratres Minores (etiam ante vigeſimum ſuæ ætatis annum) tenentur ieiunare ex vi Regulæ omnes, & ſingulas Ferias ſextas totius anni (etiam in Quadrageſima benedictionis, ab Epiphania, ſcilicet vſque ad quadraginta dies occurrētes.) Et ſic ſemper à principio totus ordo intellexit, & cōſuetudine per antiqua ita receptū, & firmatum eſt, vt omnes Expoſitores ingenuè fatentur.

Etiā omnes ferias ſextas totius anni ieiunare tenētur.

7. Petes: An diem Natalis Chriſti Domini incidentem in Feria ſexta teneantur Fratres:

Quamuis dies Natalis Domini incidat in ſexta feria.

 itês Minores ieiunare? Reſpõdeo af.irmatimè. Ita determinatum eſt ab Honorio 3. (qui noſtram Regulam approbauit) extra. De obſervat. ieiun. cap. vltimo, vbi ait, hoc ipſum dubium proponenti: *Reſpondemus* (ait) *quòd illi, qui nec voto, nec regulari obſeruantia ſunt adſtricti, in ſexta Feria ſi Feſtum Natiuitatis Dominicæ, die ipſo venire cõtigerit, carnibus propter Feſti excellentiam veſci poſſunt.* Hæc ibi. Et Gloſſa. Nec S. P. N. Franciſcus contrarium vnquã voluit. Si enim hoc die, ieiunandum, vel abſtinendum eſſe non vellet, cum exciperet in Regula, & à communi lege ſextæ Feriæ liberaret, vt & fecit in Regula Tertiariorum cap 5. ac etiam in Regula Clariſſarũ cap. 3. in vtraque hac Regula concedens, quod tali die bis refici poſsint. Vide Vuaddingum in Annotationibus ad Regulam Clariſſarum num. 16. Rod. tom. 3. qq. Reg. quæſt. 45. ar. 3. Rurſus ita cõſuetudo ab initio Ordinis vſque ad nos derivata, & intellexit, & obſervavit. Ergo.

(.†.)

SECTIO II.

An Fratres Minores, licet ætatem viginti annorum non attigerint, teneantur ex vi Regulæ, vigilias, & quatuor tempora ieiunare?

1 Circa hanc difficultatẽ eſt duplex ſententia. Prima negat ex vi Regulæ teneri, ſed tantum ex decentia. Ita Cord. hic. q. 2. punct. 3. Quand. in 4. ſenten. Addit. ad diſt. 38. de voto, propoſit. 14. Polit. hic. n. 48. vel 49. Sanctes Rom. fol. 162. fin. & 163 Mart. à Sancto Ioſ. cap. 8. in noua impr. num. 3. & alij. Hęc ſententia eſt probabilis, ita iudico authoritate cuiuſdã doctiſsimi, & timoratæ cõſciẽtię Patris, ita conſulentis, ductus.

2 Secunda ſententia affirmat, dictam ætatẽ non habentes ex vi Regulæ ad omnia Eccleſiæ ieiunia teneri. Quæ mihi per intrinſeca principia vera videtur. Illam docent (ni fallor) omnes Sancti Patres, & Doctores ordinis, quatuor Magiſtri, Hugo, Piſa, Lucerna, Servatius Myricanus, hic. Culla veritate 2. aliàs 3. Ximenez n. 35. & apud ipſum Bouſerius, & alij. Sigue[illegible] tex. 4. §. 2. Serẽ. q. 44. [illegible]le cap. 13. nõ longè à principio. Miranda ſuper Reg. in 1. impreſ.

Digitized by Google

cap. 12. ante med. & in 2. cap. 44. diff. 3. Petrus Nauarr. hic q. 3. concluſ. 3.

Fratres Minores etiã ante vigeſimũ annũ teneĩur ad ieiunia vigiliarũ, & quatuor temporum.

3 Sit concluſio: Fratres minores, etiam ante vigeſimũ annum tenentur ex vi Regulæ ieiunare in vigilijs, & quatuor anni temporibus. Probatur primò concluſio: ex quatuor Magiſtris, hic exponentibus illa verba: *Alijs autem temporibus: volunt quidam* (aiunt) *ex hoc dicere quod non tenentur ieiunare in quatuor temporibus, ſiue in alijs ieiunijs generaliter ab Eccleſia inſtitutis. Sed ſicut Religio Fratrum Minorum non aufert mihi Chriſtianitatem, ſic nec tollit mihi ieiunium Chriſtianorum. Non igitur prædicta exceptione ieiunia Eccleſiæ excluduntur.* Hæc illi. Notentur quatuor Magiſtrorum verba, præſertim hæc vltima: *Non igitur prædicta exceptione ieiunia Eccleſiæ excluduntur.* Ergo à contrario ſenſu; ſi non excluduntur, includuntur: Igitur illis obſtricti ſunt Fratres Minores ex vi Regulæ: ſed Regula pariformiter omnes Fratres profeſſos etiam non habentes viginti annorum ætatem, obligat: Ergo.

4 Subſcribit Hugo verbis ferè eiuſdem tenoris, & concludit: *Itaque noſtra Religio ſicut nec aliàs Chriſtianiſmũ ſic nec Chriſtianorum ieiunia nobis aufert.* Hæc ille. *Nobis* dicit, id eſt, omnibus Fratribus Minoribus, ſiue ætatem viginti annorum attigerint, ſiue non.

5 Confirmat prędicta Clem. 5. exivi §. *Deinde*, art. 5. aliàs cap. 3. declarans ſupra dicta verba: *Alijs autem temporibus non teneantur: & ex hoc* (inquit) *voluerunt aliqui dicere, quòd dicti Ordinis Fratres non tenentur niſi ex condecẽtia ad alia ieiunia, quàm ad iſta: declaramus debere intelligi eos non teneri ad ieiunium alijs temporibus præterquam in ieiunijs ab Eccleſia conſtitutis. Non eſt enim veriſimile, quòd vel Inſtitutor Regulæ, vel etiam Confirmator abſoluere eos intenderit à ſeruandis illis ieiunijs, ad quæ de cõmuni ſtatuto Eccleſiæ obligantur cæteri Chriſtiani.* Hæc Clem. 5.

6 Ex dictis liquent quinq; Primum, quòd duæ ſententiæ oppoſitæ, & propoſitæ in hac ſect. num. 1. & 2. agitantur in ordine noſtro ab ipſius principijs. Patet ex quatuor Magiſtris: *Volunt quidã* (inquiũt) *ex hoc dicere, quòd non tenentur ieiunare in quatuor tẽporibus, &c.* Similia habent Hugo & Clem. 5. Secundũ liquet, quod ſententia negatiua ſemper ab Antiquis Doctorib, & Pa-

Patribus Ordinis, fuit reprobata, vti conſtat ex quatuor Magiſtris in illis verbis: *Non igitur prædicta exceptione ieiunia Eccleſiæ excluduntur.* Similia habet Hugo, & Clem. 5. *declaramus* (ait) *eos non teneri; præter quam in ieiunijs ab Eccleſia conſtitutis.*

7. Certum quod dicta ſententia negativa intẽdebat excludere ab obligatione Regulæ ieiunia Eccleſiæ; nimirum, vigiliarum, & quatuor temporũ, Quia propter affirmabat, Fratres Minores ad illa non teneri. Cui refragantur expreſſè quatuor Magiſtri, Hugo, & Clem 5. vt cõſtat ex ipſorum verbis ſupra. num. 3. 4. & 5. relatis.

8. Quartũ liquet, quòd eiuſmodi quæſtio non diſputabatur temporibus quatuor Magiſtrorum, Hugonis, & Clem. 5. propter illos tantum Fratres, qui vnius, & viginti annorum ætatem habebant, vel excedebant; ſed vniverſaliter propter omnes Ordinis Fratres profeſſos, qui dictam ætatem vel iam habebant, vel non dum attingebant, vt conſtat ex verbis quatuor Magiſtrorum: *Sicut* (inquiunt) *Religio Fratrum Minorum non aufert mihi Chriſtianitatem, &c.* Clarius Hugo: *Noſtra Religio nec ieiunia Chriſtianorum nobis aufert.* Clariſsime Clem. 5. *voluerunt aliqui dicere, quòd dicti Ordinis Fratres* (id eſt, omnes Fratres) *non tenentur niſi ex condecentia ad alia ieiunia &c.*

9. Quintum liquet, quòd omnes Ordinis Fratres ex vi Regulæ tenentur ad ieiunia Eccleſiæ, etiam ante vigeſimum ſuæ ætatis annum: cum ante eiuſmodi ætatem, etiam ſint Chriſtiani, & Eccleſiæ filij, & Fratres profeſsi. Igitur ſicut Religio Fratrum Minorum Fratribus viginti annos non attingentibus, non aufert Chriſtianitatem, ſic nec Chriſtianorum ieiunia Regula illis aufert, vt expreſſè quatuor Magiſtri, & Hugo.

10. Secundo probatur cõcluſio, quia Seraph. Pater noſter Franciſc. ſemper in votis habuit vt omnes illius filij, etiam ex vi Regulæ, ſemper ſubditi, & ſubiecti eſſent pedibus Sanctę Romanæ Eccleſię, vt perſpicuum eſt ex cap. 11 & 12. Regulæ: nec non quod vſum illius, & morem ſequerentur in oratione, vt apertè patet ex cap. 3 de divino Officio ſecundum ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: Quare ergo non in ieiunio? Eo vel maxime, quia vltra pauca illa Eccleſiæ ieiunia (vigiliarum nimirum, & quatuor temporum) multa ſpecialia in Regula Fratribus etiam vigeſimum

mum annum non habentibus impoſuit. Quod pulchre adnotavit Ven. Hugo in hunc locum: *Quis enim* (inquit) *ſani capitis debuit exiſtimare, vt in ſcãdalũ totius Eccleſiæ Generalis, pauca ipſius Eccleſiæ generalia ieiunia Sanctus amovere intenderit, qui multa ſpecialia imponebat?* Hæc Hugo.

11 Tertio, quia quod eſt inductum ad augendum, non debet operari diminutionem, vt bene advertit, & probat Gloſſa ſuper Clem. exivi in hunc locũ, tertio Notab. ergo. *Denique* (vt iterum adnotavit Hugo) *ſi hoc ipſe Sanctus, vel Dominus Papa Regulæ approbator intenderet, fuerat exprimendum.*

12 Sed contra arguunt Adverſarij: Ad ieiunia Eccleſiæ tenentur Fratres viginti, & vnum annum non habentes, ſicut, & cæteri Chriſtiani, & non amplius, vt patet ex Clem. 5. nam cum ad illa non obligentur ex Regula, remanet Eccleſiæ obligatio tantum. Ergo non aliter, niſi eo modo, quo cęteri Chriſtiani eiuſdem ætatis, tenentur ad prædicta: ſed cæteri Chriſtiani non tenentur ante vigeſsimum primum annum. Ergo neque Fratres. Ita Cord. Polit. & omnes Adverſarij, quorum id eſt maximum, & pręcipuum fund.

13 Verùm (ni fallor) ei ex dictis facile ſatis fit. Nego ergo quod dicti Fratres ex vi Regulæ non obligentur. Item nego, quod tantum ex pręcepto Eccleſiæ teneantur: cum oppoſitum declaraverit Clem. 5. Similiter nego, quòd ſolummodo ſicut cæteri Chriſtiani, & eo modo, & non aliter obligantur. Aliud enim eſt, quod teneantur ad ieiunia Eccleſiæ, & Chriſtianorum: aliud verò, quod eo tantummodo, & non aliter. Quatuor itaque Magiſtri, Hugo, & Clem. 5. non dicunt, quòd eo modo obligantur, quo cæteri, vel ſicut cæteri Chriſtiani, & non aliter. Non, inquam, hoc aſſerunt, *ſed quòd obligantur ad ieiunia Chriſtianorum, & Eccleſiæ.* At verò quòd hanc obligationem habeant, quomodo, vel ſicut cæteri Chriſtiani tantum, & in illa ętate, non affirmant, ſed potius oppoſitum docent, vt conſtat ex dictis.

SECTIO III.

In quibus cibis debeant ieiunia Regulæ obſervari?

1 Reſpondeo quod ſervari debet iuxta morem

rem Patriæ, & ieiunantium, & maximè Eccleſiaſticorum, communem formam. Itaque ſi mos Patriæ, & ieiunantium communis conſuetudo, in ieiunijs extra Quadrageſimam, ſit à lacticinijs, & ovis abſtinere (vti in Italia, & alibi fit), Fratres abſtinere debent. Sin autem conſuetudo ieiunantium (& maximè Eccleſiaſticorum) ova, & lacticinia non prohibeat, ab ijs abſtinendum non erit. Ita expreſſè Alenſis, & tres Mag. hic Hugo: *Mos Eccleſiæ* (inquit) *ſive Diœceſis, in qua ſumus, eſt ſervandus.* Hæc ille. Subſcribunt Lucerna, hic, Polit. num. 53. Ximenez. numer. 36. Siguenza. text. 4. §. 2. fol. 90. Anton. à Sancta Maria, Manuale. cap. 13. Cord. hic. quæſt. 2. pun. 4. Miranda in 1. impreſſ. cap. 62. in principio. Et in 2. cap. 44. diff. 1. Herre. in tract. quatuor articul. Regulæ capit. 2. fol. 43. & 44. Hier. Rodr. Reſol. 75. numer. 7. & alij apud ipſum. Portel in dub. Regul. addit. ad verbum *Ieiunium.* num. 7. Mart. à Sancto Ioſ. in 2. impreſſ. cap. 8. n. 7. & alij.

2 Quod verum iudico, etiam ſi Fratres Bullam Cruciatæ non habeant. Ita docent Herr. Portel. Martin. à Sancto Ioſ. vbi ſupra.

3 Itaque vbi conſuetudo Patriæ ſic ſe habet, quòd lacticinia prohibeat, illi ſe Fratres acommodare tenentur. Multæ autem ſunt Regiones, & Provinciæ, in quibus nec ieiunantium mos talis eſt, nec ſtatutum aliquod per conſuetudinem obligantem eſt receptum, vt in omnibus Provincijs Belgicis, & Germanicis, teſte March. hic text. 3. quæſt. 2. Et etiam in Hiſpania, vt affirmant Herr. Portel, & Martin. vbi ſupra, n. 1. relati, & alij apud ipſum. Sanch. in Sum. lib. 4. cap. 11. n. 52. & Vazquez 1. 2. tom. 2. diſp. 157. numer. 54. Ex vi igitur Regulæ ad ſimiles abſtinentias Fratres non tenentur.

SECTIO IIII.

Qua neceſſitas requiratur, vt Fratres ad ieiunia Regulæ non teneantur?

1 RESpondeo quòd requiritur manifeſta neceſsitas. Ita expreſſè Textus Regulæ. *Manifeſtā verò neceſsitatem* ſic deſcribit Hugo hic: *Neceſsitas dicitur manifeſta, quando indigenti vel diſcreto cuilibet, & maximè Prælato, dubia non exiſtit.* Hæc ille.

2 Peteſ

2 Petes primo: An ex vi Regulæ maior neceſsitas requiratur vt quis liber ſit à ieiunijs Regulæ quàm requiritur, vt quis ſit exemptus à ieiunijs Eccleſiæ? Affirmativè reſpondet March. text. 3. q. 3. conclu. 1. Negativè verò Miranda. Imò debere eſſe minorem aſtruit in 1. imp. cap. 62. circa fin. & in 2. c. 44.

Nec maior, nec minor neceſsitas requiritur in ieiunijs Regulæ, quã in ieiunijs Eccleſiæ.

3 Sed his extremis relictis, tertiam ſententiam, quæ nec maiorem neceſsitatẽ petit, nec minorem concedit, omnino veram iudico. Ita Cord. hic. q. 2. pun. 5. Matt. in 2. imp. cap. 8. num. 8. Petr. Navarr. hic. q. 3. concluſ. 6. & alij expoſitores communiter. Ratio eſt clara: quia præceptum ieiunij in Regula præſcriptum præceptum poſitivum eſt. Vnde nec maiorem inducit Fratribus obligationem, quàm alia præcepta poſitiva Eccleſiæ cæteris Fidelibus. Nec etiam obligationem Fratrum minuit, ſicut nec cætera Regulæ præcepta, cum verè Regulæ præceptum ſit, vt expreſſe declarat Clem. 5. inter ęquipolientia illud enumerans. Ergo.

Neceſsitas excuſans à ieiunio multiplex eſt.

4 Petes ſecundo: Quotuplex ſit neceſsitas excuſans Fratres à ieiunio? Reſpondeo multiplicem eſſe, ex varijſque Capitibus accipiendam. Ita S. Bonav. quatuor Magiſtri, Hugo, & omnes expoſitores. Hinc Alenſis, & tres Magiſtri *Hæc neceſsitas* (inquiunt) *non vno modo, ſed multis eſt intelligenda: contingit enim neceſsitas comedendi, aliquando ratione ætatis, aliquando ratione infirmitatis, vel debilitatis, aliquando ratione laboris, aliquando ratione ſubſtentationis* (*ſufficientis*, ſcilicet, vt ait Hugo). Hæc illi, & omnes Expoſitores.

5 Notandũ verò eſt, quòd illam particulam, nimirum *aliquando ratione laboris*, explicat Cord. ſic dicens: *vel laboris inevitabilis, quando ſcilicet talis labor eſſet neceſſarius, per quem quis cogeretur ſolvere ieiunium, ita quod aliter commodè vt oportet perfici non poſſet, vt ait Bonauentura.* Hæc Cord. At S. Bonaventurę ſaltim vbi ego cũ legi hęc ſunt verba: *vel propter virtutem in labore inevitabili adeò deficientem, quando ſcilicet labor incumbens de neceſsitate aliter perfici non poteſt.* Hęc S. Bonaventura. Non dicit S. Doctor: Ita quod aliter *commodè* perfici non poteſt, ſed *de neceſsitate* aliter perfici non poteſt. Quod valde diverſum eſt.

6 Quando ergo adeſt vna ex ſupra dictis (vel ſimilibus) manifeſta neceſsitas, abſque diſ-

diſpenſatione Prælatorum liberi erunt Fratres à ieiunio, diſpenſantibus in hoc, neceſsitate ipſa manifeſta, & Regula, vbi verò manifeſta neceſsitas non adeſt, ſed dubia, Prælatorum requiritur diſpenſatio, ſi commodè haberi poteſt. Ita Cord. vbi ſupra. nu. 31 pun. 5. & q. 3. pun. 1. & cap. 10 q. 4. Not. 2. Polit. hic. n. 61. Ximen. n. 39. & 40. & alij. Addit Pol. quòd Prælati in re dubia debent diſpẽſare cum poſsint. Quòd ſi remittant ſubditos ad conſcientias proprias, maleſaciunt. Et eadem ratione in caſu aliquo, poſſunt etiam diſpenſare quoad qualitatem ciborũ; vt dicit Caietanus 2. 2. q. 147. art. 4. Hæc Politius. Cui ſubſcribit Ximen. vbi ſupra, Martin. à Sancto Ioſ. c. 8. n. 9. & alij. Vide ſuperius dicta Controv. 7. ſect. 4. & dicenda inferius Controv. 10. ſect. 3.

Aliqua ſunt privilegia circa ieiunium.

7 Petes tertiò: An ſint aliqua Privilegia circa ieiuniũ, quibus vti poſsimus? Reſpondeo affirmative. Itaque poſſunt Fratres actu prædicãtes ex Leone 10. anticipare, ſeu retardare, ſervato ieiunio, horas comeſtionis, & Serotinæ collationis. Ita Rod. t. 2. qq. Reg. q. 10. art. 2. poſt med vbi addit, quòd etiam alij Fratres actu non prædicantes hoc Privilegio vti poſſunt. Similiter ex eodem Leone 10. Fratres itinerãtes poſſunt trãſferre ieiunium diei itinerationis in alium diem, qui non ſit ieiunij. Quo Privilegio poſſunt vti, ſive pedeſtres, ſive æquitantes iter faciant. Ita Emman. Rod vbi ſupra, & addit Mart. in 2. imp. c. 8. n. 12. quod itinerantes pedites iter quatuor, vel trium leucarum poſſunt prædicto Priuilegio vti.

8 Eugenius 4. conceſsit, quòd Prælati etiam ſine medico poſſunt diſpenſare cum infirmis circa ieiunium. Idque etiam poſſunt Vicarij, & Cõfeſſores Fratrum. Ita Comp. verbo *ieiunium* §. 7. & Portel. in dub. Reg. verbo *ieiunium.* n. 5. Alia Privilegia vide in præallegatis Authoribus.

SECTIO V.

An volũtarium ieiunium incipiẽs ab Epiphania uſque ad continuos quadraginta dies obſervandũ ſit, inſtar ieiunij inſtituti ab Eccleſia in Quadrageſsima, à quo dies Dominici excipiũtur? An verò poſſit interruptè, & ſine intermiſsione fieri, ita vt dies Dominici occurrentes intra quadraginta dies continuos ieiunari poſſint?

1 PRo clariori ſectionis reſolutione notãdum eſt

Ieiunium diei Dominicæ olim inter dictū ab Eccleſia.

eſt primo cum Sanchez in Summ.t.1.lib.2.cap.37.n.10. Bonacina t.2. circa ſecundum decalogi præceptum. diſp. 4. quæſt.2.pun. 4. §. 1. n. 6.& alijs apud ipſos, quod ieiunium diei dominicæ interdictum olim fuit, ob Manichæorum hæreſim, & ad illorum errorem refellendum, qui hoc ieiunium indixerant in contemptum Reſurrectionis Domini, dicebant què eſſe neceſſarium. Tamen condemnatur. diſt.30.cap. *Siquis tanquam.* & Cap. *Siquis Præsbyter.* & Cap. *Sacerdos* 26. q. 7. (non 6.) Cùm verò hic error abolitus ſit, & iam hæc cauſa ceſſaret, licitum eſt die dominica ieiunare, vt Sanchez, & Bonacina vbi ſupra affirmant, & dicetur infra.

2 Secundo notandum eſt, quod in cap. ieiunium de conſecratione diſt. 3. decreto Melchiadis Rom. Pont. prohibetur ieiunium in die dominica, ac etiam in feria 5. vt *ieiunium* (inquit) *Chriſtianorum ſit à ieiunio Gentilium, vel hæreticorum diſcretum.* Manichæi ergo hos duos dies ieiunio deputarunt. Et ideo Melchiades lege cavit, ne in his ieiunium ſervaretur à Chriſtianis. Quod decretum per aliquot ſæcula in Eccleſia Romana durauit Vide Azor 1. part. lib. 7. c.16 q 7.

3 Notandum eſt tertio cum Doctore Seraphico in hunc locum, Sylu. verbo ieiunium. quæſt. 1. & alijs, quòd duplex eſt ieiunium; vnum mœroris, afflictionis, & luctus; quod nempe ſumitur ad faciendum pœnitentiam, & ſatisfaciendum pro præteritis dilectis, & ad futura cavenda. Aliud eſt gaudij, & exultationis, quod ſcilicet, aſſumitur, non vt corpus affligatur, ſed vt mens ſit promptior ad ſpirituale gaudium, & vt elevetur in Deum, & vt ne devotio interrumpatur, qua ſpiritus recreatur: *Ieiunium Moyſi* (addit Sanctus Bonaventura.) *Significat mœrorem pro delectione culpæ, ieiunium Heliæ ſignificat mœrorem pro amotione omnis miſeriæ: Ieiunium autem Chriſti ſignificat ieiunium gaudij: Id circo Beatus Franciſcus duas Quadrageſsimas præcipiendo impoſuit, tertiam verò cum benedictione Dei ſuaſit, ſciēs eam devotione ſola, & non aliqua coactione adimpleri deberet.* Hæc Sanctus Bonaventura.

Ieiunium duplex mœroris, & exultationis.

Ieiunium Chriſti Domini, ieiunium gaudij ſignificat.

5 His ſuppoſitis circa ieiunium diei dominicæ eſt duplex Sent. 1. affirmat, ieiunium afflictionis non licere die

die dominica, & ſi licitum ſit ieiunium exultationis. Ita Sylu. verbo *ieiunium*. q. 1. & alij apud Sanc. (vbi ſupra. n. 1. relatus) n. 11. & 17. Secunda ſententia docet, licitum eſſe die dominica ieiunare, ſive ieiunio exultationis, ſive afflictionis, ſi id non fiat cum ſcandalo, aut ex errore aliquo. Ita Sanch. vbi ſupra. n. 12. cum alijs multis apud ipſum. Quibus aſſentior.

Sanctum eſt ieiunare diebus dominicis ſublato errore &c.

5 Prima concluſio: Licitum, & ſanctum eſt ieiunare Dominicis diebus vtroq; prædicto ieiunio, ſublato ſcandalo, errore quolibet, aut contumacia (quibus improbetur, aut improbari poſſit Eccleſiæ conſuetudo) propter aliquem bonum finem, vt peculiarem devotionem, profectum ſpiritualem, domationem carnis, &c.

6 Probatur primo concluſio, ex D. Aug. Epiſtola 86. ad Caſulanum, vbi poſtquam dixit, ſcandalum eſſe magnum, ieiunare die Dominica, ſubiungit modum, quo id ieiunium non eſt illicitum. Et D. Hier. Epiſtola 28. ad lucinum, hoc ieiunium approbat, & dicit Apoſtolos illud ſervaſſe. Hinc diſt. 76. Cap. *Vtinam*. Sequentia ſcripta ſunt: *Vtinam omni tempore ieiunare poſſemus, quod in Actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes, feciſſe legimus*. Hæc ibi. Quibus ſubſcribunt Hugo dict. cap. *Vtinam*. Navarr. in Sum. cap. 21. numer. 27. (aliàs 227.) Azor 1. part. lib. 7. cap. 16. quæſt. 8. & 9. Bonacina tom. 2. circa ſecundum decalogi præceptum diſp. 4. queſt. 2. pun. 4. §. 1. num. 6. fol. mihi. 188. Et ibidem de præceptis Eccleſiæ diſp. vlt. q. 1. pun. 5. propoſitione 2. num. 4. fol. mihi. 272. Bellarm. t. 3. Controv. 3. lib. 7. cap. 23. Reginal. lib. 4. num. 138. Valent. t. 3. diſp. 9. q. 2. pun. 4. & apud Bonacinam Leſsius, Layman, Pilliucius, & alij, & apud Sanchez Metin. Ledeſma. Palacios, Angles, &c.

7 Secundò probatur concluſio, quia ieiunio colitur Deus, & dominica dies in honorem Dei fuit conſtituta. Ergo licitum eſt eo die ex honeſto fine ieiunare, vt dictum eſt ſupra. n. 5.

8 Hinc, ſi quiſpiam quodam ſingularitatis ſtudio die dominica ieiunaret, aut die dominica ſola, & non alijs, eſſet peccatum ſuperſtitionis, aut ſingularitatis, at ſolum veniale, ceſſante ſcandalo, & alio malo mortaliter fine. Ita Sanchez vbi ſupra. num.

Si quis ſtudio ſingularitatis ieiunaret die Dominica peccaret.

num. 13. cum alijs apud ipſum. Rurſus ieiunare ordinariè diebus Dominicis eſt illicitum: quia adverſatur Eccleſiæ conſuetudini, vt bene notat Sanch. n. 1. At ſolum peccatum veniale erit, ceſſante ſcandalo, &c. Ita Sanch. ibidem.

Ieiunium benedictionis poteſt duobus modis adimpleri vno modo non ieiunãdo diebus Dominicis.

9. Secunda concluſio: ieiunium benedictum Quadrageſſimæ Epiphaniæ poteſt duobus modis adimpleri, vno inſtar indicti ab Eccleſia in Quadrageſſima, à quo dies Dominica excipitur, & non ieiunatur: ſed tunc accipi debent alij quinque, vel ſex dies ieiunij ad complementum quadraginta dierum. Aliter enim triginta ſex tantum dies, non verò quadraginta ieiunabũtur. Atque ita determinatum eſt circa ieiunium Quadrageſſimæ, omnibus Chriſtianis, communis. Cap. *Quadrageſſima* de conſecrat. diſt. 5. ibi: *A prima ergo Dominica Quadrageſſimæ vſque in Paſcha Domini ſex hebdomadæ computantur, quarum videlicet 40. dies, & duo ſunt, ex quibus dum ſex Dominici dies abſtinentiæ ſubtrahuntur, non plùs in abſtinentia quàm triginta ſex dies affligimur, &c.* & infra: *Sed vt ſacer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem Salvator noſter ſacro ſuo ieiunio cõſecraverat, quatuor dies prioris hebdomadæ ad ſupplementum quadraginta dierum tolluntur* (Gloſſa hic, id eſt, *accipiuntur*) & mox: *Niſi enim iſtos dies quatuor ſuperioribus triginta ſex adiunxerimus, quadraginta dies in abſtinentia non haberamus.* Hęc dicto Cap. *Quadrageſſima.* Ergo ſi ieiunium volũtarium benedictionis inſtar indicti ab Eccleſia, in quo dies Dominici non ieiunantur fiat, tolli (vel accipi) debẽt quinque, vel ſex alij dies, *vt ſacer numerus 40. dierum adimpleatur, quem Salvator noſter ſacro ſuo ieiunio conſecraverat.*

Alio modo ieiunãdo etiam dies Dominicos.

10. Alio modo eiuſmodi voluntarium ieiunium, quod incipit ab Epiphania vſque ad continuos 40. dies, poteſt adimpleri, nimirum ſine interruptione, aut intermiſſione vlla, ita vt Dominici dies, intra 40. dies continuos occurrẽtes ieiunari licitè, ſanctè, & meritoriè poſſint. Patet ex dictis. Primo quia eſt voluntarium, & ſponte ſua quiſpiam poteſt, ceſſante ſcandalo, & alijs (vt dictum eſt) Dominicos dies ieiunare. Imò quis poteſt voto ſe obligare ad ieiunandum die, in qua incidit Feſtum aliquod, & ſi id incidat in Dominica, & ieiunium fuit exultationis (ſive afflictionis, addit Sanch.) tale votum eſt implẽ-

dum

Digitized by Google

dum. Ita S. Antonin. 2. part. Theolog. tit. 11. cap. 2. §. 10. Sylu. verbo votum. 2. q. 16. Sanch. vbi ſupra. n. 17. & alij apud ipſum. Ergo.

11 Secundo quia eiuſmodi ieiunium Epiphaniæ eſt gaudij, & exultationis. Tertio quia non fit ex errore, aut contumacia, quaſi improbando Eccleſiæ conſuetudinem, ſed propter peculiarem devotionem, & ad imitandum (vt eſt poſsibile) ieiunij exemplum, quod nobis reliquit Dominus noſter Ieſus Chriſtus ieiunando ab Epiphania 40. dies continuos, & 40. noctes in deſerto. Quarto quia Apoſtoli, & fideles in Primitiva Eccleſiâ ieiunabant etiam Dominicis diebus. Quinto quia in iure omnes Chriſtiani admonentur, vt ſi poſſunt, vel quando poſſint, & voluerint omni tempore, & etiam Dominicis diebus, ieiunent, vt habetur. Cap. *Vtinam.* diſt. 76. & dixi ſupra n 6.

12 Sexto quia verborum Regulæ ſenſus planus, & literalis eſt, quòd dies Dominici ieiunentur: nam dicitur ibi. *Sanctam verò Quadrageſsimam, quæ incipit ab Epiphania vſque ad continuos 40. dies, quam Dominus ſuo Sancto ieiunio conſecravit, qui voluntariè eam ieiunant, benedicti ſint à Domino, & qui nolunt, non ſint aſtricti, &c.* Hæc ibi. *Notentur verba: Quæ incipit ab Epiphania vſque ad continuos 40. dies.* Ergo ſi 40. dies continui ieiunandi ſunt, ſine interruptione, aut intermiſsione ieiunandi ſunt.

13 Et confirmatur ex praxi communi, & conſuetudine recepta totius Religionis, in qua voluntarium eiuſmodi ieiunium 40. dierum, incipit à die Sancto Epiphaniæ excluſivè. Id eſt à ſeptima die Ianuarij, & terminatur quinta decima die Februarij incluſivè: At à die 7. Ianuarij, vſque ad diem 15. Februarij, tantum numerantur 40. dies, vt palam conſtat. Ergo qui vult dies quadraginta ieiunare, ad imitationem Chriſti Domini incipiens ab Epiphania, hanc ſanctam Quadrageſsimam, & Religionis morem ſervans, die 15. Februarij ſuo ieiunio terminos ponens, neceſſario diebus Dominicis intra eiuſmodi 40. dies occurrentibus debet ieiunare: ſecus verò non 40. dies, ſed triginta quinque, vel triginta quatuor dies tantum ieiunabit: & tunc vſque ad 21. diem Februarij debet ſuum ieiunium prolongare.

In tota Religione incipit hoc ieiunium die 7. Ianuarij & terminatur die 15. Februarij.

14 Tertia concluſio: & ſi

Poteſt ex cauſa hoc ieiunium à Prælato, ſubdito imponi.

ieiunium ſacrum Epiphaniæ ſit voluntarium, tamen ex cauſa poteſt à Prælato ſubdito imponi, & ſubditus, quando ex cauſa, vel culpa ſua ei imponitur, tenetur acceptare, & obedire. Ita Cord. hic. quæſt. 2. pun. 6. Polit. num. 52. Xim. num 38. Petr. Navarr. quæſt. 3. concl. 5. & cæteri communiter. Quando autem cauſa ſufficiens cenſenda ſit, Prælatorum eſt iudicare, vt inquit idem Cord. qui addit: *Nec debet ſubdito volenti prohiberi tale ieiunium* (vt etiam *affirmat Hugo*) *niſi etiam ex cauſa ſufficienti prohibeatur: idcirco periculoſum eſt ſubditis in his proprium ſenſum temerè, & pertinaciter ſequi, contrà prohibitiones, vel præcepta Superiorum.* Hæc Cord. & alij.

15 Cæterùm vitium ſingularis relaxationis erit, & ſcandali, ſiquis nollet ieiunare (abſque aliqua iuſta cauſa) tota Communitate ieiunante, vel abſtinere à carnibus tali tempore, vel à cœnis, tota Communitate abſtinéte, vt Hugo, Cord. & Polit. affirmant.

CONTROV. X.

De equitatione Textus ex Capite 3. Regulæ.

Et non debeant equitare, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur.

SECTIO I.

Quid in Regula Fratribus Minoribus prohibeatur, per hoc verbum equitare.

Equitãt qui equo inſidendo iter faciunt.

1 PRo clariori ſectionis intelligẽtia primo notandum eſt, quod hoc verbum *equitare*, accipitur multipliciter. Primo illi tantum equitare dicuntur, qui equo inſidendo iter faciunt. Ita Calepin. & theſaurus magnus linguæ latinæ tom. 2. vnde Ven. Hugo in hunc locum: *Sunt* (inquit) *qui iuxta proprietatem vocabuli, illos tantum extimant equitare, qui equini generis inſident animali.* Hæc Hugo.

Equitãt, qui quovis animali inſidendo

2 Secundo, illi dicuntur equitare, qui non ſolum equo, ſed etiam alio quovis animali inſedendo iter faciunt. Ita Calepin. verbo *equitari* paſsi-

iterfa-ciunt. paſsivè, & theſaurus magnus linguę latinę, tom. 2. verbo *equitare*, eiuſmodique acceptatio communior eſt. Vide. Hugo hic: *vulgo* (ait) *equitare dicuntur, quicumque animalis cuiuslibet evectione vtuntur.* Hæc ille. Quam verbi *equitare* acceptionem approbat Sanctus Bonaventura in legenda Sanctiſſimi Patris noſtri Franciſci cap. 11. poſt med. & omnia Ordinis generalia ſtatuta. Antiqua cap. 5. ibi: *Tollatur quoque abuſus aſinandi*, & Barchinon. cap. etiam 5. ſtatuta Iulij 2. cap. 3. partic. 16. & omnia alia.

Equitãt, qui in curru ſedentes iter faciunt. 3 Tertio etiam *equitare* dicuntur, qui curruum qualibet vectione vtuntur. Eiuſmodi acceptionem approbant S. Hier. Remigius, Gloſſa ordinaria, & alij in illud Habac. 3. *Qui aſcẽdes ſuper equos tuos, & quadriga tua ſaluatio.* Et S. Hie. *Equos animas Sanctorum.* Et infra: *in his curribus* (nota) *equitans totum luſtravit mundũ, &c.* Hæc S. Hier. Hinc 4 Reg. 9. v. 25. vulgata lectio habet: *Ait Iehu ad Badacher: memini enim quando ego, & tu ſedentes in curru ſequebamur Achab, &c.* vbi Chald. apud Bibli. Reg. *Memini, ego, & tu cum equitaremus in iugo vno ambulantes poſt Achab.* Et Sanct. Pagnin. *Memini enim ego, & tu cũ equitaremus copulati poſt Achab.* Et ibidem num. 20. Vulgat: *& ait Iaram: iunge currum.* Vbi Abulenſis quæſt. 18. circa med. *voluit* (inquit) *Ioram equitare, vt iret ad videndum, quis erat ille qui veniebat.* Et paucis interiectis: *Movebatur Rex in curru, quia iſta erat equitatura antiquitus Regum, & Magnatum.* Hæc Abulenſis. Similiter hanc acceptionem approbant, & ſequuntur Innoc. 4. Mart. 5. Sanctus Bonaventura, & omnia Ord. ſtatuta infra citanda.

4 Secundo notandum eſt, præceptum hoc de non equitando deſumptum eſſe ex illo Ioannis 4. *Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat.* Ita Beat. Cæſarius Spirenſ. in quodam pio Opuſculo, quod refert Author Ann. Min. an. 1223. numer. 14. Ven. Hugo in hunc locũ: *Pedites* (ait) *cum Domino Ieſu ex itinere fatigamur* (vide antecedentia) B. Ioann. Pecham. hic. Piſa. lib. 1. Conf. cõform. 61. pro 2. part. Longiuſcule à principio cap. 3. Enchirid. Fratrum Minor. Hiſpali impreſſ. ann. 1535. in principio. Cord. cap. 3. in Reg. quæſt. 3. pun. 1. in principio. Ortiz in ſua expoſitione in principio. Alava. in doctrinali ſatisfactorio pun. 2. *Præceptũ de non equitando deſũptũ eſt ex illo Ioan. 4. Ieſus fatigatus ex itinere, &c.*

prin-

principali. c. 16. in principio, & omnes communiter.

Fratres Minores nõ equitant vt imitētur Chriſtum Dominũ, & Apoſtolos.

5. Tertio notandum eſt quatuor potiſsimum fuiſſe cauſas huius prohibitionis. Prima, & principaliſsima, imitatio Chriſti Domini, & Apoſtolorum. Ita S. Bonav. hic. Vnde Ven. Hugo: *In hoc Sanctus* (inquit) *veſtigia ſequitur Chriſti, qui pedeſter ſemper (niſi cum de pullo, & aſina myſterium innuit, & prophetiam) creditur ambulaſſe, &c.* Et Ven. Ioan. Pecham: &non debeant equitare; *exemplo* (inquit) *Chriſti, & diſcipulorum, qui ſemetipſos in diſcurſu prædicationis fatigarunt, quod & Dominus opere complevit, quando fatigatus ex itinere ſedit ſupra fontem: nec vnquam legitur equitaſſe.* Hæc ille. Et Ven. Piſa. hic: *Chriſtus enim quando Apoſtolos miſit per mundum prædicare, nõ equitando, ſed peditando eos miſit. Horũ exemplo Fratres Minores ſic debent incedere.* Hæc Piſan. Accedunt Cord. Alava, & alij.

Fratres Minores nõ equitãt: propter humilitatem, propter auſteritatem, &

6. Secundò, eiuſmodi prohibitio facta fuit cauſa humilitatis. Tertio cauſa auſteritatis. Quarto minuendæ ſolicitudinis, ſeu vſus pauperis. Hinc Ven. Hugo: *Et non debeant equitare: in quo* (ait) *Fratribus humilitatis, auſteritatis, & minuendæ ſolicitudinis forma datur, qua cum Sanctus intenderet, intelligentia ſui dicti ex cauſis eſt aſſumenda dicendi.* Hæc Hugo.

propter paupertatem.

Idem eſt nõ equitare, ac iter pedeſtres Fratres facere.

7. His notatis ſit concluſio. Fratres Minores ex vi Regulæ tenentur ſub peccato mortali pedeſtres iter facere, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur. Hoc ſonat, & ad literam eſt intelligendum illud verbum *equitare*, quando dicitur in textu: *& non debeant equitare, &c.* id eſt, *debeant pedeſtres, vel pedites iter facere, niſi, &c.* Ita ſupradictum verbum explicant, & intelligunt Sanct. Bonaventura hic, & in Epiſtol. de Sandalijs Apoſtolorum, quæ incipit: *Talis lector*, quæ habetur in ſuis Opuſculis. B. Cæſſarius Spirens. Ven. Hugo, Author Conform. Ven. Pecham, Enchirid. Cord. Ortiz, & Alava vbi ſupra relati num. 4. Item Alab. ibid. c. 13. circa principium. Martin. 5. in ſuis conſtitut. cap. 3. & omnia Ordinis Generalia ſtatuta Antiqua cap. 5. Moderna. cap. 3. vel 5. Serena conc. quæſt. 45. Speculum Fratrum Min. fol. mihi 43. col. 2. Lucerna. hic. Patres primi noſtræ obſervantiæ Reformatores in Quærimonijs ad Conc. Conſtant. p. 1. Manuale, cap. 14. Polit. hic. num. 64.

Ma-

Manipulus cap. 16. Mirand. ſuper Regulā in 1. imp. c. 64. & in 2. cap. 46. Ioan. etiā in Memorial. præceptorum Regulæ ad Greg. 15. cap. 13. n. 85. *del andar a pie.* Herrer. in tract. quatuor art. ſuper Reg. c. 10. Ovand. in 4. Addit. ad diſt. 38. de Voto, propoſit. 13. Rouſſerius. Xim. Martin. à S. Ioſ. Siguenza. Petrus Navarr. q. 4. & omnes Regulæ expoſitores.

Fratres Minores ex Regula nō poſſunt iter facere in curribus.

8 Ex quibus palam colligitur, quòd Fratribus Minoribus in Regula per verbū *equitare* prohibetur ſub mortali, non ſolùm equo inſidēdo iter facere, verùm etiam qualibet vectione animalium quorumlibet, ſeu curruum vti: ac perconſequens cum iter faciunt, non poſſunt ex vi Regulæ aſcendere Carpentum, ciſium, carrum, currum, arceram, eſſedum, liburnum, petoritum, pilentum, rhedam, &c. *niſi manifeſta neceſsitate, &c.* Quæ in duobus comprehendit verbis S. Bonav. quando dicit *Non debent bigare, nec quadrigare.*

9 Probatur primo concluſio ex Inno. 4. Sanctiſsimo P. N Frāciſco coævo, in Epiſtola ad Creſcentium, totiùs Ordinis Miniſtrum Generalē dat Lugduni. 6 Idus Maij. an. 1247. vt habetur in 1 t. Ann. Min. adhuc ann. numer. 1. *Mandamus* (inquit) *quatenus ad noſtram præſentiam feſtinus accedas, &c.* & infra: *In remiſsionem tibi peccaminum iniungentes, quòd ſtatuto de non equitando tui Ordinis non obſtante, vecturæ quam magis diſpoſitioni tuæ cenſebis accommodam, liberè vtaris auxilio, vt in Noſtro te conſpectu cito, ac properè te valeas exibere.* Hæc Pontifex. Notentur illa verba: *Quòd ſtatuto de non æquitando tui Ordinis non obſtante, &c.* Ergo vti vectura eſt equitare: ac perconſequens in Regula prohibitum.

10 Secundo probatur ex Mart. 5. in ſuis conſtitut. c. 3. ibi: *Item de non equitando fiat, vt Regula dicit: attentis tamen verbis S. Bonaventuræ in ſua declaratione ſuper hoc paſſu, qui dicit: Fratres non debent equitare, neque quadrigare, neque bigare, niſi manifeſta neceſsitate, &c.* Hæc ibi. Accedunt omnia Ordinis ſtatuta.

11 Tertio probatur, quia præceptum hoc de non equitando deſumptū eſt ex Evangelio Ioan. 4. *Fatigatus ex itinere Ieſus.* Vt patet ſupra. n. 4. Quod poſuit in Regula Seraphicus Pater, vt veſtigia ſequamur Chriſti Domini, & Apoſtolorum, qui pedeſtres ſemper iter fecerunt, nec biga

runt, aut quadrigarunt, vt dictum eſt ſupra. n. 5. & affirmat D. Chriſoſt. hom. 54. in Gen. parum poſt med. loquens de Iacob, & eius *peregrinatione*, & communiter omnes Sancti Patres. Vnde S. Bonav. in Epiſtola de ſandalijs Apoſtolorum (quæ habetur in 1. tom. Opuſculorum) loquens de Sancto Martiali Chriſti Domini diſcipulo in illis verbis, quæ refert ex eius legenda, nimirum, *Sāctus Domini Martialis: non equo vehebatur, aut aſino, non quolibet iumento, &c.* & infra: *Nudis incedens pedibus imitator Chriſti, atque B. Petri, &c.* Notentur illa verba, *Non quolibet iumento* (poſtquam dixerat Legenda Sancti Martialis: *Nō equo vehebatur, aut aſino.*) *Iumenti enim appellatione* (ait Calepinus in dictionario) *continentur animalia, &c.* & infra: *eſt & iumentum vehiculi genus*, & paucis interiectis: *Iumentum non id ſolum ſignificat, quod nunc dicitur, ſed vectabulum etiam, &c.* & Nebriſſ. *Iumentum* (inquit) *pro vectabulo puta Plauſtro.* Hæc ille. Ergo, &c.

12 Quarto probatur, nam obligatio Regulæ in eius præceptis naſcitur ex natura ipſius, iuncta intentioni Inſtitutoris, cui ſe conformarunt, qui à principio illam vouerunt, vt dictum eſt ſupra Controver. 2. proœmiali. ſect. 1. num. 5. & 9. Sed intentio Sanctiſsimi Patris noſtri Franciſci in equitationis prohibitione, fuit, vt Fratres Minores exemplo Chriſti Domini, & Apoſtolorum pedeſtres iter facerent, vt probatum eſt, cui ſe conformarunt à principio Religionis hoc voventes præceptū, vt patet ex dictis ſupra. n. 4. 5. & 7 Ergo ex vi Regulæ tenentur Fratres Minores pedites iter facere, ac percōſequēs nō bigare, nec quadrigare.

13 Sed contra concluſionem tenet Marchant. hic, text. 4. quæſt. 2. concl. 1. arguitque ibid. 1. authoritate Ven. Hugonis dicens: *Verùm (ait Hugo) & ſi animalia cætera, vel honeſta occurrunt vehicula, equis tracta vectari, litera minùs vetet, &c. in quibus verbis inſinuat, literam minùs vetare bigationē.* Hæc March. *Marchāt refutatur.*

14 Reſpondeo, eiuſmodi authoritatem, ſi attentè quis legat, potiùs eſſe contra Marchant, quàm pro ſe: quia Hugo in dictis verbis (ex aliorum ſententia) eodem prorſus modo, ac ſine vlla differentia, loquitur de cæteris animalibus, (vt pote aſinis, mulis, &c.) ac de vehiculis. Patet: *Sunt* (ait Hugo) *qui*

Digitized by Google

qui iuxta proprietatem vocabuli illos tantum æſtimant equitare, qui equini generis inſident animali. Verùm & ſi animalia cætera, vel honeſta occurrũt vehicula equis tracta vectari, litera minùs vetet. Hæc Hugo ex aliorũ ſententia, quam inpugnat. In quibus nullam differentiam aſsignat, *inter cætera animalia, & vehicula*: Sed cætera animalia, ab equis diſtincta, prohibita ſunt ex vi Regulæ, vt affirmat ipſe Marchant vbi ſupra. *Ex vi Regulæ* (inquit) *in rigore prohibetur tantum ne equo, vel aliquo iumento iter faciamus.* Hæc ille. Ergo etiã vehicula.

15 Secundò quia ipſe March. fatetur, literam Regulæ vitare minùs bigationem. Si ergo litera Regulę vetat bigationem (& ſi minùs) vetat tamen. Igitur litera Regulæ non excludit bigationem, ſed potiùs includit, quia vetat. Ergo ex intentione Regulæ non poſſunt Fratres bigare. Rurſus magis, & minùs non variant eſſentiam. Præterea, ſi litera Regulæ (dato, & non conceſſo) minùs vetat bigationem, intentio legislatoris (conſuetudine ſic interpretante) prorſus, & omnino vetat. Ergo ex vi Regulæ Fratribus Minoribus prohibitum eſt bigare.

16 Secundo arguit March. *Bigare, & quadrigare non niſi valde impropriè nomine equitationis intelligi poſſunt. Regula autem ſimpliciter intelligenda eſt, prout communi ſenſu ſonat. Nec valet quòd qui equis trahitur, equo vehi dici poſſit: ſic enim nec navi vehi liceret, vbi navis ab equis traheretur, vt in fluminibus communiter fieri ſolet.* Hæc Marchant.

17 Reſpondeo negando antecedens: qui enim bigat, vel quadrigat, propriè etiam equitare dicitur, vt dictum eſt ſupra, num. 3. ex B. Hier. Gloſſa, Abulenſe, &c. Fateor tamen, Regulam eſſe ſimpliciter intelligendam, nõ vt cumque; ſed modo præſcripto à Sanctiſsimo Patre noſtro Frãciſco: *Sed ſicut* (ait ipſe Pater Sanctiſsimus) *dedit mihi Dominus parè, & ſimpliciter dicere, & ſcribere Regulã, ita ſimpliciter, & pure intelligatis, &c.* Debemus itaq; ſimpliciter intelligere Regulam: ſed non tantum ſimpliciter, ſed etiam *purè*. Quomodo etiam purè? *Sicut dedit Dominus.* S. P. noſtro. Quomodo dedit? Reſpõdet ipſe: *Ipſe Altiſsimus revelavit mihi, quòd deberem vivere, ſecundũ formã Sancti Evangelij. Et ego paucis verbis, & ſimplicibus*

Digitized by Google

ſtri ſcribi, &c. Hæc Seraphicus Pater. Itaque ſimpliciter, & purè Regulam intelligere debemus, vivendo nimirum ſecundùm formã Sancti Evãgelij. Nec inſtantia March. eſt alicuius momenti. In fluminibus enim non modò licet navi vehi, vbi ab equis trahitur, verum etiam ipſis equis inſedendo flumina tranſuehare.

18. Tertiò ita fatur, & argumentatur Marchan. *Quãvis intentio Sancti Patris fuerit (vt antiqui expoſitores dicunt) vt quantum fieri poteſt, Frates ſui pedites cum Christo ambularent, iſtam tamen ſuam intentionem quantum ad bigationem, ſub præcepto non propoſuit, ſed ſub perfectionis gradibus potiùs reliquit. Erit itaque peccatum bigare, aut quadrigare, non ratione Regulæ, ſed ſcandali, aut exceſſus in recurſu ad pecunias.* Hæc Marchant.

19. Sed minime eſt audiendus: quatuor enim de cauſis prohibuit Seraphicus Pater equitationem. Prima vt Christi Domini exemplum Fratres imitarentur. Secunda ob humilitatem. Tertia propter auſteritatem. Quarta propter pauperem vſum, vt conſtat ex ſupradictis num. 5. & 6. & ipſe Marchant fatetur dict. text. 4. q. 1. advertens, ac cum Hugon. *Quæ cum Sanctus* (ait Hugo) *intenderet, intelligentia ſui dicti ex cauſis eſt aſſumenda dicendi.* Hæc Hugo. Et ſubſcribit March. Si ergo Seraph. Pater in prohibitione equitationis ſupradicta, quatuor intendit, vt ipſe March. fatetur, quærendum eſt ab eo: Nunquid Frater biga, aut quadriga vectus (ſublato etiam omni ſcandalo, & præciſſa prorſus omni ratione recurſus ad pecuniam) imitetur Christi Domini exemplum? Si humiliter incedat? Si auſterè gradiatur? Quòd ſi neutrum horum concedere poteſt Marchant, affirmare debet, contra intentionẽ Patris noſtri Sanctiſsimi Franciſci Fratrem Minorem facere, biga, aut quadriga vtentem: nec non iſtam ſuam intentionem, quantum ad bigationem, ſub præcepto propoſuiſſe.

20. Cæterum argumentor ad hominem contra Marchant. Primò, quia ipſe tr. 2. proœmiali. quæſt. 2. docet (ſat rectè) minime in Regula, quærendam eſſe expoſitionem grammaticalem, ſed literalem (de quibus egimus ſupra Controverſia 1. proœmi ſect. 3.) *Grammaticorum apicibus intendentes* (ait Marchant.) *Magiſtri verbales facti*

facti ſunt, & cum Iudæis litera occiduntur, ſpiritu non viuificantur. Illa dicitur vera expoſitio Regulæ ad literã, quæ ita verborum, & dictionum ſignificationem attendit, vt à Legiſlatoris, & Regulæ Doctoris intentione non recedat, ſed potiſſimum eam includat. Hæc Marchant. Ergo ſi reſpuenda omnino eſt expoſitio merè grammaticalis, & verè literalis ſequenda, & amplectenda: cum intentio Seraphici P. N. in hoc verbo *equitare* ſe extendat ad bigationem, vt ſupra dictum eſt: necnon vt Fratres exemplo Chriſti Domini pedeſtres incedant (vt etiam Marchant. fatetur) Ergo neceſſariò in hoc verbo *equitare* fugienda eſt expoſitio grammaticorũ, (qui apicibus intendentes Magiſtri verbales facti ſunt) & admittenda vera literalis, quæ cum ſignificatione dictionis huius *equitare* includat etiã Legiſlatoris intentionem, nec ab ipſa recedat.

21. Secundò argumentor, quia ipſe March. tit. 2. procem. q. 4. concluſ. 1. circa finem fol. 47. ita ſcribit: *Variant Interpretes: An ſub equitatione prohibita in Regula contineatur etiam bigatio, vel quadrigatio? Si Miniſter Generalis per modum præcepti, vel Capitulum Generale per modum ſtatuti prohibeat bigationem, obligat ipſorũ interpretatio: quia nouum præceptum, vel ſtatutum eſt: non quia interpretatio Regulæ eſt. Quod eſt valde notandum.* Hæc March. Sed bigatio, & quadrigatio Regulæ adverſantur, vt declaratum eſt in Congreg. Gener. Segouiæ (vt patet in ſtatutis Gener. ibid. editis, cap. 5. §. 2. de Equitãdo, num. 1. & 4. ibi. *Quicumque equo, curru per publicas vias oppidorũ deambulet, pœna carceris puniatur: quia hoc ſcandaloſum eſt, & Regulæ noſtræ contrarium.* Hæc ibi. Notentur priora verba, *quicũque equo, curru deambulet*, & poſteriora: *Quia hoc ſcãdaloſũ eſt, & Regulæ noſtræ contrarium.*) Ergo eiuſmodi interpretationi debet March. ſtare, ac per conſequens omninò affirmare, bigare, aut quadrigare extra neceſsitatẽ, eſſe prorſus cõtra Regulam. Quapropter opinio Marchant mihi prorſus improbabilis, & falſa videtur. Poſt hæc ſcripta inveni Petrum Navarrum ſententiam Marchant, doctè quidem, & eruditè impugnantem hic quæſtione 5.

SE-

SECTIO II.

Quæ ſint neceſsitates ſuffi- cientes ad licitè equi- tandum?

Neceſsitas ad equitādū, primò ratione itineris.

1 RESpondeo, quod neceſsitas ad equitandum ſufficiens, multipliciter attendi poteſt. Primò, ratione itineris, ſi ſatis prolixum, aut longum eſt, vel quia impeditum aquis, fluminibus, niuibus, luto, &c. Secundò ratione negocij conuenientis, opportunè vrgentis, ita vt nec commodè differri poſsit, niſi equitando, nec fieri per alium æquè benè poſsit, niſi per eum, qui equitare indigêt. Tertiò, ratione infirmitatis, debilitatisvé, ſiue ſenectutis perſonæ, quæ talis eſſet, vt ſine ipſius perſonæ detrimento pedeſter ambulare non poſſet. Ita Sanctus Bonaventura, & expoſitio ſine titulo hic. Serena cóſcientia quæſt. 45. & ibi Petrus Ioannis, Cord. quæſt. 3. punct. 1. Polit. num. 65. Ximenez num. 49. & Expoſitores communiter. vide infra ſectionem 4. & 5.

2. Ratione negocij vrgentis.

3. Ratione infirmitatis.

4. Ratione pietatis.

2 Quartò, ratione pietatis: hac enim de cauſa prædicare, confeſsiones audire, conciliare pacem, alicui in aliqua magna neceſsitate corporali, vel ſpirituali ſubvenire, infirmum in itinere proficiſcentem comitari. Hæc, & ſimilia ſufficientem equitationi cauſam præbere cenſentur. Ita Ximenez capit. 3. num. 60. vel 61. & alij apud ipſum. Martin. à Sancto Ioſ. in noua impreſ. cap. 9. num. 5. & alij (ſi tamen prædicta aliter quàm equitando exequi non poſſunt) quidquid in contrarium dicant Author Manualis capit. 14. & alij, quibus non aſſentior.

3 Notandum tamen eſt, quòd vbi cogens neceſsitas manifeſta adfuerit, vel infirmitas, licitum erit Fratribus ex Regula abſque aliqua Superiorum diſpenſatione equitare. Vbi verò neceſsitas fuerit dubia diſpenſatio requiritur Prælatorum, ſi commode haberi poteſt. Ita Corduba quæſt. 3. punct. 1. Polit. num. 64. Sanctes Rom hic, fol. 167. Ximenez num. 62. & 63. Martin. (num. 2. relatus) num. 2. & communiter omnes. Vide infra ſectione 4. & 5.

(✠)

SE-

SECTIO III.

Quinam, & quonam modo poſsint licentiam ad equitandum concedere?

Prouincialis Cuſtos, & in eorũ abſentia, Guardianus, &c, poſſunt concedere licẽtiã ad equitandum.

1 Reſpõdeo, quòd perſonas, & modum determinant Conſtitutiones Generales Ordinis, præſertim Barchin. Toleti, anno 1583. & Segouiæ anno 1621. recognitæ capit. 5. tit. de equitatione, n. 1. 3. 5. & 6. Perſonæ ſunt Prouincialis, Cuſtos, & in eorum abſentia Guardianus, vel eius Vicarius de conſilio diſcretorum. Ita num. 1. & 6. additur, *quòd licentiam huiuſmodi præſtare poterunt Guardiani, ſi neceſsitas vera adfuerit, & cauſa, de conſenſu omnium diſcretorum conuentus, nemine diſcrepante.*

2 Præterea, ſi *negocium totum Ordinem concernat, vel aliquam Prouintiam, vel Miniſterium Provincialis, ipſe ſolus* poterit licentiam equitandi præſtare: Ita num. 3. *Secùs, minimè, niſi de conſenſu Guardiani, & maioris partis Conuentus.* Ita num. 5. *Si autem eiuſmodi licentia aliter conceſſa fuerit, Prouincialis in Capitulo ſequenti caret voce actiua, & paſſiva in diſcretorio, & Diffinitorio. Guardianus verò ipſo facto eſt privatus.* Ita n. 7.

3 *Modus verò eſt, vt qui equitat, habeat (cum cauſa iuſta, & vera neceſsitate) licentiam in ſcriptis, ſuſcripta, & ſigillata à ſupradictis, vt dictum eſt. Secus verò, Frater voce actiua, & paſsiva per biennium priuatur, & per ſex menſes in communitate flagellis cæditur, & in domo diſciplinæ tribus diebus recluditur.* Ita n. 8. Vide, & alia in ijſdem Conſtitutionibus.

Præceptũ de nõ equitãdo non eſt tã leue vt aliqui exiſtimãt

4 Ex quibus maximè aduertere oportet, quòd ſi hoc eſſet præceptũ, ita leue eſſet, aut tam parum (vt aliqui exiſtimant) non tantum ponderaretur à Sapientibus, & Sanctis viris, & Capitulis Generalibus: nec eſſent tanta ſtatuta, nec tantæ exclamationes, & prohibitiones Prælatorum, vt bene adnotant Garſias in ſua expoſitione cap. 14. §. 16. & Manipulus cap. 16. n. 37.

5 Cæterùm licèt ſupradicta ſint vera, & omninò neceſſarium, vt in praxi ad vnguem obſeruentur: tamen bene licet Prouincialibus iure communi neceſsitates dubias declarare, & declaratis ex officio de remedio prouidere per ſe ſolos in caſu, & ex cauſa. Videatur Cord. c. 10. in Reg. q. 4 poſt med. §. ſecundũ quod eſt hic & Emman. Rod tom. 1. q. 99. Reg. q. 26. art. 5. & 6.

6 Pe-

Omnes ordinis Prælati poſſunt in hoc præcepto diſpenſare.

6 Petes: Quis poſsit in hoc præcepto diſpenſare? Dico, quòd Pius 2. conceſsit, quod *Prælati Ordinis Minorum de obſeruantia* (Prouinciales nimirum, Cuſtodes, & Guardiani) *poſsint diſpenſare cum ſuis ſubditis debilibus, & infirmis ad equitandum, & ad portandum ſotulares, licèt non ſit arcta neceſsitas.* Ita habetur in Monum. Ord. in 1. impreſ. tract. 1. fol. 62. col. 2. & in Supplem. fol. 100. Quam cõceſsionem referunt, & approbant Compend. tit. *diſpenſatio.* Cord. ibi. in additionibus. Rod. tom. 1. qq. Reg. q. 26. art. 1. Ximenez cap. 3. in Reg. num. 64. Siguenza tex. 9. §. 2. Petrus Navarrus in margine Cord. cap. 3. in Reg. quæſt. 3. punct. 1. Martin. in 2. impreſ. cap. 27. num. 7. Portel. in dub. Reg. verbo *diſpenſatio* in Additionibus n. 8. & alij apud ipſos.

Prælati nõ poſſũt diſſipare, ſed diſpẽſare.

7 Notandũ verò eſt cum Rod. quòd noſtri Prælati poſſunt diſpenſare non quidem ad libitum: hoc enim eſſet diſsipare, ſed ex cauſa aliqua rationabili, quamuis non omnino ſufficiente. Talis verò diſpenſatio cum rationabili cauſa hoc tantum in ſuma concedit, quòd illa cauſa (quæ aliàs non erat ſufficiens) fiat ſufficiens ipſa diſpenſatione, ad licitè equitandum. Hæc Rod. Annuit etiam Herrera in tract. quatuor art cap 10. fol. 343. & cum ſemetipſis poſſunt eo modo diſpenſare. Ita Siguenza, num. 6. relatus cum alijs apud ipſum.

SECTIO IIII.

An ſola neceſsitas itineris, vel negotij ſufficiat ad licitè equitandum, etiamſi nulla alia adſit cauſa neceſſaria, vel vrgens?

1 PRo huius ſectionis intelligẽtia oportet primo ſemper præ oculis habere, verborum huius præcepti de non equitando ſenſum, & tenorem, nimirum: *Et non debeant equitare, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur.* Quorum verborum ſenſus verus literalis, ac ſimplex eſt: debeant non equitare, niſi *manifeſta neceſsitate cogantur*, vel *niſi infirmitate cogãtur.* Itaq; vt licitè equitare poſsint Fratres Minores, ex vi Regulæ debẽt *manifeſta neceſsitate*, vel *infirmitate cogi.* (*Cogi*, ideſt, vrgeri ſiue premi, vti explicat Calepin.) vt liquidò cõſtat ex textu: tamẽ clarifi tatis gratia, in hac ſect. de neceſsitate itineris, ſeu negocij, in ſequẽti verò de neceſsitate perſonę, ſeu infirmitate agem.

2 Opor-

Quæ ſit neceſsitas cogẽs. 2 Oportet rurſus ſemper in oculis habere, quæ ſit, & dicatur neceſsitas cogẽs, quã ita deſcribit S. Bonaventura, cap. 2. in Reg. ſuper ly: *Et qui neceſsitate coguntur, poſsint portare calceamenta: vbi aduertendum* (inquit) *quòd cum Regula ſolùm pro neceſsitate cogente concedit calceamenta portare: vbi autem neceſsitas non cogit, ſicut & in negocijs gerendis; quæ etſi per ſolos debiles expediri valent, poteſt tamen ſine periculo differri ipſorum expeditio, non licet.* Hæc S. Doctor.

3 Quam deſcriptionem accepit Seraphicus Doctor ab Alenſi, & trib. Magiſtris ibid. *Neceſsitas* (inquiũt) *nõ determinatur vno modo ſed pluribus. Aliquando ſecundum ſtatum perſonæ quia debilis, vel infirma. Aliquando ſecundum locum, quia nudis pedibus non poteſt ſine detrimẽto tranſiri. Aliquando ſecundum iter, vel officium iniunctum, quia non poſsit* (nota) *ſine detrimẽto perſonæ, vel cauſa, propter quam iniunctum eſt, perfici.* Hæc ibi. Ergo cùm neceſsitate itineris, vel officij, etiam adeſſe debet neceſſaria cauſa. Præclarè Vener. Hugo: *Cogens neceſsitas dicitur* (inquit) *quam non carnis modeſtia, vel prudentia, ſed rationabilis, & vrgens conciliat cauſa, vt quando debitum impeditur officium, aut corporale, vel ſpirituale timetur diſpendium.* Hęc ille. Et B. Ioan. Pecham. *Duo dicit, neceſsitatem, & coactionem, vt ſit neceſsitas perſonæ: & coactio cauſæ negotij ſcilicet piæ vtilitatis, &c.* Vide ſupra Contoverſia 7. ſect. 3. num. 2. Ad idem ſunt vt ſupra dicta Controver. 7. ſect. 3. vidimus expoſitio Sanctorum Patrũ Ordinis. Seren. conſcient. q. 45. Speculum, Cord. & omnes communiter. Vide ſupra Controver. 7. ſect. 3. n. 2. & 3.

4 Nec valet dicere; S. Bonaventuram, & prææallegatos Doctores loqui de neceſsitatę requiſita ad calceationem, non verò ad equitationem; & ſic nihil probare. Hoc, inquam, non valet (etſi verum ſit antecedens) quia etiam Regula in equitatione petit neceſsitatẽ ſimilem (imò eandem) nempe cogentem; vt expreſsè liquet ex textu; & patet ſupra n. 1. Idcirco eodem modo debet intelligi neceſsitas ad equitationem, ſicut ad calceationem. Nam vt notanter aduertit idẽ S. Bonaventura in cap. 2. Regulæ in ly, *& vxores non habẽt. Modus* eſt (inquit) *iſtius Regulæ; ex ſimilibus ſimilia intelligere.* Hæc S. Ergo ex S. Bonavent. quando duo ſimilia in iſta Regula occurrũt, ex

ex vnius ſimilis intelligentia, ſeu explicatione, ſimile alterū intelligere, & explicare debemus: ſed præceptum de *calceamentis*, & de *Equitatione*, ſimiliter (imò iiſdem verbis) in Regula habentur cap enim 2. dicitur: *Et qui neceſsitate coguntur poſsint portare calceamenta*. Et in hoc cap. 3. *Et non debeant equitare niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur*. Notandum verba, *neceſsitas*, & *cogantur*. Ergo ex ſententia S. Bonav. eodem modo vtrumque præceptum debemus intelligere in Reg. & explicare.

5 Rurſus vbi eadem militat ratio, *eadem debet militare iuris diſpoſitio*, *cap. tranſacto de conſtitutione*, *cap. dudum, &c.* Et 2. de *Electioni. cap. Cum dilecta de Confirmat*. vtili, vel inutili, & L. illud, in principio, ff. ad L. Aquiliam, & docet Menochi. Cōſil. 113. num. 4. lib. 5. Quando enim vtraque res propter identitatem rationis ſub eadem diſpoſitione continetur, comprehenſio quædam neceſsitatis reperitur, Sigiſmundus, argument. capit. cupientes de electione in 6. Suarez. de legibus lib. 7. cap. 3. & 4.

Cū eadē ratio interuenit 6 Nec ſecundò, valet dicere, quod extenſio non ſit de caſu ad caſum cap. tua de preb. in 6. cum enim eadem ratio intervenit nulla ſit extenſio, vt docet Tiracuell. L. ſi vnquam, verb. literis num. 45. *nulla ſit extenſio*, & tunc dicitur eſſe idem caſus, & eadem diſpoſitio Bald. conſ. 324. omiſsis opinionibus in fin. lib. 5. Graucta. conſil. 183. num. 3. plene. Alexand. conſ. 75. videretur numero 3. & ſeq. lib. 5. Card. Tuſch. practicar. concluſ. iuris tom. 3. verb. extenſio. concl. 650. num. 28. & alij communiter. Extende etiamſi diſpoſitio ſit pœnalis, Alexan. dict. conſ. 75. num. 3. verſ. & ibid. etiam dicit lib. 5. Tuſchu. vbi ſupra num. 38. *Etiamſi diſpoſitio ſit pœnalis.*

7 Proterea dato, & non conceſſo, fieret extenſio, ratio euitandi peccatum, expreſſa in cap. fin. *de præſcrip*. operatur, vt fiat extenſio, &c. & in omni caſu, in quo ratio evitandi peccatum militat etiam contra ius Alexan. conſil. 51. videretur, n. 4. lib. 5. & clarius, conſil. 53 n. 12. eod. lib. Tuſch. vbi ſup. n. 15. Addo quod etiā in odioſis, & iis quæ ſunt ſtricti iuris, vbicumque militat eadē ratio, etiam ſit extenſio ad caſus non expreſſos, Alex. conſ. 216. n. 34. verſ. 2. pro hoc lib. 2. vide Tuſchu. vbi ſupra concl. 665. num. 4. & 5. *Ratio euitandi peccatum ſit extenſio.*

8 His ſuppoſitis, circa præſentem difficultatem bipartita eſt ſententia. Prima docet, ſo-

ſolam neceſsitatem itineris, vel negotij (etiamſi cauſa omnino voluntaria, aut inutilis ſit) ad licitè equitandum ſufficere. Ita Miranda expreſsè ſuper Regulam in 1. impreſ. cap. 65. & in 2. cap. 46. poſt med. dificul. 2. Suffragatur quidam doctiſsimus Pater à me conſultus, & Ioannetin in ſua breui expoſitione cap. 3. fol. 53. & 55. etſi fol. 54. petat cauſam honeſtam, & licitam. Ducitur Miranda, & mouetur ex verbis D. Bonaventurę ſuper Regulã cap. 3. qui explicans ly, *& non debeant equitare*, inquit: *Niſi manifeſta neceſsitate prolixi, vel impediti itineris, vel negotij urgentis.* Notetur (ait Miranda) disiunctio *vel*.

9 Secundò, ducitur Miranda: quia Regula non prohibet iter facere abſolutè, ſed iter facere equitando. Ergo ſi iter eſt impeditum, vel prolixum, abſque alia cauſa poterit equitando ambulari. Tertio, quia S. P. N. Franciſcus non præcepit; quòd Fratres non ſuſcepiſſent iter niſi neceſſarium. Nec credo, quod ipſe ſic obſervauit: veriſimile enim eſt, quòd aliquod fecit iter (etiam equitando) quod excuſare potuit, & facere per alium, ſaltim poſt ſacrorum ſtigmatum receptionem. Domum ſupra dicta ſententia nunquam in ordine vſu recepta fuit, ſolum enim Regula præcepit, quod ſuppoſito quod iter ſit faciendum, modo neceſſarium ſit, modo non, niſi manifeſta neceſsitate cogantur nõ equitent. Hæc Miranda.

10 Secunda ſententia affirmat, cum neceſsitate itineris, vel negotij ſimul concurrere debere cauſam neceſſariam, vel honeſtam ad iter agendum. Ita vt iter, quod ſe offert ambulandum, vel negotium tractandum, non ſit impertinens, inutile, vel omnino voluntarium, ſed neceſſarium, aut Conventus vtilitatem ſiue proximorum profectum concernens: aliter verò non licet Fratribus equitare. Ita Sanctus Bonavẽtura, Venerabilis Hugo, expoſitio Sanctorum Patrum, Serena conſcientia, quæſt. 45. & ibidem Petrus Ioann. vt liquet ex num. 1. 2. & 3. Sancti Patres obſervantiæ Reformatores in Querimonijs ad Sacrum Concilium Conſtantin. part. 1. Manuale cap. 14. Lucerna hic quęſt. 17. Speculum fol. 43. col. 2. Corduba hic (erudite quidem) quæſt. 5. punct. 1. ibidem Petrus Navarrus in margine. Ovandus in 4. Addit. ad diſt. 38. de voto, propoſitione 13. Polit, hic num. 65. Ortiz fol. 91.

San-

Sanctes Rom. fol. 165 §. *La neceſsita* Manipulus cap. 16. num. 33. Rouſſer. hic. Reuerendiſsimus Soſa in epiſtola ad Miniſtros Hiſpaniæ (dum eſſet Miniſter Generalis) numero 12. Herrera in tractatu quatuor art. cap. 10. fol. 347. Ximenez hic à num. 52. vſque ad 62. Siguenza tex. 9. §. 5. à fol. 101. vſque ad 103. Servatius Myrican. cap. 2. fol. 10. & cap. 3. fol. 17. Ant. à Sancta Maria fol. 66. Alaua in doctri. ſatisf. punct. 3. cap. 16. fol. 239. vbi citat, & ſequitur Hugon. cap. 2. in Reg. March. hic, tex. 4. quęſt. 3. pag. 183. Martin. à Sancto Ioſ. cap. 9. in 2. impreſ. num. 5. Quos omnes legi. Quam ſententiam veram, & tenendam iudico.

11 Sit concluſio: Neceſſitas itineris, vel negotij, & cauſa neceſſaria, vel honeſta ſimul concurrere debent, vt Frater Minor licitè equitare poſsit. Probatur primo ex Sanctis Patribus, & Doctoribus Ordinis, nimirum, Sancto Bonaventura, & alijs ſupra num. 2. & 3. relatis. Et primo ex S. Bonaventura vbi affirmat, *quod in negotijs gerendis, quæ per ſolos debiles expediri valent, ſi poteſt ſine periculo differri ipſorum expeditio, nō licet Fratri Minori* (etiam debili, & ſolum tale negotiū expedire valenti) *calciari* Et hoc, quia *Regula ſolum pro neceſſitate cogente concedit calceamenta portare*. Hæc S. Doctor, quæ dicit vt omnes advertant. *Vbi aduertendum, &c.* ex quibus ſic argum. ex S. Bonavent. doctrina, ad negotium gerendum, quod ſolùm per debilem Fratrem expediri valet, ſi poteſt ſine periculo tale negotium differri, non poteſt Frater debilis calciari ex Regula, cum illa ſolū pro neceſsitate cogente concedat calciari, ergo ſi in hoc caſu Fratri debili non licet ex Regula calciari ex S. Bonav. ſententia, ergo neque licebit (ex eod. S. Doctore) debili Fratri in dicto caſu equitare, cum Regula ſolùm pro neceſſitate cogente concedat equitare, maxime, quia maiorem neceſsitatem Regula petit ad equitationem, quam ad calceationem. Ad calceationē namque tantum petit neceſsitatem cogentem. *Et qui neceſsitate coguntur* (dicit 2. cap.) *poſsint portare calceamēta*. Ad equitationem verò petit manifeſtā neceſsitatem, cogentem. *Et non debeant equitare niſi manifeſta neceſsitate cogantur.* Si ergo, ex Sancti Bonav. ſententia, debili Fratri non licet calciari, ergo multo minus, Fratri robuſto, & forti licebit, ergo ſimiliter, nec equitare

Ex S. Bonavē. ad calceationē in itinere, requiritur neceſsitas perſonæ, & cauſa.

tare

tare. Similis diſcurſus poteſt confici ex verbis Venerab. Hugon. B. Ioan. Pecham. &c.

12 Secundo probatur ex definitione neceſsitatis cogẽtis, neceſſario ex Regula adequitandum, requiſitæ. Ad licite equitandum requiritur ex vi Regulæ neceſsitas cogens: at eiuſmodi neceſsitas petit cum neceſsitate itineris prolixi, ſeu impediti, vel negotij vrgentis, etiam cauſam, neceſſariam, ſeu rationabilem, vt conſtat ex dictis ſupra num. 2. & 3. & 11. Ergo non ſufficit ad licitè equitandum ſola itineris, vel negotij neceſsitas, niſi adſit rationabilis cauſa, ac per conſequens inutilis cauſa non erit ſufficiens. Conſequẽtia probatur ex dictis à n. 4. vſque ad 7. & n. 11.

13 Et confirmatur ex traditis, & admiſsis à Miranda in 1. impreſ. ſup. Reg. cap. 57. pag. 339. & in 2. impreſ. cap. 39. pag. 266. & 267. in quibus locis citans, & ſequens Vener. Hugon. in cap. 2. Regul. ait: *Hugo dicit, quod neceſsitas requiſita, vt quis poſsit portare calciamenta debet eſſe vrgens, & cogens, & hoc infert ex illis verbis Regulæ. Qui neceſsitate coguntur poſſint portare calceamẽta, quæ verba exponens dicit, cogens quippe neceſsitas dicitur, quā non prudentia carnis, ſed rationabilis, & vrgens conciliat cauſa, &c. vſque timetur diſpendium, incluſiue,* vt ſupra relata ſunt num. 3. & addit Mirand. verba: *Hæc profectò notatu digniſsima ſunt, & ſatis rationi conſonum, quod ab omnibus aduerterentur, vt ſcirent, & intelligerent in quo caſu licitè poſſunt calciari, non enim calciari poſſunt niſi neceſsitas vrgeat, vel quando aliqua cauſa vrgens, & rationabilis adfuerit, vt quando debitum impeditur officium, aut corporale, vel ſpirituale timetur diſpendiū, &c.* Hæc Mirad. in quibus verbis claré ad licitam calceationem admittit omnia, quæ ex ſententia Hugonis petit neceſsitas cogens, quæ ſimiliter ad equitationem debet admittere, cum etiam ex Rugula requiratur neceſsitans cogens vt dictum eſt, aliter ſibi erit contrarius, & nullo modo audiendus iuxta determinata in iure, vt extra de Appellationibus ſolicitudinem fin. 2. 2. q. 6. quod antè cum Gloſſ. & eád. Gloſſ. 4. q. 2. ſi teſtes, circa principium.

Ex Mirāda vt frater Min. licitè calcietur debent concurrere neceſsitas, & cauſa.

14 Ad argumenta Mirandæ Reſpond. Ad S. Bonauen. dico, Sanctum diſiunctiue loqui, tamen quia loquitur de præcepto, cui eſt annexa neceſſitas cogens, ſeu quod petit neceſsitatem cogentẽ intelligẽdus

dus neceſſario eſt, ſecundũ ipſius mentẽ, declarat tã in alio præcepto, ſimilẽ (vel eandem) neceſsitatẽ cogentẽ, petenti, vt ſup. n. 11. dictum eſt, nam quando dicta Doctorũ poſſunt concordari, ſunt cõcordanda, argum. tex. in cap. cum tu, extra, de teſti, alioquin ſibi contradiceret, dum in calceatione cũ neceſsitate perſonæ, & itineris, & negotij, petit cauſam rationabilẽ, & hoc quia calciatio non poteſt fieri ſine neceſſitate cogẽte. Et in equitatione, quæ ſimiliter non fit licite niſi neceſsitate cogente, & manifeſta, non petit cauſam, cum neceſsitate itineris, vel negotij, & contraria dicens non eſt audiendus iuxta iura ſup. n. 13. allogata, quod nemo poteſt, nec debet, vel ſomniare de tanto Doctore.

15 Ad ſecundũ dico, quod Regula prohibet iter facere equitando, niſi adſit neceſsitas cogens; quapropter ſimul cum neceſſitate itineris, ſeu negotij concurrere debet cauſa neceſſaria, vel rationabilis ad licitè equitandum; vt dictum eſt.

16 Vel ſecundo Reſpond. retorquẽdo ipſum argument. adverſus Mirãd. (iuxta ea, quę docet de præcepto nõ portãdi calceamẽta) in hunc modũ, Regula non prohibet iter facere abſolute (in caſu quo quis portet calceamẽta) ſed iter facere calciatus, ergo ſi iter eſt impeditũ, abſque alia cauſa, vel ſine vlla cauſa poterit Frater Minor illud, calciatus ambulare, at vt quis calcietur debet habere neceſsitatẽ cogentem, & illa eſt *quã nõ carnis prudẽtia, ſed rationabilis, & vrgẽns cõciliat cauſa*. Vt ipſe Mirãd. cũ Hugone fatetur, vt ſupra vidimus n. 13. ergo quãvis Regula nõ prohibeat iter facere, ſed facere calciatus, nõ poteſt illud frater ambulare calciatus ſi non adſit aliqua cauſa; maximè quia ita expreſſe docet (& cũ advertẽtia, S. Bonav. vt ſupra vidimus n. 11. Ac percõſequẽs dato (& nõ cõceſſo) quod Regula non vetet iter volũtariũ, & inutile, nõ poteſt Frater Minor illud facere equitãdo, cũ equitare ex vi Regulę nõ poſsit niſi manifeſta neceſsitate cogatur.

17 Ad 3. dico SS. P. N. F. ſupponere Fratres ſuos procul dubio religioſos eſſe, & debere eſſe viros Evãgelicos, & Apoſtolicos, atque ita iter illud ſuſcipere, & agere quod Religioſos, & viros euãgelicos decet, vitã Apoſtolicã profitẽtes & imitãtes, quod clare inſinuat quãdo dicit, fratres nõ equitẽt *niſi habeãt manifeſtã neceſsitatẽ cogentẽ*. Et ipſe SS. P. quippe qui *totus Apoſtolicus* (vt de eo cantat Eccleſia) perfectiſsime quoad vixit ita obſervauit, ſemper (quãdo equitauit) equitans ex cauſa neceſſaria (etiã infirmus) vel animarum vtilitati

S. P. N. Franciſcus ſupponit Fratres ſuos viros religioſos, & Apoſtolicos debere eſſe.

Digitized by Google

cõducẽti, maximè poſt ſacrorũ ſtigmatũ receptionẽ, & cõtrariũ affirmare, tã magnæ ſanctitati, ac perfectioni, derogat manifeſte, qui enim nõ admittebat vllã cogitationẽ inutilem, nec vllũ verbũ inutile loquebatur, prę ſertim poſt ſacrorũ ſtigmatũ receptionẽ, quomodo iter inutile, ac per cõſequẽs peccaminoſũ ſuſciperet, & hoc, vt illud faceret equitãdo? nec credere, nec leuiſsime cogitare quis ſanę mentis poteſt, nec debet.

18 Illud verò quod addit Mirãd. nimirũ, quod SS. P. fecit equitãdo aliquod iter, quod potuit excuſare, & facere per aliũ, dato gratis quod ita ſit, eſt omnino friuolũ ad ſuũ intẽtũ, quia ille, alius SS. P. ſubſtitutus, qui illud iter, vel negotiũ aſſumeret, vt faceret, cauſa prædicandi, non tã bene, nec ęque recte faceret, ac SS. Pater.

19 Ad vltimũ, ſcilicet; quod
cõtraria ſententia nunquã fuit
in praxi ab ordine recepta. Di-
co minime eſſe verũ, vt cõſtat
expreſſè, fere, ex omnibus capi
tulis, & cõſtitutionibus gene-
1 ralibus, vtpotè S. Bonav. ſępiſ
ſime refricatis, Iulij 2. an. 1506
2 excarpent. an. 1521 ex Valli-
ſolet. an. 1565. ex Toleta. an.
1583. ex Barchi. Segouiæ re-
cognitis. an. 1621. Quarũ (alijs
breuitatis gratia omiſsis) duarũ
vel triũ, tantũ referã verba, vt
irrefragabile iuxta veritatis
verbũ. *Matt.* 18. perhibeam huius veritatis teſtimonium.

20 Primò ex cõſtitutionib⁹ generalib⁹ antiquis, c. 5. fin. ibi. *Itẽ cũ Regula dicat quod fratres non debeãt equitare, & c. ordinam⁹, quod quotieſcũq; aliquis equitauerit, tantũ in pane, & aqua ieiunet, ſedens in terra corã fratribus, & ad hoc per obediẽtiã teneatur ſecũdũ nouã additionẽ, niſi cuius cauſa* (nota) *& neceſsitas, fuerit ſufficiẽter iudicata per miniſtrũ, vel cuſtodẽ de cõſilio diſcretorũ. Hoc idẽ dicimus de carrucijs. Etſi ipſi in hoc fuerint culpabiles per viſitatores acrius puniãtur. Et nihilominus miniſtri culpabiles, per eoſdẽ viſitatores denuntiẽtur in capitulo generali.* Hæc ibi. Quæ vtiq; maxima conſideratione digna ſunt. Præſertim notentur illa. *Niſi cuius cauſa, & neceſsitas, &c.*

21 Secũdo ex cõſtitutionibus generalibus Iulij 2. c. 3. part. 16. vbi ſupra dictũ cõſtitutionũ antiquarũ ſtatutũ ſub ijſdẽ fere verbis refricatur ex quibus alijs vitãdi tędij gratia omiſsis ſolũ ſequẽtia refero, *ſtatuim⁹ iuxta antiqua ordinis ſtatuta, &c.* Et mox. *Alioquin ille* (ſupple frater equitãs) *cui⁹ cauſã, tales* (ideſt Miniſter, vel cuſtos, &c. vt ſup.) *nõ iudicauerint, eſſe iuſtã, vel neceſſariã pro qualibet die, in qua trãſgre*

diens fuerit, vna refectione in pane, & aqua in terra coram conuentu comedat, &c. Et infra, *quibus neceſſitatibus, ſatis vrgeri declaramus Prælatos maiores ordinis; ac ſolemnes Prædicatores, qui pro negotijs Ordinis, & animarum profectu* (nota cauſas) *habent per terras, & prouincias frequẽter diſcurrere, vel ad Capitulũ lõgius ire: tales enim ex hoc nõ ſunt ſuæ Regulæ in aliquo trãſgreſſores &c.* Hęc ibi.

24 Tertio ex conſtitutionibus generalibus Barchinon. Segouiæ recognitis cap. 5, tit. de equitando, vbi poſtquam n. 1. cautum eſt, quod Fratres *non equitent, ſine manifeſta neceſſitate à Prælatis iudicãda.* n. 2 hæc habentur: *In iudicio autẽ talis neceſſitatis attendendum eſt, iuxta Regulæ expoſitionem communiter receptam, quod non ſolum ſit neceſſitas ipſius Fratris corporalis ſed etiam negotij, quod ſecũ fert tractandum, ita vt non ſit voluntarium, ſed neceſſarium, & præciſum, vel conuẽtus vtilitatem, ſiue proximorum profectũ concernens; aliter verò non liceat Fratribus equitare.* Hæc, & alia ibi.

23 Ex dictis à n. 20. liquido cõſtat, quod ſemper in ordine fuit vſu, & conſuetudine receptũ, fratres nõ poſſe licite equitare niſi cũ manifeſta neceſsitate itineris, vel negotij, vel infirmitate, ſimul adſit cauſa iuſta, vel neceſſaria, & non inutilis, vel omnino voluntaria; vt abſque fundamẽto affirmat Miranda.

24 Poſt hæc ſcripta inueni Petr. Nauarr. qui in expoſit. ſua nouiſsima (Matrit. an. 1641 typis mandata) q. 4. concl. 3. ſupra dictã Mirandæ opinionẽ pro virib⁹ defẽdit, ducitur illo fundamẽto Mirandæ, ſup. n. 9. relato, quod eſt 3. argum. & addit pap. 93 *Hæc opinio* (ideſt Mirãdæ cõtraria) *eſt falſa, abſque authoritate, & ſine fundamento, illãque docte impugnat Miranda.* Hæc ille, in quibus verbis cẽſor nimis rigidus monſtratur, maxime cum pag. 92. col. 2. circa fin. approbet, & admittat diſpoſita, & decreta per ordinis conſtitutiones generales circa huius præcepti de equitatione perfectã obſeruãtiam: & pag 93. col. 1. admittit etiã authoritatẽ expoſitionis Sanctorũ PP. ordinis, excludentiũ prorſus cauſas inutiles, & omne iter non neceſſarium, vt ex verbis, ab ipſo ibi relatis palam liquet.

25 Cæterum ſuboſcurus eſt in ſupra dicta tertia concluſione, cum loquatur ſemper tantum de neceſsitate perſonæ, & negotij, & nunquam, de neceſsitate negotij, vel itineris, & cauſa, iuxta, vel neceſſa-

Digitized by Google

ceſſaria ſimul cum longè diverſum ſit, neceſsitas ex parte itineris, & cauſa iuxta, & neceſsitas ex parte perſonæ (quæ pertinet, vel reducitur ad infirmitatem) & ex parte negotij, ſeu itineris. Et ita hæc duo Cordub. & Miranda, adinuicem diſtinguunt, & omnes expoſitores. Et Corduba, quem Nauarr. impugnat, quamuis petat cum neceſsitate ex parte itineris, cauſam, neceſſa... n, tamen (ſi ipſi Nauarro fidem debemus dare) cum neceſsitate perſonæ (id eſt infirmitate) non petit Corduba cauſam, ſeu iter ita neceſſarium, quem ipſe Nauarr. laudat, & ſequitur in hoc, dicta pag. 92. col. 2.

26 Ex quibus omnibus patet, quod confuſe ſatis loquitur (alias doctiſsimus Pater) & ſibi contrarius videtur, dum nobiſcum admittit decreta à conſtitutionibus generalibus, quæ vt vidimus à num. 20. vſque ad 22. petunt cum neceſsitate itineris prolixi, ſeu impediti, etiam cauſam neceſſariam, ſeu rationalem, & cum Miranda hoc negat; Rurſus cũ ſanctis Patribus ordinis excludit cauſas inutiles, & ibidem eas admittit cum dicit opinionem noſtram eſſe falſam; item approbat Cordub. & improbat Cordub. Vltimo clare fatetur, noſtram ſententiam eſſe ſine authoritate, & fundamẽto, cũ eam expreſſe approbent, & ſequantur ordinis conſtitutiones generales, quas ipſe approbat, & ſequitur; ex quibus patet ad ſuum fundamentum.

SECTIO V.

An ſola infirmitate, ſeu neceſſitate perſonæ abſque alia cauſa, licitum ſit Fratribus Minoribus equitare?

1 CIrca præſentem difficultatem eſt duplex ſententia. Prima affirmat, ſolã infirmitatem, ſeu neceſsitatem perſonæ, abſque alia prorſus cauſa, Fratri Minori facultatẽ præbere, vt licitè æquitare poſsit. Ita Miranda, & Ioanetim vbi ſupra ſect. 4. n. 5. relati. Mouentur eiſdem fundamentis, & rationibus circa hoc dubium, quibus moti fuerunt in ſectione 4. præcedenti ad aſſerendum, ſolam neceſsitatẽ itineris, vel negotij (etiãſi cauſa omninò voluntaria, aut inutilis ſit) ad licitè equitandũ ſufficere.

2 Secunda ſententia vera affirmat, quòd ſola neceſsitas perſonæ, ſeu infirmitas abſque alia cauſa infirmo, vel nociva, vel ſalubri, non præbet Fratri Minori licentiã ad licitè equitandum. Ita Authores ſupra

ſect 4. num. 7. pro ſecunda ſententia relati. Probatur primo, efficaciter à paritate ex verbis S. Bonaven. ſupra ſect. 4. n. 11 relatis in quibus docet S. Doctor, quod in negocijs gerundis, quæ per ſolos Fratres debiles valent expediri, ſi poteſt ipſorum expeditio ſine periculo differri, non licet calciari, ergo nec ipſos Fratres debiles licitum erit etiam in negotijs gerendis, ſi ipſorum expeditio poteſt differri, equitare, ac per conſequens minime licitum erit Fratribus debilibus, ſeu infirmis ſola debilitate, ſeu infirmitate, ex ſententia S. Bonaventuræ equitare.

Cauſa aliqua eſt neceſſaria, vt infirmus equitet.

3 Secundò, quia ex vi Regulæ, infirmitas debet eſſe cogens, vt patet ex text. ibi: *Niſi infirmitate cogātur.* Vel quod idem eſt infirmus (vel debilis) debet cogi infirmitate (ſeu neceſsitate perſonali) ad equitandum. At quando nullum leuamen, vel nocumentum infirmo advenit, ex eo quod iter faciat, vel in loco remaneat, minimè eum cogit infirmitas, vel ab illa cogitur, ad equitandum, vel ad non manendum in loco vbi infirmatur. Ergo,

4 Petes: Quæ cauſa ſufficiens erit, vt infirmi licitè equitent? Reſpondeo, quòd multiplex eſſe poteſt, vtpotè quando iter eſt agendum, ſiue vt ad locum habitationis, aut obedientiæ pergant, aut reuertantur, ſiue vt ad conualeſcentiam, aut exercitium, ſiue recreationē pro ſanitate (quicquid dicat Manipulus cap. 16. num. 34.) ſiue aeris mutationem, iter faciant. Ratio eſt clara: quia dum aliqua ex dictis adeſt, iam Fratres infirmi infirmitate coguntur, cum ex tali equitatione, vel eorū non plus augmētatur infirmitas, vel minuitur, vel ſaltem ſubleuatur. Ita expoſitio ſine titulo, quā citat Cord. hic quæſtione 3. pun. 1.

Cauſa ſufficiens vt infirmus poſſit equitare multiplex.

(.†.)

QVOD

QVOD FRATRES NON RECIPIANT pecuniam.

CAPVT IIII.

Textus: *Præcipio firmiter Fratribus vniuerſis, vt nullomodò denarios, vel pecuniam recipiant, per ſe, vel per interpoſitam perſonam.*

CONTROV. XI.

De pecunia, & denarijs quoad eorum nomina, & ſignificationem.

SECTIO I.

Quid nomine Pecuniæ in iure intelligatur?

Pecunia accipitur multipliciter in iure.

1 RESpondeo, quòd multipliciter in iure accipitur hoc nomen *Pecunia*: ſignificat enim quicquid homines poſſident, & omnia, quorum Domini ſunt, vt 1. q. 3. cap. Totum, & in L. nomin. ff. de verborum ſignific. vbi Proculus, & Gloſſ. L. 178 & L. 222. ff. eodem Iuſtinian. quoque in L. 2. C. de conſtit. pecun. vt ait Barnab. Briſonius, de verborum, quæ ad ius pertinent ſignificatione libr. 14. verbo *Pecunia*.

2 Item dicit lex, quòd pecunia eſt quicquid pro pecunia accipitur. ff. de calum. L. 1. §. vltimo, & L. 2. vide Gloſſ. vbi ſupra 1. q. 3.

3 Rurſus pecunia accipitur pro mercede locationis operarum. L. 18. §. vltimo D. de ſtipulat. ſeruorum L. 5. §. *At cum* D. de præſcriptio-n. verbo L. 1. §. vltimo D. mandat.

4 Eſt etiam pecunia meſſium, ideſt, penſio, ſeu merces locationis agri. L. 7. §. Item ſi D. ſolut. matrim. Vide Briſon. vbi ſupra.

5 Sed in his omnibus acceptionibus nomen *Pecunia*, impropriè, largè, & communiter accipitur: quia omnes ſupra dictæ res propriè, & in rigore *Pecunia* non ſunt, ſed denominatiuè, vel analogicè tantũ,

vt docet erudite Franciſcus Connanus, lib. 7 Cōmētariorū iuris, cap. 11. tom. 2. pag. mihi 451 lit. I.

Pecunia propriè, & ſtrictè accipitur pro pecunia numerata.

6 Idcirco *Pecunia* ſtrictè, propriè, & in vera ſui ſignifi-catione accepta, tantum ſigni-ficat pecuniam numeratam (ſeu monetam cuſam) L. Sed Iu-ſtianus §. Mutui dationem ff. ad mace. & ſic intelligimus ſecundum communem vſum loquendi, vt doctè Franciſcus Curtius, tract. ſequeſtrorum not. 1. num. 1. & ſic expreſsè habetur 14. quæſt. 3. cap. pu-tant cum Gloſſ. & eadē Gloſ. 1. quæſt. 3. capit. totum ibi; *Pecunia* (ait) *ſtrictius acci-pitur pro pecunia numerata.* Infra 14. quæſt. 3. cap. 1. 2. & 3. Hæc Gloſſa. Eodem mo-do loquitur Briſon. vbi ſupra, & allegat multa iura L. 22. §. Huic accedit C. de admini-ſtratione tutor. Et §. Nam heres inſtitutione de vſu fruct. L. 29. D. de verborum obli-gat. Idem docent D. Bonaven-tura hic Angel. Armilla; & Roſel. verbo *Pecunia.* Sylu. ibid. & addit *Secundum men-tem* (inquit) *S. Thom. 2. 2. Pecunia formaliter, & pro-priè, eſt moneta, ſeu menſu-ra rerum venalium: impro-priè autem omne, cuius pretiū poteſt æſtimari pecunia.* Hæc Sylu.

Denari9 tantū ſignificat monetā.

7 Denarius verò tantum-modo ſignificat monetam, vel pecuniam numeratam, & olim fuit decem aſsibus æſtimatus, vt ait Lexicon Eccleſiaſticum. Ximenez, & Calepinus ver-bo *Denarius*, vel pro de-cem nummis computabatur, vt ait Zabarell. in Gloſſa ſu-per Clemen. *Exiui de para-diſo* §. *Porrò vero. Cappi. vel tranci.* lit. C. dictuſque fuit à numero decem, de conſe-cratione diſtinctione quinta *ieiunium.*

Hoc nomē Pecunia in ſua latitudine ſumptum eſt vniuerſali9, quā denarius.

8 Ex dictis liquidò con-ſtat, quòd hoc nomen *Pecu-nia* in ſua latitudine ſump-tum, & eſt vniverſalius, quàm nomen *Denarius*; & aliud dicit (licèt impropriè, & non verè. Verè quidem, & pro-priè tantum accipitur pro pe-cunia numerata, ſeu mone-ta:) Vnde Venerabilis Hu-go hic: *Omnis enim Dena-rius* (inquit) *pecunia, ſed non omnis pecunia denarius eſt.* Hæc Hugo. Et ante il-lum quattuor Magiſtri: *Con-ſtat* (inquiunt) *quòd pecunia dicit aliud, quàm denarius.* Hæc illi. Idem affirmat Piſa, & omnes communiter Ex-poſitores. Sed an in hoc quar-to capitulo Regulæ *Pecunia* ſignificet aliud, quàm dena-rius, vel non; & quid hoc ſit? Hoc opus, hic labor eſt.

9 Et quidem ſecundū Re-gulæ

Quid ſit Pecuniæ res confuſa apud antiquos expoſitores.

gulæ expoſitores, non ſolum Modernos, verùm etiam, & Antiquos, res eſt valde confuſa, ac varijs opinionibus offuſcata, vt apertiſsimè liquet in Expoſitionibus quatuor Magiſtrorum, & Hugonis ſuper hoc 4. cap. Quarum literam de verbo ad verbum ſubijcio, tum quia aſſenſus diverſi Antiquorum Patrum, & Expoſitorum circa intelligẽtiam huius nominis *Pecunia* (in Regula prohibita) omnibus pateſiant. Tum etiam: quia liquidò conſtet, quómodo à multis Recẽtioribus quatuor Magiſtri, & Hugo pro confirmatione ſuarum aſſertionum malè citantur, nec benè intelliguntur.

SECTIO. II.

Textum quatuor Magiſtrorum ad literam, & varia Antiquorum Patrũ placita, iuxta ſignificatum huius nominis Pecunia (*prout in Regula Fratribus Minoribus receptio illius prohibetur*) *continens.*

1 TExtus ergo quatuor Magiſtrorum ſic ſe habet: *Hæc eſt quæſtio neceſſaria* (inquiunt:) *Quid dicatur pecunia? Nam conſtat, quòd pecunia dicit aliud, quàm denarius. Quid etiam ſit recipere per ſe, vel per interpoſitam perſonam? Ad primum per interpretationem dicit conſtitutio antiqua, pecuniã eſſe quicquid recipitur, vt vendatur. Vnde libri, & calices ſi reciperentur intentione, vt authoritate Fratrum poſtmodum venderentur, inter pecuniam numerantur: quæ intentio denariorum eſt in ſic recipiente: quia quod venditur, denarijs venditur.*

Ecce 1. Sent. Antiquorum Patrũ noſtrorũ de pecunia.

2 *Sed cùm in præſenti capitulo prohibeatur receptio rerum, quarum Fratres non poſſunt habere vſum, viſum aliquibus eſt, genera aliquarum rerum tangi per denarios & pecuniam.*

Ecce 2. Sentẽtia.

3 *Præterea* (*Proptèrea* ſcribit Hugo) *viſum fuit aliquibus, denarios conſtitui in pecuniam numeratam. Pecuniam verò dici omnem illam rem, qua ſolent vti homines cum opportunum eſt ad pretium rerum, vt aurum & argentum, & ſi quod tale ſit, quo pro denarijs ad pretium rerum emẽdarum homines vterentur.*

Ecce 3. Sentẽtia.

4 *Aliquibus verò viſum eſt, in prohibitione receptionis pecuniæ omnis rei receptionem prohiberi, quæ ad vſum neceſſariũ nõ recipitur. Alioquin videtur, quòd poſſumus recipere non intentione venden-*

En 4. Sẽtentia.

dendi Pannum, veſtes, blanchum gemmas, & tempore neceſſitatis non vendere; ſed pro alijs rebus, vt libris & victualibus commutare. Prohiberi ergo videtur receptio rerum ad vendendum, cõmutandũ, & ad theſaurizãdum: quia in omnibus iſtis rei poſſeſſio, vel proprietas declaratur. Iſti verò Capitula Regulæ non diſtingunt, nec prohibitiones. Conſtat enim, quod in ſequenti Capitulo omnis rei proprietas interdicitur, ſed non vſus. In præſenti verò Capitulo quarundam rerum, quæ nomine denariorum deſignãtur, omninò vſus, & proprietas prohibetur.

Ex 5. Sententia. 5 *Sed ſecundũ iura Pecunia eſt quicquid appreciatur numerata pecunia, vt aliquid ematur. Nã propriè quod emitur, pretio numeratæ pecuniæ emitur: Sed ſi ſpecies alicuius rei pro ſpecie alterius rei datur, commutatio eſt, non emptio. Si verò taxetur, vel æſtimetur pro numerata pecunia, vel pro alia re detur, emptio eſt, quæ propriè non contrahitur niſi pecunia mediante. Videtur ergo hic prohiberi receptio denariorum, & quarũlibet rerum, quæ acciperentur ad pretium rerum vendendarum.* Hæc quatuor Magiſtri. Quæ omnia mutuat Ven. Hugo cap. 4. ſuæ in Reg. expoſitionis, vno vel altero verbo additis, melioris explicationis gratia, vt liquidò patet legenti.

6 Ex quibus liquent quinque. Primum, quòd etiam in ipſis Religionis noſtræ initijs non omnes eodem modo intelligebant, quid nobis in Regula prohiberetur *pecuniæ* nomine. Patet quia quatuor Magiſtri Regulam explicarunt. ann. 1242. vt habet Lucas Vvaddingus in Ann. Min. tom. 1. hoc eodem. anno. num. 2. anno. ſcilicet 16. ab Aſſumptione Sanctiſsimi Patris noſtri Franciſci, in gloriam. Alijs verò dicentibus, generaliter prohiberi omne quod recipiebatur, vt authoritate Fratrum poſtea venderetur. Alijs è contrario dicentibus, non tam generaliter prohiberi, vt patet in prima & ſecunda ſententia in ſupra dicto textu quatuor Magiſtrorum. Alijs aliter ſentiẽtibus, &c. vt ibi conſtat. *In principio Religionis erant diverſæ ſententiæ de pecunia.*

7 Secundum liquet, minimè eſſe verum in ipſo Ordinis principio, aliquos affirmare, *pecuniam* dici abſolutè omne id, quod recipiebatur à Fratribus, vt venderetur; ſed cum hac limitatione, nimirum, quòd à Fratribus recipiebatur, vt ipſorum authoritate poſt modum venderetur.

8 Ter-

8 Tertium liquet, quod ſecunda ſententia in ſupradicto textu quatuor Mag. relata, coincidit cum tertia, vnum que, & idem in ſubſtantia dicunt. Secunda confuſè, tertia verò clarè. Secunda habet ſequentia verba: *Cùm in præſenti Capitulo probibeatur receptio rerum, quarum Fratres non poſſunt habere vſum, viſum aliquibus eſt, genera aliquarum rerum tangi per denarios, & pecuniam.* En quàm confuſè loquitur: *Genera aliquarum rerum,* dicit. Sed percontari libet, Quęnam ſint hæc aliquarum rerum genera? Obiectioni occurrit, & ſatisfacit tertia (ſupra relata) opinio dicens: *Denarios conſtitui in pecuniam numeratam: Pecuniam verò dici omnem illam rem, qua ſolent vti homines ad pretium rerum emēdarum, vt aurum, & argentum, & ſi quòd tale ſit, quo pro denarijs ad precium rerum emendarum homines vterentur.* Ecce quàm apertè ſuam mentem declaret hæc tertia ſententia.

9 Quartū liquet, quatuor Magiſtros non ſuffragari omnibus quinque ſententijs, ab ipſis relatis; ſed potiùs aliquibus expreſſè refragari, nimirum, primæ, & quartæ. Aſſentiri verò ſecundæ, & tertiæ, vt conſtat ex illorum verbis poſt quartam ſententiam prolatis: *Iſti verò* (inquiunt) *Capitula Regulæ non diſtingunt, nec prohibitiones. Conſtat enim, quòd inſequenti Capitulo* (ſexto nimirum) *omnis rei proprietas interdicitur, ſed non vſus. In præſenti verò Capitulo quarundam rerum, quæ nomine denariorum deſignantur, omninò vſus, & proprietas probibetur.* Hæc ſunt quatuor Magiſtrorum verba, quæ ſi cum verbis ſecundæ ſententiæ cōferas, eandem (non diverſas ſententias) videbis. Concluduntque quatuor Magiſtri: *Videtur ergo* (dicunt) *hic probiberi receptio denariorum, & quarumlibet rerum, quæ acciperentur ad precium rerum vendendarum.* Hæc illi. Quæ verba à tertia ſententia mutuata eſſe, quis dubitabit? Tandem quintam ſententiam referunt dicentem, pecuniam ſecundum iura eſſe quicquid appreciatur numerata pecunia, quàm nec probant, nec impugnant. Veriſsimum tamen eſt, ſecundum ius pecuniam eſſe, quicquid appreciatur numerata pecunia: Secus verò eſt ſecundum Regulam, vt infra ſect 5. clariùs & ampliùs conſtabit.

Quatuor Magiſtri nō ſuffragātur omnibus ſententÿs ab ipſis relatis, ſed 2. & 3.

10 Quintum liquet, quòd iuxta mentem, & opinionem

gua-

quatuor Magiſtrorum & Hugonis, Nobis in hoc cap. 4. non prohibetur receptio rerum ſuperfluarũ, neque aliarum, quæ recipiuntur ad vendendum, commutandum, & theſaurizandum (ac per conſequens, quòd tales res ſic receptæ, non intelliguntur nomine *pecuniæ*) ſed earum receptio prohibetur in Sexto Capitulo, vt patet ex verbis poſt 4. Sent. in illorum textu poſitis.

SECTIO III.

Quæ in Regula Nobis nomine pecuniæ prohibeantur?

1 PRima ſententia, ait nõ mine pecuniæ in hoc 4. cap. prohibitæ, intelligi quicquid à Fratre Minore recipitur, vt vẽdatur, vel diſtrahatur. Ita Cord. hic. q. 1. pun. 1. Polit. num. 2. Sanctes Rom. pag. mihi. 183. Ximenez n. 2. Siguenza tex. 1. §. 3. Manipul. Fratrum Minorum. p. 2. c. 17. n. 22. Ovand. in 4. Sent. Addit. ad diſt. 38. de voto, propoſit. 25. Miranda in 1. imp. c. 67. & in 2. cap. 48. diffic. 1. Ortiz hic. fund. 2. Antonius à Sancta Maria. fol. 108. Greg. Capuc. 2. p. ſui Enchirid. pag. 245 Martin. à Sancto Ioſ. in 2. imp. c. 10. n. 3. & alij. Citatur cõmuniter Antiqui omnes Expoſitores pro hac ſententia perperam tamen, vt iam vidimus ſect. 2. & ampliùs conſtabit infra ſect. 5. Tenet verò expoſitio, quæ veriſsima intentio Regulæ nuncupatur, quam invenies in Firmamento trium Ordinum 4. p. fol. 70. & in Monum. Ord. tract. 3. fol. 94. Fundamenta huius ſententiæ infra ſect. 5. n. 9. & 10. invenies.

2 Sed huic ſententiæ refragantur expreſſè quatuor Magiſtri (vt iam vidimus ſect. 2. n. 2. & 4.) quibus concordant Ven. Hugo, Piſa, Petrus Ioannes, & alij, egoque cum eis, vt latiùs infra, dicta ſect. 5. videbimus.

3 Secunda ſententia docet, pecuniam in hoc 4. cap. Fratribus prohibitam, eſſe omnem rem ſuperfluam, quæ à Fratribus recipitur, non ad vſum neceſſarium, ſed ad diſtrahendum, commutandum, & theſaurizandum intra, vel extra Ordinem. Tenent Xim. n. 2. Sanctes Rom. in cap. 6. fol. 184. & alij (& ſi pauci.) Quam nõ probant, ſed vt certam ſupponunt.

4 Hanc etiam ſententiam referunt quatuor Mag. & impugnãt, vt patet ſupra. ſect. 2. n. 4. etiam diſplicet Hugoni, Piſæ, Serenæ conſcientiæ. q. 46. Politio. num. 4. & alijs. Quibus adſtipulor libentiſsimè

mè, & latiùs infra ſect, 5. concl. 3. eam impugnabo.

5. Tertia ſententia aſſerit, eſſe pecuniam in Regula prohibitam, quòd datur loco denariorum pro pretio & ſatisfactione alicuius operis facti, vel cuiuſcũq; debiti. Exempli gratia do operario, loco denariorum, cibum in mercedẽ ſui laboris. Vel do creditori lanam, triticum, &c. pro ſatisfactione alicuius debiti. Tenent Cord. pun. 3. & Miranda vbi ſupra. Sanctes Rom. in cap. 6. Xim. hic. cap. 4. Siguenza tex. 11. §. 6. Mart. c. 10. vbi ſupra. n. 3. Sed mihi non placet, vt amplius ſect. 5. videbimus.

6. Quarta ſententia tenet, pecuniam eſſe quicquid appreciatur numerata pecunia, vt aliquid ematur. Quod duobus modis poteſt intelligi. Primo de re, quæ à principio recipitur animo non vtendi illa, ſed intentione vt ſub æſtimatione pretij ex illa aliquid ematur, exempli gratià, triticum, lana, & aliud ſimile tali animo receptum. Secundo modo de re, quæ à principio recipitur intentione vtendi illa in propria ſpecie (exempli gratia, ahenum, libri, & quælibet ſupelex) & de facto ea Fratres vtuntur: ſed ea ampliùs non indigentes, vel vt nolentes, ſub eſtimatione pretij volunt cum ea aliquid aliud neceſſarium emere. In primo ſenſu dicunt plures talem rem eo animo receptam, eſſe pecuniam. Ita Cord. vbi ſupra. pun. 2 & 3. Polit. Mir. Sanctes Rom. Xim. Siguenza, & alij. In ſecundo ſenſu dicunt, eſſe pecuniam Politius in cap. 6. Reg. num. 20. ibid. Sanctes Rom. fol. mihi 279. Sed hæc ſententia quoad vtrumque ſenſum mihi non placet, ampliuſque de ea infra ſect. 5. concluſ. 7. & 8.

7. Quinta ſententia affirmat, confuſè & obſcurè per denarios & pecuniam tãgi genera aliquarum rerum. Locuerunt Antiqui, vt vidimus ſupra. ſect. 2, n. 2. & 8.

8. Sexta defendit, denarios conſtitui in pecuniam numeratam, pecuniam verò dici omnem illam rem, qua ſolent vti homines, cum opportunũ eſt ad precium rerum emendarum, vt aurum, & argentum, & ſi quod tale ſit, &c. Coincidit cũ quinta, & illam tenuerunt Patres Antiqui, quos tacito nomine referunt quatuor Magiſtri, vt cõſtat ſupra. ſect, 2. n. 3. 8. & 9. & mihi placet, eamque latiſsimè explicabo infra ſect. 5. concl. 9. Sed pro meliori noſtræ ſententiæ intelligentia ſit.

SEC-

Digitized by Google

SECTIO IIII.

An Chriſtus Dominus quãdo Apoſtolos ad prædicandũ miſit Matt. 10. *dederit præceptum de non portando pecuniam, dicens illis*: Nolite poſsidere aurum: neque pecuniam, &c.

1 REſpondeo affirmativè. Docent communiter Sancti Eccleſiæ Patres & Doctores. Ita D. Amb. lib. 7. in Lucam ſuper illa verba c. 10. *Nolite portare ſacculum*, &c. Concordant D. Chriſoſtomus apud D. Tho. in Cathe. Matt. 10. Gloſſa Ord. D. Hie. Beda, & D. Anſel. Matt. 10. S. Th. Opuſculo cõtra impugnantes Religionẽ (& eſt 19.) c. 7. §. *nunc tertio reſtat oſtẽdere*. arg. 6. Et idẽ Seraphic⁹ Dr. multis locis, in præſertim ſuper c. 4. Reg. & t. 7. ſuorũ operũ (aliàs 1. t. Opuſculorũ) in Opuſculo Apologia Pauperũ reſpõſionis quartæ c. 2. (aliàs eiuſdẽ reſpõtionis quartæ. p. 2. art. 2.) §. de dominio pecuniarũ ibi: *Si forte quis dicat in carentia pecuniæ nullã prorſus eſſe ſanctitatẽ, non tã infert calumniã Regulæ pauperũ, quã Evangelio Chriſti, in quo Apoſtolis prohibitã conſtat fuiſſe pecuniã, &c.* Hæc D. Bona. Ad idẽ ſunt D. Ber. & Rabanus, quos citat, & ſequitur Vbertinus lib. vitæ Crucifixæ Ieſu lib. 3. c. 9. circa principium fol. mihi. 91. col. 3. & 4. & clariùs fol. 95. col. 2. circa finem.

2 Et clariſsimè Maldonatus Matt. 10. n. 9. ibi: *Aſſentiri non poſſum ijs, qui iſtã Chriſti prohibitionẽ univerſalem eſſe nolunt, ſed ad iſtam tantũ primã Apoſtolorum pertinere nõ ſolum, quia hæreticos malos omnino ſequuntur Authores; ſed quia interpretatio talis, & inſtituto Chriſti, & alijs huius loci circũſtantijs, & omnibus Antiquis, & bonis repugnat Authoribus, qui hoc præceptũ perpetuũ eſſe putãt; nec ad hanc ſolùm miſsionem, ſed ad omnes, & omninò ad totum Apoſtolorum Officium pertinere. Hilarius, Chriſoſt. Amb. &c.* Hæc ille.

3 Petes primo: An pecunia, quã prohibuit Chriſtus Dominus Apoſtolis in ſupradicto præcepto (Matt. 10.) fuerit tãtũ pecunia numerata, ſeu moneta cuſa? Reſpõdeo affirmativè. Patet ex ipſo textu: non enim dicit ibi *Pecuniã* ſolùm D. Matthæus, ſed *pecuniam in zonis*: Sed pecunia, quæ habetur in zonis, tantũ eſt pecunia numerata, ſeu moneta. Ergo. *Pecuniã Apoſtolis prohibita fuit tantum numerata.*

4 Hinc trãslatio ex Chald. loco ly. *Neque pecuniã in zonis* vertit: *Neque æs in zonis.* Sanctes Pagnin. *Neque æs in marſupijs.* Eleganter Caietanus;

Kus: *In zonis veſtris, quod clarèſonat aurum, ſive argentū, ſive aream pecuniam, quæ portatur in ſacculo, ſive crumenis.* Hæc Caiet. Cui arrident Ianſeni. cap. 55. in concordi. Evangelic. Maldonat. c. 10. in Matt & alij.

5 Clariùs D. Hier. ſuper cap. 10. Matt. vbi loco ly *Nolite poſsidere pecuniam in zonis*, legit: *Nolite poſsidere nummos*. Quibus ſimilia habēt Iuvencus Presbyter. (antiquior D. Hieronimo, ab eoq; laudatus lib. de Scriptor. Eccleſ.) & D. Anſelm. Suffragātur D. Hilár. Can. 10. in D. Matt. D. Chriſoſt. hom. 33. Ang. Doctor Mat. 10. ibi Cai. Gloſſa, Lyra Titelm. & Abulenſ. q. 60. in 10. Matt. *Nomine* (inquit) *pecuniæ intelligitur quæcūq; moneta minoris valoris, vt de ære, vel alijs metallis, & dicitur in zonis: quia cōſuetudo eſt, quod burſa denariorū de zona pēdeat, &c.* Et paucis interiectis: *Chriſtus autē* (ait) *vetuit Apoſtolis habere pecuniā, ideò nō licebat eis aliquā pecuniā poſsidere, nec ſaltem minutos, & paucos denarios.* Hæc Abul. qui quidē appoſitè nullā differentiā ponit inter denarios, & pecuniā. Videatur Doctor Ang Mat. 10. ibi Mald. Ianſen. dict. c. 55. & & Barrad. t. 2. concord. lib. 9. cap. 11.

6 Rurſus evidētur probatur ex c. 6. D. Marci, vbi ponitur hoc idē præceptū, & loco ly. Neque *pecuniam in zonis*, habetur: *Neque æs in zonis*: ſed æs in zonis ſecundū verū, propriū, ac literalem ſenſum tantū ſignificat pecuniā numeratā, ſeu monetam. Ergo pecunia in zonis, quę habetur Matt. 10. tantum ſignificat pecuniam numeratam, ac per conſequens hanc tantum, eis, prohibuit Chriſtus Dominus.

7 Petes ſecundo: An B. P. Frāciſcus intellexerit, & ſervaverit ad literam præceptū prohibens pecuniæ receptionē, ſicut datū Apoſtolis, & illi ſervarunt? Reſpondeo affirmativè. Sic vtique receptū, & approbatum eſt ab Eccleſia in Officijs noſtri Ord. 2. die infraoct. Seraph. Patris in 1. lect. 2. Noct. Quibus ſimilia habet S. Bon. in legēda B. P. N. Franciſci c. 3. vt conſtat ſupra. Contr. 3. proœm. ſect. 4. n. 2. Videatur ibi, & Marianus in ſua Chron lib. 3. §. 10.

Sanctiſsimus Pater noſter Franciſcus ſeruavit præceptū de pecunia ſicut datum Apoſtolis.

8 Subſcribit Reverendiſſimus Alvarus Epiſcopus Sylveſ. lib. 2. de Planctu Eccleſiæ. ar. 65. in principio: *Pater almus* (ait) *Frāciſcus, vir totus Evangelicus*, ad literam *etiam in hoc volens Evangelium obſervare; in tribus locis Regulæ ſub præcepto Fratribus per ſe & per interpoſitam*

tam perſonam recipere pecuniam *interdicit de quo interdicto. Luc. 9. Matt. 10. & Mar. 6* Hæc Alvarus.

Sic & ſervandũ dedit Fratribus ſuis.

9 Petes tertio: An ſicut obſervavit, & intellexit Seraph. Pater præceptum de pecunia, ſic & eodem modo ſervandum dederit in Regula filijs ſuis? Reſpondeo affirmativè. Ita S. Bonav. ſuper Reg. c. 1. non longe à principio ibi: *Magna eſt* (inquit) *huiuſmodi Regulæ Profeſſoribus materia ſolatij, quòd Soli in hoc mundo vitam illam ad literam* (nota) *profitentur, quam Apoſtolis ad prædicandũ miſſis Dominus commendavit.* Hæc Seraphicus Doctor.

10 Et eminẽtiſsimus Card. Iacob. à Vitriaco, B. P. N. Frãciſco coæuus, in Hiſtoria Occid. cap. 32. de primis Patribus noſtris loquens. *Adeo* (ait) *puras Evãgelici fontis aquas cum ſiti, & ardore ſpiritus haurientes, quod non ſolum Evangelica præcepta, ſed & conſilia, vitam Apoſtolicam expreſsiùs imitantes modis omnibus adimplere laborant, &c.* Et infra: *Mittuntur autem bini ad prædicandum: Ipſi autem Chriſti pauperes neque ſacculum in via portant, neque peram, neque panem, neque æs, ſive pecuniã aliquam in zonis ſuis, non poſſidentes aurum, neque argentum, nec calceamenta in pedibus habentes, &c.* Hæc Eminentiſſ. Card. oculatus teſtis. Notentur illa verba *Neque æs, ſive pecuniam aliquam in zonis ſuis*, & patebit intentum.

11 Vnde eleganter Ven. Hugo in 4. c. Reg. in principio: *Beatus Frãciſc.* (inquit) *ad perfectionem Evangelicam tota intentione aſpirans, denarios, & pecuniã recipi prohibet, volens vt Fratres nullo modo aurum, argentum, vel in zonis æs poſsideant, iuxta datam Apoſtolis Regulam Salvatoris, &c.* Et paucis interiectis quæſt. 1. fine: *Paupertatem ergo* (ait) *Evangelicam Sanctus zelans, exemplo Chriſti penè neceſſaria inſufflatione pecuniæ amputat. Neceſſariorum duo ſunt genera, vnum quo emuntur neceſſaria, ſive ſit denarius ſive argẽtum, ſive aliud quodlibet, quo neceſſaria emi ſolent, quod hoc, & in Evangelio pecunia dicitur, quam Chriſtus miſsis ad prædicãdum diſcipulis interdicit. Aliud neceſſaria ipſa, &c.* Hæc ille. Conſule dicta, ſupra. ſect. 2. n. 3. 7. & 8. & infra dicenda ſect. 5. à num. 42.

12 Ex dictis quinque deducuntur. Primum pecuniam, quam prohibuit Chriſtus Dominus Apoſtolis miſsis ad prædicãdum (Matt. 10.) eſſe tantũ nu-

numeratam pecuniam, ſeu monetam cuſam. Secundum hanc eandem & eſſe, & non aliam, quam Seraphicus Pater prohibuit 4. cap. Regulæ ſuis Fratribus. Tertium hoc præceptum de non recipiendo pecuniam extractum eſſe ab Evangelio Matt. 10. Marc. 6. & Luc. 10. vt liquet ſupra à n. 6. vſque ad 10. Et expreſſe affirmant. S. Bon. Hugo, Piſa, Cord. Ortiz in hoc 4. cap. B. Cæſſarius Spirenſ. in quodam tract. quem ſupra retuli Controverſia 1. procem. ſect. 5. B. Ioan. Pecham in cap. 1. Regulæ ſolutione ad 6. argum. Alvarus de Planctu Eccleſiæ lib. 2. art. (vel cap.) 65. in principio fol. mihi, 212. lit. *A*. & alij.

12 Quarto deducitur hoc dictum præceptum ſervandum eſſe ad literam in Regula ſicut traditum à Chriſto Domino in Evãgelio. Quinto ſic illud intellexiſſe ad literã, & obſervaſſe SS. PP. noſtros Primitivos. Vide dicta ſupra Cont. 1. Procem. ſect. 5. & Cõt. 3. ſect. 4. & 5.

SECTIO V.

In qua vera ſentẽtia de pecunia in 4. c. Regula prohibita, & expenditur, & probatur.

In Regula tãtum 1 SEptima ergo, & vera ſentẽtia affirmat, quòd nomine *pecuniæ* in hoc. 4. c. Fratribus Minoribus tantum prohibetur pecunia numerata, ſeu moneta cuſa. Quæ ſententia eadem eſt cum 2. & 3. vbi ſupra. ſect. 2. in textu quatuor Mag. num. 2. 3. & 8. poſitis, ſi illæ benè intelligãtur. *prohibitur pecunia numerata.* Tenent omnes Antiqui, quos tacitò nomine referunt quatuor Magiſtri. Suffragantur ijdem quatuor Magiſtri, & Hugo, ſi præciſſè eorum textus ſumantur, & recte explicentur, vt vidimus ſupra. ſect. 2. & Seraph. Doctor in Opuſcul. cuius titul. eſt. *Apologia pauperum*, reſponſionis 4. cap. 1. (aliàs eiuſdem reſponſionis 4. particul. 2. art. 1.) & ibid. cap. 2. (vel art. 2) Ven. Ioan. Pecham, Sancti Bonaventuræ, imitator præcipuus ac verus diſcipulus cap. 1. in Regula in ſolutione ad 6. (invenies in Firmamento trium Ord. 4. part. fol. 95.) Eminentiſſ. Card. Zabar. in Gloſſ. ſuper Clem *exivi*. §. *Porrò cum dictus Sanctus*. Verſic. *Cippi, vel trunci*. Sum. Armill. verbo *Pecunia*. num. 1. & Sum. Roſel. ibidem. numer. 2. & noviſsimè illam tuetur Marchant in ſua ſecunda expoſitione ſuper Regulam cap. 4. text. 1. tit. 1. quæſtione 1. concluſione. 5. & 6. Quam libentiſsimè vt veriſsimam amplector.

2 Poſt hæc ſcripta inveni per doctum Patrē Rouſſerium, qui quæſt. 3. parùm poſt principium in hoc 4. Regulæ cap. ſequentia ſcribit: *Fuit* (ait) *in ordine celebris opinio, quam & recitant quatuor Magiſtri, & quidam alij, ſcilicet, quòd in præſenti Cap. ſolummodò prohibetur receptio pecuniæ, vel denariorum, accipiendo pecuniam pro pecunia numerata, illa nempe, qua ſolent vti homines (cum opportunum eſt) ad pretium rerum emendarum, vt aurum, & argentum, & ſi quod tale ſit, quo pro denarijs, ad pretium rerum emendarum homines vterentur. Quem certè opinionem, valde probabile eſt, Sanctum Franciſcum intendiſſe in hoc 4. cap. &c.* & mox: *Quam certè opinionem plurimi ſecuti ſunt*. Et paucis interiectis: *Quorum etiam opinionem ſequitur D. Bonaventura ferè in principio expoſitionis huius 4. cap. dicens* (omitto aliqua) *& præcipuè loquitur de numerata pecunia. Hoc autem trahitur ab Evangelio Matt. 10. Nolite poſſidere pecuniam. Sic ſupra Bonaventura*. Hæc Rouſſerius, pulchrè ad intentum.

3 Quæ quidem opinio, & ſi mihi prorſus clara, & vera ſit, omninoque ad mentem Regulæ, & Sanctiſsimi Inſtitutoris Patris noſtri Franciſci tamen, quia aliquibus (& ſi paucis) non ſolum falſa, & contra intentionem Sanctiſſimi Patris, & Regulæ, verùm etiam per quàm obſcura, ac difficilis viſa eſt (expertus loquor) Idcirco exiſtimavi, illius explicationi, probationique aliquantulum immorari.

§. I.

4 PRima concluſio: Pecunia in Regula prohibita, non eſt, quod recipitur, vt vendatur, vt inde aliquid habeatur. Eſt concluſio contra primam ſententiam ſupra ſect. 3. n. 1. relatam. Illam docent quatuor Magiſtri, Hugo, Piſa, Petrus Ioan. & alij ex Antiquis, vt iam vidimus ſect. 2. numer. 2. & 4. & ſect. 3. num. 2. Ex Modernis illam defendit March. hic, text. 1. tit. 1. de pecunia. quæſt. 1. concl. 3. & alij. *Pecunia in Regula probita nō eſt, quod recipitur, vt vēdatur.*

5 Probatur clarè ex decret. Nicolai 3. *exijt*. art. 5. n. 2, ibi: *Si verò* (inquit) *modum licitum Fratribus in legando Teſtator expreſſerit, vt ſi diceret, Lego pecuniam pro Fratrum neceſſitatibus expendendam, vel domum, agrum,*

vineam, & ſimilia adhoc, quod per certam perſonam, vel per perſonas idoneas diſtrahãtur, & pecunia de rebus ipſis accepta in ædificia, vel alia Fratrum neceſſaria convertatur, &c Hæc Pontifex. Ex quibus ſic argumentor: Domus, ager (& ſimilia) legantur Fratribus ad hoc, quod per idoneas perſonas diſtrahatur, & vẽdatur: & pecunia de rebus ipſis ſic vẽditis accepta, in neceſſaria Fratrum convertatur. Ergo Domus & ager, quæ Fratribus leguntur, & ab ipſis recipiuntur, & acceptantur, vt vendantur, ex mente, & verbis Nicol. 3. non ſunt pecunia; quin potiùs pecunia ex venditione domus, & agri reſultat, ad hoc vt in neceſsitatibus Fratrum per tales perſonas idoneas cõvertatur. Ergo ſimiliter triticum, lanam (& id genus alia) poterit Frater Minor recipere, ad hoc vt per idoneas perſonas vendantur & diſtrahantur, abſque eo, quòd recipiat pecuniam. Qua propter receptio talium rerum animo vendendi (vt dictum eſt) minimè eſt pecunia in hoc 4. cap. prohibita.

6 Confirmatur primo, quia ſi attentè verba Pontificis conſiderentur, patenter diſtingunt, & diſtinguere volunt res, quæ recipiuntur ad vendendum, ſeu diſtrahendum ab ipſa pecunia. Rurſus confirmatur ex ijſdem verbis ſupra. numer. 5. relatis, vbi ita loquitur Papa: *vt ſi diceret: Lego pecuniam pro Fratrum neceſsitatibus expendendam.* Et immediatè: *vel (lego) domum, agrum, vineam, vt diſtrahantur per idoneas perſonas, &c.* Ecce duo legata diverſa, vnum de pecunia, aliud de domo, vel agro, &c. ad vendendum. Ergo domus, quæ legatur Fratribus ad vendẽdum per idoneas perſonas, non eſt pecunia.

7 Confirmatur ſecundo: quia ſupradicta explicatio verborum Ponticis Literalis eſt, & ſenſus rectus, & grammaticalis, in quo vult, & ſub excommunicationis ſententia mandat, vt ſupradicta Decretalis, ſi legi contigerit, intelligatur, & exponatur, vt liquet ex art. 15. n. 2. ibi: *Itaque* (ait) *ſub pœna Excõmunicationis, & privationis Officij, ac beneficij diſtrictè præcipimus, vt præſens Conſtitutio, cùm ipſam legi contigerit, ſicut prolata eſt, ſic fideliter exponatur ad literam.*

8 Et infra: *Super ipſa Cõſtitutione Gloſſæ non fiant, niſi forſam per quas verbum, vel verbi ſenſus, ſeu conſtructio, vel ipſa conſtitu-*

ſtitutio, quaſi grammaticaliter ad literam, vel intelligibilius exponatur: nec intellectus ipſius per legentem depravetur in aliquo, ſeu diſtorqueatur ad aliud, quàm litera ipſa ſonat. Et poſt: *gloſſantes verò in ſcriptis cõſtitutionem ipſam aliter quàm eo modo quàm diximus; Excommunicationis ſententiam, quam nunc in ipſos proferimus, ſe noverint ſubiacere, à qua per neminem niſi per Rom. Pont. poſſint abſolvi.* Hæc Nicol. 3.

9 Quæ pœnæ, quamuis ſuſpenſæ, & revocatæ ſint per Ioan. 22. in Extravag. *Quia nonnumquam*, irreſolubile tamen perhibent teſtimonium de voluntate, & mente Pontificis, teſtificanturquè intentionem ſuam eſſe, vt quæ in dicta decretali ſcripſit, ac ſtatuit, *ad literam*, ſicut *prolata ſunt*, *ſic fideliter exponantur: nec eorum intellectus per legentem depravetur in aliquo, ſeu diſtorqueatur ad aliud, quàm litera ipſa ſonat.* At ſi domus vel ager (& ſimilia) quæ recipiuntur, vt vendantur, ſunt pecunia, dicta Conſtitutio Nicol. 3. non exponitur ad literam, ſicut ſonat, & prolata eſt; quin potiùs intellectus eius ad aliud, quàm litera ipſa ſonat, diſtorquetur (compertum enim eſt, quod pecuniæ nomine verè, propriè, & ad literam tantum ſignificatur numerata pecunia, vt dixi ſupra ſectione 1. numero 6.) ergo nullo modo eſt dicendum, quòd domus, quæ recipitur ad vendendum, nec ager, nec vinea, ac per conſequens, nec triticum, nec lana ſunt pecunia in hoc 4. cap. interdicta.

10 Sed contra hanc noſtram primam concluſionem arguunt Authores, primę ſententiæ, ſupra ſect. 3. numer. 1. relatæ in hunc modum. Talia, quæ recipiuntur, vt vendantur, recipiuntur, vt ſint medium, ſeu pretium, per quod aliquid aliud habeatur: Sed precium huiuſmodi eſt pecunia. Ergo, & res ſic recepta. Tertio quia intentio denariorum eſt in ſic recipiente: quia quod venditur, denarijs venditnr. Ergo, &c.

11 Reſpondeo quòd ſupradictæ res ad vendendum receptę, non recipiuntur vt ſint pretium propriè, ſed impropriè: & ſic ſunt pecunia large, & impropriè, quæ in hoc 4. cap. non prohibetur, ſed in 6. vt ex ſententia quatuor Magiſt. & Hugonis ſupra dixi ſectione 2. num. 2. 4. & 9. & latius infra concl. 9. *Res receptæ ad vẽdendum ſunt impropriè pretium, & pecunia.*

per

per totum; ex quibus patet ad tertium. Rurſus nihil refert, quod intentio denariorum ſit in recipiente (eſto quod ſit) quia huiuſmodi intentio non facit, vt talis res ſit denarius, ſeu pecunia numerata, quæ propriè eſt, & dicitur pecunia, & in hoc 4. cap. Regulæ prohibita tantùm, vt ampliùs infra concluſione. 9.

Res legatæ ad vendendũ nõ ſunt pecunia in Regula.

12 Dices: Nicol. 3. art. 5. §. *Si verò*, docet expreſſè, Fratres non poſſe recurrere ad res legatas, vt vẽdantur, & diſtrahãtur niſi eo modo, quo recurrere poſſunt ad eleemoſynas pecuniarias. Ergo ſunt pecunia. Reſpõdeo negando conſequentiam. Senſus enim Pontificis eſt, vt nõ recurrant Fratres ad ſimilia legata, vel donata niſi in veris neceſsitatibus prȩſentibus, vel imminẽtibus. Cuius ratio eſt, nõ quia pecunia ſunt, ſed quia immediatè vſibus Fratrum non cedunt, & niſi ad neceſsitates veras reducantur, theſaurizationem ſapiunt, & ſic interdicta eſt earum receptio in cap. 6. Regulæ.

Inter res receptas ad vendendum, & pecuniã, intereſt multum.

13 Petes: Quid interſit inter res ſic receptas vt vendantur, & pecuniam? Reſpondeo multum intereſſe. Primo quia pecunia (vt dicam infra concluſione 9. numer. 60.) eſt id, quo res emitur, aut venditur, ſcilicet eſt inſtrumentum publicum, publica authoritate inſtitutum ad res emendas, vel vendendas. Res verò receptæ, vel procuratæ, ſunt id, quod emitur, vel venditur. Secundo pecuniæ vſus eſt per ſe omninò interdictus Fratribus, huiuſmodi verò rerum vſus nõn ita, niſi quia ſuperfluus, vel nimis pretioſus, aut curioſus. Vide infra concluſione 9. numer. 60.

14 Dices ſecundo: Nicol. 3. art. 3. §. *inſuper*. dicit Fratribus non licere recipere vtenſilia, aut alia, ad vllam ſuperfluitatem, ſeu copiam, &c. vel eo animo, vt ea diſtrahant, vel vendant. Ergo res ſupradictæ tali animo receptæ, ſunt pecunia. Ita expoſitio Patrum Ordinis, quæ veriſsima intentio Regulæ nuncupatur. Reſpondeo negando conſequentiam. Non enim quod recipitur, vt vendatur, eſt pecunia. Aliud eſt, quòd non liceat recipere illas res animo vendendi. Aliud quòd ſint pecunia. Rurſus illa verba: *eo animo, vt ea vendant*, debent intelligi per ſe, ſiue authoritate ſua: & etiam ſic intellecta non ſunt pecunia in hoc 4. cap. prohibita,

bita, vt ex ſupradictis claré conſtat.

§. II.

Res, quæ recipitur non ad vſum neceſſariũ, nõ eſt pecunia.

15 Secunda cõcluſio: Res, quæ in vna ſpecie eſt ſuperflua (vtî triticum, lana, &c.) & à Fratribus recipitur, non ad vſum neceſſarium, ſed ad commutandum, vel theſaurizandum, intra, vel extra Ordinem non eſt pecunia in hoc 4. cap. prohibita. Hæc concluſio eſt contra ſecundam ſententiam ſupra ſect. 3. numer. 3. relatam. Eam tenent expreſſe quatuor Magiſtri, Hugo, Piſa. Serena Conc. quæſt. 46. vt dixi, ſect. 3. num. 4. & alij. Quibus ſubſcribit expreſſè Polit. hic, num. 2. circa finem, ibi: *Non autem (vt quidam voluerunt) eſt pecunia quicquid recipitur, vt commutetur, ſeu donetur extra Ordinem, vel intra, ad ſuperfluitatem, vel ad theſaurizationem: hic enim, vt quatuor Magiſtri dixerunt, non diſtinguunt capita, & prohibitiones Regulæ. Cõſtat enim, quod cap. 6. proprietas, & ſuperfluitas exceſſiua cuiuſque rei prohibetur; hic verò proprietas ſimul. & vſus denariorum, & pecuniæ.* Hæc Politius.

16 Probatur concluſio iiſdem rationibus pro prima cõcluſione factis. Perſpicuum enim eſt, quòd ſi res, quę recipitur ad diſtrahendum, vel vẽdendum, non eſt pecunia, nec etiam pecunia erit res, quę recipitur ad commutandum, ſeu theſaurizandum.

Res, quæ recipitur ad theſaurizãdum ſemper eſt actus proprietatis.

17 Notandum tamen eſt, quòd res, quæ recipitur ad theſaurizandum intra, vel extra Ordinem, ſemper erit actus proprietatis (in cap. 6. Regulæ, non in hoc cap. 4. prohibitus) non verò res, quæ recipitur ad commutandum. Quapropter receptio prima (nimirum ad theſaurizandum) ſemper erit peccatum mortale, ſi materia ſit gravis. Secus verò receptio ſecunda, ſcilicet, ad commutandum, quæ ſemper erit licita, dummodo non authoritate Fratrum, ſed dantis, (expreſſa vel præſumpta), vel Syndici, & Prælatorum procedat, etiam ſi in illa ſpecie, in qua petatur, vel recipitur, ſuperflua ſit, ſi tamen eo animo, & intentione petatur, vel recipiatur, vt pro alia commutetur, cuius indigentia præſens, vel imminens ſit, quod vt meliùs intelligatur ſit.

§. III.

§. III.

Res ſuperflua recepta ad commutandũ pro alijs neceſſarijs nõ eſt pecunia.

18. TErtia concluſio: Petere, vel recipere res ſuperfluas (quibus ſi ſuperfluę non fuiſſent, licitè vti poſſent Fratres, exempli gratia tritico non neceſſario, oleo, &c.) ad commutandum pro alijs alterius ſpeciei, quibus indigent, & vti poſſunt (exẽpli gratia aquatilia, carnes, pannos, &c.) licitũ eſt, ſeruatis conditionibus vbi ſupra. num. 21. poſitis. Quæ res ſic recepta, non erit pecunia, nec receptio illius actus proprietatis.

19. Eſt expreſſa ſententia S. Bonav. t. 7. ſuorum operum (aliàs tom. 2. Opuſculorum) Libell. Apologetico in eos, qui ordini Fratrum Minorum adverſantur. quæſt. 14. ibi: *Olim non mendicaſtis* (opponit Adverſarius) *niſi ſolùm quo indiguiſtis; nunc autem non ſolum petitis pro futuro tempore neceſſaria, ſed etiam de vna ſpecie tantò plùs acquiritis, vt vnũ pro alio cõmutetis, vt oleũ pro caſeis, vel ſimilia pro alijs in hunc modũ.* Hęc Adverſarius.

20. *Reſpondeo* (ait S. Bon.) *vt ſupra dixi: dum pauci eramus paucis indigebamus, nũc autẽ plures facti, pluribus indigemus. Et ſicut aliquãdo mẽdicas per plateas diſcurrunt (cui ſolũ panis aridus hinc inde datur, quẽ cõmuniùs habẽt homines, & paratiùs quã alios cibos) dat aliquã partẽ panis pro buccella caſei, vel ovo, vel pomo, eo quòd nõ ſemper valet arido pane ſuſtẽtari, cũ ſit inedia cõfectus ita & Nos, cũ nõ inveniamus vbiq; ſingula, quibus indigemus pro ſufficiẽtia ad mendicãdũ, eo quòd in omnibus terris non omnia abundent æqualiter; oportet Nos de talibus, quæ in quolibet loco magis abundant, tãto plùs petere, vt per illa, & alia cõquiramus, quæ aliter ibidem non poſſemus habere, & quibus ſimiliter indigemus: & hoc non eſt avaritiæ ſed indigẽtiæ imputandum.* Hęc Sanctus Bonaventura.

21. Expende totã quęſtionem, ſed præcipuè illa verba: *Oportet Nos de talibus tanto plùs petere, &c.* & illa: *& hoc nõ eſt avaritiæ, ſed indigẽtiæ imputandum*: & clarè videbis, quod res, quæ in vna ſpecie eſt ſuperflua, & petitur, vel accipitur, vt commutetur, non eſt pecunia, & quod illius receptio minimè eſt actus proprietatis. Si ergo oportet (ſeu decet aut convenit, quæ idem ſunt) talem rem non neceſſariam Fratres Minores petere, & recipere: quo pacto pecunia erit, cum

ſub ſtrictiſsimo præcepto illis ſit interdictum petere, & recipere pecuniam per ſe, vel per interpoſitã perſonam. Et ſi actus receptionis rei illius non debet avaritiæ, ſed indigentiæ imputari, quomodo huiuſmodi rei receptio erit actus proprietatis? Nullatenus certè.

§. IIII.

Quod datur loco denariorum pro ſolutione alicuius operis facti, vel alicuius debiti nõ eſt pecunia.

22 QVarta cõcluſio. Quod datur loco denariorum pro ſolutione alicuius operis facti, vel alicuius debiti, non eſt pecunia in hoc 4. c. interdicta, exempli gratia, poteſt Guardianus de licentia Provincialis in Provincia, vel Cuſtodis in Cuſtodia, ac Syndici, vel dantis, dare laboratoribus, aut ſervitoribus in Fratrum Conventu triticum, hordeum, & alia huiuſmodi loco denariorum, pro ſolutione laboris, aut ſervitij facti, etiam ſub æſtimatione pretij. Nec non poteſt dare creditori triticum, lanam, &c. pro ſatisfactione alicuius debiti, modo, & licentijs, quibus ſupra.

23 Hæc concluſio eſt cõtra 3. ſententiam ſupra ſectione 5. num. 5. relatam. Eam expreſſe docet D. Bonaventura Libell. Apologetico vbi ſupra. quæſtione. 13. per hæc verba: *Ne transgreſſores* (ait) *Regulæ noſtræ ſimus recipiendo pecuniam per interpoſitam perſonam, Tres vias probat cautelæ tenemus, &c.* Vide infra numero 38. & paucis interpoſitis: *Aut rem illam damus pro ſolutione debitorum, quantum res illa valet.* Hæc Sanctus Doctor.

24 Ex quibus ſic argumẽtor: Dando rem aliquam quantum valet pro ſolutione debitorum, non ſumus transgreſſores Regulæ recipiendo pecuniam. Ergo res, quæ datur, quantum valet, pro ſolutione debitorum, non eſt pecunia; at res huiuſmodi datur ſub æſtimatione pretij loco denariorum, & illa vicem gerit monetæ. Ergo res, quæ datur loco denariorum pro ſolutione alicuius debiti (etiam æſtimato pretio) non eſt pecunia in hoc 4. cap. prohibita. Subſcribunt Ouand. in 4. Addit. ad diſt. 38. de voto, prop. 22. Miranda cap. 8. 5. not. 2. Cord. in cap. 6. quæſtione 31.

Quod datur loco denariorum pro pretio rei receptæ vel reci-

25 Quinta cõcluſio. Quod datur loco denariorum pro pretio alicuius rei receptæ, vel recipiendæ non eſt pecunia in hoc 4. cap. prohibita. Exempli gratia poteſt Frater Minor recipere

ſan.

piende nō eſt pecunia.

ſandalia, tunicam, &c. & dare pro precio, loco denariorum, mantellum, librum, &c. de licentia expreſſa, vel rationabiliter præſumpta Syndici, vel dantis, & Prælatorum.

26 Probatur apertè ex facto B. P. N. Franciſci, quod refertur in Chron. Ord. in p. lib. 1. cap. 89. *Cum Sanctus Pater* (dicitur ibi) *per Prouinciam Marchiæ pergeret, obuium habuit quendam agricolam, qui duos agnos vinctos humeris gerebat vt eos venales in foro exponeret, & homini baiulanti dixit: Quare, ò Frater, torques agnos hos, & ſic vinctos, & pendulos ibi? Qui reſpondit: Ad forum eos porto, vt vendantur: Porque he meneſter* (nota) *el dinero dellos: ideſt, quia denarijs, quibus æſtimantur, indigeo.* Et poſtea (ait S. Pater:) *Quid de illis faciendum eſt? Reſpondit agricola: Emptores eis mortem inferunt, veſcunturque eorum carnibus aſſis, vel coctis, vel faciunt, quod ſibi magis placet. Cui dicit Seraphicus Pater Franciſcus: Nullomodo tale quid ijs continget. Mas toma* (nota) *por el precio dellos eſte manto, y damelos. El labrador dioſelos, y quedò con el manto.* Ideſt, *Sed pro pretio hunc mantellum accipe, & da illos mihi. Acquieuit Agricola, & recepit mantellum, agnoſque tradidit.* Hæc ibi.

27 Expendo illa Agricolæ verba: *Quia denarijs, quibus æſtimantur, indigeo.* Et illa ſanctiſsimi Patris: *Pro pretio hunc mantellum accipe, & da eos mihi, &c.* Nunc Authores contrariæ ſententiæ interrogo: An mantellus, quem B. P. N. Franciſcus loco denariorum pro illorum agnorum pretio dedit, ſit pecunia hic prohibita, vel non? Reſpondebunt, quod non (quod profectò certo certius eſt.) Ergo quod datur loco denariorum pro alicuius rei pretio, non eſt pecunia in hoc 4. c. prohibita.

28 Sexta concluſio: Quod recipitur à Fratre Minore pro mercede alicuius laboris, loco denariorum, etiam ſub æſtimatione pretij, non eſt pecunia in hoc 4. capit. prohibita. Probatur primò ex Seraphico Patre capit. 5. Regulæ: *De mercede verò laboris* (inquit) *corporis neceſſaria recipiant, præter denarios, vel pecuniam.* Et in ſuo Teſtamento: *Laborent Fratres, non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris.* Et mox: *Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad menſam Domini, petendo eleemoſynam oſtiatim.* Hæc S. P. N. Franciſcus.

Quod recipitur pro mercede alicuius laboris loco denariorum non eſt pecunia.

29 Ex

Digitized by Google

29 Ex quibus ſic argumētor. Merces laboris, quam recipiunt Fratres, non eſt pecunia(vt conſtat ex cap.5.Regulæ) ſed illam mercedem recipiunt, vel recipere poſſunt ſub æſtimatione pretij: quia poſſunt recipere pro pretio. Ergo quod recipitur à Fratre Minore ſub æſtimatione pretij, pro pretio ſui laboris (excepta moneta cuſa, vel pecunia numerata) non eſt pecunia in hoc quarto capitulo prohibita.

30 Sed reſpondebis, quòd pretium ſupradictum eſt eleemoſyna, non autem pretium: & ſic non poteſt ſub æſtimatione pretij recipi. Sed contra eſt: quia tale pretium laboris (formaliter loquendo, ac etiam ex intentione Seraphici Patris) non eſt eleemoſyna. Conſtat hoc clariſsimè ex verbis ipſius. num. 31. relatis, quibus differentiam hanc exprimit dicens: *Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad menſam Domini, petendo eleemoſynas oſtiatim.* Ecce quàm patenter diſtinguit Beatus Pater pretium ab eleemoſyna. Ergo ſi eſt pretium, & non eleemoſyna ſub æſtimatione pretij poteſt Frater Min. recipere.

31 Tamen veriſsimum eſt, quòd tale pretium (quamuis non ſit eleemoſyna) vt elleemoſynam debemus accipere, nimirum, *humiliter, & ſicut decet ſeruos Dei* (verba ſunt Sanctiſsimi P. N. in Regula cap. 5.) *& paupertatis ſanctiſsimæ ſectatores.* Hoc eſt, eo modo, ac ſi eſſet liberaliter oblatum: quia nobis non eſt debitum politicè, ſeu iure ciuili (benè tamen naturali) & idcirco ſine vlla exactione violenta, aut iudiciali, ſiue repetitione, ſiue litigio debet à nobis peti, & acceptari: ſumus enim altiſsimæ paupertatis (vt dictum eſt) ſectatores. Sed cum hoc rectè ſtat, quòd ſub æſtimatione pretij, vel cum pacto, recipiamus, vel ſaltim recipere poſsimus dictum pretiū, dummodò (vt dictum eſt) non ſit pecunia numerata.

32 Secundo probatur ex praxi, & factis Sanctorum diſcipulorum Seraphici P. N qui ſic faciebant. Et omiſsis alijs (breuitatis gratia) in conſpectū adduco praxim, & facta B. Ægidij 3. diſcipuli, & filij Patris Noſtri Franciſci, quæ referunt Piſa lib. Conform. 1. confor. & fructu 8. pro ſecunda parte, Chron. Ord. 1. part. lib 7 cap. 3. Surius tom. 2. die 23. Aprilis: *Semel* (inquit Piſa) *ligna vendidit vni mulieri, & cum videndo eum eſſe Religioſum, vellet ſibi plus*

plus dare, quàm pacta eſſet cum eo, noluit accipere, ſed medietatem etiam pretij ſibi dimiſit, &c. Hæc Piſa §. *Miſſus à B. Franciſco.* Similia habent Chron. & Surius vbi ſupra. Notentur verba: *Vendidit vni mulieri.* Et illa; *Vellet plus ſibi dare, quàm pacta eſſet cum eo.* Et alia: *Medietatem etiam pretij ſibi dimiſit.* Et patebit intentum.

33 Tertiò, Piſa vbi ſupra: *Nunquam* (ait) *Frater Ægidius in aliquo labore ſe per totam diem obligauit alicui, vt ſuas horas diceret, & orationi poſſet vacare.* Et infra: *Poſtea deferebat ad ciuitatem, & vendebat, & neceſſaria pro victu, & veſtitu recipiebat; & ſic inſiſtebat labori, quòd vnum Fratrē induebat.* Hæc ille.

34 Ex quibus omnibus (alijs omiſſis) liquet, quòd recipere aliquid ſub æſtimatione pretij pro mercede, & pretio laboris (etiam mediante pacto, licèt non ciuili) obligando ſe alicui, non eſt recipere pecuniam; dummodò (vt dixi) in tali receptione, & obligatione non interueniant denarij, vel pecunia numerata.

35 Septima concluſio: Res illa, qua licitè vſi ſunt Fratres (verbi gratia, ahenum, libri, &c.) & ea amplius non indigentes, vel vti nolentes, volunt ſub æſtimatione pretij cum illa aliquid aliud neceſſarium habere, non eſt pecunia in hoc 4. capit. prohibita. Hæc concluſio eſt cōtra quartam ſententiam ſupra ſect. 3. num. 6. relatam. Eam expreſſe docet S. Bonaventura libello Apologeti. vbi ſupra quæſtione 13. cuidam verſuto Aduerſario reſpondens.

36 *Cùm denarios, ſeu pecuniam* (inquit Aduerſarius) *nec per interpoſitam perſonam ex Regula veſtra praecepto debeatis recipere: & tamen aliqua recipitis, quæ venduntur poſtea pro pecunia, non video qualiter excuſemini à tranſgreſſione huius præcepti: quia vendita re illa, ſicut prius veſtra fuit res ipſa ante venditionem, ita etiam erit pecunia veſtra, quæ pro re data eſt: cùm non habeat alium dominium niſi Fratres. Quod illicitum eſt.* Hæc Aduerſarius.

Res, quæ ſub æſtimatione pretij datur, vt aliquid aliud neceſſarium habeatur non eſt pecunia.

37 In quibus verbis obiter notare libet, quòd etiam ſecundum huius callidi, ac malitioſi Aduerſarij mentem, res, quæ recipiuntur, vt vendantur, non ſunt pecunia in hoc quarto capitulo interdicta: quin potius diſtincta, ac adverſa prorſus ſunt res, quæ venduntur, & pecu-

pecunia, quæ ex illarum venditione reſultat.

38 Reſpondet ergo S. Bonaventura: *Tria eleemoſynarum genera dantur nobis. Aliqua enim recipimus, quibus vti volumus, vt victus, & veſtitus, & libri nobis vtiles, & ſimilia, quæ non proponimus alienare ab Ordinis vſu. Quædam autem dantur nobis, quibus nunquam in illa ſpecie vti volumus, vt veſtes ſæculares, &c. Quædam vero dantur nobis pro vſu noſtro, & ea per nos recipimus, & poſtmodum aliquãdo contingit, quod eã volumus alienare.*

39 Et mox: *Sed ne trãſgreſſores Regulæ noſtræ ſimus recipiendo pecuniam per interpoſitam perſonam, tres vias pro hac cautela tenemus. Aut enim rem illam, quæ vendi deberet, commutamus pro alia, qua indigemus, non interueniente pecunia, vt librum pro libro, oleum pro cera ad luminaria, & ſic de ſimilibus. Aut rem illam damus pro ſolutione debitorum, quantum res illa valet. Aut damus eam alicui, vt ſua ſit, & nobis pro eã* (nota) *de alijs, quibus indigemus, tantum acquirat, quantum res illa diſtracta valeret: ſiue autẽ ille, qui ſic eam recipit, poſtea vendat; ſiue reſeruet vt ſuam, nihil ad nos, cum iam non ſit noſtra, ſed ipſius: & ita non erimus præcepti illius de non recipienda pecunia transgreſſores. Qui aliter facit, videat quomodo conſcientiam apud Deum iuſtificet, & apud homines ſcandaloſe excuſet.* Hæc S. Bonaventura quæ ſunt valde notanda.

40 Expendo illa verba: *Sed ne tranſgreſſores Regulæ ſimus, &c.* Et infra: *Aut eam damus, vt ſua ſit, & nobis pro ea de alijs, quibus indigemus, tantum acquirat, quantum res illa diſtracta valeret.* Et illa: *Qui aliter facit, videat quomodo apud Deum conſcientiam iuſtificet, &c.* Ex quibus ſic argumentor. Dando rem, qua vtimur, alicui, vt ab eo recipiamus quantum res illa diſtracta valeret, non ſumus tranſgreſſores Regulæ noſtræ, recipiendo pecuniam (vt dicit expreſſe Seraphicus Doctor) ſed res, quæ hoc modo datur, vt inde alia habeatur, datur proculdubio ſub æſtimatione pretij. Ergo huiuſmodi res non eſt pecunia in hoc 4. cap. prohibita.

41 Secundò probatur ex Nicol. 3. cap. *Exiit*, art. 16. de commutatione rerum ibi: *Quia vero* (inquit) *libros, & alia mobilia, quibus tam ordo, quam Fratres vtuntur, &c.* Et paucis interpoſitis: *Si vero res huiuſmodi æſtimato pretio ven-*

vendi contingat, cum Fratribus ipſis per ſe, vel per alium recipere pecuniam (Regula prohibente) non liceat: ordinamus, & volumus, quòd talis pecunia, vel pretium recipiatur, & expendatur in rem licitam, cuius vſum Fratribus licet habere, per procuratorem à præfata Sede deputandum. Hæc ibi. Ex quibus ſic argum. Res, qua vſi ſunt *Fratres, & poſtea æſtimato pretio contingit vendi cum Fratribus non liceat recipere pecuniam* (ex vi Regulæ) *pecunia talis, & pretiũ rei venditæ* (pretio æſtimatæ) debet recipi, & expendi in rem, *cuius vſum Fratribus licet habere per procuratorem &c.* Ergo res ipſa, qua Fratres vtebantur, & æſtimato pretio venditur, ex Pontificis mente non eſt pecunia: quin potius pecunia in Regula prohibita reſultat ex venditione rei pretio æſtimatæ. Et confirmari poteſt ijſdem rationibus pro prima concluſione ſupra §. 1. à n. 4 vſque ad 8. factis.

Res recepta animo nõ vẽdi illa, ſed intẽtione vt ex illa aliquid ematur nõ eſt pecunia.

42. Octaua concluſio. Res, quæ à Fratribus recipitur animo non vendi illa (v.g. linũ, triticum &c.) ſed intentione, vt ſub æſtimatione pretij ex illa aliquid ematur, non eſt pecunia. Eſt contra primum modum dicendi 4. ſenten. ſupra ſect. 3 num. 6. relatæ. Probatur, quia ſi res, qua Frater Minor vtitur, & æſtimato pretio diſtrahitur, vel venditur, vt inde aliquid ematur, non eſt pecunia, vt probatum eſt concluſ. 7. Ergo neque res, quæ recipitur ea intentione, vt ſub æſtimatione pretij ex ea aliquid ematur.

43. Patet, tum primo, quia ſi actualis rei, quæ diſtrahitur, aut venditur, æſtimatio, non eſt pecunia hic prohibita: quo pacto potentialis, ac intentionalis huiuſmodi rei æſtimatio pecunia erit? Tum ſecundo, quia cum facio actualiter dictam æſtimationem, minimè do, nec recipio pecuniam; nec illa vtor vllo modo: quare ergo cum habeo intentionem faciendi ſimilem æſtimationẽ, præcepti de non recipiẽdo pecuniam tranſgreſſor ero? Vlterius Maius eſt, rem, qua vtor, dare ſub æſtimatione pretij, vt aliam accipiam, quàm rem accipere cum animo dandi eam ſub pretij æſtimatione. Ergo ſi poſſum abſque vlla Regulæ tranſgreſſione facere quod maius eſt: faciendo quod minus eſt, peccatum de pecunia nullo modo mihi imputabitur.

(✝)

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

Nomine pecuniæ tantū in Regula prohibetur, numerata.

44 NOna concluſio: Nomine pecuniæ in hoc 4. capit. Fratribus Minoribus tantum prohibetur pecunia numerata, ſeu denarij, ſeu moneta cuſa. Quapropter firmiter aſſero, quod pecunia hic prohibita nihil aliud eſt, quam id, quo ſolent homines vti, cum opportunum eſt, ad pretium rerum emendarum, vt (verbi gratia) aurum, & argentum, & ſi quod tale ſit, quo pro denarijs ad ſupra dictum pretium homines vterentur. Hanc cõcluſionem tenuerunt plures ex Primis Patribus noſtris, quos citant quatuor Magiſtri, vt vidimus ſupra ſect. 2. in eorum textu, & ſect. 3. num. 7. & 8. Suffragantur ijdem quatuor Magiſtri, & conſtitutiones Ordinis antiquæ, vt expreſsè affirmat Venerab. Piſa hic: *Iuxta conſtitutiones antiquas (etc.) & quatuor Magiſtrorum ſententias, pecunia dicitur omnis res, qua ſoleat vti homines, cum opportunum eſt, ad pretium rerum emendarum, vt aurum, & argentum, & quidquid tale ſit, quo pro denarijs ad pretium rerum emẽdarum vtantur homines.* Hæc Piſa aſſentitur Hugo, & docet S. Bonaventura, B. Ioan. Pecham, & alij, quos retuli pro ſeptima ſententia.

45 Pro maiori, & clariori intelligentia noſtræ ſententiæ, notare oportet, eam deſumptam eſſe ex Ariſtot. qui pluribus in locis illam docet, ac tenet, vt lib. 1. de Repub. iuxta interpretationem Petri Victorij, quam refert perdoctus Pater, ac Miniſter Baſilius Pontius Legionenſis parte prima variarum ſuarum diſput. relect. 1. de poteſtate Principis circa conſtitutionem monetæ p. 2. eiuſdem relect. non longe à principio. Item lib. 5. Ethic. c. 5. (aliàs 8.) iuxta Leonardi Aretini interpretationem, Auerroe in Comment. ſuffragante. Et lib. primo Politicorum cap. 6. iuxta interpretationem, quàm ſequitur Couarrub. tom. 1. ſuorum operum collat. veterum numiſmat. c. 7. parum poſt princip. §. *Sic locus Ariſt.*

46 Verum, quia hic textus Ariſtot. difficilis eſt, & omnes clauſulæ noſtræ ſententiæ de illo extractæ ſunt. Lector aduertat, quod aliquæ literæ inter ipſum textum ponuntur, vt eius difficultas clarior fiat, & ex qua parte illius, quæuis clauſula noſtræ ſententiæ deſumpta eſt melius cognoſcatur.

47 Vera

Noſtra ſenten. de pecunia deſumpta ex Ariſt.

47 Verba ergo Ariſtot. ſecundum Couarrub. tenoris ſequẽtis ſunt: *Nam cum quæque neceſſaria (ait) non facilè poſſunt vltro, & citro comportari publico*
A. *(A.) Gentium conſenſu conſtitutum eſt ad permutationes faciendas,*
B. *vt (B.) talem quiddam inter ſe darent, & acciperent, quod cum eſſet ipſum ex genere accommodatum ad vſum vi-*
C. *tæ (C.) facilè tractari poſ-*
D. *ſet, cuius modi eſt (D.) ferrum, & argentum, & ſiquid*
B. *(B.) aliud eius generis habetur, quod initio magnitudi-*
E. *ne (E.) ac pondere ſimpliciter erat definitum, poſtremo*
F. *etiam (F.) charactere fuit*
C. *percuſſum, vt homines (C.) liberi eſſent à ſolicitudine examinandi: nam charactere quantitas nummi ſignificatur.* Hæc Ariſt. ſecundum Couarrub.

48 At ſecundum Leonardum Aretin. ſic fatur Ariſt. 5.
B. Ethic. vt ſupra: *Itaque (ait) ad permutationes faciendas (B.) tale aliquid compoſuerunt inter ſe dare, & accipere, quod*
C. *(C.) vtilium quippiam exiſtens, haberet vſum commutan-*
C. *di (C.) facilem ad vitam, ceu*
D. *(D.) ferrum, & argentum, &*
B. *ſiquid aliud (B.) tale, primo*
E. *ſimpliciter definitũ (E.) quantitate, & pondere, poſt modum*
F. *etiam (F.) ſigno impreſſum, quod à menſura (C.) liberi eſ-* C.
ſent: nam (F.) ſignum poſitum F.
eſt ad quantitatẽ demonſtrandam. Reperto igitur nummo, &c. Hæc Ariſt.

49 Suffragatur iuris conſul. Paulus L. 1. de contrahẽda empt. ibi: *Origo emendi, vendendique à permutationibus cœpit: olim enim non erat nummus, neque aliud merx, aliud pretium vocabatur, ſed vnuſquiſque ſecundum neceſſitatem temporum, ac rerum, vtilibus inutile permutabat, quoniam plerumque euenit, vt, quod alteri ſupereſt, alteri deſit: ſed quoniam non ſemper, nec facilè concurrebat, vt cum tu haberes quod ego deſiderarem, inuicem ego haberem, quod tu percipere velles, electa materia eſt cuius (A.) publica, ac perpetua æſti-* A.
matio (C.) difficultatibus per C.
mutationem æqualitate quantitatis ſubueniret. Ea mate- A.
ria forma (A.) publica (F.) per- F.
cuſſa, vſum, dominiumque non tam ex ſubſtantia præbet, quã ex (E.) quantitate, nec vltra E.
merx vtrumque eſt, ſed alterum pretium vocatur. Hæc Paulus. Cui aſſentitur Scotus in 4. diſt. 15. q. 2. concluſ. 2. §. *Alia tranſlatio.* Vide etiam S. Bernardinum tom. 2. ſerm. 32 art. 3. cap. 2.

Et ex iuris cõſul. Paul.

50 Ex qua doctrina Ariſt. & Pauli, ab omnibus tam iuriſtis,

Digitized by Google

Vſus pecuniæ eſt de iure gentium.

riſtis, quàm Theologis recepta, quinque deducuntur. Primò, vſum pecuniæ eſſe de iure gentium, vt ait Ariſt. vbi ſupra num. 47. lit. *A.* & Paul. num. 49. lit. etiam *A.* Quod confirmat idem Ariſt. 5. Ethic. capit. 8. (aliàs 5.) Leonardo interprete, dicens: *Verùm pro indigentia vnum quiddam eſſe conuenit, & hoc ex inſtituto, itaque nummus vocatur: hic enim omnibus menſuram adhibet.* Hæc Ariſt. & Commentat. Auerro. ibi: *Poſuerunt inter ſe homines per modum conuenientiæ aliquid, quod ſit inſtrumentum connegotiandi in omnibus, & hoc numiſma, cumque etiam venditor non ſemper in illa hora egeat emptione rei alterius, ſed egebit in poſterum, factus eſt ei denarius, tanquam fidei Iuſſor ſupplendi neceſſitatem futuram, & cum iſta inueniãtur in denario ex poſitione, &c.* Hæc ille. Applaudit Iuriſconſult. Hermogenian. in L. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure. Subſcribunt etiã Theologi. Quand. in 4. Addit. ad diſt. 38. de voto, propoſ. 21. Pitigian. ibid. diſt. 15. q. 2. artic. 2. §. *Secundò infertur.* Suarez lib. 2. de Legibus cap. 17. Azor tom. 3. lib. 1. cap. 4. Ludouicus à Turrib. de iuſtitia, & iure diſp. 56. dub. 3. cum communi ſententia.

51 Et notandum, quòd *ius Gentium* (vt Vlpianus ait: L. *iuri operam* §. *Huius ſtudij* ff. de iuſt. & iur.) *eſt quo Gentes humanæ vtuntur.* Vnde D. Iſidorus in cap. *Ius Gentium* diſt. 1. *Ius Gentium dictum eſſe tradit, quia eo iure omnes ferè Gentes vtuntur.* Vide Azor, vbi ſupra.

Ius gẽtiũ eſt quo gẽtes humanæ vtuntur.

52 Deducitur ſecundò, vſum hunc pecuniæ, vel nummi introductum fuiſſe, vt faciliter, vtiliter, & commodè permutationes rerũ (hoc eſt, emptio, & venditio) fierent inter homines ſecũdum vniuſcuiuſque indigentiam, &c. vt ait Ariſt. vbi ſupra num. 47. & 48. lit. *C.* & Paulus n. 49. lit. etiam *C.* Quibus applaudit Auer. cõment. in 5. Ethic. vbi ſupra dicens: *Denarius ergo poſitus eſt in ciuitatibus propter iſtas duas cauſas, intendo, propter facilitatem inuentionis æqualitatis, & propter conuenientiam indigẽtiæ.* Adhæret S. Bernardinus (Pater meus) dict. art. 3. Scotus in 4. vt ſupra: *Quia enim* (inquit Doctor Subtilis) *difficile erat, res vſuales immediatè commutare: ideo inuentum eſt medium, per quod talis commutatio faciliter fieret, quod vocatur numiſma.* Hæc Subtilis Doctor.

Vſus pecuniæ fuit introductus, vt faciliter rerũ permutationes fierẽt.

53 Tertiò deducitur, tria nomina ſupra poſita, nempe, *fer-*

Digitized by Google

Ferrũ, argentũ, & ſiquid tale ſignificant pecuniam.

ferrum, & *argentum*, & ly *tale quid*, *vel ſiquid aliud tale*, ſignificare materiam quandam illius generis, ferri nimirum argenti, &c. Primo, definitam quantitate, & pondere, vt patet ſupra lit. E. numero 47. 48. & 49. poſt modum verò ſigno impreſſam, vel charactere percuſſam, vt ſupra lit. F. num. 47. quæ nihil aliud eſt, quam nummus, vel denarius, vel pecunia numerata, vt ait Ariſt. clarè vbi ſupra nu n 47. 48 lit. B. & D.

Pretium propriè dictũ ſolum cõſiſtit in nummo, vel pecunia.

54 Deducitur quarto, pretium rerum emendarum, propriè dictum, conſiſtere ſolùmmodo in nummo, vel pecunia numerata, vt ait Paul. vbi ſupra n. 49. fin. & Ariſt. 5. Ethicor. vbi ſupra ſecundũ Leonardum ibi: *Oportet* nummum omnibus rebus pretium eſſe. Hinc diſt. 39. cap. *Eyciens Dominus* dicitur: *Pecunia quidem non eſt diſpoſita niſi ad emendum*. Hæc ibi. Et clariùs 1. quæſt. 1. *eos*, *qui per pecunias*, ibi: *Qui emit dominus eius volens eſſe quod emerit, per pretium pecuniæ illud acquirit*. Hæc ibi. Et Gloſſ. *Nam pretium in pecunia numerata conſiſtit, vt inſtitutione de empt. & vend. §. Item pretium argen. extrade re permut. ad quæſtiones.* Hæc Gloſſ. Videatur Antoni. Pichardus Salmanticẽſis, dict. §. *Itẽ pretium*. Accedunt omnes Iuriſperiti Baldus, eleganter conſil. 98. Card. Tuſchus tom. 6. fol. 194. concl. 485. Summiſtæ Aſtenſis lib. 3. tit. 8. art. 2. Angel. verbo *emptio* num. 2. Sylu. num. 1. Bonacina tom. 2. quæſt. 2. de empt. & vend. pun. 1. propoſ. 1. num. 1. ac etiam Theologi, Tartar. in 4. diſt. 15. q. 2. concluſ. 3. Valent. tom. 3. diſp. 5. quæſt. 20. pun. 1. Azor tom. 3. lib. 10. cap. 1. & 3. Molin. tom. 2. de iuſt. diſp. 336. n. 1. & 2. Arag. quæſt. 77. in corp. Salonius tom. 2. quæſt. 77. §. *Quid ſit emptio*. Salas de contractibus dub. 1. & alij apud ipſos, qui omnes affirmant (& cæteri communiter) pretium propriè dictum conſiſtere tantum in pecunia numerata.

55 Vnde appoſitè quatuor Magiſtri in hoc 4. Regulæ c. (vt vidimus ſupra ſect. 2. numero 5. circa finem.) dicunt: *Propriè quod emitur, pretio numeratæ pecuniæ emitur*. Et infra: *Emptio eſt, quæ propriè non contrahitur niſi pecunia mediante*. Hæc illi. dilucidè Hugo in cap. 6. Rugulæ quæſt. 2. ibi: *Semper enim* (ait) *præſtita pecunia ſit propriè emptio: quare emere verè, ac propriè Fratres non poſſunt*. Hæc Hugo. Conſentit Serena cõſcientia queſt. 46.

Digitized by Google

Et eleganter hoc punctum tractat Franciſcus Connanus tomo ſecundo Commentario. iuris lib. 7. cap. 5. ibi: *Pecunia numerata* (ait) *tantum propriè pretium dicitur, &c.* Vide illum. Accedit eruditè Vincent. Filliucius tom. 2. qq. Moral. tract. 35. 2. p. c. 4. num. 347.

Pecunia numerata eſt, quoddam inſtrumētum commune ad emptionem.

56 Deducitur quinto, pecuniam numeratam eſſe quoddam inſtrumentum, ſeu medium commune propriè deſtinatum publica authoritate ad emptionem, & venditionem, & clarè affirmat Auerroes in 5. Ethic. vt ſupra num. 50. Fauet Scot. 4. diſt. 15. vt dixi ſupra n. 52.

57 His ſuppoſitis, patet iam, quòd hęc noſtra cōcluſio ex Ariſt. & Paulo deſumpta eſt. Sed vt res planè omnibus conſtet, & omnem ſcrupulum Aduerſarijs, ac timidis, ex animo auellam, operæ pretium eſt, vt per ſingulas illius clauſulas, ſeu particulas diſcurrendo, proprium ſenſum, & veram eius intelligentiam diſcutiamus. Omnes enim, & ſingulæ de nummo tātum, vel pecunia numerata debent intelligi.

58 Quarum prima eſt: *Pecunia* (in hoc 4. cap. prohibita) *eſt omnis res illa, qua ſolent vti homines*, ideſt, omnes homines (vel vt congruè loquar, omnes nationes: cum vſus nummi ſit de iure Gentium:) In definita enim propoſitio æquivalet propoſitioni vniverſali, ſic noſtra concluſio. Et Ariſtot. 1. Politicorum (vt patet ſupra n. 47.) *Nam cum quaque neceſſaria non facile poſſent vltro, & citro cōportari, publico Gentiū conſenſu conſtitutum eſt ad permutationes faciendas, &c.* Et 5. Ethic. (vt patet in comment. Auerr. ſupra num. 50.) *Poſuerunt inter ſe homines per modum convenientiæ aliquid, quod ſit inſtrumentum connegotiandi in omnibus, & hoc numiſma, &c. Homines* in 5. Ethic. dicit, ideſt, omnes homines, vel potius omnes Nationes, vt ſupra primo Politicorum, ibi: *Publico Gentium conſenſu conſtitutum eſt*, & arridet Paul. vbi ſupra citatus num. 49. Idem itaque importat dicere homines, ac omnes homines, vel omnes nationes ſecundum Ariſtot. 5. Ethic. & primo Politicorum. Quapropter noſtra concluſio dicit, quod *Pecunia* (hic prohibita) *eſt omnis res illa, qua ſolent vti homines*, ideſt, omnes homines, vel omnes nationes, cum vſus pecuniæ numeratæ, ſeu nummi ſit de iure Gentium, vt iam dixi ſupra num. 50. & 51. Quod cum ita ſit, communi conſenſu

ſenſu homines, illa re vti debent, & ſimilis conſenſus non poteſt fundari in aliqua particulari, ac priuata authoritate, ſed in publica, & communi. Vnde *res illa*, inſtrumentum, ſeu medium commune debet eſſe: quæ *res*, vel inſtrumentum nihil aliud poteſt eſſe, niſi nummus, pecunia numerata, ſeu denarius, vt patet ſupra num. 50. & 56. Ex quibus omnibus conſtat, quòd hæc prima clauſula in noſtra concluſione intelligitur tantum de pecunia numerata, & quod eſt deſumpta ex Ariſtot. 5. Ethic. & primo Politicorum, vt dixi.

59 Secunda clauſula, ſeu particula eſt: *Cum opportunum eſt*, & hæc habetur in Ariſtot. ſupra num. 47. & 48. lit. C. & etiam in Paul. num. 49. *Opportunum enim* (vt rectè Ambr. Calepin. in ſuo dictionario) *proprie dicitur, quod nobis commode in tempore, & optato contingit.* Hinc, *Opportunitas* (addit) *pro commoditate ponitur quandoque pro facilitate, quandoque pro vtilitate.* Hæc Calepin. Quæ verba, rogo, vt conferas cum alijs Ariſtot. n. 47. & 48. vt ſupra lit. C. & palā videbis, quod inter illa, non differentia, ſed omnimoda ſimilitudo inuenitur.

60 Tertia particula eſt: *Ad pretium rerum emendarum.* Quæ verba verè, ac propriè ſolùm verificari poſſunt de numero, vel pecunia numeratā: hæc enim pecunia propriè pretium rerum venalium, ac medium, & inſtrumentum proprium emptionis inter omnes alias res eſt, vt late vidimus ſupra 54. & 55. Hoc vtique eſt illi quaſi intrinſecum, & formale, vt doctè Filliucius, t. 2. n. 34. fin. *Tria ſunt* (inquit) *in pecunia. Primò, materia, vt auri, argenti, æris. Secundò, figura impreſſa, vt Principis, vel alia publica authoritate, à qua habet valorem. Tertiò, ipſemet valor, & æſtimatio pecuniæ in ordine ad hoc, quòd ſit pretium rerum venalium, & eſt quaſi forma pecuniæ.* Hæc ille. Vbi ſupra relatus num. 55. fin.

61 Quarta particula eſt: *Vt aurum, & argentum, & ſiquid tale ſit, quod pro denarijs, &c.* Quæ verba, ſi cum textu Ariſtotel. vt ſupra num. 47. & 48. lit. D. & B. conferas, liquidò cognoſces, non tam illinc deſumpta, quàm mutuata: clareque conſtat, tantum debere intelligi de pecunia numerata,

vel denario. Quod perſpicuè confirmat Serena conſcientia, quæſt. 46. *Pecunia* (ſupple in Regula prohibita) *dicitur omnis res, quæ ſolent homines, cum opportunum fuerit ad pretium rerum emendarum vti: ſicut ante vſum nummorum homines vtebantur ſecundum Petrum Ioannem, auro, & argento, & quod tale ſit, quo pro denario ad pretium rerum emendarum homines vterentur*. Hæc Serena conſcientia.

62 Sed luculenter ſatis ſuffragatur Venerabilis Hugo in hoc quarto capitulo, non longe à principio: *Neceſſariorum* (ait) *duo ſunt genera, vnum, quo emuntur neceſſaria, ſiue ſit denarius, ſiue argentum, ſiue aliud quodlibet, quo neceſſaria emi ſolent. Quod hoc, & in Euangelio* (nota) *pecunia dicitur. Aliud neceſſaria ipſa quorum, & ſi non vſus tamen proprietas in alio* (*vt dictum eſt*) *Capitulo prohibetur*. Hæc Hugo, quibus, pulcherrimè hucuſque dicta in hoc §. 6. probat, ac corroborat.

63 Igitur dico, quod *Pecunia* (in hoc quarto capitulo prohibita) *eſt omnis res illa, qua vt inſtrumento, ſeu medio communi, & proprio, emptionis, vel venditionis ſolent communiter, communi conſenſu, & publica authoritate, cum opportunum* (ideſt, vtile, & commodum) *eſt, vti omnes homines, ſeu omnes nationes, qui emere, vel vendere volunt, vt aurum, & argentum, & ſi quid aliud tale, quo pro denarijs, ſeu nummis, ad pretium propriè, ſeu pro pretio rerum emendarum homines vterentur*. Quod nihil aliud eſt, quàm vno verbo dicere, quod pecunia (in hoc quarto capitulo Fratribus Minoribus prohibita) tantum eſt moneta cuſa, ſeu Pecunia numerata.

64 Notanter dixi: *Res, qua ſolent vti omnes homines, ſeu omnes nationes, qui emere volunt, communi conſenſu, & publica authoritate*. Vt includatur omne inſtrumentum, ſeu medium commune, quo omnes nationes vtuntur pro *denarijs*. Quod eſt, non ſolum denarius ipſe, vel nummus, quibus politicæ nationes communiter vtuntur; & confici ſolent (vt plurimum) ex quibuſdam metallis: verum etiam vt includantur aliæ res, quibus pro denarijs nationes aliquæ Barbaræ pro pretio rerum emendarum communi conſenſu, & publica authoritate vti ſolent. Vt enim dicit Petrus Berchorius, tertia parte dictionarij ver-

Denari' ſit ex metallis.

Pecunia ſit etiam ex alijs rebus.

Digitized by Google

verbo *Pecunia*: *Aliqua ſunt loca, & Regna (& hoc vt plurimum) vbi moneta fabricatur de auro, & argento, & alijs metallis. Aliqua autem ſunt Septemtrionalia Regna, vbi pedes auium, & pecorum ponuntur in mercationibus pro moneta. Aliqua etiam ſunt Orientalia, & Auſtralia Regna, vbi terra, quæ dicitur Procellana, fruſtra, & fractura vaſorum, quæ fiunt de illa terra, pro moneta ponuntur. Aliqua etiam vbi monetis vtuntur papyreis, &c.* Hæc ille. Vide ad intentum doctiſsimum Patrem Baſil. Legionenſem parte 1. variarum diſput. relect. 1. pag. mihi 501. vbi eleganter huiuſmodi aſſumptum tractat.

§. VII.

65 His ſuppoſitis, probatur noſtra concluſio. Primo ex S. Bonaventura 7. tom. ſuorum operum in opuſcul. *Apologia pauperum*, reſponſionis quartę cap. 1. parum poſt principium pag. 452. col. 2. iuxta Edit. Rom. an. 1596. (aliàs tom. 2. opuſcul. ibid. part. 2. art. 1.) *Conſtat* (inquit) *quòd huiuſmodi pauperes ideo nudis pedibus incedunt, & loculis carent, vt illud Euangelij verbum* (nota ad hoc, & aliud propoſitum) *ad literam impleant, quòd Dominus diſcipulis dixit Matth. 10. vt non ferrent æs in zonis, nec calceamenta in pedibus, &c.* Et cap. 2. parum ante finem pag. 458. *Nequaquam profitentur* (Fratres) *quod nullus eis prouideat, & eleemoſynam* (ſupple pecuniæ) *faciat per ſe, vel per interpoſitam perſonam: ſed quod ipſi iuxta formam in Euangelio traditam, Pecuniam nullomodo poſsideant. Si forte quis dicat in carentia pecuniæ nullam prorſus eſſe ſanctitatem, non tam infert calumniam Regulæ pauperum, quàm Euangelio Chriſti, in quo Apoſtolis inhibitam fuiſſe, conſtat, pecuniam, &c.* Hæc, & alia ibid. Seraphicus Doctor. Videatur etiam, cap. 10. in Luc. ſuper illa verba *Nolite portare ſacculum*. Ex quibus clarè conſtat, quòd ex mente S. Bonaventuræ illa tantum *pecunia* fuit prohibita in Regula Fratribus Minoribus, quæ in Euangelio inhibita fuit Apoſtolis: Sed hęc tantum fuit numerata, vt probatum eſt ſupra ſect. 4. num. 2. Ergo. Vide etiam B. Ioan. Pecham. cap. 1. in Regula in ſolut. ad 6. cuius verba breuitatis gratia ommitto.

66 Nec me latet, quod S. Bonaven. in hoc cap. 4. Reg.

Digitized by Google

ac etiam cap. 5. & 6. ſub obſcurus eſt. Nihilominus tamen, omnino ſtandum eſt dictis numero 65. præcedenti. Primo, quia ipſe Sanctus Doctor planè fatetur in hoc 4. c. Regulæ, & locis num. 65. relatis, & alibi, quod hoc præceptum de pecunia in Regula poſitum, deſumitur ex illo Matth. 10. *Nolite poſidere pecuniam in zonis*, vel vt ipſe S. legit vbi ſupra num. 65. *Æs in zonis*. Secundò, quia expoſitionem Regulæ ſcripſit in Capitulo Generali Narbonenſi (vt liquet ex 2. lect. 2. noct. 5. die infra octauæ eiuſdem Sancti) quod celebratum fuit anno 1260. vt patet in Ann. Min tom. 1. ad annum 1260. & à fundatione noſtræ Religionis. anno 53. At Apologiam pauperum ſcripſit poſt annos 7. an. ſcilicet 1267. & à Religionis fundatione anno 60. vt ipſemet S. Bonaventura affirmat in eadem Apologia. Reſpon 4. capit. 3. circa medium pag. 462. col. 2. lit. D. iuxta prædictam edit. Rom. Annus itaque 60. Religionis Minorum fuit anno 1267. vt liquet in eiſdem Annal. ad eundem annum: Idcirco omnino ſtandum eſt ijs, quæ circa præcepti de pecuniæ intelligentiam, anno 1267. non verò ijs, quæ antea ſcripſerat, anno ſcilicet 1260. Seraphico Doctori accedunt quatuor Magiſtri, Hugo Piſa, vt ex ſupra dictis conſtat.

67 Secundo probatur concluſio: Illa eſt vera interpretatio legis, per quam mentem Legiſlatoris aſſequimur: & ideo quacumque ratione de mente Legiſlatoris conſtare poſsit, ſecundum illam maximè erit lex interpretanda. Quod liquet ex vſu iurium conſiderantium vtique mentes Legiſlatorum cap. *Si poſtquam* de elect. in 6. ibi *Ex ſui mente exigit, &c.* Et in cap. 2. *Requires*, de Appellationibus. Et optime probatur ex L. *Scire etiam* §. *Aliud*. ff. de excuſation. tutor. ibi: *Sed etſi maximè verba legis hunc habebant intellectum: tamen mens Legiſlatoris aliud vult*. Hæc ibi. Ergo dato, & non conceſſo, quod hoc nomen *Pecunia* haberet aliud proprium ſignificatum (quod minimè habet) deberet explicari, ac intelligi ſecundum mentem Legiſlatoris, nimirum, Seraphici. P. N. Franciſci. Ergo potiori iure dictum nomen *Pecunia*, de numerata pecunia tantū debet intelligi, quum hoc ſit proprium eius ſignificatum, & mens Patris noſtri hæc fuerit, vt conſtat ex eo, quòd hoc nomen *Pecunia*, & eius pro-

Illa eſt vera interpretatio legis per quã aſſequimur legiſlatoris mentem.

prohibitio, & præceptum ex cap. 10. Matth. & Marci. 9. deſumpſerit, vt ſæpiſsime dictum eſt, & etiam conſtabit ex dicendis.

§. VIII.

68 DEcima concluſio: Hæc duo nomina, *Denarius*, & *Pecunia* in 4. cap. Regulæ poſita, ſunt Synonyma, ideſt, ſignificant ſub diuerſis vocibus vnam, & eandem rem, tantum, ſcilicet, pecuniam numeratam. Hæc concluſio ſequitur, & rectè probatur ex nona concluſione immediatè præcedenti. Eam tenent expreſsè Zabarell. Roſell. Armill. & Marchant locis citatis pro 7. ſententia ſupra.

Denarij & pecunia in Regula ſũt Synonyma.

69 Probatur primo, quia hæc eſt communis vſurpatio in modo loquendi, iuxta quã voluit Seraphicus Pater ſuam Regulam intelligi, & intelligitur hoc nomen *Pecunia* de pecunia numerata, ſeu moneta cuſa tantum. Primo, in lingua latina, vt videre eſt in adagijs Eraſmi Chiliadis primæ, centuria ſeptima adagio 18. *Bos in lingua*, & chiliadis ſecundæ centuria ſeptima adagio 31. *Noctua lauriotica*, & adagio 35. *pecunia vir*. Aſſentitur Pierius Valerian. in ſuis hieroglificis lib. 3. fol. 26. & lib. 20. §. *De noctua*. Subſcribit perdoctus Couarrub. tom. 1. ſuorum operum collatione veterum numiſmatum per totam, Baſil. Legionenſ. parte prima variarum diſputationũ relectione prima per totam. Secundò, in lingua, & idiomate Italico, in quo primo educatus fuit Pater noſter Seraphicus (Italia enim eum fœlicisſimè, & glorioſiſsimè genuit.) In lingua itaque Italica, Pecunia, & Denarij ſunt Synonyma, vt manifeſtè liquet in Calepino, verbo *Pecunia*. Tertiò etiam in idiomate Hiſpanico. Ergo.

70 Secundò probatur concluſio ex iure, vbi hæc duo nomina *Denarius*, & *Pecunia* Synonyma ſunt, vt *Extra. De Simonia*, ferè per totum tit. Sed præcipuè cap. 36. *in tantum*. ibi. (*Sanè pervenit* (inquit Innoc. 3. Archiepiſcopo Cantuarenſi ſcribens) *ad audientiam noſtram, quòd cum olim quidam Suffraganei tui pro chriſmate certam conſueverint accipere pecuniæ quantitatem*, &c. & paucis interiectis: *& vt cauſam recipiendi diſsimulent, nomen denariorum variant, denarios, quos prius Chriſ-*

males, ſecundo paſchales dicebant, &c. Hæc ibi. Expendo illa verba: *Certam conſueuerint accipere pecuniæ quantitatem.* Et poſtea: *Et vt cauſam recipiendi diſsimulent, nomen denariorum variant.* Accipiebant ergo illi Suffraganei pecuniæ quantitatem, & vt diſsimularent cauſam recipiendi illam pecuniã, variabant nomen denariorum. Non dicit Pontifex: *Nomen pecuniæ variabant, ſed nomen denariorum.* Ergo ſi recipiebant pecuniæ quantitatem, & vt illam quantitatem diſsimularent recipere, nomen variabant denariorum. Ergo ex mente Pontificis, & communi vſurpatione *Pecunia, & denarij.* Synonyma ſunt. Vide Gloſſ. in hoc cap. *In tantum.* Hoc etiam probatur ibid. cap. 16. *Ea, quæ de auaritia* cum Gloſſ. & capit. 19. *Veniens ad nos* cum Gloſſa, & *de iure iurando*, capit. 18. *Quanto perſonam*, cum Gloſſ.

71 Nec obliuioni des, quod Inno. 3. dicti cap. *In tantum* Author fuit, qui approbauit, & confirmauit primam Regulam Seraphici Patris Noſtri, & Greg. 9. (qui ſecundam Regulam ſimul cum Seraphico Patre noſtro condidit, vt ipſemet fatetur in ſua noſtræ Regulæ declaratione. *Quo elongati*, in Prologo) Gregorius, inquam 9. ſupra dictum decretum Innocentij 3. (in quo hæc duo nomina denarius, & pecunia, vt Synonyma accipit) inſeruit corpori Iuris Canonici.

72 Secundò probatur ex decreta. *Exijt* in 6. de verborum ſignificatione, & ex Clementina exiui, eodem tit. vbi Nicol. 3. & Clem. 5. iſta duo nomina *denarij*, ſcilicet, & *pecunia* ſimul confundunt, & pro vna, & eadem re ſumunt. Imò vbi conſultò, & dedita opera de hoc præcepto de pecunia tractatur, ſolo nomine *pecuniæ* vtuntur pro denarijs (quod eſt maximè notandum) vt patet legenti eaſdem declarationes, videlicet, decret. *Exijt*. art. 4. 5. & 6. §. *Cæterum*, vſque ad §. *Quia verò* incluſiuè, & in Clementina *Exiui* cap. 4. §. *De obſeruatione præcepti de non recipienda pecunia*, per totum, & eodemmodo locutus fuit Gregor. 9. in ſua declaratione. *Quo elongati* artic. 3. Quod non facerent dicti Pontifices, ſi tanta diſtinctio (vt aduerſarij autumant) eſſet inter hæc duo nomina. Ergo ex ſententia ſupradictorum Pontificum idem in hoc 4. capit. Regulæ ſignificant *Denarij*, & *pecunia*, ſiquidem ſub vno nomine tantum, & vna voce,

nem-

Digitized by Google

ſcilicet, *pecunia*, amborum obligatio exponitur ab ipſis, & declaratur.

73. Sed obijcies primo: Hæc duo nomina denarij, & pecunia, ſub diſiunctione, *vel*, ponuntur in Regula *nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant* (ſupple Fratres) ſed hæc dictio, *vel*, diſiungit, & nomina, & ſignificationes eorum. Ergo ex mente Seraphici Patris non ſunt ſynonyma. Reſpondeo verum eſſe hanc dictionẽ, *vel*, aliquando diſiungere ſignificationes etiam nominum, inter quæ ponitur, aut reperitur: non autem ſemper; interdum enim eſt copulativa; interdum ponitur pro, *etiam*, vt affirmat Calepinus, & ſubſcribit Ximenez Arias in Vocabulario Eccleſiaſtico. Quandoque ſtat expoſitivè, & ponitur pro, *ideſt*, ſic Abbas, Extra. cap. *Inter cæteras* de *Reſcriptis*, lit. G. *vt in L. penult.* (inquit) *in §. nullo tamẽ Cap. de Iure iurando.* Idem affirmat Menochi. t. 4. Conſilior. Conſ. 347. n. 19. vbi Bartol. pro ſe, & plura iura allegat. Sequitur Barboſſ. de dictionibus in dictione. *Vel*, 360. n. 5. vbi dicit: *vel, declaratiue etiam ſumitur pro ideſt, &c.* Vide etiam Ioan. Bertachin. in ſuo dictionario. verbo, *vel*.

Dictio, vel, interdũ eſt copulativa, & poſitiva, &c.

74. Verùm pulchrè ad intentum Eminentiſſ. Card. Zabarell. in Gloſſ. ſuper Clem. *exivi*. §. *Porrò*. Verſ. *Cippi*, vel *trunci*, lit. C. ita ſcribit: *Cippi, vel, trũci* (inquit), *vel, pro ideſt; & eſt Cippus lignum inornatum, &c.* & infra: *Nota differentiam inter denarios & pecuniam: quia denarius eſt, qui pro decẽ nummis olim computabatur: pecunia verò propriè eſt ſubſtantia de pecoribus provenienſ; tamen hæc hodie communiter accipitur pro eodem. Et ideo expone literam* ibi: *denarios, vel pecuniam vel, pro ideſt. Et hic nomine denariorum continetur omnis moneta, magna, vel parva.* Hæc ille. Aſtipulatur per Doctus Pater Barthol. Fumus hæreticæ pravitatis Inquiſitor in ſua ſuma. *Aurea, Armilla*, verbo *Pecunia*. n. 1. vbi dicit: *Pecunia nomine veniũt largo vocabulo omnia, quæ poſſunt eſſe in Patrimonio.* Et mox: *Propriè verò dicitur pecunia denarius. Cardinalis in Clem. exivi, §. Porrò de verborum ſignific. Ideo cum prohibetur pecunia, intelligitur de moneta cuiuſcumque generis ſit tãtum.* Hæc ille. Conſentiunt Sylv, & Roſell. ibidem.

75. His ſuppoſitis, ad conſequentiam Adverſariorum (quæ erat: ergo non ſunt ſynonyma *Pecunia, & denarij*). Reſpondeo negando: mens

Ex mente Seraphici Patris noſtri Frã-

triuſq;

Eſſet denarius, & pecunia ſunt ſynonyma.

vtique, Seraphici Patri noſtri Franciſco fuit, vt hæc duo nomina ſynonyma eſſent, vt cōſtat ex plurimis locis, & Capitulis primæ Regulæ ab Innocentio 3. approbatæ, præcipuè ex cap. 8. vbi agit de prohibitione receptionis pecuniæ, & quum dicat in argumēto, & titulo capitis huius, *quod Fratres nō recipiant pecuniā*, nulla denariorum mentione facta, poſtea de pecunia & de denarijs, & eorum prohibitione in toto capite tractans, aliquando hæc duo nomina diſiungit cū hac dictione, *aut*: quandoque adinvicem coniungit cum hac dictione copulativa, *&*, interdum, iterum, diſiungit cum dictione, *vel*, nonnumquam hæc duo nomina ſimul confundit, & in vnum miſcet, ponendo loco amborum, modò vnum tantum, modò alterū. Et pro vna, & eadem re accipit, vt palàm apparet legenti totum caput, quod eſt, vt ſequitur.

76 *Nullus Fratrum* (ait Pater Seraphicus,) *vbicūque ſit, & quocūque vadit, aliquo modo tollat, nec recipiat, nec recipi faciat pecuniā aut* (notā) *denarios, nec occaſione veſtimētorū, nec librorū, &* paulo poſt: *Quia nō debemus maiorē vtilitatē habere, & reputare in pecunia, & denarijs* (nota &) *quā in lapidibus. Et illos vult Diabolus obcæcare, qui eā* (non dicit eos, & eam) *appetunt, vel reputāt lapidibus meliorē*, & mox: *& ſi in aliquo loco invenerimus denarios* (hoc nomen tantū ponit) *de his non curemus, tanquā de puluere, quē pedibus calcamus. Et ſi forte* (*quod abſit*) *aliquē Fratrem contigerit pecuniā, vel denarios* (nota *vel.*) *colligere, vel habere.* Et paucis interpoſitis: *Et nullomodo Fratres recipiant, nec recipi faciant pecuniā, vel eleemoſynam, nec denarios pro aliquibus domibus, vel locis, nec cū perſona, pro talibus locis pecuniā, vel denarios quærente vadant. Fratres tamen in manifeſta neceſſitate leproſorū poſſunt pro eis quærere eleemoſynam. Caveant tamē multū à pecunia* (à pecunia dicit tātū) *Similiter, &c.* Hæc Seraph. Pater.

77 Expende inter alia, illa verba: *Nō debemus maiorem vtilitatē reputare in pecunia, & denarijs, quā in lapidibus.* Quibus annectit Sanctiſsimus Pater: *Et illos vult Diabolus obcæcare, qui eā appetunt, vel reputant lapidibus meliorem, &c. Qui eā reputāt lapidibus meliorē*, dicit, & nō qui *eos, & eam*, poſtquam dixit: *Non debemus reputare in pecunia, & denarijs, &c.* Ad quod, rogo, illorum duorum nominum refertur ly *eam*, ad nomen denariorum, an ad no-

men pecuniæ? Profectò clarum eſt, quod ad vtrumque. Si ergo ad vtrumque refertur: quare non dicit Seraph. Pater: *Qui eos & eam*; *ſed qui eam reputant tantum?* Non certè ob aliam cauſam, niſi quia cenſuit, dicta duo nomina vnam, & eandem rem ſolùmodo in Regula ſignificare, nimirum, pecuniam numeratam tantum. Et idcirco ad illam vnam tantummodò rem, pecuniam ſcilicet, numeratam, & non ad duo nomina refertur ly *eam*. Ergo ex mente Seraphici Patris noſtri denarius, & pecunia in Regula Synonyma ſunt.

78 Et confirmatur, quia in alijs quàm plurimis Capitulis, & Regulæ ſupradictæ locis, vbi identidē prohibet Seraph. Pater receptionē denariorum ſimul & pecuniæ; loco amborum tantū ponit nomen *pecunia*. Hinc cap. decimoquarto ibid. ait. *Quando Fratres vadunt per mundam, nihil portent per viam, nec ſacculum, nec peram, nec panem, nec pecuniam, nec virgam. Et in quancumque domum intraverint, &c.* Hæc ibi, videantur ibidem cap. 2. & 7. In quibus maximè notandum eſt, quòd tantum ponit Seraph. Pater nomen, *pecunia*, inter dicendo Fratribus ſuis denarios. Supradictam primam Regulā invenies in firmamento trium Ord. part. 1. & in Monument. Ord. tract. 3. in principio, & in 1. t. Ann. Min. ad an. 1210. à fol. 51.

76 Obijcies ſecundo: verba in lege, vel ſtatuto poſita aliquid debent operari, & non debent eſſe ſuperflua. cap. *Si Papa* in princ. de Privileg. in 6. (vide Thuſchum tom. 8. §. *verba debent aliquid operari*, concluſ. 85. num. 1. fol. mihi 299.) Et in tantum ſuperfluitas eſt tollenda, vt quodcumque verbum minimum debeat operari; vt docte traddit Tuſchus. tom. 7. §. *Superfluitas verborum non admittitur.* concl. 895. n. 7. & 18. multis Autorib. & iuribus citatis. Sed ſi hęc duo nomina *denarius* & *pecunia* ſunt ſynonyma, vnum illorum nihil operatur, & eſt ſuperfluum: quod eſt maximū inconveniens, vt conſtat in dict. Cap. *Si Papa*. Ergo.

80 Reſpondeo negando, quòd ſit ſuperfluū aliquod eorū: quia aliquid operatur, nēpe maiorē declarationē. Denarius ergo, & pecunia, quamvis in forma, ſeu pro formali vna, & eadem res ſint; ideſt, vt ſunt medium, ſeu inſtrumentum commune ad emptionem; tamen in materia, ſeu pro materiali ſunt inter ſe diverſæ res. Materia enim denariorum propriè eſt aliquod *Quamvis denarius & Pecunia ſint ſynonyma neutrū eſt ſuperfluū.*

quod

quod metallum aureum, ſive argenteum, ſive æreum (plane vt que conſtat, quòd denarij ex metallis tantum conficiuntur.) Materia autem pecuniæ (vt eſt inſtrumētum commune emptionis) non ſolum eſt metallum, verùm etiam pedes auium, & pecorum in aliquibus Regnis, terra Procellana, &c. vt ſupra vidimus cũ Ariſt. Averro. n. 47. & ſequentibus, & cum Berchor. & Baſil. Legionenſ.

81 Rurſus denarius in ſuo proprio ſignificato, non eſt aureus ducalis, nec Regale argēteum, & id genus alia, ſed tātum pro decem nummis, ſeu aſsibus computatur, vt iam dixi ſupra, & Calepinus verbo denarius, & Ximenez in ſuo dictionario Eccleſiaſtico dicunt. At aureus ducatus (vel ducalis) Regale argenteum, dipondium etiam, & quævis moneta cuſa, recte & propriè eſt, & vocatur pecunia numerata. Quapropter nomen, *Pecunia* (etiam vt eſt inſtrumentum proprium emptionis) univerſalius eſt, quàm nomē, *Denarius*. Tum ſecundum materiam. Tum ſecūdum ſuam propriam ſignificationem. Vnde quia Seraph. Pater curam omnem adhibuit, vt longiſsimè à Fratribus omne inſtrumentum, ſeu medium commune emptionis relegaret, ex qualibet factum materia, etiam in minima quantitate, æſtimatione, ſeu valore, non ſolùm vetuit denarios, qui minoris valoris eſſe, & ex metallis confici ſolent, verùm etiā & quanlibet pecuniam, quæ commune inſtrumentum emptionis fuerit, vel eſſe potuerit, *& ſicut non licebat Apoſtolis aliquam pecuniā poſsidere* (verba ſunt Abulenſis, vt vidimus ſupra ſect. 4. n. 4.) *nec ſaltem minutos, & paucos denarios, quia eis Chriſtus Dominus vetuit habere pecuniam.* Hæc Abul. Ita nec Fratribus Minoribus licet aliquam pecuniam habere, nec in magna, nec in parva quantitate, vel ex quacumque materia, &c. ac proinde non vnum verbum tantum poſuit Seraph. Pater nempe *denarius*, ſed etiam *pecunia*, quamvis ſynonyma ſint: & ſatis operatur vnū, ſi tollit dubitationem, & magis declarat. Ita Tuſchus t. 8. §. *verba debent*. concl. 85. n. 73. fol. 301.

82 Et confirmatur quia Chriſtus Dominus in ſupradicto præcepto Matt. 10. quod dedit Apoſtolis miſsis ad prædicandum, tantum eis prohibuit pecuniam, quæ portatur in zonis, nempe numeratam, vt patet abundè ex iam dictis ſect. 4. à n. 2. vſque ad 5. incluſive: & quamvis plane eis dictum præceptum conſtaret, ſi

tan-

tantum dixiſſet Chriſtus Dominus: *Nolite poſsidere aurum, ſive argentum in zonis,* nihilominus tamen ad maiorem declarationem dixit: *Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis.* Appoſite Caieta. hic: *In zonis veſtris. Quod clare ſonat* (ait) *aurum, ſive argentum, ſive aream pecuniam, quæ portatur in ſacculo, ſive crumenis.* Hæc ille. Ecce tria nomina, & ſi diſtincta, ſynonyma tamen: quia vnam, & eandem rem ſolummodo important, ſcilicet, pecuniam numeratam: & tamen nullum illorum ſuperfluum eſt, nec redundat in Evangelio. Sic ſimiliter in Evangelica Regula in præcepto de pecunia, duo nomina ſynonyma ſunt, & neutrum redundat: quia inſtar illius Matt. 10 in hoc 4. Regulæ. c. à Seraphico Patre poſitum, & ſcriptum eſt: imò & illinc deſumptum.

83 Rurſus confirmatur: quia abundans cautela non nocet, vt habet Tuſchus t. 1. §. *Abundans cautela.* concl. 67. n. 1. fol. 38. Item ad tollendam ſophiſticam malignorum interpretationem, etiam ſuperflua verba includuntur, ſeu inculcantur: quia diſpoſitio nō poteſt eſſe ita clara, quin verba recipiant ſophiſticam interpretationem. Ita Iaſon. in L. *Eum qui ita.* §. te, & Titium. n. 4. verſ. *Sed adverte.* ff. de Verborum obligat. & Tuſchus. t. 7. §. *Superfluitas verbarum.* concl. 895. n. 49. fol. 594. Quòd ſi ſuperflua verba ad prædicta rectè inculcantur, multo meliùs, quando verbum non eſt ſuperfluum (quia aliquid operatur) poterit iure iterari. Si ergo Seraph. Pater tantum poſuiſſet in Regula nomen *denarius,* cum illa (ex ipſius expreſſa voluntate) ſimpliciter, & ad literam debeat intelligi: quis forſan (& ſi ſophiſticè) explicaſſet hoc præceptum de *denarijs* tantum ad literam, vel parvis monetis, excludendo alias ſpecies pecuniæ numeratæ. Quapropter ipſe Seraph. Pater ad tollendam huiuſmodi ſophiſticam (& aliam quamlibet) malignorum interpretationem, poſuit etiam nomen *pecunia,* vt liquido omnibus cōſtaret, quoſlibet denarios, & quamlibet pecuniam numeratam, vel (vt congrue loquar) omne inſtrumētum, ſeu medium commune, & publicum emptionis, & venditionis (vt dixi ſupra) prohibere.

84 Pecunia ergo in hoc 4. c. prohibita, tantum eſt pecunia numerata, vel denarius, vel nummus, vel moneta cuſa. Quòd ſi aliqua alia prohibeantur recipi, vel vendi, aut com-

commutari, vel diſtrahi æſtimato pretio, aut dari; vel recipi, loco nummorum, vel denariorum, per alia Capitula Regulæ (nempe per 5. & 6. vt ibi, Deo dante videbimus) prohibentur, vt iam dixi in hac ſect. à n. 5. vſque ad 43.

Pecunia hic prohibita differt, à rebus, quæ recipiuntur, vt vẽdãtur.

85 Sed petes: Quid interſit inter res ſic receptas vt vẽdantur, commutentur, diſtrahantur æſtimato pretio, aut dẽtur loco denariorum, & pecuniã? Reſpondeo multum intereſſe. Primo, quia pecunia in Regula prohibita, tãtum eſt inſtrumentum publicum res emẽdi, ſive quò res emuntur: at ſupra dictæ res ſunt id, quod emitur, nec aliquo modo ſunt inſtrumentũ publicũ emptionis. Secũdo, quia pecuniæ, nec dominiũ, nec vſum, poteſt Frater Minor habere: rerũ verò, quæ recipiuntur vt vendantur, & cõmutentur, ſi non dominiũ, licitè poteſt habere vſum. Quòd ſi rerũ ſuperfluarũ, nec vſum poteſt Frater Minor habere, non eſt quia ſunt pecunia: quum nullo modo ſint inſtrumentum commune emptionis; ſed quia non ſunt neceſſariæ.

86 Tertio pecuniã nullo modo poſſunt Fratres recipere per ſe, vel per interpoſitã perſonam: at huiuſmodi res licitè poſſunt, non ſolũ per inter poſitã perſonam recipere, verum etiam per ſe. Quarto, quia Fratres minimè poſſunt dare pecuniã loco alterius rei: at vnam rẽ pro alia, abſque vlla Regulę transgreſsione, etiã æſtimato pretio, poſſunt dare, cõmutare, & diſtrahere. Quinto, pecuniã non poſſunt Fratres Minores eleemoſynaliter petere, niſi in caſu extremæ neceſsitatis (aliud eſt ad pecuniã recurrere per Amicos ſpirituales, vt infra Controv. 12.) at res cæteras, etiam animo commutãdi, diſtrahendi, vendendi, &c. (vt iam dixi ſupra cõcl. 1.) tutiſsima cõſcientia eleemoſynaliter petere poſſunt. Et aliæ differentię hîc excogitari poſſunt.

CONTROV. XII.

De pecunia quoad eius receptionem, & recurſum.

SECTIO I.

Quis dicatur recipere pecuniã, ſive denarios. Et quid ſit recipere pecuniam per ſe. Et quid per inter poſitam perſonam.

Recipere pecuniam quid.

1 RESpondeo per ſequentes concluſiones. Prima concluſio: recipere pecuniã, ſive denarios dicitur, qui quovis modo illam; ſive in poſſeſsionem, ſive in vſum quemcumque civilem, vel in authoritatem acceptat.

2 Di-

Digitized by Google

Poſſeſsio pecuniæ hic prohibetur.

2 Dixi: *In poſſeſsione*, & ſi enim in cap. 6. cuiuslibet rei poſſeſsio Fratribus Min. prohibeatur: hic tamen ſpecialiter, poſſeſsio denariorū ſive pecuniæ. Ita quatuor Mag. cap. 4. in principio D. Bonaventur. ibidem circa fin. Accedunt Ven. Hugo, Piſa, & omnes expoſitores.

Et vſus civilis,

3 Dixi: *In vſum quēcunique civilē*. Primo vt includatur omnis omnino vſus, ſive ſit ad emptionē, donationem, mutuum, cambiū, civilem cōſervationem, ſocietatē, mercaturam, theſaurizationem, &c. Ita Nic. 3. cap. *exijt*. arti. 3. §. *Cæterum*, & omnes expoſitores. Secundo vt excludatur materialis, ſive naturalis tantum vſus. Ita Cord. hic. q. 2. Not 4. & q. 4. pun. 2. Politius n. 5. Ximenez n. 4. Siguenza tex. 1. §. 4. fin. & §. 7. Herrer. c. 5. Marchant. text 1. tit. 12 q. 2. & omnes expoſitores. Vide infra. num. 6.

Nō vſus naturalis vel materialis.

4 Dixi: *In authoritatem*, vt excludatur omnis omnino pecuniæ adminiſtratio, etiam in aliorum gratiam, ſive aliorum nomine facta. De quibus infra. n. 8. 9. & 10. & Contro. 13. ſect. 3. à n. 18. vſque ad 23. & ibidem. n. 34. 35. &c. & ſect. 5. n. 13. 14.

5 Ex dictis elicitur, quòd (iuxta rationem, & quantitatem materiæ) peccant mortaliter Fratres primo, qui pecuniam quovis modo ſibi acquirunt, ſive ad theſaurizationem, ſive, qui in ſuas neceſsitates depoſitam, in mutuum dant, vel ſua authoritate dari curant. Secundo, qui ex illis cambium faciunt, & qui ad lucrum, & intereſſe dari conſentiunt; aut in ſocietatem Syndicis, vel alijs preſtāt. Tertio, qui eas apud ſe deponi civiliter permittunt, ita vt reddere de eis rationem teneantur. Et qui computum civilē faciunt, vel recipiunt. Quarto, qui etiam alienam pecuniam diſpenſant, & adminiſtrāt. Quinto, qui Cippos in Eccleſia exponunt, & multa his ſimilia. Ratio eſt: quia in his omnibus, poſſeſsio, vſus, contrectatio, ſive diſpenſatio interveniunt, à quibus omninò abſtinendum eſt Fratri Minori ex vi huius præcepti, vt Nic. 3. §. *Cæterum*, & omnes expoſitores communiter affirmant.

Tangere materialiter pecuniā licet.

6 Secundo elicitur, quòd vbi eſt tantum vſus materialis, vel naturalis vt in opus aliquod, quod ex metalli illius materia fieri debet, & in medicinis, nō peccat Frater Minor recipiens illam pecuniam. Itē, quòd tangere naturaliter, ſeu contrectare pecuniam non eſt contra Regulam, vti ad pecuniam à terra levandam, & ad materialiter tantum illam de loco

loco ad locum transferendam, &c. Vnde licet Fratri Minori tempore Belli, aut ſpoliationis civitatis, permittere ſæculari, vt in Monaſterio, aut etiam cella, pecuniam deponat, vt ibi aſſervetur, ſemper tamen ſecluſis ſcandalo, & obligatione cuſtodiæ: debemus enim illi notificare, quòd non intendimus ad iacturam teneri, nec poſſumus, ſi pecunia pereat: quia iam civiliter obligaremur: teneremur tamen fideliter iure naturali cuſtodire.

7 Similiter, licet Fratri Minori, furem cum pecunia fugientem detinere, pecuniam etiam vi eripere, & domino reddere. Item alienam pecuniam in itinere periculoſo, vbi aliqua imminent pericula, ſuper ſe deferre, donec proximus periculum evaſerit: quoniam nullus in ſupradictis pecuniarius vſus intervenit: & pium quidem eſt, proximi rem à periculis tueri. Sed hæc omnia (& alia, quæ occurrere poſſunt ſimilia) fieri ſemper debent cavendo ſcandalum, vt dictum eſt. Ita Cord. hic. q. 4. pun. 2. Polit. n. 5. 6. & 7. Ximenez, n. 5. Mrrch. q. 2. vbi ſupra, & omnes communiter.

In itinere periculoſo licet deferre pecuniam proximi.

8 Petes primo: An liceat Fratri Minori pecuniam Epiſtola alicuius ſæcularis incluſam, ad aliquam perſonam deferre? Reſpondeo negativè: Aliàs etiam burſa incluſam liceret deferre. Vide num. 9. & 10.

9 Petes ſecundo: An liceat pecuniam ab amico ſpirituali, vel Syndico acceptam, ad eius ſubſtitutum tranſportare? Reſpondeo non licere. Primo, quia revera hic intervenit moralis (non tantum naturalis) aliqua contrectatio, quæ ipſam pecuniam contingere videtur. Secundo quia nullum eſt periculum imminens, propter quod dictá trãſportatio honeſtetur. Tertio quia tunc Frater Minor dictã pecuniam ſic transferens, tantum facit, quantum faceret aliquis ſeruus, aut nuntius. Ita March. vbi ſupra, & alij.

10 Nec eſt ſimile in caſibus antedictis de eo, qui ob furem, vel pericula, pecuniam proximi trãſportat; Hæc enim tranſportatio magis videtur alienę rei cuſtodia, quàm pecuniæ (vt eſt pecunia) miniſterium. Si verò in ſupradictis caſibus n. 8. & 9. relatis aliquando interveniat tantum cõtrectatio materialis, vel adſit imminens aliquod proximi periculum; licitum erit Fratri Minori, vel deferre pecuniam vel tranſportare, iuxta dicta ſup. n. 6 & 7. & 9.

11 Secunda concluſio: recipere pecuniam per ſe, eſt per

Recipere pecuniam

per ſe, quid? per ſe ipſum immediatè ad nutum, abſque alia aliqua dantis authoritate; ſed propria ſua, pecuniam in aliquos vſus, ſive proprios, ſive alienos convertendam (vel in poſſeſsionem) recipere. Ita Cordub. hic quæſt. 3. pun. 1. §. *Itaque* Pont. n. 3. Siguenza. §. 6. & communiter.

Recipere per interpoſitã perſonam. 12 Tertia concluſio: recipere pecuniam per interpoſitam perſonam, eſt, authoritate ſua Frater conſtituere quamcumque perſonam ad recipiendum pecuniam in proprios vſus, ſeu in alienos, tanquam in proprios, convertendam: vel quando ad eorumdem Fratrũ nutum, & voluntatem pecunia ipſa, iam quomodolibet depoſita, conſumitur, ſeu expenditur, datur, tranſmittitur, mutatur, &c. non habita, debita, & rationabili voluntate, ſeu licentia dãtis. Ita Cord. vbi ſupra pun. 2. Polit. n. 3. Siguenza § 6. March. q. 3. concl. 2. & omnes. Vnde perſona interpoſita cenſetur mediare inter donantem, & Fratrem acceptantem, eſtque velut perſona Fratris, Fratrem repræſentans, & in eius quaſi virtute recipiens.

13 Ex dictis colligitur primo, quod per interpoſitam perſonam pecuniã contra Regulam recipiunt. Primo, qui Famulum proprium habent, qui eam recipit de eorum mãdato, licentia, vel permiſſione. Secundo, qui iuridicum computum in adminiſtratore exigunt. Tertio, qui veluti domini authoritativè expendi mandant.

14 Secundo colligitur, quod quando ſic procuratur pecunia, vt tamẽ ipſa non deponatur apud aliquem authoritate Fratrum; neque depoſita, expendatur ad nutum, & authoritate ipſorum, ſed totum fit cum debita licentia Dantis; tunc nec Fratres pecuniam per ſe recipere, nec per interpoſitam perſonam dicendi ſunt, ſed verè ibi Amicus ſpiritualis eſt ſecundum Reg. & declarationes Pontificum. Ita Cord. vbi ſupra q. 3. pun. 3. Polit. n. 4. & communiter.

15 Nota tamen, quod vbi caſus extremæ neceſsitatis advenerit, licitè poterunt Fratres per ſe, vel per alios pecuniam recipere, vt eſſe poteſt in aliqua perſecutione Fidei per Hæreticos facta, in qua fortè vitæ neceſſaria, niſi pecunia mediante, inveniri non poſsint; & in ſimilibus caſibus. Ita Cord. vbi ſupra q. 4. pun. 1. Polit. num. 9. & ante ipſos Hugo, & omnes communiter.

(.†.)

R SEC-

SECTIO II.

Qui dicendi ſunt Amici ſpirituales ſecundum Regulam?

1 PRo intelligentia nota, quod dupliciter poteſt Frater Minor procurare proviſionem, ſeu remediũ neceſſitatis. Vel petendo rem, qua indiget, in ſua propria ſpecie, v.g. ſi tunica indiget, petendo pannum; ſi calceamentis, ſoleas; ſi fame laborat, panem, quamvis ſciat, Petrum, ad quẽ accedit pro ſublevandis neceſſitatibus, nõ niſi mediante pecunia illi de tunica, calceamẽtis, &c. providere poſſe. Vel petendo pecuniam, aut quod res, qua indiget, ematur. Qui primo modo accedit ad Petrum, accedit ad illum vt ad Benefactorem. Qui ſecundo, vt ad Amicum ſpiritualem. Rurſus qui primo modo accedit, recipit rem per puram mẽdicationem. Qui ſecundo, per pecuniam. Ita omnes citandi infra, n. 3. ſequenti.

Quid ſit propriè Amicus ſpiritualis? 2 Itaque Franciſcus v. g. quando ſubvenit Fratrum neceſſitatibus mediãte pecunia, vocatur, & eſt ſecundum Reg. Amicus ſpiritualis, necnõ Nũcius illius, vel ſubſtitutus, ſive Syndicus, ſive Amicus Fratrũ ſit, qui pecuniam accipit, & expendit nomine, & authoritate Dantis pro Fratrum neceſſitatibus etiam ſi eſſet milleſimus ſubrogatus. Hic etiam vere eſt Amicus ſpiritualis ſecundum Regulam.

3 Quando verò ipſe Franciſcus neceſſitatibus Fratrum providet, non mediante pecunia, ſed in propria ſpecie, præbendo tunicam, ſoleas, panem (& ſi pecunia emat) non dicitur, neque eſt ſecũdum Regulam amicus ſpiritualis, ſed Benefactor, ſeu Devotus Ordinis. Ita Cord. hic. q. 2. Not. 2. & q. 3. pun. 3. Mirandà in 1. imp. cap. 68. & in 2. cap. 49. Ximenez. cap. 4. n. 15. Sigueza tex. 2. §. 1. fol. 112. col. 2. Martin. à Sancto Ioſ. c. 10. n. 5. & 8. March. q. 2. fol. 229. Ovand. vbi ſupra propoſ. 25. *Quis Benefactor?*

4 Petr. Navar. hic. q. 2. concl. 1. hanc differentiam nõ admittit in re, ſed nomine tãtum. Verum non eſt audiẽdus, quia & ſi omnibus Fratribus liceat ad Benefactores accedere, vt ſuis neceſſitatibus provideãt: ſolis tamen Miniſtris, & Cuſtodibus licet ex Regula ad Amicos ſpirituales recurrere, videatur ipſe Navar. hic q. 3. concl. 1.

5 His ſuppoſitis ſit cõcluſio ille ſolus per Regulã hoc loco dicitur Amicus ſpiritualis, qui ex amore Dei, vel devotione ad Fratres, ſpõte, vel rogatus, dat

dat pecuniam (ſeu denarios) ad ſatisfaciendum neceſsitatibus, quæ per pecuniam acquiri debent, ſive ſit Dans, ſive Subſtitutus, aut Subſtituti Depoſitarius, aut Nūcius, etiam milleſimus. Ita omnes Expoſit.

6 Petes primo: quare tales vocētur Amici ſpirituales? Reſpōdeo, id prudentia ſpirituali à Sanctiſsimo P. N. Franciſco factū fuiſſe, vt excludatur omnimoda ratiō debiti, ſicvt nullatenus, qui pecuniā pro neceſſitatibus Fratrū donāt, aut expēdunt, debitores dici debeāt. Licet enim ratione eleemoſynæ, quæ pro mercede, & pretio laboris, datur, benefactores naturali quodā iure debitores dici poſſent: reſpectu tamen pecuniæ nullatenus debitoris nomen illis competit.

7 Petes ſecundo: an Syndicus ritè dici poſsit Amicus ſpiritualis ſecundū Reg. Reſpōdet. March. tex. 2. q. 3. in c. 4. fol. 234. diſtinguēdo, quod ex vi Syndicatus non eſt Amicus ſpiritualis, ſed procurator, & œconomus Sanctę Romanę Eccleſię: Si verò ſit Depoſitarius, & Subſtitutus donātium, vt ipſorum nomine pecuniam in vſus Fratrum expendat, hoc titulo dicendus eſt Amicus ſpiritualis.

Syndicus etiam eſt Amicus 8 Sed ſalva pace tanti viri. Reſpondeo, quòd etiam ex vi Syndicatus eſt, & debet dici Amicus ſpiritualis ſecundum Regulam: quia tunc ſunt omnes Syndici veriſsimè, & in rigore Depoſitarij, & ſubſtituti Eccleſiæ Romanæ, & illius nomine, & authoritate (non ſua propria, nec Fratrum) pecuniarias eleemoſynas pro neceſſitatibus Fratrum donatas, recipiunt, cuſtodiunt, adminiſtrant, & expendunt, quarum dominium verè, & ſecundum Regulam pertinet ad Papam, vt patebit infra Controverſia 14. & 15. *ſpiritualis.*

SECTIO III.

An diſtinguatur Amicus ſpiritualis à perſona interpoſita, per quam in Regula recipi pecunia prohibetur?

Amicus ſpiritualis differt à perſona interpoſita.

1 RESpondeo affirmativè. Concluſio: Amicus ſpiritualis toto genere differt ab interpoſita perſona, per quam Fratres pecuniam recipere prohibentur. Probatur: quia illa dicitur perſona interpoſita, quæ nomine, & authoritate Fratrum recipit pecuniam, eorū mādato vel beneplacito expendendā, vt patet ſupra ſect. 1. Sed Amici ſpirituales (ſive ſint donantes, ſive Subſtituti, & Depoſitarij) nullatenus

Digitized by Google

nomine Fratrum, aut eorum authoritate, & beneplacito, recipiunt, aut expendunt pecuniam. Ergo.

2 Sed contra: donantes, cum pecuniam depoſitarijs numerarunt, iam eam à ſe abdicaſſe videntur, & eleemoſynam numquam deinceps repetendam Fratribus contuliſſe. Rurſus ipſi ſubſtituti, ſeu depoſitarij recipiunt pecuniam pro Fratribus expendendam. Ergo pro Fratribus pecuniam recipiunt. Ergo illorum nomine pecuniam recipiunt.

Intentio donantiũ ſalubriter eſt interpretanda.

3 Ad primum. Reſpondeo, non obſtare quòd donantes credant ſe totaliter à ſe proieciſſe pecuniam: quia illorum intentio ſalubriter eſt interpretanda, nimirum, legitimo modo ſecundum exigentiam Regulæ noſtræ, vt diffinitum eſt à Nicol. 3. Exijt art. 4. (alias 3.) §. *Quia verò puritatem*, & §. *Si verò, delegato in determinato.* Sed eſto erroneè donans velit pecuniam eſſe Fratrum, & depoſitarij etiam illam, vt Fratrum adminiſtrent: Certè nec in hoc maculantur Fratres neſcientes, aut non conſentientes; vt enim advertit Seraphicus Doctor in hunc locum: *Nemo invitum me Dominum alicuius rei facere poteſt, aut me invito nomine meo illam adminiſtrare*, vt latius infra Controv. 15.

4 Ad ſecundum dico, etiam non obſtare, quod ſubſtituti pro Fratribus recipiant illam pecuniam, aut nomine Fratrum. Vnde præclarè Ven. Hugo in hunc locum: *Cum pecunia haberi dicitur pro Fratribus, poſita ibi præpoſitio, authoritatem non dicit, ſed vtilitatem, occaſionem vel cauſam, &c. O quàm multa pro Fratribus, vel alijs paſſim, id eſt, eorum cauſa vel ratione, vel gratia fiunt, quæ authoritate non fiunt.* Hæc ille.

5 Sed petes: Cuius erit dicta pecunia, quam intendit donans à ſe totaliter abdicare? Reſpondeo Summi Pontificis, vel Sanctæ Sedis, vt infra Controverſia 15. dicam.

SECTIO IIII.

Quid ſit recurſus Miniſtrorũ ad Amicos ſpiritnales?

Recurſus ad Amicos, quid?

1 Reſpondeo, quod recurſus ad Amicos ſpirituales, iuxta Regulam, nihil aliud eſt, quàm procuratio actualis ſolutionis, vel emptionis rei neceſſariæ, quatenus mediante pecunia per idoneas perſonas fieri debet.

2 Di-

Digitized by Google

2 Dixi: *Procuratio actualis*, vt excludam ſolutionem, vel emptionem ſpontaneam, quę nullo interventu, vel requiſitione Fratrum fieret. Vt verbi gratia, ſi devotus quidam ſciens Guardianum comparaſſe pannū valoris centum aureorum, ſpontè, & ſine requiſitione Fratrum mittat Mercatori dictam quantitatem. Item Benefactor ſua ſponte, & devotione dicit Fratribus: Ego omnia pharmaca pro infirmis volo ſolvere. Item totum vinum pro Miſſis per annum, &c. In his caſibus non cenſetur recurſus ad Amicos ſpirituales: quia non eſt procuratio ex parte Fratrū; ſed nuda acceptio ſpontaneæ oblationis. Quamvis enim ſolutio, & emptio, mediante pecunia, fiat, hoc nihil pertinet ad Fratres, quos ſuppono non interveniſſe: Si verò quovis modo procurando intervenirent, tunc procuratio actualis eſſet, & recurſus; vide Petr. Navar. hic q. 3. pag. 113. col. 2.

3 Quod verò actualis procuratio requiratur ad recurſum iſtum (de quo in Regula) patet ex ipſius textus verbis, qui hunc recurſum ſignificat per ſolicitam curam: *Miniſtri* (ait Seraphicus Pater in hoc 4. cap.) *& Cuſtodes ſolicitam curam gerant, &c.* Gerere enim ſolicitam curam, actualem curationem dicit.

4 Dixi: *Solutionis, vel emptionis*, vt excludatur procuratio rei in ſpecie ſua quāvis illa aliàs ematur, vel ſi iam comparata eſt, per pecunias ſolvatur: hæc enim procuratio pura eſt mendicatio. Ita docte March. vbi ſupra tit. 9. de recurſu. quæſt. 1. & alij vbi ſupra. ſect. 2. n. 3. relati.

5 Ex dictis conſtat, quod Fratres mendicantes panem, oleum, candelas, &c. & ſi donantes emant, vel eos ad vendentes mittant, recurſum ad Amicos ſpirituales (provt Regula intelligit) non habent, ſed puram mendicationem. Similiter cum aliqua perſona dicit Fratribus, vt in macello pro aureo carnes ſumant, aut vinum apud œnopolas, vel oblationem eſſe, ſi non petierint, vel ſimplicem mendicationem, ſi rem in ſpecie poſtulaverint, & ſi contingat illam emi. Ita March. vbi ſupra, & alij ſect. 2. num. 3.

6 Iterum laboravit Frater Minor in vinea, vel horto alicuius civis, dicit illi cives, vt in mercedem laboris accipiat pro ſe, & ſuis Fratribus pro decem aureis pannum

Digitized by Google

eſſet denarius, & pecunia ſunt ſynonyma.

vtique Seraphici Patri noſtri Franciſci fuit, vt hæc duo nomina ſynonyma eſſent, vt cõſtat ex plurimis locis, & Capitulis primæ Regulæ ab Innocentio 3. approbatæ, præcipuè ex cap. 8. vbi agit de prohibitione receptionis pecuniæ, & quum dicat in argumẽto, & titulo capitis huius, *quod Fratres nõ recipiant pecuniã*, nulla denariorum mentione facta, poſtea de pecunia & de denarijs, & eorum prohibitione in toto capite tractans, aliqando hæc duo nomina diſiungit cũ hac dictione, *aut*: quandoque adinvicem coniungit cum hac dictione copulativa, *&*, interdum, iterum, diſiungit cum dictione, *vel*, nonnumquam hæc duo nomina ſimul confundit, & in vnum miſcet, ponendo loco amborum, modò vnum tantum, modó alterũ. Et pro vna, & eadem re accipit, vt palàm apparet legenti totum caput, quod eſt, vt ſequitur.

76 *Nullus Fratrum* (ait Pater Seraphicus,) *vbicũque ſit, & quocũque vadit, aliquo modo tollat, nec recipiat, nec recipi faciat pecuniã aut* (nota) *denarios, nec occaſione veſtimẽtorũ, nec librorũ, &* paulo poſt: *Quia nõ debemus maiorẽ vtilitatẽ habere, & reputare in pecunia, & denarijs* (nota &) *quã in lapidibus. Et illos vult Diabolus obcæcare, qui eã* (non dicit eos, & eam) *appetunt, vel reputãt lapidibus meliorẽ*, & mox: *& ſi in aliquo loco invenerimus denarios* (hoc nomen tantũ ponit) *de his non curemus, tanquã de puluere, quẽ pedibus calcamus. Et ſi forte* (*quod abſit*) *aliquẽ Fratrem contigerit pecuniã, vel denarios* (nota *vel*.) *colligere, vel habere.* Et paucis interpoſitis: *Et nullomodo Fratres recipiant, nec recipi, faciant pecuniã, vel eleemoſynam, nec denarios pro aliquibus domibus, vel locis, nec cũ perſona, pro talibus locis pecuniã, vel denarios quærente vadant. Fratres tamen in manifeſta neceſſitate leproſorũ poſſunt pro eis quærere eleemoſynam. Caveant tamẽ multũ à pecunia* (à pecunia dicit tãtũ) *Similiter, &c.* Hæc Seraph. Pater.

77 Expende inter alia, illa verba: *Nõ debemus maiorem vtilitatẽ reputare in pecunia, & denarijs, quã in lapidibus.* Quibus annectit Sanctiſsimus Pater: *Et illos vult Diabolus obcæcare, qui eã appetunt, vel reputant lapidibus meliorem, &c. Qui eã reputãt lapidibus meliorẽ*, dicit, & nõ qui *eos, & eam*, poſtquam dixit: *Non debemus, reputare in pecunia, & denarijs, &c.* Ad quod, rogo, illorum duorum nominum refertur ly *eam*, ad nomen denariorum, an ad nomen

men pecuniæ? Profectò clarum eſt, quod ad vtrumque. Si ergo ad vtrumque refertur: quare non dicit Seraph. Pater: *Qui eos & eam*; *ſed qui eam reputant tantum*? Non certè ob aliam cauſam, niſi quia cenſuit, dicta duo nomina vnam, & eandem rem ſolūmodo in Regula ſignificare, nimirum, pecuniam numeratam tantum. Et id circo ad illam vnam tantummodò rem, pecuniam ſcilicet, numeratam, & non ad duo nomina refertur ly *eam*. Ergo ex mente Seraphici Patris noſtri denarius, & pecunia in Regula Synonyma ſunt.

78 Et confirmatur, quia in alijs quàm plurimis Capitulis, & Regulæ ſupradictæ locis, vbi identidē prohibet Seraph. Pater receptionē denariorum ſimul & pecuniæ, loco amborum tantū ponit nomen *pecunia*. Hinc cap. decimoquarto ibid. ait. *Quando Fratres vadunt per mundam, nihil portent per viam, nec ſacculum, nec peram, nec panem, nec pecuniam, nec virgam. Et in quancumque domum intraverint, &c.* Hæc ibi, videantur ibidem cap. 2. & 7. In quibus maximè notandum eſt, quòd tantum ponit Seraph. Pater nomen, *pecunia*, inter dicendo Fratribus ſuis denarios. Supradictam primam Regulā invenies in firmamento trium Ord. part. 1. & in Monument. Ord. tract. 3. in principio, & in 1. t. Ann. Min. ad an. 1210. à fol. 51.

76 Obijcies ſecundo: verba in lege, vel ſtatuto poſita aliquid debent operari, & non debent eſſe ſuperflua. cap. *Si Papa* in princ. de Privileg. in 6. (vide Thuſchum tom. 8. §. *verba debent aliquid operari*, concluſ. 85. num. 1. fol. mihi 299.) Et in tantum ſuperfluitas eſt tollenda, vt quodcumque verbum minimum debeat operari, vt doctè traddit Tuſchus. tom. 7. §. *Superfluitas verborum non admittitur*. concl. 895. n. 7. & 18. multis Autorib. & iuribus citatis. Sed ſi hęc duo nomina *denarius* & *pecunia* ſunt ſynonyma, vnum illorum nihil operatur, & eſt ſuperfluum: quod eſt maximū inconveniens, vt conſtat in dict. Cap. *Si Papa*. Ergo.

80 Reſpondeo negando, quòd ſit ſuperfluū aliquod eorū: quia aliquid operatur, nēpe maiorē declarationē. Denarius ergo, & pecunia, quamvis in forma, ſeu pro formali vna, & eadem res ſint; ideſt, vt ſunt medium, ſeu inſtrumentum commune ad emptionem: tamen in materia, ſeu pro materiali ſunt inter ſe diverſæ res. Materia enim denariorum propriè eſt aliquod *Quamvis denarius & Pecunia ſint ſynonyma neutrū eſt ſuperfluū.*

quod

quod metallum aureum, ſive argenteum, ſive æreum (plane vt que conſtat, quòd denarij ex metallis tantum conficiuntur.) Materia autem pecuniæ (vt eſt inſtrumētum commune emptionis) non ſolum eſt metalium, verùm etiam pedes auium, & pecorum in aliquibus Regnis, terra Procellana, &c. vt ſupra vidimus cũ Ariſt. Averro. n. 47. & ſequentibus, & cum Berchor. & Baſil. Legionenſ.

81 Rurſus denarius in ſuo proprio ſignificato, non eſt aureus ducalis, nec Regale argēteum, & id genus alia, ſed tātum pro decem nummis, ſeu aſsibus computatur, vt iam dixi ſupra, & Calepinus verbo denarius, & Ximenez in ſuo dictionario Eccleſiaſtico dicunt. At aureus ducatus (vel ducalis) Regale argenteum, dipondium etiam, & quævis moneta cuſa, recte & propriè eſt, & vocatur pecunia numerata. Quapropter nomen, *Pecunia* (etiam vt eſt inſtrumentum proprium emptionis) vniverſalius eſt, quàm nomē, *Denarius*. Tum ſecundum materiam. Tum ſecũdum ſuam propriam ſignificationem. Vnde quia Seraph. Pater curam omnem adhibuit, vt longiſsimè à Fratribus omne inſtrumentum, ſeu medium commune emptionis relegaret, ex qualibet fact um materia, etiam in minima quantitate, æſtimatione, ſeu valore, non ſolùm vetuit denarios, qui minoris valoris eſſe, & ex metallis confici ſolent, verùm etiā & quanlibet pecuniam, quæ commune inſtrumentum emptionis fuerit, vel eſſe potuerit, *& ſicut non licebat Apoſtolis aliquam pecuniā poſsidere* (verba ſunt Abulenſis, vt vidimus ſupra ſect. 4. n. 4.) *nec ſaltem minutos, & paucos denarios, quia eis Chriſtus Dominus vetuit habere pecuniam.* Hæc Abul. Ita nec Fratribus Minoribus licet aliquam pecuniam habere, nec in magna, nec in parva quantitate, vel ex quacumque materia, &c. ac proinde non vnum verbum tantum poſuit Seraph. Pater nempe *denarius*, ſed etiam *pecunia*, quamvis ſynonyma ſint: & ſatis operatur vnũ, ſi tollit dubitationem, & magis declarat. Ita Tuſchus t. 8. §. *verba debent.* concl. 85. n. 73. fol. 301.

82 Et confirmatur quia Chriſtus Dominus in ſupradicto præcepto Matt. 10. quod dedit Apoſtolis miſsis ad prædicandum, tantum eis prohibuit pecuniam, quæ portatur in zonis, nempe numeratam, vt patet abundè ex iam dictis ſect. 4. à n. 2. vſque ad 5. incluſive: & quamvis plane eis dictum præceptum conſtaret, ſi

tan-

tant im dixiſſet Chriſtus Dominus: *Nolite poſsidere aurum, ſive argentum in zonis*, nihilominus tamen ad maiorem declarationem dixit: *Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis.* Appoſite Caieta. hic: *In zonis veſtris. Quod clare ſonat* (ait) *aurum, ſive argentum, ſive aream pecuniam, quæ portatur in ſacculo, ſive crumenis.* Hæc ille. Ecce tria nomina, & ſi diſtincta, ſynonyma tamen: quia vnam, & eandem rem ſolummodo important, ſcilicet, pecuniam numeratam: & tamen nullum illorum ſuperfluum eſt, nec redundat in Evangelio. Sic ſimiliter in Evangelica Regula in præcepto de pecunia, duo nomina ſynonyma ſunt, & neutrum redundat: quia inſtar illius Matt. 10 in hoc 4. Regulæ. c. à Seraphico Patre poſitum, & ſcriptum eſt: imò & illinc deſumptum.

83 Rurſus confirmatur: quia abundans cautela non nocet, vt habet Tuſchus t. 1. §. *Abundans cautela*. concl. 67. n. 1. fol. 38. Item ad tollendam ſophiſticam malignorum interpretationem, etiam ſuperflua verba includuntur, ſeu inculcantur: quia diſpoſitio nõ poteſt eſſe ita clara, quin verba recipiant ſophiſticam interpretationem. Ita Iaſon, in L. *Eum qui ita*. §. te, & Titium. n. 4. verſ. *Sed adverte*. ff. de Verborum obligat. & Tuſchus. t. 7. §. *Superfluitas verborum*. concl. 895. n. 49. fol. 594. Quòd ſi ſuperflua verba ad prædicta rectè inculcantur, multo meliùs, quando verbum non eſt ſuperfluum (quia aliquid operatur) poterit iure iterari. Si ergo Seraph. Pater tantum poſuiſſet in Regula nomen *denarius*, cum illa (ex ipſius expreſſa voluntate) ſimpliciter, & ad literam debeat intelligi: quis forſam (& ſi ſophiſticè) explicaſſet hoc præceptum de *denarijs* tantum ad literam, vel parvis monetis, excludendo alias ſpecies pecuniæ numeratæ. Qua propter ipſe Seraph. Pater ad tollendam huiuſmodi ſophiſticam (& aliam quamlibet) malignorum interpretationem, poſuit etiam nomen *pecunia*, vt liquido omnib⁹ cõſtaret, quoſlibet denarios, & quamlibet pecuniam numeratam, vel (vt congrue loquar) omne inſtrumẽtum, ſeu medium commune, & publicum emptionis, & venditionis (vt dixi ſupra) prohibere.

84 Pecunia ergo in hoc 4. c. prohibita, tantum eſt pecunia numerata, vel denarius, vel nummus, vel moneta cuſa. Quòd ſi aliqua alia prohibeantur recipi, vel vendi, aut

com-

commutari, vel diſtrahi æſtimato pretio, aut dari; vel recipi, loco nummorum, vel denariorum, per alia Capitula Regulæ (nempe per 5. & 6. vt ibi, Deo dante videbimus) prohibentur, vt iam dixi in hac ſect. à n. 5. vſque ad 43.

85 Sed petes: Quid interſit inter res ſic receptas vt vẽdantur, commutentur, diſtrahantur æſtimato pretio, aut dẽtur loco denariorum, & pecuniã? Reſpondeo multum intereſſe. Primo, quia pecunia in Regula prohibita, tãtum eſt inſtrumentum publicum res emẽdi, ſive quò res emuntur: at ſupra dictæ res ſunt id, quod emitur, nec aliquo modo ſunt inſtrumentũ publicũ emptionis. Secũdo, quia pecuniæ, nec dominiũ, nec vſum, poteſt Frater Minor habere: rerũ verò, quæ recipiuntur vt vendantur, & cõmutentur, ſi non dominiũ, licitè poteſt habere vſum. Quòd ſi rerũ ſuperfluarũ, nec vſum poteſt Frater Minor habere, non eſt quia ſunt pecunia: quum nullo modo ſint inſtrumentum commune emptionis; ſed quia non ſunt neceſſariæ.

Pecunia hic prohibita differt, à rebus, quæ recipiuntur, vt vẽdãtur.

86 Tertio pecuniã nullo modo poſſunt Fratres recipere per ſe, vel per interpoſitã perſonam: at huiuſmodi res licitè poſſunt, non ſolũ per inter poſitã perſonam recipere, verum etiam per ſe. Quarto, quia Fratres minimè poſſunt dare pecuniã loco alterius rei: at vnam rẽ pro alia, abſque vlla Regulę transgreſsione, etiã æſtimato pretio, poſſunt dare, cõmutare, & diſtrahere. Quinto, pecuniã non poſſunt Fratres Minores eleemoſynaliter petere, niſi in caſu extremæ neceſsitatis (aliud eſt ad pecuniã recurrere per Amicos ſpirituales, vt infra Controv. 12.) at res cæteras, etiam animo commutãdi, diſtrahendi, vendendi, &c. (vt iam dixi ſupra cõcl. 1.) tutiſsima cõſcientia eleemoſynaliter petere poſſunt. Et aliæ differentię hîc excogitari poſſunt.

CONTROV. XII.

De pecunia quoad eius receptionem, & recurſum.

SECTIO I.

Quis dicatur recipere pecuniã, ſive denarios. Et quid ſit recipere pecuniam per ſe. Et quid per inter poſitam perſonam.

1 Reſpondeo per ſequentes concluſiones. Prima concluſio: recipere pecuniã, ſive denarios dicitur, qui quovis modo illam; ſive in poſſeſsionem, ſive in vſum quemcumque civilem, vel in authoritatem acceptat.

Recipere pecuniam quid.

2 Di-

Poſſeſsio pecuniæ hic prohibetur.

2 Dixi: *In poſſeſsionẽ*, & ſi enim in cap. 6. cuiuslibet rei poſſeſsio Fratribus Min. prohibeatur: hic tamen ſpecialiter, poſſeſsio denariorũ ſive pecuniæ. Ita quatuor Mag. cap. 4. in principio D. Bonaventur. ibidem circa fin. Accedunt Ven. Hugo, Piſa, & omnes expoſitores.

Et vſus civilis,

3 Dixi: *In vſum quẽcunque civilẽ.* Primo vt includatur omnis omnino vſus, ſive ſit ad emptionẽ, donationem, mutuum, cambiũ, civilem cõſervationem, ſocietatẽ, mercaturam, theſaurizationem, &c. Ita Nic. 3. cap. *exÿt.* art. 3. §. *Cæterum*, & omnes expoſitores. Secundo vt excludatur materialis, ſive naturalis tantum vſus. Ita Cord. hic. q. 2. Not 4. & q. 4. pun. 2. Politius n. 5. Ximenez n. 4. Siguenza tex. 1. §. 4. fin. & §. 7. Herrer. c. 5. Marchant. text 1. tit. 12 q. 2. & omnes expoſitores. Vide infra. num. 6.

Nõ vſus naturalis vel materialis.

4 Dixi: *In authoritatem*, vt excludatur omnis omnino pecuniæ adminiſtratio, etiam in aliorum gratiam, ſive aliorum nomine facta. De quibus infra. n. 8. 9. & 10. & Contro. 13. ſect. 3. à n. 18. vſque ad 23. & ibidem. n. 34. 35. &c. & ſect. 5. n. 1. 3.

5 Ex dictis elicitur, quòd (iuxta rationem, & quantitatem materiæ) peccant mortaliter Fratres primo, qui pecuniam quovis modo ſibi acquirunt, ſive ad theſaurizationem, ſive, qui in ſuas neceſsitates depoſitam, in mutuum dant, vel ſua authoritate dari curant. Secundo, qui ex illis cambium faciunt, & qui ad lucrum, & intereſſe dari conſentiunt; aut in ſocietatem Syndicis, vel alijs pręſtãt. Tertio, qui eas apud ſe deponi civiliter permittunt, ita vt reddere de eis rationem teneantur. Et qui computum civilẽ faciunt, vel recipiunt. Quarto, qui etiam alienam pecuniam diſpenſant, & adminiſtrãt. Quinto, qui Cippos in Eccleſia exponunt, & multa his ſimilia. Ratio eſt: quia in his omnibus, poſſeſsio, vſus, contrectatio, ſive diſpenſatio interveniunt, à quibus omninò abſtinendum eſt Fratri Minori ex vi huius præcepti, vt Nic. 3. §. *Cæterum*, & omnes expoſitores communiter affirmant.

Tangere materialiter pecuniã licet.

6 Secundo elicitur, quòd vbi eſt tantum vſus materialis, vel naturalis vt in opus aliquod, quod ex metalli illius materia fieri debet, & in medicinis, nõ peccat Frater Minor recipiens illam pecuniam. Itẽ, quòd tangore naturaliter, ſeu contrectare pecuniam non eſt contra Regulam, vti ad pecuniamà terra levandam, & ad materialiter tantum illam de loco:

loco ad locum transferendam, &c. Vnde licet Fratri Minori tempore Belli, aut ſpoliationis civitatis, permittere ſæculari, vt in Monaſterio, aut etiam cella, pecuniam deponat, vt ibi aſſervetur, ſemper tamen ſecluſis ſcandalo, & obligatione cuſtodiæ: debemus enim illi notificare, quòd non intendimus ad iacturam teneri, nec poſſumus, ſi pecunia pereat: quia iam civiliter obligaremur: teneremur tamen fideliter iure naturali cuſtodire.

7 Similiter, licet Fratri Minori, furem cum pecunia fugientem detinere, pecuniam etiam vi eripere, & domino reddere. Item alienam pecuniam in itinere periculoſo, vbi aliqua imminent pericula, ſuper ſe deferre, donec proximus periculum evaſerit: quoniam nullus in ſupradictis pecuniarius vſus intervenit: & pium quidem eſt, proximi rem à periculis tueri. Sed hæc omnia (& alia, quæ occurrere poſſunt ſimilia) fieri ſemper debent cavendo ſcandalum, vt dictum eſt. Ita Cord. hic. q. 4. pun. 2. Polit. n. 5. 6. & 7. Ximenez, n. 5. Mrrch. q. 2. vbi ſupra, & omnes communiter.

In itinere periculoſo licet deferre pecuniam proximi.

8 Petes primo: An liceat Fratri Minori pecuniam Epiſtola alicuius ſæcularis incluſam, ad aliquam perſonam deferre? Reſpondeo negativè: Aliàs etiam burſa incluſam liceret deferre. Vide num. 9. & 10.

9 Petes ſecundo: An liceat pecuniam ab amico ſpirituali, vel Syndico acceptam, ad eius ſubſtitutum tranſportare? Reſpondeo non licere. Primo, quia revera hic intervenit moralis (non tantum naturalis) aliqua contrectatio, quæ ipſam pecuniam contingere videtur. Secundo quia nullum eſt periculum imminens, propter quod dicta trāſportatio honeſtetur. Tertio quia tunc Frater Minor dictā pecuniam ſic transferens, tantum facit, quantum faceret aliquis ſeruus, aut nuntius. Ita March. vbi ſupra, & alij.

10 Nec eſt ſimile in caſibus ante dictis de eo, qui ob furem, vel pericula, pecuniam proximi trāſportat; Hæc enim tranſportatio magis videtur alienę rei cuſtodia, quàm pecuniæ (vt eſt pecunia) miniſterium. Si verò in ſupradictis caſibus n. 8. & 9. relatis aliquando interveniat tantum cōtrectatio materialis, vel adſit imminens aliquod proximi periculum; licitum erit Fratri Minori, vel deferre pecuniam vel tranſportare, iuxta dicta ſup. n. 6 & 7. & 9.

11 Secunda concluſio: recipere pecuniam per ſe, eſt per

Recipere pecuniam

per ſe, quid? per ſe ipſum immediatè ad nutum, abſque alia aliqua dantis authoritate; ſed propria ſua, pecuniam in aliquos vſus, ſive proprios, ſive alienos convertendam (vel in poſſeſsionem) recipere. Ita Cordub. hic quæſt. 3. pun. 1. §. *Itaque* Pont. n. 3. Siguenza. §. 6. & communiter.

Recipere per interpoſitã perſonam. 12 Tertia concluſio: recipere pecuniam per interpoſitam perſonam, eſt, authoritate ſua Frater conſtituere quamcumque perſonam ad recipiendum pecuniam in proprios vſus, ſeu in alienos, tanquam in proprios, convertendam: vel quando ad eorumdem Fratrũ nutum, & voluntatem pecunia ipſa, iam quomodolibet depoſita, conſumitur, ſeu expenditur, datur, tranſmittitur, mutatur, &c. non habita, debita, & rationabili voluntate, ſeu licentia dãtis. Ita Cord. vbi ſupra pun. 2. Polit. n. 3. Siguenza § 6. March. q. 3. concl. 2. & omnes. Vnde perſona interpoſita cenſetur mediare inter donantem, & Fratrem acceptantem, eſtque velut perſona Fratris, Fratrem repræſentans, & in eius quaſi virtute recipiens.

13 Ex dictis colligitur primo, quod per interpoſitam perſonam pecuniã contra Regulam recipiunt. Primo, qui Famulum proprium habent, qui eam recipit de eorum mãdato, licentia, vel permiſſione. Secundo, qui iuridicum computum in adminiſtratore exigunt. Tertio, qui veluti domini authoritativè expendi mandant.

14 Secundo colligitur, quod quando ſic procuratur pecunia, vt tamẽ ipſa non deponatur apud aliquem authoritate Fratrum; neque depoſita, expendatur ad nutum, & authoritate ipſorum, ſed totum fit cum debita licentia Dantis: tunc nec Fratres pecuniam per ſe recipere, nec per interpoſitam perſonam dicendi ſunt, ſed verè ibi Amicus ſpiritualis eſt ſecundum Reg. & declarationes Pontificum. Ita Cord. vbi ſupra q. 3. pun. 3. Polit. n. 4. & communiter.

15 Nota tamen, quod vbi caſus extremæ neceſsitatis advenerit, licitè poterunt Fratres per ſe, vel per alios pecuniam recipere, vt eſſe poteſt in aliqua perſecutione Fidei per Hæreticos facta, in qua fortè vitæ neceſſaria, niſi pecunia mediante, inveniri non poſsint; & in ſimilibus caſibus. Ita Cord. vbi ſupra q. 4. pun. 1. Polit. num. 9. & ante ipſos Hugo, & omnes communiter.

(.†.)

SECTIO II.

Qui dicendi ſunt Amici ſpirituales ſecundum Regulam?

1 PRo intelligentia nota, quod dupliciter poteſt Frater Minor procurare proviſionem, ſeu remediũ neceſſitatis. Vel petendo rem, qua indiget, in ſua propria ſpecie, v.g. ſi tunica indiget, petendo pannum; ſi calceamentis, ſoleas; ſi fame laborat, panem, quamvis ſciat, Petrum, ad quẽ accedit pro ſublevandis neceſſitatibus, nõ niſi mediante pecunia illi de tunica, calceamẽtis, &c. providere poſſe. Vel petendo pecuniam, aut quod res, qua indiget, ematur. Qui primo modo accedit ad Petrum, accedit ad illum vt ad Benefactorem. Qui ſecundo, vt ad Amicum ſpiritualem. Rurſus qui primo modo accedit, recipit rem per puram mẽdicationem. Qui ſecundo, per pecuniam. Ita omnes citandi infra n. 3. ſequenti.

Quid ſit propriè Amicus ſpiritualis?

2 Itaque Franciſcus v. g. quando ſubvenit Fratrum neceſſitatibus mediãte pecunia, vocatur, & eſt ſecundum Reg. Amicus ſpiritualis, necnõ Nuncius illius, vel ſubſtitutus, ſive Syndicus, ſive Amicus Fratrũ ſit, qui pecuniam accipit, & expendit nomine, & authoritate Dantis pro Fratrum neceſſitatibus etiam ſi eſſet milleſimus ſubrogatus. Hic etiam vere eſt Amicus ſpiritualis ſecundum Regulam.

Quis Benefactor?

3 Quando verò ipſe Franciſcus neceſſitatibus Fratrum providet, non mediante pecunia, ſed in propria ſpecie, præbendo tunicam, ſoleas, panem (& ſi pecunia emat) non dicitur, neque eſt ſecũdum Regulam amicus ſpiritualis, ſed Benefactor, ſeu Devotus Ordinis. Ita Cord. hic. q. 2. Not. 2. & q. 3. pun. 3. Mirandą in 1. imp. cap. 68. & in 2. cap. 49. Ximenez. cap. 4. n. 15. Siguẽza tex. 2. §. 1. fol. 112. col. 2. Martin. à Sancto Ioſ. c. 10. n. 5. & 8. March. q. 2. fol. 229. Ovand. vbi ſupra propoſ. 25.

4 Petr. Navar. hic. q. 2. concl. 1. hanc differentiam nõ admittit in re, ſed nomine tãtum. Verum non eſt audiẽdus, quia & ſi omnibus Fratribus liceat ad Benefactores accedere, vt ſuis neceſſitatibus provideãt: ſolis tamen Miniſtris, & Cuſtodibus licet ex Regula ad Amicos ſpirituales recurrere, videatur ipſe Navar. hic q. 3. concl. 1.

5 His ſuppoſitis ſit cõcluſio ille ſolus per Regulã hoc loco dicitur Amicus ſpiritualis, qui ex amore Dei, vel devotione ad Fratres, ſpõte, vel rogatus, dat

dat pecuniam (seu denarios) ad ſatisfaciendum neceſsitatibus, quæ per pecuniam acquiri debent, ſive ſit Dans, ſive Subſtitutus, aut Subſtituti Depoſitarius, aut Nūcius, etiam milleſimus. Ita omnes Expoſit.

6 Petes primo: quare tales vocētur Amici ſpirituales? Reſpōdeo, id prudentia ſpirituali à Sanctiſsimo P. N. Franciſco factū fuiſſe, vt excludatur omnimoda ratiō debiti, ſicvt nullatenus, qui pecuniā pro neceſſitatibus Fratrū donāt, aut expēdunt, debitores dici debeāt. Licet enim ratione eleemoſynæ, quæ pro mercede, & pretio laboris, datur, benefactores naturali quodā iure debitores dici poſſent: reſpectu tamen pecuniæ nullatenus debitoris nomen illis competit.

7 Petes ſecundo: an Syndicus ritè dici poſsit Amicus ſpiritualis ſecundū Reg. Reſpōdet. March. tex. 2. q. 3. in c. 4. fol. 234. diſtinguēdo, quod ex vi Syndicatus non eſt Amicus ſpiritualis, ſed procurator, & œconomus Sanctę Romanę Eccleſię: Si verò ſit Depoſitarius, & Subſtitutus donātium, vt ipſorum nomine pecuniam in vſus Fratrum expendat, hoc titulo dicendus eſt Amicus ſpiritualis.

Syndicus etiam eſt amicus 8 Sed ſalva pace tanti viri Reſpondeo, quòd etiam ex vi Syndicatus eſt, & debet dici Amicus ſpiritualis ſecundum Regulam: quia tunc ſunt omnes Syndici veriſsimè, & in rigore Depoſitarij, & ſubſtituti Eccleſiæ Romanæ, & illius nomine, & authoritate (non ſua propria, nec Fratrum) pecuniarias eleemoſynas pro neceſsitatibus Fratrum donatas, recipiunt, cuſtodiunt, adminiſtrant, & expendunt, quarum dominium verè, & ſecundum Regulam pertinet ad Papam, vt patebit infra Controverſia 14. & 15. *ſpiritualis.*

SECTIO III.

An diſtinguatur Amicus ſpiritualis à perſona interpoſita, per quam in Regula recipi pecunia prohibetur?

Amicus ſpiritualis differt à perſona interpoſita.

1 RESpondeo affirmativè. Concluſio: Amicus ſpiritualis toto genere differt ab interpoſita perſona, per quam Fratres pecuniam recipere prohibentur. Probatur: quia illa dicitur perſona interpoſita, quæ nomine, & authoritate Fratrum recipit pecuniam, eorū mādato vel beneplacito expendendā, vt patet ſupra ſect. 1. Sed Amici ſpirituales (ſive ſint donantes, ſive Subſtituti, & Depoſitarij) nullatenus

Digitized by Google

nomine Fratrum, aut eorum authoritate, & beneplacito, recipiunt, aut expendunt pecuniam. Ergo.

2 Sed contra: donantes, cum pecuniam depoſitarijs numerarunt, iam eam à ſe abdicaſſe videntur, & eleemoſynam numquam deinceps repetendam Fratribus contuliſſe. Rurſus ipſi ſubſtituti, ſeu depoſitarij recipiunt pecuniam pro Fratribus expendendam. Ergo pro Fratribus pecuniam recipiunt. Ergo illorum nomine pecuniam recipiunt.

Intentio donantiũ ſalubriter eſt interpretanda.

3 Ad primum: Reſpondeo, non obſtare quòd donantes credant ſe totaliter à ſe proieciſſe pecuniam: quia illorum intentio ſalubriter eſt interpretanda, nimirum, legitimo modo ſecundùm exigentiam Regulæ noſtræ, vt diffinitum eſt à Nicol. 3. Exijt: art. 4. (alias 3.) §. *Quia verò puritatem*, & §. *Si verò, delegato in determinato*. Sed eſto erroneè donans velit pecuniam eſſe Fratrum, & depoſitarij etiam illam, vt Fratrum adminiſtrent: Certè nec in hoc maculantur Fratres neſcientes, aut non conſentientes; vt enim advertit Seraphicus Doctor in hunc locum: *Nemo invitum me Dominum alicuius rei facere poteſt, aut me invito nomine meo illam adminiſtrare*, vt latius infra Controv. 15.

4 Ad ſecundum dico, etiam non obſtare, quod ſubſtituti pro Fratribus recipiant illam pecuniam, aut nomine Fratrum. Vnde præclarè Ven. Hugo in hunc locum: *Cum pecunia haberi dicitur pro Fratribus, poſita ibi præpoſitio, authoritatem non dicit, ſed vtilitatem, occaſionem vel cauſam, &c. O quàm multa pro Fratribus, vel alijs paſſim, ideſt, eorum cauſa vel ratione, vel gratia fiunt, quæ authoritate non fiunt.* Hæc ille.

5 Sed petes: Cuius erit dicta pecunia, quam intendit donans à ſe totaliter abdicare? Reſpondeo Summi Pontificis, vel Sanctæ Sedis, vt infra Controverſia 15. dicam.

SECTIO IIII.

Quid ſit recurſus Miniſtrorũ ad Amicos ſpiritnales?

Recurſus ad Amicos, quid?

1 Reſpondeo, quod recurſus ad Amicos ſpirituales, iuxta Regulam, nihil aliud eſt, quàm procuratio actualis ſolutionis, vel emptionis rei neceſſariæ, quatenus mediante pecunia per idoneas perſonas fieri debet.

2 Di-

Digitized by Google

2 Dixi: *Procuratio actualis*, vt excludam ſolutionem, vel emptionem ſpontaneam, quę nullo interventu, vel requiſitione Fratrum fieret. Vt verbi gratia, ſi devotus quidam ſciens Guardianum comparaſſe pannũ valoris centum aureorum, ſponte, & ſine requiſitione Fratrum mittat Mercatori dictam quantitatem. Item Benefactor ſua ſponte, & devotione dicit Fratribus: Ego omnia pharmaca pro infirmis volo ſolvere. Item totum vinum pro Miſsis per annum, &c. In his caſibus non cenſetur recurſus ad Amicos ſpirituales: quia non eſt procuratio ex parte Fratrũ; ſed nuda acceptio ſpontaneæ oblationis. Quamvis enim ſolutio, & emptio, mediante pecunia, fiat, hoc nihil pertinet ad Fratres, quos ſuppono non interveniſſe: Si verò quovis modo procurando intervenirent, tunc procuratio actualis eſſet, & recurſus; vide Petr. Navar. hic q. 3. pag 113. col. 2.

3 Quod verò actualis procuratio requiratur ad recurſum iſtum (de quo in Regula) patet ex ipſius textus verbis, qui hunc recurſum ſignificat per ſolicitam curam: *Miniſtri* (ait Seraphicus Pater in hoc 4. cap.) *& Cuſtodes ſolicitam curam gerant, &c.* Gerere enim ſolicitam curam, actualem curationem dicit.

4 Dixi: *Solutionis, vel emptionis*, vt excludatur procuratio rei in ſpecie ſua quãvis illa aliàs ematur, vel ſi iam comparata eſt, per pecunias ſolvatur: hæc enim procuratio pura eſt mendicatio. Ita docte March. vbi ſupra tit. D. de recurſu. quæſt. 1. & alij vbi ſupra. ſect. 2. n. 3. relati.

5 Ex dictis conſtat, quod Fratres mendicantes panem, oleum, candelas, &c. & ſi donantes emant, vel eos ad vendentes mittant, recurſum ad Amicos ſpirituales (provt Regula intelligit) non habent, ſed puram mendicationem. Similiter cum aliqua perſona dicit Fratribus, vt in macello pro aureo carnes ſumant, aut vinum apud ænopolas, vel oblationem eſſe, ſi non petierint, vel ſimplicem mendicationem, ſi rem in ſpecie poſtulaverint, & ſi contingat illam emi. Ita March. vbi ſupra, & alij ſect. 2. num 3.

6 Iterum laboravit Frater Minor in vinea, vel horto alicuius civis. Dicit illi cives, vt in mercedem laboris accipiat pro ſe, & ſuis Fratribus pro decem aureis pannum

apud Mercatorem, panem, aut carnes. Hic non eſt cenſendus recurſus (de quo in Regula) ſed para acceptio pretij laboris. Nec ſibi Fratres debent formare ſcrupulum, quaſi pecuniam recipiant. Aliud eſt valorem vnius aurei in aliqua re acceptare. Aliud aureum ipſum recipere. Ita March. vbi ſupra.

SECTIO V.

Quis poſſit recurrere ad Amicos ſpirituales?

Miniſtri, & Cuſtodes tenẽtur recurrere ad Amicos.

1 RESpondeo, quòd ex vi Regulæ principaliùs Miniſtri, & Cuſtodes poſſunt, atque etiam tenentur. Ex commiſſione verò generali tenentur etiã ipſi Guardiani ratione Officij, tam ex vi Regulæ, quàm ex conceſſione Papali, & licitè hæc eadem per alios poterunt expedire, tam Miniſtri, & Cuſtodes, quàm Guardiani, vt liquet ex Nicol. 3. *Exijt.* art. 7. (alias 4.) §. *Licet autem.* Verſic. *Et quamquam.* Quia enim ex officio, ſeu ex commiſſione generali hoc eis convenit, rectè alijs poſſunt hanc curam committere, vt benè Hugo hic, Cord. quæſt. 6. pun. 1. Polit. num. 12. & eſt communis ſententia. Illi verò, quibus committitur, poſſunt, & tenentur ex vi talis commiſſionis quantũ, & quomodo illis committitur, recurrere ad Amicos ſpirituales. Cord. vbi ſupra.

Quibus recurſus committitur tenentur, &c.

Prælati iure divino tenentur, &c.

2 Ex iure enim naturali, & divino incumbit ipſis Prælatis præfata proviſio de neceſſarijs ſuorum Fratrum (cum prædicto recurſu ad Amicos, quando aliter neceſſitatibus illorum provideri non poteſt) tanquam filiorum indigentium, qui recuſaverunt ſe ipſos quoad corpus, & corporalia, & animam ſuam, & ipſis tantum Prælatis propter Deum ſe ſubdiderunt. Vnde nec Cuſtos excuſatur pro negligentia Miniſtri, vel Guardiani, nec è contra; Sed vbi alter deficit, alter facere, & ſupplere tenetur, vt expreſſè expoſitio ſine tit. hic, Cord. q. 6. pun. 1. & alij.

3 Ex quo ſequitur, quod alij ſubditi à prædictis, non poſſunt ſe intromittere in procuratione alicuius neceſſitatis, mediante pecunia, niſi ab aliquo prædictorum ad hoc commiſſionẽ habuerint: quia hoc eis ſpecialiter per Regulam prohibetur, quando Miniſtris, & Cuſtodibus, tantum conceditur, & præcipitur. Ven. Hugo. Cord. vbi ſupra, Polit. num. 12. Ximenez. num. 9. & communiter. Cavendum tamen (ſecundum Alva-

Alvarum) ne particularibus Fratribus hæc cura indiſtinctè, & leviter committatur, ne detur transgrediendi occaſio proxima.

Ex negligêtia Prælatorum poſſunt ſubditi recurrere.

4 Dices: Quid ſi Miniſtri, Cuſtodes, & Guardiani non provideant Fratrum neceſsitatibus? Reſpondeo quòd ſi ſint veræ neceſsitates, & ſi tam notabilis eſſet Prælatorum negligentia in providendis Fratrum neceſsitatibus, vt cogerentur ſubditi, etiam pecunia mediante per Amicos ſpirituales ſuas procurare neceſsitates, non vtique peccarent. Ita expoſitorio ſine titulo, & expoſitorio Sanctorum Patrum, & Petri Ioan. hic. Serena Conc. q. 63. Cord. hic. quæſt. 6. pun. 2. fine. Polit. num. 13. Ximenez hic. num. 19 Martin. à Sancto Ioſeph. c 10. n. 9.

5 Ipſi tamen ſubditi, ne propria affectione decipiantur proprium non ſequantur, iudicium, ſed prudentium Fratrum ſententiæ ſe committant, ita tamen quòd ſemper proviſio mediante pecunia non aliter quàm per Amicos ſpirituales fiat. Ita citati Doctores.

(.†.)

CONTROV. XIII.

De neceſsitatibus, pro quibus recurri poſsit ad Amicos ſpirituales iuxta Regulam. De modis etiam, & cautelis: necnon, & de quæſtibus pecuniarijs.

SECTIO I.

Quæ ſint neceſsitates, pro quibus recurri poſsit ad Amicos?

1 Reſpondeo, quod licèt duæ neceſsitates tantum in Regula explicentur, nimirum, pro infirmis, & induendis Fratribus, vt patet ex textu: ſub iſtis tamen duabus in Regula expreſsis, comprehenduntur omnes aliæ neceſsitates pro tempore occurrentes, his duabus maiores, vel ſimiles. Ita declararunt Nicol. 3. §. *Cæteri*, & Clem. 5. c 4. §. *Porro*. n. 2. Illę ſcilicet, quæ neque humili mendicatione, nec liberali oblatione, nec laboritio, convenienter, & ſine diſtractione, & impedimento maioris boni haberi poſſunt.

Ad recurſum non requiritur

2 Dices primo, An requiratur neceſsitas ſtricta ad legitimum recurſum? Reſpondeo

R 4 ne-

tur neceſſitas ſtricta. negativè: Sufficit enim accommoda ſecundum ſtatum, & profeſsionem noſtram. Et illa eſt, quæ talem habet manifeſtam neceſsitatem præſentem, vel imminentem, quòd ſi ei non provideretur, ſtatus debitus officij, communitatis, vel particularis perſonæ, ſine detrimento commodè ſtare non poſſet. Et hoc, ſive corporalis, ſive ſpiritualis ſit neceſsitas. Corporalis, ſcilicet, puta, de alimentis, veſtibus, lectis, domibus, ornamentis, ac cæteris ad cultum divinum, ad ſapientiale ſtudium, & aljis huiuſmodi, ad executionem Officiorum (vt inſtrumenta ad hortos colendos, &c.) requiſitis.

Corporalis neceſſitas.

Spiritualis neceſſitas.

3 Spiritualis, nimirum, quando non niſi pecunia mediante aliquod grande bonum, prædicationis ſcilicet, vel pacis, & huiuſmodi fieri poſſet. Vel aliquod vitari grande malum. Ad licitam enim, & moderatam horum, & ſimilium proviſionem licitè poteſt procurari pecunia. Ita Hugo hic, Ioan. Philippus art.5. Manuale hic. num. 16. Late defenſorium contra ſcrupuloſè deviantes. Cord. quæſt. 7. Polit. num. 18. Martin. à Sancto Ioſ. cap. 10. num. 17. Ximen. num. 16. & 26. Vbi etiam affirmat, ſub neceſsitate moderata comprehendi omne id, quod iuxta cōceſsionem Conſtitutionum Generalium, vel Provincialium Fratres poſſunt ad vſum habere. March. tit. 4. quæſt. 3. & 4.

4 Probatur ex verbis Regulæ, neceſsitatem accommodam ſufficere, quæ poſtquam limitavit neceſsitatem ſecundum loca, & tempora, & frigidas regiones, ſubdit: *Sicut neceſsitati viderint* (Miniſtri ſcilicet) *expedire*. Neceſsitas ergo, quæ & iudicio, & opinioni operantium, & experientiæ relinquitur, non eſt ſtricta & rigoroſa, ſed accommoda, vt liquidò patet.

5 Sed notandum, duo debere in dicta neceſsitate accommoda attendi: Vnum, circumſtantiæ, ſcilicet, communiter occurrentes, nimirum, perſona, locus, tempus, actiones, ſive occupationes perſonarum. Alterum, videlicet, vſus rerum huiuſmodi neceſſariarum. Ita Nicol. 3. art. 3. alias 2. n. 4. §. *Inſuper nec vtenſilia*.

In dictis neceſſitatibus circunſtātiæ conſideranda.

6 Circa primum. *Perſona* quidem, vt pote, quia infirma, ſenex, debilis, minùs aſſueta modo vivendi Patriæ, gravis, & quæ (ſecundum Apoſt. 1. ad Tim. 5.) *duplici velut honore habeatur*. March. vbi ſupra.

7 *Locus*, vt pote, quia in

in ſalubris, aeris durioris, cui adminiculis extraordinarijs ſit prouidendum. Item, quia locus habet incolas, aſperos, auaros, qui in ſpecie eleemoſynas non dabunt. Tunc enim licitè fieri poterit recurſus ad Amicos: cum recurſus (ſi legitimè fiat, vt ſuppono) non ſit imperfectio Regulæ, ſed modus poſitiuus prouidendi neceſsitatibus, non tantum inſtitutus, ſed etiam demandatus à Seraphico P. N. Miniſtris, & Cuſtodibus, vbi alij modi oblationum liberalium ſcilicet, mendicationum, vel mercedis laboris deficiunt: Nō minùs itaque purè ſeruat Regulam, qui deficientibus alijs medijs prædictis, recurrit pro neceſsitate ad Amicos ſpirituales, quam qui prouidet ſibi per mendicationem (vel liberam obligationem, &c.) quando per illam neceſſaria cōquirere poteſt: cum vterque modus ſit per Regulam inſtitutus; etſi modus recurſus non liceat, niſi altero, vel alijs deficientibus.

8 *Tempus*, neceſsitatem inducit: pluribus enim prouidere oportet tempore infirmitatis, quàm ſanitatis, tempore hyemis, quā æſtatis. *Actiones, ſiue occupationes perſonarum*: Pluribus enim, & melioribus indiget, qui eſt ex itinere cōtinuò fatigatus, & ſingulis diebus ambulare debet, quàm qui eſt domi quietus. Item qui ſtudijs grauioribus, prædicationibus vacant, &c. Vide infra dicenda Controv. 19. ſect. 3. concl. 1.

9 Circa ſecundum eſt notandum, Fratres Minores ad duplicem vſum obligari. Vnus eſt arctus, exilis, & penurioſus; Alter accōmodus, & moderatus. Vſus ſtrictus rerum obligat in ijs, quæ in Regula exprimuntur, vt in veſtimentorum vilitate, calceamentis, tunicarum paucitate, &c. Vſus verò moderatus in cęteris alijs obligat, quæ ſtrictè, & clarè in Regula nō ponuntur. De quibus latiùs infra Controv. 19. ſect. 2. *Vſus duplex, arctus, & accommodus.*

10 Ex quibus colligo primo, in his rebus, quarum vſus arctus, & penurioſus eſt Fratribus impoſitus ex Regula, neceſsitatem (vt recurſus ad Amicos fiat) iuxta hanc arctitudinem, & penuriam debere menſurari. Hinc, cùm vilibus indui teneamur, non licebit recurrere ad Amicos pro panno ſubtili, aut pretioſo, &c. Colligo ſecundo, ſemper peccatum eſſe (& iuxta materiæ grauitatē mortale) recurrere ad Amicos pro ſuperfluis, pretioſis, aut curioſis, &c. Vide infra Controverſia 19. ſect. 2. & 3.

11 Colligo tertio, quòd ſicut

ſicut duplex eſt neceſsitas, ſtrictà nimirum, & accommoda: Sic dupliciter nos poſſe ſatiſfacere neceſsitati, ſtrictè ſcilicet, & moderatè, v. g. victus neceſsitati ſtrictè poſſunt per legumina, & olera ſatiſfacere: moderatè tamen per cibum præſtantiorem. Librorum neceſsitati ſtrictè Prædicator ſatisfacit per Bibliam, & vnum, aut alterum librum: accommodè verò per plures iudicio prælatorum.

Nō tenemur ſatiſfacere ſtrictè omnibus neceſsitatibus.

12 Colligo quartò, nos non teneri ſatiſfacere ſtrictè neceſsitatibus, ſed accommodè. Hinc, quamuis Frater, relicta re cariori, poſsit eligere viliorem in victu, & veſtitu: ex vi tamen huius recurſus non prohibetur illi, pro meliore, vel cariore recurrere, modò aliunde non ſit prohibitum, vtpotè niſi rei vſus ſit interdictus, quia ſuperfluus, pretioſus, &c. Et res manifeſta eſt: quia aliàs non poſſet Frater recurrere in victu ad Amicos, niſi pro pane, & aqua; quia his (in rigore, & ſtrictè) viuere poteſt. Quod nullus affirmare debet.

13 Et confirmatur clarè ex intentione expreſſa Seraphici P. in Regula cap. 4. ibi: *Sicut neceſsitati viderint expedire.* Neceſsitas enim hæc ſupponitur vera: ei tamen nō ſemper eodem rigore ſatisfaciendum, ſed ſicut Miniſtri, ſcilicet recurrētes, prudenter iudicauerint expedire. Rigor in procuranda neceſsitate ex ſe ſanctus eſt: non expedit tamen ſemper ſummum rigorē ſequi, modò intra terminos noſtræ Regulæ maneamus. Ita expreſsè zeloſiſsimus Regulæ defenſor Venerab. Gilbertus Nicolai (cuius vita miraculis confirmata fuit) in lib. de decem plagis cap. de plagis denariorum.

Prælati debent iudicare de neceſsitatibus.

14 Petes ſecundò: Penès quos reſideat iudiciū de quidditate, qualitate, & quantitate neceſsitatis? Reſpondeo, quòd penès Miniſtros, Cuſtodes, & Guardianos reſidet. Ita textus Regulæ, & declarationes, & omnes expoſitores, præſertim S. Bernardinus (Pater meus) in epiſt. Regulæ declaratoria art. 3.

Subditi tenentur ſtare iudicio Prælatorum.

15 Petes tertiò: An ſubditi tuta conſcientia poſsint ſequi iudicium, & determinationem ſuorum Prælatorum, in ſuis neceſsitatibus ſubueniendis? Reſpondeo affirmatiue; facta tamen dictis Prælatis vera talium neceſsitatum informatione. Ita Nicol. 3. & Clemen. 5. maximè ſi ſubditi non omninò certi ſint de ſuarum neceſsitatum quidditate, vel qualitate: tunc enim, non modò poſſunt ſequi ſuorum Præ-

Digitized by Google

Prælatorum iuditium, verum etiam, & tenentur, vt pulchre S. Bernardinus (Pater meus vbi ſupra art. 7. ibi: *In omnibus dubijs, quæ non poſſunt indubitanter declarari, ſubditi tenentur ſtare iudicio Prælatorum ſuorum, & obedire: Et propterea agentes cōtrarium ſunt tranſgreſſores obedientiæ, &c.* Hæc Sanctus.

SECTIO II.

Qualis debeat eſſe neceſsitas, vt legitimus recurſus fieri poſsit?

1 Reſpond. quod quinq; conditiones, ſiue qualitates neceſsitatis huiuſmodi, Reg. ex textu, & declarationibus Pontificũ requirũtur. Prima, vt talis res, cuius ſolutio procuratur, ſit vere neceſſaria, idque manifeſtè ex ipſa Regula demonſtratur: dum non niſi pro infirmis, & induendis Fratribus ad amicos cōceditur recurſus. Nã pro rebus nobis nō neceſſarijs, aut noſtro ſtatui non conuenientibus, non poſſumus procurare pecuniam, vt omnes expoſitores vna voce fatentur.

2 Et ſicut nobis nulla conceditur pecuniaria procuratio, niſi ob veras neceſsitates (non curioſitates appetitus), vel relaxationes) ſic nec oblatã liberaliter pecuniã nobis acceptare conceditur. Nec Frater poteſt conſentire, quód aliqua deponatur, aut expendatur, niſi pro vera neceſsitate, vt conſtat ex Regula, & declarationibus. Videatur Cord. q. 7. Polit. n. 17. Miranda in prima imp. cap. 69. §. *Lo ſegundo digo*, & in 2. cap. 50.

3 Secunda conditio eſt, quód prædicta neceſsitas ſit præterita, præſens, vel imminens, non autem futura. Nomina explico. Preterita neceſsitas dicitur, quando quærenda eſt ſolutio pro rebus iam emptis, vel acquiſitis. Præſens neceſsitas dicitur, quæ actu determinata eſt, ſeu eſt rei indigentia in præſenti, ita, quód non detur locus expectationi, quam vocat Nic. 3. art. 3. *Neceſsitatem, quæ pro tempore occurrit*. Neceſsitas imminẽs, vel ingruens eſt, quæ de propinquo apparet, & quaſi incipit eſſe, ſiue breui præuidetur certitudinaliter euentura. *Neceſsitas præterita.* *Præſens.* *Imminẽs*

4 Dupliciter verò neceſsitas imminere dicitur. Primò, quando etſi non ex toto, iam tamen ſecundum ſui partem incipit eſſe. Vt, v. g. incipit domus cadere, incipiunt neceſſaria Fratribus in victu deficere. Secundò, quando nec dum incipit quidẽ, certitudinaliter tamen euentura eſt, maximè

ximè ſi prouiſio requirit temporis tractum, vt iuxta Nic.3. art.4.§.*Cæterum* verſ *& quia oportet, quando libri ſunt ſcribendi, ædificia ad vſum habitationis conſtruenda, panni in locis remotis emẽdi, &c.* Hinc in æſtate poteſt Frater procurare, vt panni emãtur, in hyeme neceſſarij. Similiter in mẽſe Iannuario, oleum neceſſarium in ſtate, &c. Quod non ſolùm licet, ſed etiam aliquãdo obligatorium eſt ex vi noſtræ paupertatis, & ſecus facere ſcrupuloſum, vt bene notat Ximenez cap.4 in Reg. num. 150. in 2. impr. fol. mihi 412. & 413. cum alijs, quos citat, & ſequitur.

5 Dicta mirè confirmat D. Bonaventura in qq. ſupra Reg. q. 7. circa finem: *Sunt enim* (inquit) *quæ niſi colligamus certo tempore, quando eſt copia, quando inter manus communiter habentur à populo: poſt modum nec pro infirmis, nec pro hoſpitibus, nec pro alijs ſine magna difficultate, vel magno pretio poterunt haberi. Mendici enim maximè illo tempore ſolent neceſſaria petere, quo ſciunt, ea promptiùs à dantibus inter manus haberi. Sic, & Dominus populo certo tempore præcepit Mannæ alimoniam colligere, qui non omni tempore in agro, etiamſi quærerent, inuenirent. Exodi 16 & Pſ. 144.* Hæc Seraphicus Doctor.

6 Neceſsitas futura, ſeu poſsibilis tantum, illa dicitur primo, quæ in euentu ſuo certitudinem non habet determinatam, ſed tantum poſsibilem, & æquè poteſt contingere, & non contingere, eſſe, vel nõ eſſe, v.g. vt ſiquis procuraret pecuniam, quia forte infirmus fiet, quia multæ neceſsitates ex charitatis defectu contingere ſolent, etſi non appareant de propinquo, &c. Quæ ſunt deliramenta nonnullorum, qui ſemper theſaurizant, timentes ne ſuper eos irruat repentina egeſtas. Hi equidem *Dominum non inuocant: idcirco nimio timore trepidant, vbi nullus eſt timor.* Et non modò *conſilium inopis* (nimirum pauperis Frãciſci S.P.) *confundunt* (*quoniam Dominus ſpes eius eſt*) verùm & præcepta illius trãſgrediuntur, qui in Regula tãtum pro vera, & certa neceſſitate, phyſicè, vel moraliter, præſenti, concedit licentiam recurrendi ad Amicos, non autem pro futura contingenti, quæ tantum eſſe poteſt, aut erit. Et ita docent Cord. q 7. in hac conditione. Miranda in 1. impreſ. cap. 70. §. *Pero aduierto*, & in 2. cap. 51. March. vbi ſupra q 7. fol. 264 & omnes expoſitores. *Neceſsitas futura.*

7 Se-

7 Secundo dicitur neceſsitas futura tantum, quę non niſi poſt multum temporis certitudinem habet, cum tamen ei prouideri poſsit in inſtanti, quando eueniet, aut breui ſaltem tempore. Quando enim res procuranda neceſſario tractum temporis annexum non habet, ſed breuiſsimo tempore acquiri poteſt, tunc cenſetur tantum futura, & peccat mortaliter, iuxta rationē materię qui procurat, vel permittit, deponi pecuniam pro tali neceſsitate, *vt ſi* (ait Cordu. vbi ſupra) *pro anno futuro quis procuret, mediante pecunia, oleum, vinum, &c. timens cariſtiam futurā.* Hæc Cord. Limitat noſter Nauarrus hunc caſum dicens in Margine ipſius Cord. *Hoc intelligendum eſt, quando non timetur probabiliter periculū annonæ: ſi enim timeatur, magis conſulitur paupertati, ſi minori pretio hæc omnia comparentur, tempore præcedenti annonā, quàm poſtea emerentur.* Hæc Petrus Nauarrus. Rectè quidèm.

8 Et concludit Cord. vbi ſupra dicens: *Nunc ergo dico, quòd ſolùm pro illis duabus primis neceſsitatibus præſentibus, aut imminentibus licitum eſt procurare pecuniam, non autem pro futuris, & incertis, vt patet ex Nicol. 3. art. 3. & art. 2. ibi: Inſuper nec vtenſilia, &c. vel ſub colore prouidentiæ in futurum. Et ratio eſt, quia (vt ait Clemen. 5. art. 7.) ex Regula ſpecialiter obligamur ad non prouidendum in futurum, ſed in diuina prouidentia ponere ſpem noſtram, non in futurarum incertarum neceſsitatum prouiſione. Hoc enim eſt præcipuum inſigne noſtræ paupertatis, ſcilicet reſpectu talium futurarum neceſsitatum, non habere aliquam certitudinem politicam humanam, ſed ſolius diuinæ prouiſionis fiduciam.* Hæc Cord. Notentur omnia illius verba, præcipue illa: *Nō eſt licitum procurare pecuniā pro neceſsitatibus futuris, & incertis, vt patet ex Nic. 3. art. 3. & art. 2. ibi: Inſuper nec vtenſilia, &c. vel ſub colore prouidentiæ in futurum.* Notētur, rogo, vt ceſſent deliramenta num. 6. ſupra dicta: Siquidèm hanc doctrinā Cordubæ, ſeu potius Nicol. 3. omnes Expoſitores amplectuntur, nemine dempto, & debēt amplecti.

9 Petes: Quo præcepto Regulæ prohibetur Fratribus pro futura contingenti neceſsitate recurrere ad Amicos ſpirituales? Reſpondeo: ex ipſo, quo præcipitur, vt pro neceſsitate recurrant. Quæ enim eſt tantum poſsibilis neceſsitas, vera neceſsitas non eſt, ſed

ficta,

ficta, & quæ tantum, aut eſſe poteſt, aut erit. Vt cōſtat clare ex n. 6. & 7. & docent omnes Expoſitores.

10 Tertia conditio requiſita eſt, quod tempore, quo pecunia procuratur, ceſſent (vel non ſint) aliæ eleemoſynæ pecuniariæ indifferentes, oblatæ, vel depoſitæ pro neceſsitatibus Fratrum: ex quibus ſufficienter, tali Fratrum neceſsitati de novo advenienti, poſsit provideri, ſimul, & alijs neceſsitatibus præſentibus, vel imminentibus. Dicuntur autem pecuniæ indifferentes, quæ ſimpliciter offeruntur, & per ipſos offerentes, vel Guardianos, aut etiam Fratres, non ſunt alicui certæ neceſsitati, aut vſui deputatæ. Sufficit enim vt donãs, vel Guardianus in genere apprehendant eſſe neceſsitates veras, etſi non determinent ſe ad hanc, vel illam: quia variæ ſunt; nec omnes ita determinatæ concipi poſſunt. Et pecunias pro ſimilibus neceſſitatibus depoſitas, vocat Nicol. 3. eleemoſynas indifferentes, non quia indifferentes ſunt ad neceſsitatem ſimpliciter, & in genere; ſed ad has, vel illas neceſsitates in individuo.

Non ſint pecuniæ indifferētes.

11 Hinc infero primò, quod ſi eſſet pecunia depoſita indifferenter pro neceſsitatibus, & ſufficiens pro omnibus neceſsitatibus prędictis (etiam pro tali neceſsitate imminente) tunc talis Frater, vel Fratres procurantes pecuniã non haberent veram neceſsitatem ad novam pecuniam procurandam. Et per conſequens non poſſent licitè illam procurare, vel oblatam quomodocumq; acceptare, vel deponi permittere; vt dictum eſt. Ita Cord. quæſt. 7.

12 Secundò infero, quòd contra Regulã faciunt Fratres quærendo per plateas, vel per domos pecuniarias eleemoſynas, vel permittendo oblatas deponi, cùm ſunt aliæ indifferentes depoſitæ, & ſufficientes pro omnibus veris neceſſitatibus. Ita Cord. q. 7. in fine 3. conditionis, Nauar. in Margine ibi.

13 Tertiò infero, quod ampliùs peccant, qui iam determinatas eleemoſynas pro hac neceſsitate habent: & nihilominus pro eadem adhuc, vel deponi permittũt, vel procurant, ita vt aliquandò tres, vel quatuor perſonæ ſolutionem pro eadem re donent. Ratio eſt clara: quia verè neceſſitas non fuit recurrendi ad Amicũ. Ita Marchant. vbi ſupra q. 9. fol. 268.

14 Quarta conditio eſt, quod talis res neceſſaria, cuius ſatisfactio mediante pecunia pro-

Res neceſſaria non ſit cõmode mẽdicabilis.

procuratur, commodè mendicabilis non ſit. Tunc autẽ res dicenda eſt incommodè mendicabilis, quãdo niſi cum multa diſtractione, diſcurſibus, in devotione, vel melioris boni impedimento mẽdicari nõ poteſt. Ita tractat⁹ de *Neceſſar. congrua ſolut.* Ioan. Philipp. Specul. Cord. q. 7. cond. 4. Polit. n. 25. Xim. n. 58. Sig. text. 2 §. 19. fol. 130. Mart. à Ioſ. cap. 10. n. 21. Mir. in 1. impr. cap. 70. cond. 4. & in 2. cap. 51. March. q. 10. fol. 272. Herrera cap. 7. modificat. 4. fol. 207. 208. & 209. & communiter.

Quando res ſit cõmodè mẽdicabilis?

15 E contra verò res cõmodè mendicabilis dicitur, quãdo ſine aliquo gravi incõmodo per verecundam, & humilem mendicationem res obtineri poteſt. Si igitur res cõmodè mendicari poteſt: per Amicos ſpirituales mediante pecunia abſque Regulæ tranſgreſsione procurari nõ poteſt. Et ratio eſt, quia tunc non eſt vera neceſsitas recurrendi ad Amicos, cum alio modo commodè res haberi poſsit. Ita Doctor. ſupra citati. Quod autem dicitur de commodè mendicabili, idem dicendum eſt de illa re, quæ per oblationem liberalem, aut laboritium commodè haberi poteſt. Ita Cord. Mir. March. vbi ſupra & alij.

16 Advertendum tamen valde eſt circa prædicta, quòd omnino fugienda ſunt duo extrema, vnum eſt illorum, qui ſine delectu pro rebus quibuſcumque neceſſarijs ad Amicos ſpirituales recurrunt: cum tamen multas ex illis per humilem mendicationem, vel per oblationem liberalem, vel per laboritium commodè habere poſſent. Periret enim mendicitas, ſi pro quacumque re neceſſaria recurſus ad Amicos fieret, vt benè Cordub. vbi ſupra.

17 Alterum extremum eſt aliorum, qui imprudenter, & ſcrupuloſiùs omnia volunt per mendicationẽ, etiam incõmodam, & laborioſam, habere, etiamſi magni diſcurſus, longæ abſentiæ, contubernia ſæcularium, ſanctæ orationis, & devotionis ſpiritum extinguentia, interveniant. Contra quos pulchrè habetur in Defenſorio *Contra deviantes.*

18 Confirmaturque ex mẽte Seraphici Patris, Si enim ſanctiſsimus Pater ita laboritium *cap. 5. Regulæ* temperavit, vt voluerit, quòd *ita devotè laborarent Fratres, vt ſpiritum devotionis non extinguerent*; Sine dubio eodem modo nos mendicare voluit, excludens mendicationem illam, quæ devotionis ſpiritum extingueret,

cui

cui debent cætera temporalia deſeruire.

19 Aduertẽdum ſecundo, cum Cord. hic, quod aliquando in caſu, & ex cauſa rationabili, vtpote in magno aliquo Feſto, aut itineris labore, poteſt, relicta mendicatione, recurri ad Amicos ſpirituales, vt ſic faciliùs provideatur neceſſitati opportunè.

20 Quinta conditio eſt, quod neceſsitas ſit propria Fratrum, & non aliena. Neceſſitas ergo illa dicitur propria, non aliena, quæ eſt, vel Fratrum in perſona, vel ſuorum ſubditorum, ſeu ſuæ curæ cõmiſſorum, vel ſuorum domorum. Ita Cord. q.7. condit.5. & alij apud ipſum. Polit num. 26. Ximenez num.51. & cõmuniter.

Neceſſitas ſit propria.

21 Hinc Prælatus vt ſuis ſubditis prouideat de victu, & veſtitu, &c. poteſt recurrere ad Amicos ſpirituales, ſervatis alijs conditionibus vt ſupra. Item vt hoſpitibus iter agentibus alterius Conventus, vel aliarum Provinciarum. Item vt famulis ſervitio Conventus deputatis. Item pro ſolutione expenſarum, quæ in obſequium, & beneficium Provintię faciunt; vel Provincialis, vel Comiſſarius, dummodò ſuperfluę non ſint, ſed moderatæ, iuxta noſtri ſtatus obligationem. Ita Ximenez num. 51. Culla § 11. verſ. 13. & 14. Item ad hoſpitandum benefactorem Ordinis, vel etiam Fratris, poteſt recurri a l Amicos, moderatè tamen vt dictum eſt, & cum licẽtia Guardiani, ſi Frater ſubditus eſt, qui recurrit. Ita Siguenz. vbi ſupra §.16. fol.121. Ximenez num. 50. Culla veritat. 6. Item vt cordam Syndico largiatur. Ximenez, & Culla vbi ſupra.

22 Rurſus neceſsitas propria Fratrum dicitur quæ eorum cauſa, vel occaſione euenit. Quæ enim cauſa, & occaſione Fratrum neceſsitas eſt, propria dici debet, & nõ aliena, v.g. Sæcularis in opere Conventus ex charitate laborans, gravem ſibi intulit lęſionem, poſſum quærere eleemoſynam pro ſolutione medicaminum, & chirurgi: quia illa neceſsitas occaſione Fratrum eſt orta. Et ita de ſimilibus. Ita March. vbi ſupra q.10. fol.274. & 275.

23 Addit Cord. q.7. licere Fratri recurrere ad Amicos ſpirituales, pro ſuſtentatione parentum in graui neceſsitate exiſtentiũ. Item pro ſolutione debitorum in ſæculo contractorum: quia hæc (inquit) neceſsitas videtur propria, cum ad illam ſubleuandam naturali, & divino iure teneatur. Et alij.

24 Mar-

24 March. verò fol. 275. etſi caſus dictos licitos ſentiat, non tamen iſto fundamento, quòd neceſsitates illæ ſint propriæ: quia ſunt verè alienæ. Non enim ſunt Fratrum, vt Fratres ſunt, nec obligationes à Fratribus Ordinis verè ſunt contractæ: ſed magis quia præcepta Regulæ obligationes iuris diuini, & naturalis tollere non poſſunt. Quod rationabilius iudico.

25 Ratio autem quare nõ poteſt Frater recurrere ad Amicos ſpirituales pro neceſsitate aliena, eſt, quia quæ alterius neceſsitas eſt, propriè nobis neceſsitas non eſt: & textus Regulæ de Fratribus loquitur, & Fratrum neceſſitatibus, vt liquidò conſtat, & bene notant Corduba, & March.

SECTIO III.

An Frater teneatur ſeruare aliquos modos, cautelaſvè in recurſu ad Amicos?

§. I.

Fratres nõ poſsũt mutuũ cõtrahere.

1. RESpondeo, cum omnibus Expoſitoribus affirmatiuè. Et quoad primũ dico, quòd ex parte Fratrum ſex conditiones requiruntur, ſeu ſex modi ſunt obſeruandi ad dictũ recurſum. Primus eſt, quòd nullo modo Fratres mutuo pecuniam requirant, vel mutuum propriè ſumptum cõtrahant, nullo itaque modo propriè Fratribus licet pecuniam mutuare.

2 Dixi *Mutuum propriè ſumptum*: quia dupliciter in ſenſu ſectionis poſſunt Fratres pecuniã mutuo accipere. Primò propriè, quod tunc fit, quando pecuniam recipiunt cum obligatione tacita, vel expreſſa æquiualens iuridicè reddendi, vtpote dando ſyngraphas obligatorias, &c. Secundò, impropriè, & mutuo largè ſumpto, ſine vlla obligatione iuridica, & ſolum ſimpliciter promittendo ſe bona fide laborare, vt commodè potuerint, vt fideliter Danti pecuniam ſolutio fiat. Primo modo Fratribus non licet mutuum accipere, vel contrahere: quia omnis obligationis Fratres Minores ſunt incapaces (vt expreſsè determinat Nicol. 3.) ratione Regulæ, & altiſsimæ paupertatis. Secundò modo licet, in neceſſitate, & cum moderaminibus de recurſu ad Amicos ſupra citatis. Ita Nicol. 3. §. *Caterũ*.

3 Similiter, ſicuti non licet mihi mutuum iuridicum accipere, ſic nec dare: quia qui dat mutuum de meo, ſiue ſuo, tuum facit, incapax verò eſt

Frater Minor, *mei*, ſicut & *tui*, maximè in re pecuniaria, cuius nec vſus, etiam facti ſimplicis, eſt ei permiſſus.

Fratres explicent neceſsitatē Dāti.

4 Secunda conditio eſt, quod neceſsitatem, pro qua pecunia petitur, Frates in particulari ſpecificent, ſeu explicent offerēti, ſeu Donanti. Hic modus expedit, vt obſervetur, non verò obligat talis expreſſa neceſsitatis notificatio. Ita Cord. q. 8. cond. 2. ibi Navarr. in marg. Polit. n. 31. Ximenez n. 68. Sig. vbi ſupra §. 25. Andreas de Vega q. 2. de Syndico in reſponſione ad 3. Martin. à S. Ioſ. cap. 10. n. 24. Imò, vt bene advertunt Ximenez, Sig. & alij: Sæpius non licet, nec honeſtū erit, in individuo neceſsitates aliquas explicare.

Nō plus petāt quā ſit neceſſarium.

5 Tertia conditio, quod aliquam procurantes neceſſariam ſolutionem Fratres, non plus ſcienter procurent, vel deponi permittant, quàm neceſſarium eſſe creditur pro ipſa explenda neceſsitate. Dum enim plus ſcienter procuratur, ſeu dari, vel deponi permittitur, quàm res ipſa exiſtimatur valitura, vtique illud plus non eſt neceſſarium. Ergo illicitum & prohibitum. Quare, quod de pecunia ſuperfluit, in alias non poterit neceſsitates expendi, antequam ab ipſo Dante ſufficiens habeatur cōſenſus, vel expreſſus, ſi ab eo exigi poteſt, vel ſi abſens ſit, interpretativus, vel probabiliter præſumptus. Qui, ſi conſentire noluerit, eidem ſuperfluum reſtituendum eſt. Ita Cord. quæſt. 8 cond. 3. Polit. n. 32. Miranda in 1. impr. cap. 72. cond. 9. & in 2. c. 52. cond. 9. Herrer. cap. 7. modificatione 9. fol. 231. & omnes communiter.

6 Petes: Si ex dolo, & culpa, vt ſuperfluum expenderetur, Fratres talem conſenſum à pecuniæ Domino non quæſierunt, poterunt abſque expreſſo conſenſu Dantis expendere? Aliqui negant. Sed verius credo (etſi Fratres tunc peccarunt mortaliter) ſufficere interpretativum Dantis conſenſum. Ita Polit. num. 32. Ximenez numero 70. & alij.

Nō præſentētur cui detur pecunia.

7 Quarta conditio eſt, quod quando pecunia procuratur, vel liberaliter offertur, nullomodo Fratres aliquem nominent, ſeu præſentent, cui ipſa pecunia detur, ſeu committatur expendēda, niſi poſtquam ſufficienter conſtiterit probabiliter, ipſum Dantem non poſſe per ipſum, (vel per alium ab ipſo deputandum) vel nolle pecuniam expendere. Et tunc bene poſſunt Fratres aliquem nominare, cui committi poſsit agendorum exe-

Digitized by Google

executio, ita vt in nullo puritas Regulæ, aut eius pura obſervantia maculetur. Ita expreſſè Nic. 3. in dict. §. *Cæterum*, & omnes Expoſitores.

8 Licet tamen, ſine aliqua licentia Dantis, nominare perſonam, cui facienda eſt ſolutio: quia illa non eſt media inter Fratres, & Donantem, ſed eſt perſona terminans totum negotium. Ita Cord. quæſt. 8. cond. 4. poſt principium, Xim. n. 67. March. c. 4. tit. 5. q. 5. cond. 1. fol. 291. & omnes Expoſit.

9 Petes primò: Quomodo conſtabit de voluntate Dãtis, an velit per ſe, vel per aliũ à ſe nominandum, ſeu potiùs à Fratribus, expendere ſuã pecuniam? Reſpondeo cũ Cord. condit. 4. circa fin. quod conſtare poteſt ex verbis ipſius Dantis, vel ex alijs circunſtantijs, perſonæ ſcilicet, de qua probabiliter creditur, quòd non habeat perſonam, cui cõmittat; vel quia nobilis, & adeò gravis eſt, quare indignum eſſet, aut minùs congruũ per ſe facere, &c. Similiter ex parte loci, quia locus, vbi ſolutio eſt facienda, longiùs diſtat; nec commerciũ ibi habet, & ſic de alijs. Accedit March. & alij. Porrò quòd Syndici ordinariè præſententur, videtur eſſe communiter de volũtàte Donantium.

10 Petes ſecundò: an ſuppoſito quòd Dans nolit perſonam nominare, aut deſignare, liceat Guardianis, ſeu Fratribus quamcumque perſonam præſentare? Reſpondeo, ex vi declarationum licere, *dummodò per ſe ſufficiat expendere*: poſſe tamen hanc libertatem Guardianorum per Provinciales, & Capitula coarctari ob cauſas. Vnde licet Provinciali, vel Capitulo mandare Guardianis, & alijs Fratribus, quibus recurſus eſt commiſſus, vt quando eis relinquitur liberum, aliquem præſentare, non præſentent niſi Syndicos Conventuum, aut alias determinatas perſonas fideles, vt pote ne fiant abuſus, & theſaurizationes in manibus incertis, & ignotis.

11 Huius ratio clariſsima eſt: quia cum Miniſtri poſsint arctare recurſum, vt ex Regulæ textu patet, poſſunt & modos eius reſtringere, vt de facto reſtricti ſunt in Statutis Generalibus Salmant. in Tolet. & in Barchin. Segoviæ recognitis cap. 3. de obſervantia paupertatis, tit. de Syndico, n. 4. *vbi præcipitur Guardianis ne alium præter Syndicum, aut eius Subſtitutũ præſentent Fratres, vt pecuniariam eleemoſynam, quomodolibet oblatã, recipiat, vel expẽdat, ſub pœna proprietatis.*

S 2 12 Di-

Digitized by Google

Nō licet Fratrib' in Depoſitarios aſſumere paruulos.

12 Dixi: *Dummodò per ſe ſufficiat pecuniam expendere*: non enim licet Fratribus, in Depoſitarios aſſumere, nominare, ſeu præſentare paruulos aut perſonas ſtultas, ſtolidasvè, neſcientes, aut non potentes dictam pecuniā tractare, niſi ad nutum, & diſpoſitionem Fratrum, adeò vt doceri habeant: *Fac ſic, vel ita: da hanc monetam, reſerva aliam, numera ſic, vel ſic, &c.* Huiuſmodi enim actus propriè ſunt administratio, diſpenſatio, vel authoritativa diſpoſitio pecuniæ, vel eius vſus. Quæ omnia Fratribus ex Regula ſecundum Nicol. 3. §. *Cæterum* prohibentur: idcircò non licet Fratribus ad tales Depoſitarios recurrere vllo modo. Et in hoc multum erratur ab aliquibus Fratribus, vt bene notat Cord. q. 8. poſt med. quæſtionis, & 7. conditionem Not. 4. §. *Dixi notanter* fin. Accedunt Polit. n. 35. Xim. n. 66. & alii communiter.

13 Supradicta quarta conditio n. 7. relata expedit, vt obſervetur, non tamen obligat in rigore, niſi expreſsè cōſtaret de voluntate Donantis velle ſe nominare Subſtitutū, & quòd Fratres nullum alium præſentent. Ita Cord. cap. 10. in Regula q. 3. punct. 4. Polit. n. 55. Ximen. n. 65. Mirand. in 1. impr. cap. 71. cond. 7. & in 2. cap. 51. cod. 7. Martin. à S. Ioſ. cap. 10. n. 23. & alij.

Fratres proteſtari debent ſe nō habere dominium pecuniæ.

14 Quinta conditio eſt, quod ſi talis procuratio ſolutionis non ſtatim ſolvi, ſed deponi penes aliquem debeat, ita hoc fiat, vt tam pecuniæ Dominus, quā Depoſitarius ſemper agnoſcant, quod nihil authoritate Fratrum fit, vel recipitur, ſed totum ipſius Dantis authoritate. Ideò proteſtari debent quod quandiù pecunia ipſa duraverit apud Depoſitarium, ſemper dominium, proprietas, poſſeſſio, ac vſus ipſius Dantis eſt cum libera poteſtate eam ad ſe revocandi quandocunque voluerit: & quòd Fratres ipſi nihil in dicta pecunia, ſeu eius vſu, & adminiſtratione iuris habere volunt.

15 Sed petes? An hæc proteſtatio expreſsè debeat fieri, an verò ſufficiet, vt tantum mente fiat? Affirmant Cord. q. 8. cond. 5. Pol. n. 38. Quod intelligi debet (addit Politius) ſi Dans, vel Depoſitarius, vel aſtantes ignorarent qualis ſit ipſorum Fratrū profeſſio. Sed ſi ſemel Fratres eos de ſua profeſſione docuerint, non videtur hęc proteſtatio neceſſariò ſemper facienda concordat Ximen. n. 71. Negant verò debere fieri expreſsè Miranda in 1. impr. c. 73. & in ſecunda c. 52. cond. 11. & Mart. c. 10.

num.

num 26. Siguenz. §. 27. fol. 136. Vtrumque iudico probabile.

Sufficit quod hæc proteſtatio manifeſtat.

16 Sexta conditio eſt, vt quando ex natura, vel circunſtantijs neceſsitatis pecunia per multas manus tranſire debet, id fiat de conſenſu tacito, vel expreſſo Donātis. Expreſſo, ſi facilè conveniri poſsit: tacito, ſiue præſumpto, quando commodè conveniri non poteſt. Qui enim per ſuam pecuniam, ſolutionem alicuius neceſsitatis intendit (niſi aliter exprimat) parum eſt illi, per quotas manus fiat, etiamſi centum mediarent; ita verò ſe debent gerere Fratres cum centeſimo, ſicut cum primo.

17 Petes: Si prædictus Dantis cōſenſus doloſè à Fratribus fuerit omiſſus, poterunt Fratres licitè ad ſubrogatos recurrere? Negant probabiliter Cord. quæſt. 8. cond. 6. §. *Quòd ſi*. Et ſpeculum. Affirmant Polit. num. 36. & alij. Quod verius credo, modò cum ſubrogato (quicumque illi ſit, licèt centeſimus) Fratres ſe habeant ſicut cum eodem pecuniæ Domino: tunc enim nullum ius, nec in pecunia ipſa, nec in eius vſu, ſeu adminiſtratione ipſis Fratribus acquiritur. Quod ſolū nobis ex Regula prohibetur. Hæc conditio in rigore non obligat. Ita Miranda in prima impr. cap. 73. & in 2. cap. 12. cond. 11. Ximen. num. 72. Mart. cap. 10. num. 27.

§. II.

18 Circa ſecundum principale, quod eſt, quem modum ipſi Fratres obſervare tenentur circa erogationem talium pecuniarum, & tenentes eas, ſunt neceſſariæ aliquæ cautelæ. Prima eſt, (& neceſſariò obſervanda) vt Fratres ipſi firmiter in corde credant, nullum ſe vnquam dominium, aut actionem, adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem circa ipſam pecuniam habere, ſicut in veritate non habent, nec habere poſſunt. Ita expreſsè eſt diffinitum per Nicol. 3. §. *Cæterum* verſ. *Si verò*, & per Clem. 5. cap. 4. §. *Porrò* verſ. *Denique*. *1. Cautela.*

19 Hinc infero primò, neceſſarium eſſe, vt Fratres neque verbis, opere, aut aliquibus ſignis demonſtrent, habere dictæ pecuniæ dominium aliquod, adminiſtrationē, ſeu diſpenſationem, actionem, aut vſum: ſed in omni verbo, ſigno, & opere oſtendere ſe debent, in depoſita pecunia, ſicut non habentes; ſic penitùs nihil iuris, dominij, vel adminiſtrationis habere. Ita Cordu. q. 8. cond. 7. §. *Tertiò patet*.

Fratres neq; ſignis oſtendāt ſe habere dominiū pecuniæ.

Et alij apud ipſum, Polit.num. 39. Ximenez num.73. Mir. in prima imp. c.73. & in ſecunda cap.52. cond.12. Herrera c.7. modificatione 12. Siguenz. §. 29. cautela 1. March. vbi ſupra cond.4. fol.293. Mart.c.10. n.28. & cæteri communiter.

20 Ideo non poſſumus loqui præcipiendo, vel diſponẽdo cum authoritate, tanquam Domini, ad Depoſitarios, vt dent, ſolvant, &c. Neque poſſumus verbo, aut ſcripto dicere, quòd detur tale quid de pecunia, & nos recipiemus ad computum, ſeu ratiocinia, & cætera huiuſmodi: quia ab omnibus verbis, & modis omnibus, in quibus apparet aliquid authoritatis, (etiam miniſterialis ad diſponendum) vel iuris in pecunia quomodocumque tenenda, vel expendenda, ſeu mutanda, eſt omninò cavendum neceſſariò: quia aliàs iam Subſtitutus Dantis eſſet perſona interpoſita, & velut procurator œconomus Fratrum, vt ait Clem. 5. vbi ſupra & omnes Expoſitores.

Neq; clauem capſulæ deferant.

21 Infero ſecundò, clavem capſulæ, vbi à Depoſitario pecunia ſervatur, Fratres ſecum deferre minimè poſſe: neque illam ſigillare, & tenere. Ita expreſsè Clemen. 5. 6. *Porrò*, verſ. *Quapropter*, ibi: *Capſulam pecuniæ, vel eius claues deferre, &c.* S. Ber. (Pater meus) *in Caſibus proprietatis*. Et omnes Expoſitores.

22 Infero tertiò, peccare Fratres, iuxta materiæ quãtitatem, qui permittunt denarios deponi in aliquo loco domeſtico, vel etiam in altari, &c. vt poſtea ſæcularem, etiã Syndicum, advocent, qui eos accipiat. Ratio eſt clara: quia hi, licèt manupropria ipſos non tangant, in ſe, & ſua poteſtate recipiunt, ipſoſque cuſtodiunt, & ad ſuos vſus, vel cõmunitatis recipiunt. Quod minime licet. Ita Hugo cap. 4. Cordu. quæſt. 4. pun. 4. Culla §. 1. veritate 8. Ximenez num. 74. March. tit. 1. q. 2. peccato 13. fol. 220. Et cæteri communiter.

Neq; vt in pera, aut in mãticulis, &c.

23 Infero quartò, etiam contra Regulam facere, qui in ſua pera, dum ſunt in itinere, pecuniam recondunt, vel in manticulis ſuper iumẽtum portant, vt poſtmodum ſæculari expendendam exponant. Ratio eſt, quia ij propriè contrectant, & portant pecuniam contra Regulam. Ita Authores citati ſupra. Videatur Cord. hic quæſt. 2. 5. & 6. Not. & q. 4. pun. 4. & quæſt 9. pun. 1.

24 Dicta in duobus numeris precedẽtibus intellige iuxta dicta ſupra Controver. 12. ſect. 1. à n. 4 vſque ad 14.

25 In-

Nihil aliud poſſumus agere circa Depoſitariũ. &c.

25. Infero quintò, quod circa pecuniam depoſitam, & eius Depoſitarium quemcumque, ſolũmodo poſſumus nos habere, ſicuti cum ipſo Dante omnino nos haberemus, ſi illã teneret, & non aliter. Et nihil aliud authoritatis oſtendere poſſumus habere quomodocumque. Idcirco ſicut debemus humiliter, & ſubmiſsè verbo, ſigno, & opere (ſicut decet pauperes, & Fratres Minores) petere ab ipſomet Dante, vt nobis ſuccurrat, noſtriſque neceſsitatibus, per ſe, aut per alium providere dignetur: ſimiliter etiam debemus ad Subſtitutũ, ſeu Depoſitarium etiam centeſimum, accedere, petereque ab ipſo humiliter, & rogare, vt det, ſolvat, vel expendat pecuniã ſibi pro noſtris neceſsitatibus datam, aut quomodolibet oblatam liberaliter, vel etiam pro Miſsis, ſermonibus, &c. Ita Nicol. 3. & Clem. 5. vbi ſupra, & concordant omnes Expoſitores, excluſo nullo.

2. Cautela.

Pecunia determinata non poteſt, &c.

26 Secunda cautela eſt, quòd quando pecunia ſpeciali, & determinata neceſsitate deponitur, nõ poſſunt Fratres (neque Depoſitarius) ad aliam neceſsitatẽ aliquando convertere, niſi habita authoritate, & licentia expreſſa, vel interpretativá Donantis, vt dictum eſt ſupra. Et licet Prælatus poſsit negare facultatem Fratri ſibi ſubdito, eleemoſynam aliquam pro ſuis tantum neceſsitatibus acceptandi: Si tamen ad hoc ei licentiã tribuat, tunc de tali eleemoſyna determinatè pro dicti Fratris neceſsitate depoſita, non poteſt vllus Prælatus eam, vel partẽ eius aſſumere: neque ſibi per illum Fratrem, etiam pro neceſsitatibus communitatis aſſignari facere, ex quo nullum ius, neque authoritatem habet in illa (nec in quacumque alia) pecunia, niſi de licentia Dantis expreſſa, vel probabiliter præſumpta, & ſervatis alijs omnibus modificationibus, & conditionibus poſitis ſupra. Ita Nicol. 3. §. *Cæterum*. Et concordant omnes Expoſitores Cord. quæſt. 9. pun. 1. & 2. & alij apud ipſum. Polit. num. 40. Ximenez. numero 75. Mirãd. in prima imp. cap. 72. cond. 10. & in ſecunda cap. 52. conditione etiam 10. Siguenz. cap. 4. § 30. fol. 137. & 138. Mart. capit. 10. n. 29. in noua impr. Herrera cap. 7. modif. 20. fol. 233. Marchant tit. 5. q. 6.

Voluntas Donãtiũ triplex.

27 Sed pro maiori intelligentia huius cautelæ, nota primò cum Cord. q. 9 pun. 1. voluntatem Donantium (vt ad præſens attinet) tripliciter poſſe dici determinatam. Primò reſpectu perſonæ, vt ſi eleemoſy-

Digitized by Google

moſyna pecuniaria data ſit pro neceſsitate huius Fratris, vel horum Fratrum in individuo. Secundò, reſpectu loci, vt ſi detur pro neceſsitate huius Conventus, & nõ illius. Tertiò, reſpectu rei neceſſariæ, vt ſi detur pro hac neceſsitate, & non pro alia, vt pro induendis Fratribus.

28 Nota ſecundò, voluntatem Donantium poſſe eſſe ſimiliter totidem modis indeterminatam, & indifferentem. Primò reſpectu perſonæ, vt ſi pro Fratribus in genere. Secundò reſpectu loci, vt ſi pro Ordine ſimpliciter, & nõ pro Cõventu ſpeciali. Tertiò reſpectu rei, vt ſi pro neceſsitatibus in genere. His notatis.

Pecunia certæ perſonæ oblata non poteſt. &c.

29 Dico primò: Si eleemoſyna pecuniaria eſt determinata reſpectu perſonæ, vel perſonarum, non poſſunt Fratres, aut quiuis Ordinis Prælatus illam applicare alteri ſine expreſſo, vel interpretativo conſenſu Donantis. Patet ex Nicol. 3. & Clemen. 5. vbi ſupra. Vnde ſi quod ſuperſit pecuniæ, habita neceſſitate præſenti, vel imminanti huius, vel horum Fratrum, reſiduum reſtitui debet, niſi Dans conſentiat in aliam neceſsitatem expendi. Hæc in dictis declarationibus.

30 Similiter dicendũ eſt, ſi eleemoſyna pecuniaria ſit determinata reſpectu loci, vel reſpectu huius neceſsitatis: non enim poteſt applicari à Fratribus (vel à quovis Prælato) alteri loco, aut alteri neceſsitati, ſine expreſſa, vel interpretativa voluntate Donantis. Quod etiam ſatis patet ex dictis declarationibus, & omnibus Expoſitoribus. Quòd ſi expletis prius Fratris, vel Cõventus neceſsitatibus proprijs, reſiduum aliquod ſuperſit, bene in alias Fratrum, vel communitatis neceſsitates (vbi de oppoſita voluntate Dantis non conſtiterit) expendi poterit. Ita Cord. Polit. citati vbi ſupra Ximenez numero 78. Sigu. §. 31. & alij.

Pecunia indifferẽs poteſt applicari.

31 Dico ſecundò: Quando pecunia indifferenter Fratribus, Conventibus, vel neceſſitatibus fuerit oblata, tunc Prælatus (& alij Fratres de licentia Prælatorum) licitè poterit pro alijs locis, Conventibus, & neceſsitatibus Fratrũ expendere, & tranſmittere; dũmmodò ſibi, & ſuę curę ſint commiſsi: non verò Fratri, vel Conventui ſuæ curæ non cõmiſsis, niſi de licentia ſui Superioris, quę ſufficit probabiliter prȩſumpta, vel interpretata: quæ eſt, quando fit, & à Superioribus ſcitur, & nõ improbatur, nec fieri prohibetur. Ita Cord. Polit. & alij vbi ſupra.

32 Ex

Digitized by Google

32 Ex dictis liquet, quòd Guardianus non poteſt mittere alteri Guardiano pecuniam pro Miſsis ei commendatis: neque aliam pecuniam quamcumque; niſi de licentia Cuſtodis, vel Provincialis (vtriuſque Guardiani) ſaltim præſumpta, quæ ſufficit, vt dictum eſt. Quæ licentia iam habita eſt per ſtatuta Generalia, Burdegal. ann. 1510. & Burgenſ. ann. 1523. Ita Cord. q. 9. pun. 3.

33 Imò & Cuſtodes in ſua Cuſtodia, & Provinciales in ſua Provincia poſſunt id mandare Guardianis, vt ſic invicem ſibi provideant, & ſuccurrant de eleemoſynis pecuniariis (vel non pecuniarijs) ſic iam indifferenter depoſitis, modò ſint datæ pro Miſsis, modò non, ſed purè liberaliter: quia ſimiliter poteſt mandare, vt purè liberaliter alijs Conventibus dentur, vel cùm onere dicendi Miſſas; ex quo habet curam omnium illorum ſubditorum & Conventuum. Et talis eleemoſyna (vt ſupponitur) eſt indifferenter depoſita pro Conventibus, locis, &c. vt dictũ eſt. Ita Cord. q. 9 pun. 3. & alij.

Vnus Guardianus poteſt mendicare, vt alteri communicet.

34 Secundò liquet, quid dicendum ſit de ijs, qui frumentum, oleum, lanam, &c. in tanta abundantia mendicant, vt non tantum ſibi ſufficiant, ſed etiam alijs? Reſpondeo, poſſe Guardianos, (& Fratres de conſenſu expreſſo, vel tacito Miniſtrorum) talia, non ſolum pro ſe, ſed etiam intentione alijs Conventibus communicandi, mendicare, & conſequenter de conſenſu præfato communicare, nec in hac parte de Donantium intentione, aut voluntate dubitandum eſt, aut ſcrupuloſè requirendum: quia illa ſæpe ſæpius datur pro mercede laboris, prædicationum, confeſsionũ, officiorum, &c. Atque ideò liberè Superiorum diſpoſitioni relinquuntur. Et hæc praxis ſæpius confirmata fuit in ſtatutis Gener. vt in Capitulo Gener. Burdegalenſi ann. 1520. & in tabula 19. Vicarij Generalis, & ita docet March. vbi ſupra. tit. 5. q 6. concl. 2.

35 Dico tertiò: eleemoſynæ non pecuniariæ, ſed in ſua ſpecie mendicatæ, nimirum, pannis, vini, olei, &c. benè poteſt vnus Guardianus impertiri charitativè, dareque alteri Guardiano. Ita tract. *Decem plagarũ* plaga 1. & Cord. vt ſupra pun. 3.

3. Cautela. Non exigant Fratres computum.

36 Tertia Cautela eſt, quòd non exigant Fratres cõputum à Depoſitarijs, vel Subſtitutis (etiam Syndicis) iuridicum, aut authoritativum de pecunia: quia nullo modo ſimile computum petere, accipere,

pere, aut exigere authoritativè poſſunt: nec miniſterialiter; quia huiuſmodi actus pertinet ad veros pecuniæ Dominos, vt Nic. 3. & Clem. 5. vbi ſupra determinant.

Nec Miniſteraliter. 37 Dixi: *Nec miniſterialiter*: non enim Fratres in pecunia quacumque, ſive pro ſe, ſive pro alijs quibuſque: neque etiam nomine, aut authoritate Dominorũ, poſſunt dictum computum exigere iuridicè, ſiue per modum exactionis, dominij, vel iuris vtendi, diſpenſationis, aut adminiſtrationis: quia ſimiles actus computum petendi authoritativè, (etiam miniſterialiter) Fratribus nullatenus competunt, neque competere poſſunt. Quod ex Nicol. 3. §. *Cæterum*, & Clem. 5. §. *Porrò*, liquido conſtat. Videantur Cord. quæſt. 8. poſt. 7. condit. Not. 6. Mir. in impr. 1. c. 80. Not. 2. & 3. & in 2. c. 58. Not. 2. & 3. Pol. n. 44. & alij.

Fratres non poſſunt convenire in iudicio Depoſitarios. 38 Cæterũ Depoſitarios, Subſtitutos vè, aut etiam Syndicos, eleemoſynas pecuniarias tenentes, quoquomodò in ipſius pecuniæ expenſione, cuſtodia, ſeù adminiſtratione ſe habeant, minime Fratres eos convenire directè, vel indirectè, in iudicio, vel extra poterunt ad repetendum eam: nec violentijs, ſeu minis per ſe, neque per alios pecuniam ab eis extorquere; ſeu apud alium deponi facere poterunt, ſicut nec cum principali Dante id facere aliquando potuiſſent. Ita Nicol. 3. & Clem. 5. vbi ſupra cum Expoſit.

39 Sed ſi Depoſitarius non debitè eorum neceſsitatibus ſuccurreret, bene poſſent Fratres id pecuniæ Domino principali, ſeu Subſtituto notificare, etiamque Iudici Eccleſiaſtico, ſi ad verum Dominum, vel Subſtitutum id commodè notificare non poſſunt (ſicut & fraudem, quæ alijs pauperibus fieret, Iudici Eccleſiaſtico propalare non prohibentur.) Sed hoc humiliter debet fieri, & ſine ſcandalo, non quidem ea intentione, vt cum ipſo Dante de infidelitate Depoſitarij, ſeu mala adminiſtratione, vel expenſione pecuniæ conquerantur: neque eo modo, vt conqueri probabiliter videantur, tanquam allegantes iniuriam: neque tanquam habentes dominium, actionem, ius, vel vſum dictæ pecuniæ, vt dictum eſt: ſed ea intentione, & eo modo, vt eis provideatur per illum Dantem in ſuis neceſsitatibus, ſicut & ad aliũ Dantem recurrerent. *Bene poſſunt eorũ infidelitatẽ iudici Eccleſiaſtico notificare.*

40 Item vt cõſcientiæ Depoſitarij provideatur. Item vt ipſe

ipſe Dans ſciat, quid factum eſt de ſua pecunia, &c. vbi enim abundat fraudulenta cupiditas hominum, neceſſe eſt, vt abũdet etiam provida, prudenſque cautela. Alioquin neceſſe eſſet, ſæpe devotos, pecuniam mendicãdo, gravare, dum ipſa depoſita negligitur. Ita Cord. vbi ſupra. Not. 5. & 7. Polit. n.43. Miranda, & alij Expoſitores citati.

Simplex computũ poſſunt Fratres exigere.

41 Præterea bene poſſunt Fratres computum exigere à Depoſitarijs ſimpliciter, ſummando quantum ſit expenſum, quantum verò remaneat expendendum. Non enim hoc ſimpliciter facere, vllo modo eſt Fratribus interdictum. Quod inſuper habet verum, quando Depoſitarius id libenter facere vellet. Si verò nollet, ad id cogi, minimè poſſet, vt dictum eſt. Quod eſt valde notandum. Ita Cordub. Not. 6. Navar. in margine ibi. Polit. num. 44. Mirand. & alij vbi ſupra.

42 Poſſunt tamen dictum Depoſitarium monere, vt in commiſſa ſibi pecunia ſe fideliter gerat, ipſumque petere humiliter, & rogare, (& etiã perſuadere) vt noſtris neceſsitatibus, mediante pecunia depoſita, provideat. Ita Nic. 3. Imò & poſſumus eius conſciẽtiam onerare, vt hoc fideliter, & debite, & citò faciat. Ita Cord. Not. 4. & alij vbi ſupra.

43 Peccant verò, qui cum Depoſitario componunt, & vt citiùs ſolutionem faciat, aut expendat, ei partem ſummæ depoſitæ velut condonant, &c. Ita March. tit. 5. quæſtione 5.

§. III.

44 Dices: an Fratres Minores Regularis obſervantiæ poſsint, Procuratores Monaſteriorum Monialiũ exiſtere, ita vt ipſi vniverſam curam, & adminiſtrationem pecuniarum, bonorum, reddituum, & litium eorundem Monaſteriorum per ſe ipſos gerant? Reſpondeo negativè: ita expreſſe decrevit Clemens 8. in *Bull. Romanum Pontificẽ*, dat. 24. April. ann. 1600. confirmans decretum Cardinal. Matthæi noſtri Ordinis Protectoris, vt videre eſt in Bullar. Eman. Rodr. Bull. 15. (alias 16.) ſub Clem. 8.

45 *Ad noſtras aures* (inquit) *pervenit, nonnullorum Monaſteriorum Monialiũ de Obſervantia Regnorũ Portugaliæ, Procuratorias, ſive factorias, ſic cõmiſſas eſſe, aliquibus ex Fratribus dictæ obſervantiæ, vt ipſi univerſã curã, ſolicitudinem, & adminiſtrationem, pecuniarum, bonorum* *reddi-*

reddituum, & litium, eorundē Monaſteriorum, per ſe ipſas gerant, non ſinè perſonarum ſæcularium ſcandalo, ac ſuæ Regulæ, Religionis, ac profeſsionis detrimento. Nos igitur, qui ex iniuncti nobis officij ratione, ijs omnibus, quæ contra Obſervationem Regulæ B. P. Franciſci, ac Religionis, & profeſsionis eorundem Fratrum obligationem eſſe noſcuntur, obviare tenemur; præſentium noſtrarum literarum decrevimus, ſtatuimuſquè, & ordinamus, ac in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis, privationiſquè officiorũ, & dignitatum, in habilitatiſquè ad illa, & alia in poſterum obtinenda, incurrendis pœnis, mãdamus, modernis, & pro tempore exiſtentibus, dicti Ordinis de Obſervantia Miniſtris Provincialibus, Commiſſarijs, Viſitatoribus, Diffinitoribus, Guardianis, ſeu quibuſcumquè alijs Prælatis, & officialibus ad quos nunc ſpectat, aut pro tempore ſpectabit: ut omnes, & quoſcumquè dicti Ordinis Fratres, qui in dictis Monaſterijs Monialiũ, prædictas procuratorias, ſeu factorias exercent, infra triũ dierũ ſpaciũ, à præſentatione preſentiũ noſtrarũ literarum computãdum, à dictis Procuratorijs, ſive factorijs omnino cum effectu amoveantur, &c. Hæc ibi.

46 Præ oculis etiam ſemper habenda ſunt Veneb. Hugon. verba in hoc 4. cap. q. 4. *Diſpenſatio pecuniæ* (inquit) *etiam ſi non ſit propria ſed tãtum miniſterialis, authoritatem ſaltem miniſterialem importat, quæ affert Ordini ſcãdalum, & ſuſpicionis notam. Si etiam diſpenſatio huiuſmodi Fratribus eſſet licita, ſuperflue in expoſitione Regulæ Nũcius, ſeu Depoſitarius aſſignatur* (& etiam in declarationibus Nic. 3. & Clem. 5.) *Conſtat enim, diſpenſatores pecuniæ in ſcandalum quidèm hominum, & animarum Fratrum periculum magnum eſſe. Ad quæ vitanda B. Franciſcus Fratres apud alios commorantes, & in alijs diſpenſatores eſſe nolebat. Vnde Regula, ſic prius habebat. Omnes Fratres in quibuſcumque locis apud alios extiterint, non ſint Camerarij, nec Cellarij: nec recipiant aliquod officiũ, quod ſcandalum generet, vel animæ ſuæ faciat detrimentum, &c. Cuſtodiam verò pecuniæ propter occaſiones malorum, periculoſiſsimam Fratribus plura oſtendunt. Et quidèm vile eſt, propriæ contemptorem pecuniæ, Cuſtodem vel diſpenſatorem ſe facere alienæ. Qui ſua propter pericu-*

Digitized by Google

ricula repulit, ſtultè ſe rurſum propter aliena exponit. Hæc Hugo. Vtiquè præclarè.

47. Dices forſam: Bona dictorum Conventuum detrimenta magna patiuntur, & contra pietatem videtur non curare, ne in deterius delabãtur. Reſpondet Hugo: *Pium quidem (inquit) eſt, & ſecundum legem divinam ſalvare proximo rem amiſſam. Vbi nondeſunt fideles ſi inveniantur perſonæ, quæ pecuniam ſervent, & prout expedit publicent ſi quid autem neceſſitatis amplius indiget, agenda eſt cauſa proximi fideliter, ſed prudenter. Vbi enim anima, vel fama læditur, nullius eſt curanda pecunia plus propriæ honeſtati, quàm rebus tencor proximi.* Hæc Hugo.

48. Rurſus, quid proderit Fratri Minor. ſi Monaſteriorum Monialium facultates, & *pecunias lucretur; animæ verò ſuæ detrimẽtum patiatur?* Non vtique profeſſores altiſſimæ paupertatis, omnibus bonis ſive acquiſitis, ſive acquirendis, in profeſſione neceſſario renunciantes, decet alienam pecuniam, & facultates curare ſeu adminiſtrare. Frater enim Minor non, *villicationis rationem reddere*, ſed ſummæ paupertatis curam habere, debet.

SECTIO IIII.

An liceat Burſariũ, vel Amicum ſpiritualem in via ſecum habere, qui Fratribus itinerantibus neceſſaria emat?

1. PRo melioris ſectionis intelligentia in memoriam revocare oportet, quæ ſuprà Controv. 12. ſect. 2 n. 1. Vſque ad 4. & ſect. 4. à n. 3. Vſque ad 6. dicta ſunt, de differentia nimirum, quæ verſatur inter Benefactorem, & Amicum ſpiritualem: ſecundũ Regulam, & modum accedendi ad vtrumque pro ſublevandis Fratrum neceſsitatibus. Ex quibus nota primo quòd Benefactor eſt & dicitur ille, ad quem accedunt Fratres petentes rem, qua indigent in propria ſpecie, & ſi alias ſciant, illum eam emere. Iſte modus accedendi vocatur, & vere eſt pura & ſimplex medicatio rei in propria ſpecie. Amicus verò ſpiritualis dicitur, ad quem Fratres accedunt petentes, vt ſibi provideat mediante pecunia. Iſte accedendi modus eſt recurſus ad Amicos ſpirituales ſecundum Regulam.

2. Secundò nota, quod qui pro ſublevandis ſuis neceſsitatibus accedit ad Benefactorẽ, non tenetur ſervare conditiones,

nes, nec cauſas aſsignatas à Nic.3.§. *Cæterum.* (de quibus ſect. 3.) Patet, quia hic accedendi modus, eſt ſimplex & pura mendicatio rei in propria ſpecie. Qui verò ad Amicũ ſpiritualẽ recurrit, dictas cõditiones & cauſas obſervare tenetur, vt patet ex dictis ſect. 3. Et ratio eſt, quia hic acceſſus eſt verè recurſus ad Amicos, mediante pecunia, vt dictũ eſt. Ergo.

Burſaris propriè quid?

Quid impropriè?

3 Tertiò nota, quod Burſarius, propriè & in rigore, ille dicitur, qui nomine Fratris Burſam in itinere portat, & pecuniam adminiſtrat; impropriè verò & lato vocabulo, dicitur Amicus ſpiritualis, ſive ſit principalis Donans, ſive eius Nuncius, famulus, aut Depoſitarius, qui, nomine Donantis, Fratrem in itinere comitatur, vt neceſſaria ſolvat, ſive procuret, per pecuniam.

Licet Fratribus ducere in via Benefactorem.

4 His notatis, dico primò: Licet Fratribus ſecum habere in via (etiam pro toto itinere) Benefactorem, ſeu Devotum aliquem, à quo poſſunt petere in propria ſpecie, & accipere, quod neceſſe habuerint in via ſecundũ ſuum ſtatum Fratres, etiam ſi certò ſciant, illũ tunc in propria ſpecie rem illam nõ habere, ſed debere emere, ſive ſit Donãs principalis, ſive eius famulus, qui, nomine Donãtis, rem in propria ſpecie à Fratribus petitam eis largiatur, quavis illam emat. Ratio eſt, quia hic modus providendi neceſsitatibus eſt per ſimplicem mendicationem, vt patet ex dictis. Ergo.

5 Ita tenet in proprijs terminis Mart. à S. Ioſ. c. 10. n. 32. in noua imp. & fateri debent omnes Expoſitores Controverſ. 12. ſect. 2. citati, cùm afirment, dictũ accedendi modũ ad Benefactorẽ, eſſe purã mendicationẽ: cũ ibi Fratres (vt ſupponitur) nec pecuniã petunt, nec intentant, nec aliquo modo, verbo, opere, aut intentione admittunt, vel procurant, ſed rem in propria ſpecie humiliter mendicatam.

Nõ licet ducere Burſarium.

6 Dico ſecundò: Nõ licet Fratribus, niſi in extrema neceſsitate, Burſarium ducere, in rigoroſa acceptione: quo caſu etiam liceret pecuniam recipere. Ratio eſt, quia Burſarius ille eſt verè, & propriè interpoſita perſona Fatris, tam in receptione, quam in adminiſtratione pecuniæ, contra Regulam. Sic S. Bernardin. (Pater meus) in *Caſibus proprietatis*, & omnes.

Licet ducere Amicum ſpiritualẽ, &c.

7 Dico tertio: Licet Fratribus (Suppoſita vera neceſsitate præſenti, vel imminenti, ac poſitis omnibus cõditionibus ſupra ſect. 2. & 3. de recurſu explicatis, ac ſecluſo ſcãdalo) ſecum habere in via Amicum ſpiritualem, ſive ſit Donans

nans principalis, ſive eius Nũtius, ſive famulus, qui nomine Donantis eleemoſynas pecuniarias expendat, & ad quem recurſum habeant.

8 Ita colligitur clarè ex Clem. 5. c. 4. §. *Porrò*. n. 2. verſic. *Cum etiã recurſus ad Amicos*. vbi, poſtquam extendit neceſsitatem recurſus (quã ad infirmos, & Fratres induẽdos velut reſtrinxerat Seraphicus Pater noſter Frãciſcus) ad alias quaſuis neceſsitates veras, præſentes, vel imminẽtes, (ſeu ingruentes, vel pro tempore occurrentes) ſubdit: *Attendant* (inquit) *Fratres præfati, quod pro nullis cauſis alijs, quàm prædictis vel ſimilibus, in via, vel alibi, recurrere liceat eis ad Amicos huiuſmodi, ſive ſint Dantes pecunias, ſive Deputati per ipſos, ſive Nuncij, vel Depoſitarij, ſeu quovis alio nomine appellentur, etiamſi cõceſsi per eandem declarationem modi circa pecuniam integrè ſervarentur*. Hæc Clem. 5.

9 In quibus verbis benè ponderanda ſunt illa verba: *In via, vel alibi*. Ex quibus manifeſtũ eſt, quòd vbi, *in via*, ſubſunt verę neceſsitates, de quibus locutus eſt, liceat omnino *in via* (ſicut *alibi* licet) recurrere ad Amicos ſpirituales, Depoſitarios, & Nuncios: vnum enim ex alio optimè infertur, vt eruditè notat March. tit. 6. q. vn. concl. 2.

10 Ratio verò principalis eſt ex litera Regulæ, & mente Fundatoris c. 4. ibi. *Pro neceſſitatibus* (ait Seraph. Pater.) *infirmorũ, & alijs Fratribus induendis* (ſub quibus alię neceſsitates intelliguntur, vt dictũ eſt) *per Amicos ſpirituales Miniſtri tãtũ, & Cuſtodes ſolicitã curã gerant ſecundũ loca, & tempora*. Hęc ibi. Sed tales neceſsitates frequentèr oriuntur in *via* magìs, quàm domi; extra Provinciam, quã in Provincia. Ergo tunc magis ſolicita cura adhibenda eſt per Amicos; ſive ſint Dantes, ſive eorum Depoſitarij: Sed in civitate, & Provincia licet Fratribus vti Donantium Depoſitario, & ad eum recurrere pro veris neceſsitatibus. Ergo magìs *in via*.

11 Dixi in cõcl. *Suppoſita vera neceſsitate præſenti, vel imminẽti*: quia ſi talis nõ adſit, verè nõ licet, vtpote non licet, vt lautius comedas, aut bibas, vt mendicare nõ cogaris; quamvis poſsis ſine gravi incommodo mendicare.

12 Vera autem neceſsitas in itineribus tunc dicitur, quando victus mendicatione, nõ, niſi valde incommodè, acquiri poteſt, vel ſaltem non ſufficiẽs. Oritur autẽ hæc, primò, quia tranſimus per terras

Digitized by Google

in humanas, ſive ratione hereſis, ſive ex defectu charitatis, etiam ſi terræ ſint catholicæ; quod vel non conſueverint ſic Fratres ſuſcipere, vel quod Fratres relaxati conſueverint peſsima nota, omnia per pecuniam comparare, & non eſt qui det ad victum neceſſaria, niſi in hoſpitijs, in quibus cum omnia lucro vendant, non niſi pecunijs dant.

13 Secundò oritur neceſſitas vera ex ratione perſonæ, quę infirma eſt, vel ſenex. Vnde plures neceſsitates requirit, interdum vehiculi, calceamenti, commodioris cibi, &c. quæ non niſi recurſu ad Amicos haberi poſſunt, modò neceſsites ſit præſens in itinere, modò imminens.

14 Tertiò ex ratione negotij, videlicet: quia feſtinatione eget, quia ſecretè per agendum, & ob nonnullas circunſtantias, quæ neceſſariò Amicum ſpiritualem comitem requirunt.

15 Dices: volebat S.P.N. Franciſcus, vt Fratres in Dominũ iacerent cogitatus ſuos, qui volucres cœli paſcit. Reſpondeo cum March. Nec cogitatus à Domino avertit, qui nihil iuris habens, ad Depoſitarium in neceſsitate vera per modum puræ eleemoſynæ recurrit. Vnde Seraph. Pater hãc ſolicitam curam per Amicos ſpirituales præcipiens, nihil de cogitatu in Dominum diminuit, cum pro Domino Amicus ſpiritualis nos paſcit, & veſtit. Suppono autẽ ſemper, quod res commodè per mendicationem acquiri non poſsit, niſi pecunia mediante.

Cõditiones ad habendum Amicum in via.

16 Dixi in concl. *Poſitis omnibus conditionibus*, & hæ ſunt. Prima, vt non recurrat niſi in iuſto itinere, & ex obedientia ſuſcepto, pro vera neceſsitate, & quando ceſſant eleemoſynæ, nec commodè mendicatio fieri poteſt. Secũda, vt qui recurrit, ſit Miniſter, Cuſtos, vel Guardianus, aut ab eis recurrẽdi facultatem habeat & commiſsionẽ. Tertia, vt non recurrant authoritativè, præcipiendo expenſionem, pecuniarium computum exigendo, pecuniam Cuſtodiendo, &c. & ſic aliæ conditiones omnes ad recurſum ad Amicos ſpirituales neceſſariæ (de quibus ſupra) ad amuſsim ſerventur.

Ducatur Amicus ſublato ſcandalo.

17 Dixi etiam in concl. *Secluſo ſcandalo*: Ita enim cautè, & prudentèr huiuſmodi fieri debent, vt puſillis materia ſcandali non miniſtretur. Et ſic circa Burſariũ Fratres ſe gerant, quòd nec corde, aut opere, facto, aut ſigno habeant, aut habere videãtur, aliquam circa dictam pecuniam expendendam (aut eius vſum) au-

Digitized by Google

authoritatem, actionem, vel adminiſtrationem: ſed cum ipſo Burſario agendum eſt non ſecus, ac cũ ipſo Domino Dante, ageretur. Quod valde eſt notandum. Videatur March.

SECTIO V.

An liceat facere collectas (ſive quæſtus) pecuniæ pro neceſſitatibus Fratrum expendendæ?

Collecta pecunia dupliciter poſſunt fieri

1 PRo ſolutione & intelligẽtia ſectionis nota primò, quòd dupliciter poſſunt fieri ſimiles collectæ. Primo, quãdo ſine aliquo interventu Fratrũ, aut procuratione fiũt à perſonis ſæcularibus nomine ſuo, & ex ſuamet voluntate, vel nomine Populi, Magiſtratus, vel Eſpiſcopi civitatis per domos colligẽdo pecuniã, & ad perſonã aliquã Fratribus devotam mittendo, vt eam in neceſsitates Fratrum expendat. Vel ipſimet ſæculares per ſe rem, in ſpecie ex dicta pecunia collecta, emptam Fratribus largiendo, abſque eo tamen, quòd Prædicator, vel alius Frater interveniat, vel per comitivam, vel per ſolicitationem.

Sine Fratrum Procuratione.

Ex Fratrũ Procuratione.

2 Alio modo collectę pecuniariæ fieri poſſunt per perſonas ſæculares pręſentatas tamen, aſſumptasvè à Fratribus, vel ex Fratrum procuratione, Fratribus interdum illas comitantibus.

3 Secundò nota, quòd collectæ primò modo, adhuc dupliciter poſſunt fieri, vel ex ſęculariũ devotione, gratuita & ex ſua propria volũtate, vel ſecundò quaſi ex debito, quando ſcilicet, pro labore prædicationis, &c. duo de Magiſtratu, aut aliæ perſonæ ad hoc deſignatę collectã faciunt, vt dictũ eſt.

4 Nota tertiò, quòd ſemper in dictarũ collectarũ procuratione ſervãdæ ſunt omnes aliæ cõditiones in recurſu ad Amicos neceſſariæ, de quibus ſup. ſect. 2. & 3. nimirũ, quòd ſint veræ neceſsitates, præſentes, vel imminẽtes, vel ingruẽtes, quòd Fratres, nec verbo, aut ſigno eſtendant ſe aliquid iuris, aut adminiſtrationis habere, &c.

In dictis collectis ſervandæ ſunt conditiones, ad Amicos, &c.

5 His notatis, ſit prima cõcluſio: Collectæ pecuniariæ, quæ primò modò fiunt ſine vllo Fratrũ interventu (vt dictũ eſt) modò ex mera devotione ſæculariũ, modò velut ex debito fiant, nullo modò ſunt illicitæ: Fratres tamen nõ poſſunt ad eas recurrere vllo modo vel in earũ depoſitionẽ cõſentire, niſi pro vera neceſsitate præſenti, &c. Et ſub omnibus conditionibus iã frequenter memoratis. Ita Ven. Hug. c. 4. q. 4. & omnes Expoſitor.

Collectæ primò modo ſunt licitæ.

Digitized by Google

6 Petes: An liceat Fratri Minori Prædicatori commendare ex ſuggeſtu eiuſmodi collectionẽ pecuniarum? Reſpondeo licere Conventus ſui neceſsitates inſinuare ſine mẽtione pecuniæ, eis liberum relinquendo, vt quovis modo legitimo (nimirum per oblationem liberalem, vel in mercedem laboris, &c.) quo libuerit, ipſis provideãt, abſque eo, quod Fratrum conſcientiæ lędantur. Ven. Hugo, vbi ſupra art. (vel. q.) 7.

Nõ poſſunt Fratres comitari colligẽtes pecunias.

7 Secunda concluſio: Nõ licet Fratribus per perſonas à ſe deputatas, vel aſſumptas, collectas pecuniarias procurare fieri, (neque pro ſe, neque pro Conventibus) vel quaſcumq; perſonas colligentes pecuniã comitari. Ven. Hug. vbi ſupra q. 4. Ratio eſt: quia & ſi in re ſe ita gererent, vt in iſtis pecunijs nullum ius haberent: actus tamen ille ex genere ſuo ſpeciem mali habet. Primò, quòd perſonæ à Fratribus præſentẽtur. Secũdò, quòd ratione comitivę videãtur aliquid in iſta pecunia prætẽdere, & collecta non tantũ in neceſsitates Fratrũ fieri putetur, ſed etiã pro Fratribus, ſeu nomine Fratrũ. Quæ omnia omnino ſunt cavenda, vt declarant Nic. 3. & Clem. 5. vbi ſupra.

8 Hinc in prima Reg. c. 8. ſcriptũ erat: *Nullo modo Fratres recipiant, nec recipi faciant pecuniam, nec denarios pro aliquibus domibus vel locis, nec cũ perſona pro talibus locis pecuniã, vel denarios quærẽt, vadãt.* Hęc Serap. Pater.

Nõ licet habere Cippos in Eccleſijs.

9 Tertia concluſio: Nõ licet Fratribus habere, vel ponere in Eccleſijs, vel alibi Cippos, vel truncos ordinatos ad offerentiũ, ſeu donantiũ pecunias reponendas. Ita expreſſe Clem. 5. vbi ſupra, §. *Porrò.* verſ. *Quo circa.* Vnde fit, quòd Fratres cõſentiẽtes in ſuis Eccleſijs, vel domibus à ſæcularibus crucem, vel alias reliquias oſculantibus pecunias offerri in altari, vel vaſculo, ſeu in quolibet alio loco, peccent contra Regulã mortaliter. Et tunc dicuntur conſentire, quãdo id vident à ſæcularibus fieri, & non reſiſtunt: nã qui tacet, cũ reſiſtere, aut prohibere poteſt, & debet, conſentire videtur, de Regulis iuris in 6. Ita tract. de *Neceſſariorũ cõgrua ſolut.* fol. 112. Cord. q. 12. pun. 2. §. *Secũdus* Politius n. 45 & cæteri Expoſitores.

Neq pro Cõfraternitatibus.

10 Sed petes: An Cippi pro Confraternitatibus poſsint in noſtris Eccleſijs reponi? Aliqui affirmant, dummodo abſit ſcandalũ, & ſpecies mali ceſſet. Sed cũ difficilimè poſsit hoc ab omnibus evitari, dicendum omnino iudico, ſimiles Cippos, etiam pro Confraterni-

tibus

tibus eſſe ab Eccleſijs noſtris removendos. Ratio eſt, quia eo ipſo, quòd in Eccleſijs noſtris repoſiti ſunt, ſcandalizare plures poſſunt, & verè ſiniſter oculus, & rationabiliter contra nos metipſos præſumi poteſt, à quibus omnino cavere tenemur, vt expreſſe diffinit Clem. 5. §. *Caterũ quia Chriſti Confeſſor*, art. 4. fin. & alibi. Ita March. & alij.

11 Petes ſecũdò: An quãdo Fratres Minores per loca collectas rerum, quibus in ſpecie vtuntur, vt candelarum, butyri, olei, &c. faciunt, comitantibus eos ſæcularibus viris ad onera portanda, vel domos demonſtrandas, liceat dictis Fratribus conſentire, vt aliqui, qui res in ſpecie non habent, pecuniam viris comitibus committant ad res dictas emendas?

12 Pro ſolutione nota, quòd Fratres Minores, vel ducunt ſecum ſæcularẽ ea intentione vt pecuniã recipiat, vel vt recipiat res in propria ſpecie. Si primo modo, ducãt, nõ licet: quia eſt verè quęſtus pecuniarius prohibitus. Si ſecundò modo ducant. Reſpondeo primò, nõ poſſe conſentire niſi in caſu, quo benè informata eſſet perſona offerens, ne credat nos acceptare, vel recipere pecuniã per interpoſitã perſonã, & niſi res in iſta quantitate eſſet omnino neceſſaria, vt ad illã mediãte pecunia recurſus eſſe poſsit. Ita March. fol. 320. Vide dicta ſupra. ſect. 3. à n. 7. vſque ad 15.

13 Reſpõdeo ſecundò, licere Fratri dicere ſe candelas, oleũ, &c. nõ pecunias quærere & recipere; in poteſtate autẽ Donãtis eſſe quovis modo ei providere, & per quẽcumq; vellet. Tunc ſi perſona bene informata alteri cõmitteret, nõ macularẽtur Fratres, ſi aliunde omnis materia ſcãdali tollatur. Ita Cord. q. 12. pun. 2. §. *Quaſtu 3. & 4.* March. vbi ſup. Ximen. n. 90. in fine. Quatuor Lectores Theolog. à Congreg. Gen. pro ſex dubiorũ reſolutione deſignati in reſpõſione ad primũ, quę ponit Ximen. in c. 3. Reg. à n. 66. vſque ad 73. Mart. à S. Ioſ. in 2. imp. c. 10. n. 8. & 21. Si attentè legatur.

14 Advertendũ tamen eſt, quòd plures ſęculares, (& etiã alij Religioſi noſtrum ſtatum ignorantes) iudicant, Fratres diſpẽſativè recipere pecuniã, quando illam à non habente rem (v.g. ceram, &c.) in propria ſpecie admittunt, vt res (v. g. cera) ematur. Idcircò valde cautè in hoc debent procedere Fratres.

15 Ex dictis in hac 13. Cõtrov. & in 12. proximè præterita, pono cũ Cord. q. 12. pun. 1. breviter (per modũ recapitulatio-

lationis) praxim, quam debet ſeruare Frater Minor in recurſu ad Amicos ſpirituales, pro ſolutione facieda per eleemoſynas pecuniarias, quādo ei per oblationem, mendicationem, vel laboritium non eſt proviſum, vt res ſummè neceſſaria, facilius memorię mandetur, & ſemper animo infixa maneat.

16 Itaque dico, quod in tribus conſiſtit. Primum eſt, quis poſsit procurare pecuniā, vel ad Amicos recurrere? Et dico quòd nō, niſi Superior quivis, Miniſter, Cuſtos, Guardianus, Præſes, vel in abſentia Guardiani eius Vicarius, vel eorum Subditi ex eorum commiſsione, vel licentia expreſſa, vel probabiliter præſumpta, vel in caſu, quo Superior notabiliter negligens, eſſet in neceſſarijs procurandis.

17 Secundum eſt, quando, ſeu pro quibus rebus, ſeu cauſis? Et dico quòd nūquā, neq; pro alijs, niſi pro rebus cōmodè neceſſarijs, ſeu expedientibus ad officiū, vel ad perſonas ipſorū Fratrū, conſiderato ſtatu paupere, & dūmodo ſint veræ neceſsitates propriæ, præſentes, vel imminentes, & ceſſent eleemoſynæ, de quibus aliàs ſolutio cōmodè fieri poſſet, nec res huiuſmodi procuranda, ſit cōmodè mendicabilis. Deficiente enim vna ex his conditionibus, non licet, aut eleemoſynam pecuniariam pētere, aut legatam, vel oblatam acceptare. Inſuper caveāt Fratres, ne ſcienter permittant plùs deponi, quàm neceſsitates, pro quibus deponitur, valeant, &c.

18 Tertiū eſt, quomodo? Ad quod dico, quòd ſecundum Reg. & declarationes Nic. 3. & Clem. 5. debet procurari pecunia, deponi, cōſumi, & tractari, ita, quòd Fratres nullo modo cū Dante, aut quocūq; Depoſitario habeant, aut videātur habere aliquā authoritatē, aut ius, aut adminiſtrationē, diſpēſationem, ſeu vſum circa ipſam pecuniā: quia non alio modo, ac ſi ipſa pecunia eſſet prorſus res aliena, debet peti, procurari, acceptari, deponi, conſumi, ſeu expendi, mutari, aut tranſmitti, per ipſum pecunię Dominum, aut eius Subſtitutum. Neque corde, verbo, opere, vel ſigno, quomodocūq; poſſunt Fratres habere, ſeu oſtendere aliquā authoritatem, ſeu adminiſtrationē circa pecuniā, vel ſuper Dantē, aut Depoſitarium, modò dent, modo nō expendant illam, detineant apud ſe, vel alijs largiantur.

19 Et reſpectu Depoſitarij cōſiderēt valde Fratres, & ſemper in corde, verbis, & opere habeāt, quid & quomodo poſſent licitè facere cū Dāte ipſo, & Dño pecunię: quia nō poſſēt præ-

Digitized by Google

præcipere ſuæ pecuniæ expẽſionem, nec computum illius exigere, &c. Sed tantũ rogare, & ſupplices petere, vt daret & expenderet quantũ ſibi placuerit, & ampliùs nihil. Et ille liberè poſſet dare, vel non dare pro ſuo beneplacito. Ita ſimiliter, & non alio modo, nec aliud, poſſunt Fratres facere cum quocumque Depoſitario, vel famulo Dantis, vel etiam cum Syndico, & circa pecuniã, apud quemcumque depoſitã, oblatam, legatam, vel laboritio acquiſitam, ſi volunt ſervare Regulam.

20 In calce harum, de pecunia, Controverſiarũ, diſputare placuit. An Fratres Minores pure Regulam ſervantes, poſsint abſque Regulæ transgreſsione, recurrere ad pecuniam, pro ſumendis Bullis Cruciatæ?

21 Negativè reſpondent Author Compendij tit. *Cruciata*, poſt §. 5. fol. 49. & 50. Frenciſc. Longus à Coriolano Capucin. de *Caſibus reſervatis part.* 1. *ſect.* 3. *art.* 14. *num.* 2. Ducuntur, quia Fratribus Minoribus nullomodo licet ex vi Regulæ recurrere ad pecuniam niſi pro vera & manifeſta neceſsitate, præſenti vel imminenti: ſed huiuſmodi Bullæ acceptio nõ eſt illis cauſa neceſſaria ad talem recurſum, cum ex vi ſuorum privilegiorum poſſint gaudere gratijs omnibus per Cruciatam conceſsis. Ergo.

22 Affirmativè verò Cord. in addit. ad *Cõpend. Verb. Cruciata Annot. ad* §. 5. *poſt med.* & ſup. Reg. *c.* 4. *q.* 7. *Condit.* 1. *circ. med.* Emm. Rod. *in Explicat. Cruciatæ* § 9. *Dub.* 7. *n.* 23. & §. 12. *n.* 16. Mira. in *Manua. to.* 2. *q.* 34. *art.* 15. *conc.* 1. Villalob. 1. *p. Sum. in Explicat. Crucia. Clauſul.* 12. *num.* 27. Portel. *in Dub. Verb. Bulla Cruciata, n.* 2. Sorbo Capucin. *in Addit.* ad *Cõpend. Verb. Cruciata, verſ. Deinde dico*, (Capucin. eſt Sorbo, quod advertat Longus à Coriola. vbi ſup. vt de inobſervantia Regulæ, Regularis Obſervantiæ Fratres arguere deſiſtat) affirmat etiam R. P. Ludov. à Cruce quondam Vicar. General. Reformatorũ in Italia in *Expoſit. Bull. Cruc. dub.* 9 *n.* 6. Quam ſententiam omnino veram, & minime cõtra Regul. iudico.

23 Sit concluſio. Fratres Minor. poſſunt recurrere ad pecuniã, ad ſumẽdã Bullã Cruciatæ, abſque vlla, ſuæ Regulæ, trãſgreſsione, ſervatis alijs cõditionibus de recurſu requiſitis, ſupra memoratis; ſi id fiat de Prælati licentia. Probatur primo. Quia (vt rectè Cord. in Expoſit. Regulæ vbi ſup.) gratia de bonũ eſt ſpirituale, incul- *Frater Minor poteſt recurrere ad pecuniã ad ſumendam Bullam.*

 gen-

Digitized by Google

gratiarum acquiſitio, cũ ex vi earũ, (& Bullarum, ſi licitè acquirantur) magnũ quidèm, nõ ſolùm pœnæ, & Purgatorij malum, ſed periculum etiam peccati evitetur.

24 Secundò, quia (vt rectè Emm. vbi ſupra) ſanctũ ac valde ſalubre conſiliũ eſt, ſalutẽ animę procurare varijs modis, & licet poſsint Fratres ex vi privilegiorũ animas ſuas à pœnis Purgatorij liberare, id etiã alijs vijs procurare iuſtum, ac ſanctũ eſt: præſertim cũ privilegiũ cõceſſum, vt poſsint gaudere gratijs conceſsis per Bullam, ſit Vivæ vocis oraculum, quod referunt Cord. Mirand. & Villalob. vbi ſupra.

25 Tertiò, quia neceſsitas corporalis, ſufficiens cauſa eſt, vt fiat recurſus, vt dictum eſt; nec requiritur, quod ſit arcta, ſed ſufficit accõmoda, vt docet S. Bonav. *hic circa fin.* Manuale *cap. 15.* Et omnes cõmuniter, vt dictũ eſt ſup. *hac Controv ſect. 1.* Ergo potiori iure neceſsitas ſpiritualis. Vltimo, quia & talis eſt intentio Papę, vt patet ex tenore Bullarum Cruciatæ, & communi praxi. Ergo.

26 Dixi in cõcluſione: *ſi id fiat de Prælati licentia*, quia nullus recurſus ad pecuniã licitè poteſt aliter fieri, vt ſupra dictũ eſt, ſufficiet tamẽ rationabiliter præſumpta. Et poteſt gaudere fructu illius; nulla requiſita licẽtia, & ſi peccẽt: ita Emman. §. 6. *vbi ſup. n. 24. & Ludovic. à Cruce, n. 7.* Nec culpa hæc ex ſuo genere erit mortalis, ita Ludov. materia enim duorum argẽtorum non eſt ſufficiens ad mortale.

CONTROV. XIV.

De Syndicis Domini Papæ pro Fratribus Minoribus, quoad eorum numerum, institutionem, & officium.

SECTIO I.

Quid ſit Syndicus?

1 Reſpõdeo, quòd *Syndicus eſt quidã Procurator, ſeu œconomus Domini Papæ, qui eius nomine, ſeu Romana Eccleſia ad expedienda Fratrũ Minorum negotia, eorumque ſublevanda, neceſſitates deputatur à Fratribus.*

2 Ex quibus, deducitur primò, quòd ſupradictus Syndicus abuſivè appellatur Syndicus Fratrũ Minorũ: cũ enim neq; in cõmuni, neq; in particulari, habeant Fratres Minores bonorũ aliquorũ, neq; mobiliũ, neq; immobiliũ, aliquam proprietatẽ, non poſſunt habere Procuratorẽ, œconomum, vel Syndicũ, ſicuti habent, õvencus *Syndicus erroneè appellatur Syndicus Fratrum.*

Digitized by Google

tus aliarum Religionũ poſſidẽtes bona in communi. Vnde huiuſmodi Syndicus, ſeu Procurator, minimè ipſorum Fratrũ eſt, ſed Domini Papæ, (ſeu Eccleſiæ Romanę) ad quẽ ſpectat dominium omnium rerũ, tam mobiliũ, quàm immobiliũ (de quibus Dantes ſibi dominiũ non reſervarunt, vt infra dicã) Fratribus conceſſarũ.

Eius vſus aptus pro obſeruãtia Regulæ.

3 Secundò deducitur, huiuſmodi Syndicũ deputatũ eſſe pro Fratribus Minoribus; ideſt, ad Fratrũ vtilitatẽ, & vt bona ipſis Fratribus oblata expẽdat, diſtrahat, &c. vt latiùs infra. Cuius Syndici vſus valde vtilis eſt, & aptus pro obſervatione Regulæ; nec vllo modo paupertati Minoritanæ adverſatur. Imò in eius vſu Fratres profitentur, ſe in hoc mundo nihil habere: cum ipſi Syndici, vt Procuratores, & Adminiſtratores Sedis Apoſtolicæ ſint deputati, ad adminiſtrandũ res, quibus vtuntur ipſi Fratres nomine Sedis Apoſt.

SECTIO II.

A quo, vel quibus, & quomodo eſt inſtituẽdus Syndicus?

Prælati ſuperiores inſtituũt Syndicum.

1 AD primũ Reſpondẽdo, dico, quòd huiuſmodi Syndicũ Domini Papæ, Miniſter Generalis, vel Provincialis, vel Cuſtos, vel alij Fratres, quibus ipſi cõmiſerint (& non alij) poterũt nominare, ſeu inſtituere, vel potiùs aſsignare, vt liquidò cõſtat ex Decretali Martini 4. *Exultantes.* Quòd autẽ poſsint Prælati id alijs Fratribus committere, patet: quia quod quis poteſt ex officio, ſeu cõmiſsione Generali, ratione Officij ei facta, ſeu conceſſa (maximè per Papã) poteſt etiã alijs cõmittere, niſi ſpecialiter ei prohibeatur, vt eſt cõmunis reg. Iuriſtarum. Et tradunt Cord. in *c.4.q.16.pu.2.* *Roder. tom.3. qq. Reg. q.36. art.1 §. Advertendũ inſuper.* Polit. *in c.4. Reg. num.47.* & eſt communis opinio.

2 Nota tamẽ primò, quod Miniſtri, ſeu Cuſtodes nõ inſtituũt prefatos Procuratores, & Syndicos, ſed ſimpliciter nominãt, & ſic nominati per illos, inſtituũtur à Sum. Pont. pro Syndicis & Procuratorib. ſuæ Sanctitatis, & Eccleſię Romanæ, ad quã pertinẽt res cõceſſę Fratribus, quando Dãtes non reſervaverunt ſibi Dominium, & quando huiuſmodi res ſunt tales, quòd illarum vſum liceat prædictis Fratribus habere, vt bene notat Emman. Rod. n.1. relatus §. *Advertendum eſt circa prædicta.*

Guardianus ex ſe nõ poteſt Syndici nominare, &c.

3 Nota ſecundò, quòd præter prędictos, nullius alius (etiã Guardianus cũ toto ſuo Conventu) poterit Syndicum nominare. Quòd ſi aliquando faceret, quidquid poſtmodum

Syndicus à Guardiano, ſic nominatus, exequeretur, totũ authoritate Fratrum fieret; & iã talis Syndicus ſtaret authoritate, & nomine ipſorum: Vnde quicquid circa pecuniã dictus Syndicus faceret, Fratres per interpoſitam perſonam id exequi contra ſuam Regulam, cẽſerentur, reciperentq; pecuniã per interpoſitam perſonã, per Syndicũ ſcilicet, ab eis authoritate propria nominatũ. Quia cùm nullam habeant Guardiani ad nominandum Syndicum facultatẽ, talis legitimus Syndicus non eſt, ſed interpoſita perſona.

Nõ requiritur cõſenſ. Cõvẽtus ad nominandum Syndicum.

4 Nota tertiò, quod prædicti Miniſtri Generales, ſcilicet, & Prouinciales, vel Cuſtodes, ſeu quibus ipſi commiſerint, poſſunt etiã ſine licẽtia, aut cõſenſu, aut votis Cõventus nominare, ſeu aſſignare nomine Papæ, ſeu Eccleſiæ Romanæ, præfatũ Syndicum: quia ſic eis concedit Papa in Bulla Syndicatus. Poteſtq; tẽ Syndicus à prædictis, à quibus nominatus fuit, quãdo opportunum eis videbitur, à Syndicatu deſtitui, & alius per eoſdẽ eius loco poterit ſubrogari, & nominari; modò qui Syndicus nominandus eſt, de Ordine noſtro non ſit: quia ſic ordinat Papa, & vult in Bulla Syndicatus, & aduertunt Cord. Rod. & Politius vbi ſupra.

Dupliciter poteſt nominari.

5 Circa ſecundã verò huius ſectionis partẽ, dico, quòd modus nominandi talem Syndicũ, poteſt eſſe duplex. Primo modo poſſunt Prælati, vel quibus ipſi cõmiſerint, aſſignare, ſeu nominare Syndicum ſine Notario, ſine teſtibus, & ſine alia quidẽ ſolemnitate iuris, ſola nominatione vocali quia ſic Papa concedit. Poteſt etiã ſecundò modo ſupradicta nominatio fieri, ſcilicet, iuridicè; vt ſic cõſtare poſsit in iudicio, ſi oportuerit: ideò poſſunt prædicti Prælati, ſeu alij, quibus ipſi commiſerint, congregatis Fratribus, petere conſiliũ eorum, & poſtea ipſi poſſunt ſuã denominationem Syndici facere coram Notario, & Teſtibus: faciatque Notarius ſuum inſtrumentum, ſeu principium & finem, & ſignum ſuũ aſſuetum cum teſtibus, &c. Vide ad hoc Cord. *dict. q. 16. pun. 1. §. 4. Notandum.* Rod. *dict. q. 39. art. 1. circa finem.*

Non dicant conſtituimus Syndicũ.

6 Attendant tamen, quòd non dicant: *Conſtituo, ſeu cõſtituimus talẽ Syndicũ: neque damus ei authoritatẽ ad hoc, vel illud &c.* Neq; permittãt, quòd ſic ſcribat Notarius, ſed dicant: *Nomino, vel aſſigno, ſeu nominamus, vel aſſignam⁹ talẽ perſonã in præſentia Patrũ vel Capituli, vt poſsit in neceſſitatibus occurrentibus fatiri authoritate Apoſtoli-*

Digitized by Google

ea omnia, quæ in Bulla infra ſcripta continentur, & prout ipſa Bulla diſponit, quæ eſt ſequentis tenoris: Martinus Epiſcopus &c. (Quam invenies in lib. Firmam. triũ Ord. parte 2. tract. 2. fol. 12.) Ita ſpeculum Fratrum Minorũ, Collector comp. tit. *Procurator.* Polit. vbi ſupra.

7 Rurſus licèt Cord. vbi ſupra num. 5. relatus affirmet, quòd nullam culpā incurrunt Fratres, etſi dicant: *Conſtituimus*, ſi intendant, ſimpliciter loquendo, facere tantum id, quod debite poſſunt, & nihil aliud, & hoc probabile ſit; probabilius tamen, ac ſecurius iudico conſilium Speculi, Idcircò illi omnino ſtandum eſt. Tales igitur Syndici ſic nominati ſtant authoritate Papæ, & Eccleſiæ Romanæ ad faciendum ea omnia, quæ in ſequentibus Sectionibus dicetur.

SECTIO III.

Quot Syndici eſſe poſſunt in vno Conventu?

Duo Syndici pro vno Conventu.

1 CIrca præſentem difficultatẽ videatur Corduba *in cap. 4. Regulæ q. 16. pun. 1. §. Tertiò notandum.* Et tu breuiter dic, quòd non vnus tantũ, ſed etiam duo pro quolibet Conventu regulariter poterunt Syndici nominari: nam etſi plures duobus (ſecundũ aliquos Authores) nominare non inconveniat: duo tantum, & non plures priuilegio Syndicatus ad audienda divina tempore interdicti poterunt gaudere, vt ex literis Pontificum, circa Syndicũ nominandum, videri poteſt, & notarunt Cord. & Polit.

2 Adverte tamẽ cum Corduba, quòd ad recipiendum omnes pecunias nomine Papæ ſecundum conſtit. Martini 5. *Poteſt haberi vnus Syndicus pro quolibet Conventu, ſed forte* (ait) *etiam poſſunt eſſe duo.* Hæc Cord.

3 Circa privilegia, tam Pontificia, quàm Regalia Syndicis conceſſa, videatur Rod. *tom. 3. qq. Reg. q. 38. art. 1. 3. & 4.* & Hieronimus Rod. *Reſolutione 119. n. 5. & 7.*

SECTIO IIII.

Ad quid prodeſt Syndicus? Et quæ facere poſſit?

1 REſpondeo, quòd munus illius eſt, authoritate Papæ, & Romanæ Eccleſiæ exequi, quæ ipſi ex Bullis Syndicatus cõceduntur pro Fratrum vtilitate, vt liquet ex Bullis Innocentij 4. Nicolai, & Martini etiam 4. Martini 5. & Eugenij 4. Pij, & Pauli etiã 4. Quas referunt Monumenta

Ord.

Digitized by Google

Ord. *in 1. impr. fol. 29. 4. & 40. & in 2. fol. 38. 113. & 119* Emman. Rod. *tom. 3. qq. Reg. q. 39. art. 1. & 4.* & in Bullario *in impreſs. Antuerpiæ ann.* 1623. ſub Innocentio 4. *Bulla 6 fol. 13.* & ſub Marti. 4. *Bull. 1. fol. 39.* & & Firmam. trium Ord. *ſecundæ partis, tract. 1. fol. 27. 48. & 49. & in tract. 2 fol. 11. & 12.* Et ſic poteſt generaliter valere, habetq; authoritatem Apoſtolicam ad quinq; actus. Ita Cord. *in expoſitione Regulæ cap. 4. q. 16. pun. 2.* & in Repetitione de Syndico, *etiā pun 2.* Polit. in *cap. 4. n. 48.* Ximen. *n. 101. & 102.* Miranda in *prima impr. cap. 76. & in ſecunda cap. 55.* & communiter.

Habet Syndicus authoritatē ad 5. actus.

1. Actus ad recipiēdū res mobiles, & immobiles.

2 Primus actus eſt ad recipiendum (ſcilicet ciuiliter, aut iuridicè) nomine Papæ, ſeu Eccleſiæ Romanæ res omnes mobiles, ſeu immobiles, oblatas, donatas, conceſſas, aut in vltima voluntate relictas, modo congruo & licito ipſis Fratribus. Ita Summi Pont. n. 11 relati. Et concordat Nicol. 3. cùm huiuſmodi rerum recipiat in ſe dominium. *Cap. Exijt art. 3. §. Ad hæc cùm Fratres.* Et *art. 5. §. Ad hæc, quia Fratribus.*

2. Ad vēdendum, &c.

3 Secundus actus eſt ad vēdendum cōmutandum, diſtrahendum, & alienandum res omnes pertinentes ad dominiū Papæ, vel Eccleſ. Rom. quibus Fratres vti poſſunt, & ad recipiendum, & expendēdum pretium earum in vtilitatem Fratrum, eis ſecundum Reg. congruētium. Ita ſupra dicti Sum. Pontif. & expreſsè Nicol. 3. (cum eis) cap. *Exijt §. Ad hæc quia Fratribus art. 6. de commutatione rerum mobilium.* verſ. *Si verò res*, ibi: *Si verò res huiuſmodi æſtimato pretio vendi contingat: ordinamus, & volumus, quòd talis pecunia, vel pretium, recipiatur, & expendatur in rem licitam, cuius vſum Fratribus licet habere, per Procuratorem à præfacta Sede deputandum, &c.* Hæc ibi.

3. Ad recipiendū eleemoſynas omnes teſtamentorū.

4 Tertius actus eſt, ad recipiendum nomine Papæ, vel ſanctæ Sedis, & iudicialiter repetendum eleemoſynas omnes, etiam pecuniarias, relictas in Teſtamento, ſeu legatas, modo licito, & congruo Fratribus. Ita citati Pontifices, & Authores n. 1, & concordat Nicol. 3. dict. cap. *Exijt art. 5. dict. § Ad hæc quia Fratribus* verſ. *Si verò modū*: vbi poſtquam declarat, quòd legatum pecuniæ, pro Fratrum neceſſitatibus expendendæ, vel domus, agri, vineæ, & ſimilium ad hoc, quod per perſonas idoneas diſtrahantur, licet Fratribus recipere, ſubiūxit; *Ad qua* lega-

legata ſolvenda, tam hæredes teſtatorum, quàm executores ſe liberales exibeant, & etiam Prælati, & ſæculares, quibus de iure, vel conſuetudine prouiſio iſta competeret, cum expedierit, ſe ex officio ſuo promptos exhibeant ad pias voluntates decedentiũ ad implendas. Nam & nos, (nota) *etiam per modos licitos, & Fratrum Regulæ congruos, intendimus providere, quòd hæredum cupiditas legitimis iſtibus feriatur, ne pia defunctorum deſtituatur intentio, ac ipſi Fratres pauperes opportunis auxilijs non fraudentur.* Hæc Nicol.3.

4. Ad experiendũ in iudicio.

5 Quartus actus eſt, ad experiendum in iudicio, ſeu extra, authoritate Apoſtolica in omnibus cauſis, litigijs, & actionibus, & pro omnibus rebus, & locis ad ipſam Romanam Eccleſiam ſpectantibus, & ipſorum Fratrum vſui conceſſis, ſeu concedendis. Necnon pro omnibus iniurijs, & violentijs ipſis Fratribus factis: & pro immunitatibus, libertatibus,
7 privilegijs &c. Ita Pontifices num.1.relati. Videatur Cord. *in cap.4.q.16.pun.2. circa finem.*

5. Ad recipiendas omnes eleemoſynas pecunia, &c.

6 Quintus actus eſt, ad recipiendum nomine Eccleſiæ Romanæ omnes eleemoſynas pecuniarias quaſcumque, & quomodocumque provenientes, ſive oblatę liberaliter ſint, vel gratuitæ, ſive pro Miſſis, & divinis officijs, de quibus Dantes, vel offerentes non reſervarunt ſibi dominium: quia pecunia ſimili modo data, oblata, vel conceſſa, etiamſi liberaliter, & gratuitò detur, offeratur, vel concedatur, tranſit in dominium Domini Papæ, vel Romanæ Eccleſiæ, vt infra Contr.15. ſect.2. latiùs dicitur.

7 Ad hunc quintum actum Syndicũ inſtituerunt pro Fratribus Minoribus Martin.5. in *ſuis Conſtit. cap.4. & 5. Nicol.4. in Bulla Reducentes* (& iterum in alia, quæ incipit etiã *Reducentes*) vt infra latiùs *Controv.15. ſect.2. num.11. & 12.* Eugenius 4. *in Bull. Proviſionis noſtræ*, Alexand. *6. in Bull. Vberes fructus.* Et Clemen.7. *in Bull. Exponi nobis*, eiuſmodi inſtitutionẽ approbarunt. Rurſus ad hunc actum etiam Syndicum expreſſè inſtituerunt Paulus 4. *in Bull. Ex Clementi.* Et Pius 4. etiam *in Bull. Ex Clementi*, vt hæc omnia conſtant infra in ijs, quæ dicuntur *Contr. 15. ſect.2. à n.13. vſque ad 19.*

(✝)

SECTIO V.

An poſsit Syndicus exigere in iudicio, quæ pro ſepulturis, Miſsis, exequis defunctorum, ſermonibus, &c. Fratribus relinquuntur, vel donantur abſque Regula diſpenſatione?

1 RESpondeo affirmatiuè. Ratio eſt clara, quia eiuſmodi pecuniæ Mart. 5. & ſex alij Pontifices ſect. 4. præcedenti num. 7. relati, dominium in ſe receperunt; vt liquet ex ipſorum diplomatibus, quorum verba infra *Controv. 15. ſect. 2. & 3.* referre intendo. Ergo Syndicus Papæ poteſt in iudicio petere, quæ eiuſdē dominij Domini Papæ ſunt. Nec in hoc aliquā iacturam puritas Regulæ, aut votum paupertatis patiuntur, vt expreſsè dicti Sum. Pont. determinatè declarant, vt videbimus infra. Ergo.

2 Advertendum tamē eſt, quòd Fratres in huiuſmodi pecunijs nullum ius habent, neque ad illas actionem aliquam, aut proſecutionem, neque in iudicio, neque extra: horum enim omnium, & ſimilium ex vi Regulæ ſunt omnino incapaces, vt infra *Controver. 16. 17. & 18.* amplius dicam.

3 Rurſus advertēdum eſt, quòd in hoc recurſu obſeruandæ ſunt omnes conditiones, modi, & cautelæ, quæ ſupponuntur in alijs recurſibus ad pecuniam, vtpotè, quod non, niſi pro vera neceſsitate, fiat, præſenti, vel imminenti, & ſub conditionibus alijs ſupra *Controverſia 13.* examinatis. Ibi videantur.

CONTROV. XV.

De Syndicis quoad eorum recurſum pro quinto actu à Martino 5. & alijs Summ. Pontific. inſtituto.

CIrca hunc quintum actum à Martino quinto inſtitutum, multæ, & æquè, quàm graues difficultates inſurgunt: & ideo, vt plenius intellectus aſſequatur, claritatis gratia, ad quintuplicem Sectionem enodandam reducentur.

(✝.)

SECTIO I.

An dominium pecuniæ Fratribus gratuitò, vel liberaliter oblatæ, vel donatæ (quando Dator, vel Concedens in ſe illud retinere non vult) ſit, vel poſſit eſſe Domini Papæ, vel Eccleſiæ Romanæ abſque relaxatione, vel diſpenſatione noſtra Evangelicæ Regulæ?

Pecunia onerosa. 1 PRo clara intelligentia tituli Sectionis nota primò, quòd Pecunia, ſeu denarij (idem enim ſunt in Regula, vt latè dixi Cõtrov. 12.) dupliciter nobis offerri, vel donari poſſunt, vel cum aliquo onere, ſeu obligatione ex parte noſtra, nimirum, propter aliquem laborem corporalem à nobis prçſtandum, vtpotè, pro libris ſcribendis, pro caniſtrijs ſeu fiſcellis faciẽdis, pro picturis, &c. Vel propter aliquam recompenſationem, v.g. pro habitibus ad induẽdos defunctos, vel propter exercitia ſpiritualia, vtpotè, pro Miſsis, mortuorum humatione, pro concionibus, &c. Hæc vocatur communiter ab Expoſitoribus *Pecunia onerosa.*

Pecunia gratuita. 2 Vel ſecundò offertur, vel donatur pecunia, nõ propter opus aliquod, vel exercitium, ſeu obligationem, vel recompenſationem, ſed omnino gratis, & liberaliter, & merè propter Deũ, v.g. Franciſcus dat, vel offert Fratri Minori duos, vel tres aureos, vt inde per perſonas idoneas emat librũ, vel ſandalia: & hoc abſque vlla obligatione, ſeu recõpẽſatione, ſed merè liberaliter, & gratioſè. Eiuſmodi Pecunia dicitur gratuita.

3 Nota ſecundò, quòd ſimiliter in Teſtamento poteſt nobis legari, vel relinqui pecunia aliqua, vel cum onere, propter aliquem laborem corporalem, vel aliquam recompenſationem, aut pro ſtipendio Miſſarum, concionũ, &c. vel ſecundo modo liberaliter & gratuitò. Pecunia primo modo legata dicitur onerosa: ſecundò modo gratuita, vt dictum eſt.

4 Nota tertiò, quòd dominium pecuniç oneroſæ, tam in Teſtamento legatæ, quàm extra Teſtamentum datæ, vel exhibitæ, pertinet ad Papam, ſeu Sanctam Sedem, etiam ſecundum declarationẽ Nic. 3. & Clem. 5. *Ratio* eſt clara: quia huiuſmodi pecunia debetur Fratribus, etſi non iure civili, benè verò iure naturali. Eo enim ipſo, quo Fratres faciunt picturam, prædicant, celebrant, &c. illis iure naturali i de- *Dominus Pecuniæ onerosæ Papa.*

debetur pecunia illa, (vel quęcumque alia merces) quæ alteri, idem opus, vel exercitium facienti deberetur. Atque ita hæres teſtatoris legantis, vel ipſe Cōcedens (velint nolint) iure naturali tenentur illam pecuniam ſolvere. Ergo iam non habent amplius illius dominium. Vnde neceſſariò debet tranſire ad dominium Papæ: *Cum ſit Pater univerſalis pauperum, & Fratrū Minorum nihilominus ſpecialis*, (verba ſunt Nic.3. cap. *Exijt art.3.§. Ad hæc cum Fratres*) *ne huiuſmodi rei ſub incerto videatur eſſe dominiū*. Et Fratres Minores (ac etiam Dans, vel hæres teſtatoris) ſint dictæ pecuniæ dominij incapaces. Ita docent S. Bonav. hic in Reſponſ. ad 3. obiectionem circ. fin. Cord. in cap.6.q.2.pun.2. Navarr. in margi. ibid. Author Manualis *cap.* 15. *n.*122. Polítius in *cap.4.* R*egulæ*, hi duo citati à Ximenez ibid. n. 116. idem Ximen. *n.* 124. Mirand. *cap.*75. & in *ſecunda impr. c.* 54. Herrer. *cap.5. ſuæ expoſ.* § *4.* & *5.* Eruditè quidē. Martin à S. Ioſ. *in 2. impr. cap.* 10. *num.16.* & 30. March. *in c. 5. Reg. tex.4.q.1. dub.1.* & omnes communiter. Ad quā pecuniam nō poſſunt Fratres recurrere niſi ſervatis modis, & cauſis poſitis à Nicol. 3. §. *Cæterum*, vt rectè Cord. *cap. 4. q.8.* & *c.5.q.3.* & omnes Expoſitores.

5 At verò circa dominium pecuniæ gratuitæ diſtingunt Expoſitores. Aut enim nobis in Teſtamēto legatur: & tunc dominiū huiuſmodi pecuniæ pertinet ad Papā, vel ad Sanctā Sedem, cum pura obſervantia Regulę, etiā ſecundū declarationes Nicol.3. & Clem.5. Sic Cord. *cap. 4. q. 16. pun. 3. §. Item quoad tertiū actū* Et clarius, ac melius in Repetitione de Syndico. *Punct. etiam 3.* Polit. *cap.4.n.*50. & *51.* Ximenez *n.* 124. *fol. mihi 373.*

6 Aut huiuſmodi pecunia gratuita extra Teſtam. offertur, ſeu donatur. In hoc caſu eſt bipartita opinio. Prima mordicùs defendit, dominium eiuſmodi pecuniæ nobis gratuitò oblatæ, vel donatę ſemper penes Dantem remanere, cum libera poteſtate eam ſibi quandocūq; revocādi, quouſque in rem deputatā Fratribus fuerit expenſa: & minimè ſpectare ad Papam, vel Sanctā Sedem (etiamſi Dans velit dictū dominium derelinquere) abſque noſtræ Regulæ manifeſta diſpenſatione, ac etiam relaxatione. Tenuit quōdā Cordub. in expoſitione (ſeu Medulla) Reg. *cap.4.q.16.pun.4 §. Tertio ſunt diſpenſati* (ſed in quadā ſingulari quæſtione, quam poſtmodum fecit: &

Re

Repetitio de Syndico ab eo eſt intitulata, Compluti impreſſa ann. Domini 1577. eodem 4. puncto mutavit ſententiam) Author Manipuli Fratrũ Minorum *parte 2. cap. 19. n. 12. Condit. 6. fol. 145. col. 2.* Sanchez Rom. in *cap. 6. Reg. fol.* 204. Siguez. in *cap. 4. tex. 3. § 1. fol. 151. & 152.* Ximen. ibid. *n. 124.* March *tex. 2. q. 3. Not. 1. & ibid. tit. 5. q. 1. & alij.* Tenuit etiã Martin. à S. Ioſ. in *Expoſit. Reg. in prima impreſ. c. 11. à num. 9. vſque ad 12.* Acriter quidem. (qui in *2. impr. cap. etiam 11. n. 12. circ. fin.* expreſsè ſe retractat.)

7 Probant dicti Auctores ſuam ſententiã: quia ſic declaravit Nic. 3. §. *Caterũ.* verſ. *Quo caſu*, dicens, quòd huiuſmodi pecuniæ dominium remaneat ſemper penes Dantem cum libera poteſtate ſibi revocandi, quouſque in Fratrum neceſsitates ſit expenſa. Ergo, &c.

8 Secunda ſentẽtia docet, dominium eiuſmodi pecuniæ gratuitæ, ſeu liberaliter oblatę, quando Cõcedens illius ſibi non reſervat dominiũ, vel illud non vult in ſe retinere, tranſire ad Papam, vel Sedem Apoſt. & iam ad Dantem minimè pertinere: & hoc abſque vlla diſpenſatione Regulæ, vel relaxatione.

9 Hanc ſententiam docuerunt multi ex antiquis Patribus noſtris B. P. N. Franciſco coævis, quos tacito nomine refert Vener. Hugo in *cap. 4. Reg. q. 3. poſt med.* Ven. Ioan. Pecham in *cap. 1. Reg. Reſponſione ad 5.* (& habetur in *Firmam. Trium Ord. 4. par. fol. 96.*) Piſa in *cap. 4. Regula dub. 5.* Serena conſcientia *q.* 53. Cord. in *Repetitione de Syndico per totam.* Emman. Rod. *tom. 3. qq. Reg. q. 39. ar. 4. §. Ex quibus ſequitur.* Ovand. *4. ſent. in Addit. ad diſt. 38. de voto Propoſitione 36.* Alaua in *Doctrin. Satisfact. pun. 3. cap. 20. fol. 271.* Mirãda in *prima Reg. impr. c. 77. fin. & cap. 79. per totum. & in 2. cap. 55. & 57.* Siguenz. in *cap. 4. Reg. §. 30. fin.* (ſi attẽtè legatur) *fol. 138. col. 2.* Ioan. à Plagis in *Apologet. de Syndico.* Portel. in *Dub. Reg. verbo Syndicus, num. 5.* Hieronimus Rod. *Reſolutione 118. n. 4.* Ioanetin. *in Defenſione Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ concl. 3.* Bañez *2. 2. q. 62. in principio tit. de Dominio q. 1. dub. 1. in primo Coroll. ex 4. concluſione deducto*, & alij, quos citat, & ſequitur Thom. Sanch. *lib. 7. Operis moralis capit. 18. numero 12. & 14.* Eamque approbant, vt literæ, ac puritati Regulæ conformem ſtatuta Generalia Tolet. an. 1583.

Ro-

Digitized by Google

Roman. an. 1600. & Barchin. Segoviæ recognita ann. 1621. *cap. 3. de Obſervātia paupertatis, tit. de Pecunia num. 6. & tit. de Syndico num. 4.* Quę ſententia mihi omnino vera videtur.

10 Sit concluſio: Pecunia liberaliter oblata, vel gratuitò conceſſa (modo dicto ſupra num. 8. in 2 ſententia) pertinet ad Papā, vel ad Sanctam Sedem, abſque vlla Regulæ diſpenſatione, ſeu relaxatione. Probatur primò, authoritate Vener. Hugonis, qui *cap. 4. in Reg. q. 3. poſt med.* referens placitum multorum antiquorum Patrum, ita inter alia ſcribit: *Pecunia Fratribus nō confertur propriè, ſed offertur, & oblata priusquam fuerit in eorum neceſſitates conuerſa, repeti poteſt.. Quandiù enim pecunia eſt, Fratrum nō eſt, ſed Dominus ipſe per ſe, vel per alios vicem eius agentes, quantalibet ſibi pluralitate ſuccedant, poſſidet eam ſemper: nam ſemper is poſſidet, cuius nomine poſſidetur. Nec extra manum eſt Domini, quòd eius Nūcius, ſeu Depoſitarius adhuc tenet, &c.* Et paucis interiectis: *Quòd ſi Dator pecunia nullum dominiū vult deinceps ad ſe pertinere, cum nec Fratrum, nec Depoſitarij poſſit eſſe, ad Sedem Apoſt. vt quidā volunt* (nota) *ſicut, & aliæ oblata Ordini eleemoſynæ, pertinebit. Idem pari ſentiunt ratione de pecunia ex legato, &c.* Hæc Hugo expreſsè cum alijs approbans noſtram concluſionem.

Dominiū Pecuniæ gratuitæ pertinet ad Papā.

11 Secundò probatur cōcluſio, authoritate Venerab. Ioan. Pecham Archiep. Cantuar. ſcientia, & doctrina clari, virtute celebris, miraculis illuſtris, ac demum digni Socij, & diſcipuli S. Bonauenturæ, qui in *cap. 1. ſupra Regula Reſponſione ad 5.* ita ſcribit: *Siue igitur Dominus pecuniæ apud ſe pecuniam recondat, ſiue alteri miniſtrandam committat, & iterum ille de beneplacito Domini, alteri decies, ſi volueris alterato, ſemper debetur Domino, ſi repetat, à cuius dominio nunquam elongatur, &c.* Et paucis interiectis: *Quòd ſi omnino intendat Dator à ſe pecuniam elongare, ſciat, eam in Curia Romana redigi poteſtatē. Authoritas igitur Apoſtolica ſententiæ, cuilibet debet ſatisfacere conſcientiæ.* Hæc ille. Quid clarius pro noſtra ſententia.

12 Quibus (paucis interpoſitis) addit quædam verba, ſanè pro noſtra ſententia, aurea, & notatu digniſsima (quæ vtinam locum, & ſedem haberent in corde, & memoria omnium illorum, qui affirmant,

Papã minimè poſſe, abſq; relaxatione Regulę, & diſpẽſatione voti paupertatis, recipere in ſe dominiũ pecuniæ gratuitæ, quãdo Dator vult à ſe illud elongare.) Verba igitur ſunt: *Hanc Regulã profeſsi ſunt, in ea mortui ſunt, qui hunc viuẽdi modum tenuerunt, homines tam acutiſsimarũ, quàm ſanctiſsimarũ mentium, quorum adhuc (omnipotenti Deo gratias) reſtant veſtigia: cui nati ſunt Filÿ pro Patribus. Quòd ſi error eſſet, indubitanter aliquid fuiſſet ab acutiſsimis, & literatiſsimis inveſtigatũ, aut ſanctiſsimis revelatũ. Ceſſent ergo æmuli ab horũ calcaneis vita, & ſcientia longe diſtantes ſupra ſe ambulare, & deſinãt præſumptuoſiſsime murmurare, quæ neſciunt, temerè arguendo.* Hęc Ven. Pecham.

13 Conſidera ergo, Frater Minor, & attende ſupradicta verba, etſi aliquid in eis, quod ad te pertinuerit, inveneris, tolle quod tuum eſt, & vade: *Et oculus tuus nequã non ſit, quia Summ. Pont. Bonus eſt.*

14 Tertiò probatur ex Generalibus Statutis Segobienſibus cap.3. vbi tit. de pecunia num.6. expreſſè habetur: *Pecunia non alibi, quàm apud Syndicũ ponatur, vt expẽdatur nomine Dantis, vel nomine Sanctæ Sedis, ad quam dominiũ pecuniæ licito nomine oblatæ pro Fratrũ neceſsitatibus ſpectare, iuxta decreta Apoſtolica Martini 5. & Pij 4.* (adde tu, & etiã Pauli 4.) *declaramus.* Hæc ibi, & ibid. tit. de Syndico n.4. *Et quia iuxta Regulã, & eius Apoſtolicas declarationes eleemoſyna pecuniaria quomodolibet oblata pro neceſsitatibus, ſiue communibus, ſiue particularibus non poteſt, niſi apud Syndicũ, ſiue eius Subſtitutum deponi.* Vide in *ſect.4. n.13.*

15 Quartò probatur ratione: quia quando tale dominiũ remanet apud Dantẽ, nihil cõtra Regulã fit. Ergo neq; quãdo Papa illud recipit in ſe, ſi Dator pecuniæ illo ſe privat, aut privare vult. Patet, quia Dans, (Frãciſcus, v.g.) vel poteſt a ſe abdicare dominiũ huiuſmodi pecuniæ, & transferre in Papã, abſq; relaxatione Regulæ, vel nõ: Si primũ, habeo intentũ. Si nõ poteſt. Vel primò, quia Papa non vult illud recipere. Vel ſecundò, quia ex iure non poteſt recipere: Sed vtrumq; eſt falſum; quia Papa vult, & nullus potiori iure poteſt. Ergo.

16 Et confirmatur: quia Dans, poteſt cuilibet ſæculari concedere ſuæ pecuniæ dominium, & quilibet ſęcularis poteſt admittere huiuſmodi dominium, à Dante, abſque Regulæ relaxatione, vt cõpertum

V eſt.

eſt. Ergo multo melius Papa, maximè, quia ex huiuſmodi dominij translatione, vel receptione, nullum ius, propietas, aut dominium acquiruntur Fratribus in illa pecunia: quia acquiritur Papę. Neq; Fratres propter hoc recipiunt pecuniam per ſe: cum Papa recipiat: neq; quia ponitur in Syndico Papę recipiunt per interpoſitã perſonã: cum Syndicus ſit Subſtitutus veri illius pecunię Domini, qui eſt Papa: neq; etiã aliquã adminiſtrationem, aut diſpenſationem; quia Syndicus nomine Papę huiuſmodi pecuniam diſpenſat, adminiſtrat, &c. Ergo.

17 Ad fundamentum contrariæ ſententiæ. Reſpondeo, verum eſſe Dominum Papam Nic. 3. determinaſſe, quod *dominium pecuniæ liberaliter conceſſæ ſemper plenè, & liberè remaneret penès Dantem, &c.* Sed hoc intelligendũ eſt, quãdo Dans illã pecuniã, non vult à ſe eius dominiũ abdicare. Quòd ſi illo ſe privare vult, & transferre in Papã, nũquam declaravit Nicol. 3. quòd huiuſmodi translatio, & receptio, non poterant fieri, abſque Regulæ relaxatione, aut diſpenſatione.

18 Rurſus, ſic determinavit Nic. 3. quia huiuſmodi pecunię dominiũ noluit in ſe recipere, nõ verò quia ſi voluiſſet, nõ potuiſſet abſq; vlla Regulę diſpenſatione, vt infra ſect. 3. amplius patebit.

19 Nec potuit ligare Nic. 3. manus ſuorũ Succeſſorum Pontificũ, nec illorũ authoritati terminũ ponere, quin huiuſmodi dominiũ in ſe, ſi vellent, reciperent: nec à longe autumavit. Nec ex hoc Regula diſpenſatur. Quod, vt liquidò conſtet.

SECTIO II.

An Summi Pont. Nic. 3. Succeſſores poſſint ſibi, & Eccleſiæ Romanæ applicare dominium pecuniæ gratuitæ, vel liberaliter cõceſſæ abſq; Regulæ diſpenſatione?

1 PRo pleniori huius ſectionis intelligẽtia nota primò, quòd Summi Pont. non eodẽ modo, ſed valde diverſo applicarũt ſibi dominiũ rerũ, quæ nobis Fratribus Minorib⁹ offerũtur, vel donãtur. Primo enim Gregorius 9. B. P. N. F. coævus, illique amicitia coniũctiſsimus, recepit in ſe dominiũ rerũ mobiliũ tantũ, quarũ vſum Fratrib⁹ licet habere, determinãdo, & expreſsè declarãdo, quòd rerũ immobiliũ (etiã quarũ vſum nobis licet habere) vtpotè domorũ, & locorũ, remaneat ſemper apud Dãtes, vt liquet ex ſua Declaratione, *Quo elongati art.* 4. invenies dictam declarationem *tom.* 1. *An-*

Greg. 9. recipit dominiũ rerum mobiliũ tantum.

Annal. Min. ann. 1230. *n.* 14 Et in Firmam. 4. *p. à fol.* 2. & & in Monum. *tract.* 3.

2 Et eſt cõſideratione dignum, quòd Gregorius 9. dominium pecuniæ gratuitæ, ita à ſe alienũ voluit habere, quòd nõ modò illius, vſque dum expẽderetur in neceſsitates Fratrum, voluit in ſe recipere, verùm nec rei inde emptæ: ſed ordinavit, quòd etiã res, ex pecunia gratuita empta, ſemper remaneret penes Dantẽ, donec ipſamet res empta, ex pecunia liberaliter oblata, fuiſſet conſumpta, vt aperte fatetur Ven. Ioan. Pecham in *cap.* 1. *Reg. Reſp. ad* 5. *Semper pecunia Domino debetur, ſi repetat, à cuius dominio nunquam elongatur, donec, vt dictũ eſt, in neceſsitates ipſa ſit expẽſa, & res, quæ inde emitur, ſit cõſumpta: vnde benè dicit Regulæ Declarator, &c.* Hæc Pechã. Et quòd ſit Dñs Greg. 9. hic Pontifex, liquet ex 2. *tom. Ann. Min. ann.* 1279. *num.* 23. *fol.* 472.

3 Rurſus eſt cõſideratione dignũ, quòd Dominus Greg. 9. habuit cum S.P.N.F. longã familiaritatẽ: vnde plenius novit intentionẽ S.P.N.F. calluitque purã Regulæ intelligentiã, quibus motus eam Apoſtolica authoritate declaravit, vt ipſemet palã fatetur in ſua declaratione. *Quo elongati* in principio: *Et cùm ex longa* (inquit) *familiaritate, quam idẽ Confeſſor Nobiſcũ habuit, plenius noverimus intentionẽ ipſius, & in cõdendo prædictã Regulã, & obtinẽdo confirmationem ipſius per Sedẽ Apoſtolicam ſibi aſtiterimus, dum adhuc eſſemus in minori officio conſtituti, &c.* Vide ibi.

4 Nota ſecundò, quòd Innocentius 4. immediatus Succeſſor Greg. 9. *ann.* 1246. aliam fecit noſtræ Regulæ declarationẽ, quæ incipit: *Ordinẽ veſtrum* (& habetur in Firmam. 4. *p. f. l.* 3. & in Monum. *tract.* 2. *fol.* 3.) in qua primo recipit in ſe dominiũ rerũ immobiliũ, vtpotè locorũ, & domorũ. Secundò, illarũ rerũ mobilium, quarũ vſum Fratribus licet habere, vt liquet ibidẽ art. 5. Cui immediatè ſucceſsit Alexã. 4. qui an. 1257. (vt habet Auctor Ann. Min. tom. 2. ad hunc an. n. 26.) edidit etiã quandã ſuper Reg. declarationẽ eiuſdẽ tenoris cum illa Innoc. 4. vt habetur in Firmam *p.* 4. *fol.* 4. *col.* 3. & refertur *in* 2. *to Ann. Min. in Regeſto Põtificio, fol. mihi* 48. Moti fuerunt hi duo Põtifices ad declarandã denuò Regulam, eo quòd vterq; iudicavit, declarationem Gregor. 9. in aliquibus ſemiplenam eſſe, & obſcuram, vt patet in Procœmio ſuarum declarationum. Quibus accedit *Innoc. 4. recipit dominium, immobilium.*

dit Nicol. 3. in ſua declaratione *Exijt art.* 1. §. *In primis quia*, adiuit quę ibidem: *Etiam inſufficientem eſſe*.

5 Nota tertiò, quòd prædicta Innocentij 4 declaratio in Ordine fuit ſuſpenſa. Primò in Capitulo Gen. Metēſi *ann.* 1249. ſub Miniſtro Gener. B. Ioan. Parmenſ. vt expreſsè habetur in *Chron. Ord.* 2. *p. lib.* 1. *cap.* 43. & iterum in Capitulo Gen. Narbon. *ann.* 1260. ſub S. Bonav. Gener. Miniſtro, in quo fuit ordinatū, *quòd declaratio Domini Inn. Papæ* 4. *maneat ſuſpenſa, ſicut in Capitulo Metenſi, & præceptum eſt omnibus, nequis vtatur ea, in ijs, in quibus expoſitioni Domini Greg.* 9. *contradicit.* Ita Firmam. trium Ord. *p.* 1. *fol.* 25. *col.* 1. & *fol.* 29. *ſub* 9. *Gener. Vi col.* 1. Et Monum. Ord. *tract.* 3. *in Memor. ſub* 8. *Gener. fol. mihi* 2?9. *col.* 2.

6 Nota 4. quod Dñs. Nic. 3. in ſua declaratione *Exijt qui ſeminat*, (quæ habetur in 6. de *Verborū ſignific.*) recipit in ſe dominiū omniū vtēſiliū, & librorū, & eorū mobilium, quibus vti licet, ſicuti antea fecerat Innocētius 4. vt patet expreſsè ibid. *art.* 2. §. *Ad hæc cū Fratres*. At immobiliū, vtpotè locorū, vel emptorum, vel oblatorū, &c. recepit dominium, nō ſemper, ſed quando ipſi Dātes, vel talia loca Cōcedentes, nihil ſibi in oblatione reſeruarūt, vel ipſi aliud non expreſſerunt. Vel ſi offerētes aliud expreſſerunt, vel ſibi dominium reſeruare voluerunt, quoad domos, & loca habitationis Fratrū: noluit tunc locorum huiuſmodi recipere dominiū. Tamen Eccleſiæ, oratoriorū, & Cæmiterij dominium Pontifex in ſe aſſumit & proprietatē, non obſtāte hac expreſsione, ſeu Donantiū in contrariū voluntate, vt liquet expreſsè *dict.* §. *Ad hæc*, verſ. *Loca verò*.

7 Rurſus ipſe Dominus Nic. 3. etiā recepit in ſe dominium rei, cuius vſus in Regula Fratribus prohibetur, vt pecuniæ, quę reſultat ex rebus, quibus Fratres vtūtur licitè, quādo eis nō vtiles, vēdi cōtingāt. Ita expreſsè *art.* 3. (aliàs 6.) §. *Quia verò libros*, verſ. *Si verò res*. Quod minimè fecit, nec voluit facere Domin⁹ Gregor. 9. vt dictū eſt *n.* 2. Inſuper etiā in aliquo caſu recepit in ſe dominium pecuniæ gratuitæ, vt conſtat *art.* 4. §. *Cæterum*, verſ. *In eo verò caſu*. Si attentè legatur, & latius dicam *ſect.* 3. *à n.* 6. *vſque ad* 10.

8 Nota quintò, quòd Nicol. 4. Martin. 5. Eugenius. 4. Sixtus 4 Alex. 6. Clem. 7. Paulus 4. & Pius 4. ac Domin⁹ Vrbanus 8. receperūt in ſe dominiū pecuniæ gratuitæ, vt mox

latius

Digitized by Google

latius dicemus, vt pura obſervantia Regulæ in ſui vigore obſervetur.

9 His ſuppoſitis, ad Sectionem reſpondeo affirmativè. Sit concluſio: Summi Pontifices, Nicolai 3. Succeſſores, potuerunt, & poſſunt recipere in ſe dominiũ pecuniæ gratuitæ, vel liberaliter conceſſæ, abſque diſpenſatione vlla Regulæ noſtræ, quando Dantes illud volunt à ſe abdicare, vel illo carere. Et ita de facto eiuſmodi dominium receperunt, quàm plures Summi Põtifices: *Vt pura obſervantia Regulæ* (inquiunt) *in ſui vigore obſervetur, & vt Fratres ſecundum modos licitos, & congruos ipſi Ordini, provt eis licet ex Regula, vel declaratione Regulæ, provideãtur*, vt infra patebit.

10 Primus ergo, qui huiuſmodi dominium pecuniæ gratuitæ, aperte in ſe recepit, *fuit Dominus*. Nicol. 4. qui *ſcientiarum altitudine fuit præditus, prudentia floridus, diſcretionis, & conſilij maturitate conſpicuus, meritis, ſanctitateque fæcundus, & dum in minori officio eſſet cõſtitutus, Fr. Hieronimus de Eſculo nuncupatus, Ordinis noſtri Miniſter Generalis S. P. N. Franciſci verus Filius, & obſervantiæ Regulæ ad plenum, & purũ integerrimus Æmulator qui & factus Generalis Miniſter ſanctitate, doctrina, & prudentia ipſum Ordinem rexit, & propagavit, & poſtea creatus fuit Cardinalis, & Epiſcopus Præneſtinus à Domino Nicol. 3.* Hæc, & alia ex S. Antonino 3. parte hiſtoriæ tit. 20. cap. 7. ex Alphonſo Ciaccono in Nicol. 4. & ex Aut. Ann. Min. tom. 2. ad ann. 1288. num. 1. & 7.

11 Nicol. itaque 4. ann. 1288. in Bull. *Reducentes* (quã invenies in 2. tom. Ann. Min. in Regeſto Pontificio ſub Nic. 4. fol. 175. & 176.) recepit in ſe huiuſmodi pecuniæ dominium: vnde alloquens Miniſtrum, & Cuſtodem Provinciæ S. P. N. Franciſci inter alia dicit: *Cùm itaque noſtræ intẽtionis exiſtat, vt omnia, quæ in quibuſcumque pecunijs ſeu monetis in Eccleſia ſiue locis eiſdem,* (*nimirum*, in Eccleſiis B. P. N. Franciſci de Aſsiſio, & Portiunculæ) *à Chriſti fidelibus offeruntur in huiuſmodi conſervationem, ac ſubventionem Fratrũ ad Eccleſias confluentium ſupradictas, & eorum etiam, qui cõmorantur inibi, convertantur: diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta* (nota) *mandamus, quatenus aliquam, vel aliquas perſonas idoneas, & fideles, de qua, vel*

quibus expedire videritis: & quæ de vestro Ordine non exiſtãt nomine Romanæ Eccleſiæ, ac pro ipſa quotiens, & prout expedire putabitis deputare, ac in ipſorum loco aliam, vel alias perſonas de Ordine non exiſtentes eodem, ſicut & quotiens vobis videbitur ſubrogare curetis. Quæ prædicta omnia diligenter cuſtodiant, &c. Hęc Nicol. 4. qui fuit vnus ex duobus noſtri Ordinis Cardinalibus, quibus (& alijs) adhibitis Cõſiliarijs Domin⁹ Nic. 3. ſuper noſtrã Regulã edidit ſuam illã deliberatiſsimã declarationẽ *Exijt qui ſeminat*, vt notat Author Firmam. triũ Ord. 1. *p. in Memorial. Ord. ſub undecimo Gene.* & Author Monum. *trac.* 3. *in Memorial. ſub decimo Gener.* (in quibus eſt error Impreſſorũ, vbi enim legitur, Ioãnes, debet legi Hieronimus) & Author *Ann. Minor. t.* 2. *ad an.* 1276. *n.* 11.

12 Secundus fuit Dominus Martinus 5. an. 1430. in conſtitutionibus, quæ cõmuniter *Martinianæ* nuncupantur, & ab eo approbatæ fuerunt in Bull. quę incipit: *Peruigilis more*, & habetur in Firmam. trium Ord. 2. *p. tract.* 1. *fol.* 32. vbi cap 4. ita dicit: *Quoad quartũ Capitulũ Regulæ, quòd Fratres non recipiãt pecuniã, ſtatuimus, & ordinamus iuxta declarationem Nicol. 3. & Clem. 5. & Mart. 4. quòd quilibet Conventus, ſeu locus habeat ſuum Syndicũ, cui omnis eleemoſyna pecuniaria, & alia, quæ ad pecuniã reduci poſſunt, integraliter aſsignẽtur. Qui eaſdẽ diſpenſare debeant legaliter, & fideliter: ad neceſſitates Fratrum pro tẽpore occurrẽtes, & quòd Fratres nullomodo denarios, vel pecuniã recipiãt, &c. & cap. 5. Merces laborũ, ſi pecuniaria fuerit, per ſolventẽ ſtatim aſsignetur Procuratori Cõvẽt⁹, &c.* Hęc ibi.

13 Tertius fuit Eugenius 4. qui ſupradictas Martini 5. Conſtitutiones, vt literę Regulæ, ac eius puritati conformes approbavit, vt habetur in Apologia defenſoria ſtatus Fratrum Minorũ de obſervantia, & dicemus infra ſect. 5.

14 Quartus fuit Sixtus 4. (qui in minori officio conſtitutus fuit Miniſter Generalis noſtri Ordinis) an. 1471. in Bul. *Dum fructus vberes*. Firm. 2. *p. tract.* 1. *fol.* 65. Et Monum. *tract.* 2. *fol.* 62. in qua inſtitutionem Mart. 4. & 5. de Syndico confirmavit, & licèt ibidẽ cõceſiſſet, quòd Fratres poſsẽt ſuccedere in hæreditatibus, ac ſi in ſæculo eſſent: tamen ann. 1475. & Pont. 4. in Bul. *Licèt Nos dudum* (Firm. 2. *p. tract.* 2. *fol.* 23. Et Monum. *tract.* 2. *fol.* 22.) declaravit, licentiam datam Fratribus Minoribus ad

importunam nonnullorum inſtantiam ſuccedendi in hæreditatibus, nõ intelligi de Fratribus Obſervantiæ. Quibus *in virtute ſanctæ Obedientiæ præcepit, ne quis eorum conceſsione huiuſmodi uti vellet præſumeret quovis prætextu. Quinimo* (ſubdit) *in puritate ſuæ Regulæ, ſicut decet, permaneant, &c.*

15 Quintus fuit Clem. 7. ann. 1523. in Bulla: *Dum fructus vberes*, vbi inter alia motu proprio, *& ex certa ſciẽtia cõfirmat Cõſtitutiones Generales Burgenſes factas an. 1523 & decernit, vult, & mandat, ab omnibus obſervari debere, quandiù per aliud Capitulum Genér. immutata nõ fuerint.* At in ijſdem Conſtitutionibus Burgẽſibus Inſtitutio Syndici ſecundũ Mart. 5. approbata, & refricata eſt, vt videre eſt in Cord. *cap. 4. in Reg. q. 16. pun. 3. circ fin. §. Sed certè fin.*

16 Sextus fuit Paulus 4. *ann. 1551. in Bull. Ex Clem.* in qua expreſsè confirmat inſtitutionem de Syndico, vti Mart. 4. & Mart. 5. & ibid. poſt med. ait: *Ac, vt ipſi Fratres ſecundum modos licitos, & congruos ipſi Ordini, relictis ſibi in Teſtamẽtis, mobilibus, & immobilibus bonis, & alijs etiam pecuniarijs ſibi quomodolibet oblatis, conceſsis, legatis, & donatis pro tẽpore, etiã pro Miſsis, & alijs divinis Officijs, eleemoſynis, & alijs rebus nõ fraudẽtur. Quòd Generalis de per ſe in toto Ordine, & ſinguli Provinciales Miniſtri (in ſuis Provincijs) poſsint nominare ſingulas perſonas, quæ nõ ſint de dicto Ordine Minorũ, &c. quæ res ipſas, & rerũ ipſarũ pretiũ, & prædictas eleemoſynas nomine Romanæ Eccleſiæ recipiant, & recipere poſsint, & debeãt.* Et paucis interiectis: *Nec propter præmiſſa Fratres Minores huiuſmodi contra Regulam S. Frãciſci, quam profeſsi ſunt, & profitentur in futurũ, ſiue contra ſtatuta Regularia ſui Ordinis huiuſmodi, in aliquo facere, nec feciſſe; Imò cum illius obſervatione quoad hoc, & pura, & ſana conſcientia, &c. Decernimus, & declaramus, &c.* Hæc ibi. Notentur illa verba: *Et alijs etiam pecuniarijs ſibi quomodolibet oblatis, conceſsis, legatis, & donatis, etiam pro Miſsis.* In quibus clarè, & expreſsè recipit in ſe Dñs Paulus 4. dominiũ pecuniæ onerosæ ſimul, & gratuitæ, quidquid in contrarium dicat Ximen. (citans Politũ) in *c. 4. Reg. n. 102 fol. 334* Hanc Bullã *require in Bull. Emmã. Rod. Salm. impr. an. 1605 ſub Paulo 4. Bull. 1. à fol.* 840. & in eodẽ Bull. Antuer. *impreſ. ann. 1623 Bull. 1. à fol. 334.*

Digitized by Google

17 Septimus fuit Pius 4. qui ann. 1561. in Bulla, quæ etiam incipit: *Ex Clementi*, in qua facta mentione ſupradictæ Bullæ *Ex Clementi* Pauli 4 ſui Prædeceſſoris, omnia in ea cõtenta expreſsè approbat, & confirmat: necnon & inſtitutionem de Syndico, vti fecerãt ſui Prædeceſſores Martin. 4. & Martin. 5. & Paul. 4. Hanc Bullam require in Bullario Rod. Salm. impr. *ann.* 1605. *ſub Pio 4. Bul. 2. à fol.* 860. & Antuerpiæ *an.* 1623. *Bull. etiam 2. à fol.* 342.

18 Notanter dixi num. præced. *Require in Bullario Emman. &c.* quia in *tom.* 3. *qq. Reg. q.* 39. (quæ eſt de Syndico) *art.* 4. nõ integra ab Emmanuele refertur, ſed truncata: ferè enim dimidia huiuſmodi Bullæ Pauli 4. pars relinquitur, poſt illa, nimirum, verba: *Plenam, generalem, & liberam Martini 4.* vt attentè legenti patebit, vſq; ad illa: *Legitimam, & generalem, ac liberam eiuſdem Pauli 4.*

19 Octavus fuit Clem. 8. qui ann. 1600. die 5. Iunij per ſuas literas approbat, & confirmat Ordinis noſtri ſtatuta in Capitulo Gener. Romæ dict. ann. 1600. celebrato facta, vt liquet ex ipſa tabula Capituli Gener. ac etiam declarat inſtitutionem de Syndico per Martin. 5. & Pium, ſeu Paulum 4. non eſſe Regulæ diſpenſationem.

20 Quod idem fecit nouiſsimè Dominus Vrbanus 8. in Capitulo Gener. Romę celebrato ann. 1625. approbando, & cõfirmando ſtatuta Barchin. Segoviæ recognita, Speciali Bull. quę incipit: *Iniuncti Nobis*, vt patet in ipſa tabula ſupra dicti Capituli Gen. At in dictis ſtatutis denuò approbatur inſtitutio de Syndico ſecundum Martin. 5. vt puritati Regulæ conformis. Ergo.

21 Cæterùm probatur cõcluſio: quia ſi Summi Pontifices (Nicol. 3. Succeſſores) abſque noſtræ Regulę diſpenſatione, ac relaxatione non poſſunt in ſe recipere dominium pecunię gratuitę, quãdo Dans illo ſe privare vult: vel hæc impotentia ſe tenet ex parte Sũmorum Pont. naſciturque, vel ex defectu poteſtatis: quia nimirum non habuerunt, nec habent æqualem, ac tantam, quantam habuit Nicol. 3. & hoc eſt falſiſsimum. (vt habetur *Extra de Elect.* capit. *Innotuit.*)

22 Vel naſcitur ex defectu ſcientiæ: quia ſcilicet non benè informati de noſtra obligatione, vel Nicolai 3. declaratione, id fecerunt, quod minimè facerent, ſi bene cognitam haberent noſtram obligatio-

tionem, & eiuſdem Nicol. 3. declarationem. Et hoc etiam eſt falſum. Quod vt liquidò conſtet, teſtes huius veritatis appello tres Nicolai 3. Succeſſores, (cũ plures potuerim proponere) tum, vt faſtidium legentibus non præbeam: tum etiam, quia *in ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum* 2. *Cor.* 13.

23 Primus teſtis ieſt Dominus Nicol. 4. qui cum eſſet Cardinalis, & Epiſcopus Prænestinus (vnà cum Domino Bentivenga Epiſcopo Albanenſi, ex noſtro etiam Ordine aſſumpto, & alijs doctiſsimis viris) electus fuit Conſiliarius à Domino Nicolao. 3. ad condendum ſuam decretalem *Exijt qui ſeminat*, vt dictum eſt n. 11.

24 Secundus eſt Dominus Mart. 5. qui cap. 1. ſuarum Conſtitution. dicit: *Itẽ quoad votum paupertatis ſtatuimus, & ordinamus illud incõcuſsè tenendum, quòd fœlicis recordationis Nicol. 3. declaravit in ſua Decretali. Extra de Verborum ſignific. Exijt, qui ſeminat lib. 6. à §. Porrò ſucceſsivè, & ſeriatim per ordinem, vſque ad §. Verùm quia expreſsè, & quòd quilibet Cõventus habeat ſuum Procuratorem ſecundum declarationẽ & privilegium Nicol. 3. & Mart. 4. &c.* Hæc ibi.

25 Tertius teſtis ſit Eugenius 4. qui ſupradictas Martini 5. conſtitutiones, tanquã puræ obſervantiæ Regulę cõformes, ac etiam neceſſarias approbavit, & confirmavit loco relato ſupra num. 13. & amplius ſect. 5. dicetur. Omitto Sixtum 4. qui in minori officio conſtitutus, fuit Miniſter Gener. totius Ordinis Noſtri, & plures alios. Conſule ſuperius dicta à num. 11. vſque 21.

26 Vel hæc impoſsibilitas Summ. Pont. ſe tenet ex parte noſtri ſtatus, ita vt ei, & noſtræ Regulæ repugnet, quod tale dominium pecuniæ gratuitæ poſsint aſſumere, quin Regulam relaxent, ac in voto paupertatis diſpenſent. Et hoc etiam eſt falſum, vt liquet ex ipſis decretis Apoſtolicis, & in parte dixi ſupra *numero* 11. *& à num.* 13. *vſque ad* 20. Ergo.

27 Sed contra concluſionem argumentor: Nicol. 3. vt ſuam ſuper noſtram Regulam declarationem ederet, *cum aliquibus Socijs B. P. N. Franciſci (quibus eius vita, & cõverſatio, necnon ſuper ipſa Regula intentio, nota erant) frequẽti collatione tractavit, & Cardinalis Protector noſtri Ordinis factus, conditionẽ noſtram, & ſtatum ex imminenti illi cura palpavit, &* *Sum-*

Summus Pontifex factus, tam in pia intentione S.P.N. quã de his, quæ Regulam noſtram, & eius obſervantiam contingebant, longa experientia informatus, Regulam ipſam, & eam contingentia, maturitate plena diſcuſsit, ſtatuit, declaravit, & certiùs approbabit, vt ipſemet Nicol. expreſsis verbis fatetur in Prologo ſuæ declarationis. Ergo quilibet Summus Pontifex (eius Succeſſor, qui àliter declaraverit, ſtatuerit, vel conceſſerit (quãvis veriſsimũ ſit, quod poſsit) nihilominus tamen faciet contra intentionem S.P.N. Franciſci, ac praxim communem Sociorum eius.

28 Ad hoc argumẽtũ: Reſpondeo, concedendo antecedens, & negando conſequentiam. Intentio enim S.P.N. Franciſci (vt ad præſens ſpectat) fuit, vt Fratres nullomodo per ſe, vel per interpoſitam perſonam pecuniã recepiſſent, vel aliquid ſibi appropriaſſent, vt patet ex *cap. 4. & 6. Regulæ.* At quando Dominus Papa, vel Eccleſia Romana recipiat in ſe dominium pecuniæ gratuitæ, nullomodo per ſe Fratres recipiunt illam pecuniam, vt patet. Nec per interpoſitam perſonam; quin potius, vt nec per ſe, nec per interpoſitã perſonam dictã pecuniã recipiant Fratres, providerunt Summi Pontifices de Syndico ad eã recipiendã, conſervandam, & expendendã, vt liquet manifeſtè ex verbis Nic. 4. *num.* 11. Mart. 5. *num.* 12. Pauli. & Pij 4. *num.* 16. & 17 relatis. Et ſimiliter non ſibi appropriant dictam pecuniam: quia Dominus Papa illius dominium in ſe recipiat, vt omnibus eſt manifeſtum.

29 Rurſus nego ſupradictã cõſequentiã: nullo enim modo eſt vera, & ratio eſt clara, ſi legantur quæ ſupra ſcripſi *à n. 1. vſque ad* 8. Sed præcipuè *an.* 1. 2. & 3. Ibi enim liquidò conſtat, quòd Dominus Greg. 9. habuit longã, & continuam cum Seraphico P.N.F. familiaritatem, pleniuſq; intẽtionem ſuã novit, &c. Vide *n.* 3. Ac etiã, cõſtat, quòd non recipit dominium domorũ, & locorum, nec rei emptæ ex pecunia, vti poſt modum fecit & recepit Dominus Papa Nic. 3. Conſtat etiã, quod ſupra Domini Gregorij 9. declarationem, ſuas ediderunt Innocentius, & Alex. 4. Nicol. 3. &c. vt ſupra *num.* 4. qui aliquarum rerum in ſe receperunt dominiũ, quarũ à ſe elongavit Gregorius 9. Ergò ſicut Nicol. 3. recipiendo in ſe dominiũ aliquarum rerum, quarũ non recepit Gregorius 9. non diſpẽſavit in Regula, ita nec alij Pontifices Succeſſores Nic. 3.

in

In ea diſpenſarunt, ſuis conſtitutionibus, ſeu declarationib⁹ recipiendo aliquid expreſsè, quod non recepit Nicol. 3.

SECTIO III.

An ſit contra declarationem Nicolai 3. vel ſaltem contra eius modificationes, quòd dominium pecuniæ Fratribus Minoribus gratuitò oblatæ, vel conceſſæ, ſpectet ad Dominum Papam, vel Sanct. an Sedem, quando Dator illud in ſe nō vult retinere?

1 Circa primā ſectionis partem eſt duplex ſententia Prima affirmat. Quā pro viribus defendūt Politius in *cap.* 4. *Reg. n.* 53. Ximen. *n.* 109. Mart. à S. Ioſ. *in 2. impr. c.* 11. *n.* 10. 11. *&* 12. (tenuitque quòndā Cord. in expoſitione Reg. *c.* 4. *q.* 16. *pun.* 3. §. *Item quoad* 5. *actū*) Siguenz. *tex.* 3 §. 1 *fol. mihi* 151. & alij.

2 Probant: Si Papa, vel Eccleſia Romana recipit in ſe huiuſmodi dominiū, iam non remanet penes Dantē: quod eſt contrariū declarationi Nic. 3. *c. Exijt* §. *Cæterū*. Ergo, &c.

3 Secūda verò ſentētia negat. Quæ omnino mihi vera, & tenenda videtur. Illàm docent multi Sum. Pont. Mart. 5. *cap.* 1. *&* 4. *ſuarū conſtit.* vt patet ſupra *ſect.* 2. *n.* 12. *&* 24. Eugenius 4. *n.* 13. *&* 25. B. Ioan. Capiſtranus, qui dictas cōſtitutiones fecit, & dictavit (vt infra ſect. 4. dicā) Ven. Piſa in *cap.* 4. *Reg. dub.* 5. Serena conſciētia q. 53. Author Firmitrium Ord. 4. *p. fol.* 63. *col.* 3. Politius, & Siguenza ſibi contrarij. Ille cap. 4. *Reg. nu.* 37. Hic ibid. tex. 2. § 30. *fin. fol.* 138. ſi attentè legatur. Ioanetius *in Defenſione Fratrū Minorum in Reſp. ad* 4. & alij.

4 Sit concluſio: Nullomodo eſt cōtra declarationē Nicol. 3. quòd dominiū pecuniæ Fratribus Minoribus gratis oblatæ, vel cōceſſæ, ſpectet ad Dominū Papā vel ad Sanctam Sedē, quando Dator à ſe vult illud elōgare. Probatur primo ex Mart. 5. *cap.* 1. *&* 4. *ſuarū Conſtit.* ex Eugenio 4. locis *n.* 3. relatis. Itē ex B. Ioā. Capiſt. *Dominiū pecuniæ gratuitæ nō eſt contra Nic. 3. declarationē.*

5 Rurſus ex Ven. Piſa in *cap.* 4. *Reg.* §. *Sed hic ſunt aliqua dubia* dub. 5. *Dubiū* 5. *eſt:* (inquit) *Dator pecuniæ nullomodo vult habere proprietatē, nec pecuniā, quā dat, vult aliquomodo ad ſe pertinere: Ad quē ergo pertinebit? Reſpondetur, quòd ſecundū declarationes Dominorū Innoc. 4. Nic. 3. & Clem. 5. cū talis nō poſſit eſſe Fratrū, nec Subſtituti, ſeu Depoſitarij: proprietas ergo erit Eccleſiæ.* Hæc Piſa. Concordat Serena conſcientia quæſt. 53. verbaque ſupra dict-

dicta, Piſani mutuat, quibus addit: *Quanquã* (inquit) *Ioan. 22. Extrav. Ad Conditorem huiuſmodi proprietatem noluerit ad Eccleſiam pertinere: Sed poſtea Mart. 5.* (*vt dictũ eſt ſupra*) *confirmavit ſecundum prædictas declarationes præfatorum Summorum Pontificum.* Hæc Serena conſciẽtia Cui accedit expreſsè Politius *num. 3.* relatus, referens Seren. conſcientiæ verba.

6 Secundò probatur concluſio ex ipſo Domino Nicolao *3.* in ſua declaratione *art. 3. § Cæterum.* verſ. *In eo verò caſu.* Ibi: *In eo verò caſu* (inquit) *quando antequam ipſa pecunia, in licitum rei habendæ, vel vtendæ commertiũ ſit converſa, Concedentem pecuniam mori contigerit: ſi Cõcedens in concedendo dixerit, vel expreſſerit, quòd perſona deputata pecuniam ipſam in neceſſarium vſum Fratrum expenderet, quidquid de ipſo Concedente viuendo, vel moriendo contingeret, ſive Concedens huiuſmodi hæredem reliquerit, ſive nõ; poſsint Fratres ad perſonam deputatam* (*non obſtante Cõcedentis morte, vel hæredis contradictione*) *pro ipſa pecunia expendẽda recurrere, ſicut poterant ad ipſum Dominum Concedẽtem.* Hæc ibi.

7 Ex quibus ſic arguo: Huiuſmodi pecunia eſt gratuitò Fratribus conceſſa, vt patet: Sed illius dominiũ, quod Concedens à ſe reiecit, in ſe recipit Nicol. 3. Ergo. Quatuor enim ſunt perſonæ eiuſmodi dominij capaces (quoniã Fratres omnino incapaces dominij, & vſus ſunt) nimirum, ipſe *Concedens*, ipſius *hæres*, *perſona* à Cõcedente deputata. & Dominus *Nicol. 3.* vt conſtat aperte ex textu. Sed ipſe *Cõcedens* non eſt Dominus dictæ pecuniæ: tum quia iam à ſe abdicavit tale dominium, quando in concedendo dixit, *quòd perſona deputata illam expenderet, quidquid de ipſo vivendo, vel moriendo contingeret.* Tum etiam quia iam mortuus eſt: *Et mortui nulla eſt voluntas* cap. *Si gratioſè de Reſcriptis in 6.* Nec valet dicere, quòd talis pecunia manet in bonis defuncti. Primò, quia non eſt legata in teſtamento. Secundò quia dicitur in textu, *quòd non obſtãte Concedentis morte, aut cõtradictione hæredis, ea pecunia expendatur.*

8 Secunda perſona eſt *hæres*, qui nec ipſe eſt huius pecuniæ Dominus. Patet, quia dicitur in textu, *quòd non obſtante hæredis contradictione, perſona deputata pecuniam hanc expendat in neceſsitates Fratrum.* Ergo *hæres*, huius pecu-

Digitized by Google

pecuniæ non eſt Dominus: Si enim eſſet Dominus, apud *ipſum debebat dicta pecunia dominium plenè, liberè, & integre remanere*, vt expreſſe Dictioni: §. *Cæterum*, verſ. *Ita tamẽ*, deciditur. At nõ manet, quin potius, ſi dictam pecuniã voluerit petere, vel repetere, nullomodo eſt audiendus. Ergo, &c.

9 Tertia perſona huiuſmodi dominij capax eſt, *Perſona deputata*, ſeu Subſtitutus. Verùm nec ipſe eſt Dominus huius pecuniæ, ſed tantum Depoſitarius, vel perſona deputata per Dominũ concedentem, vt rectè notat, & affirmat Covarr. *lib. 1. Variarum cap. 14. nu. 16. circa fin.* Præterea, quia ſi *Subſtitutus* eſt Dominus dictæ pecuniæ. Ergo poterit, prout ſibi placuerit, vel ſibi eam reſervare, vel alteri dare, donare, &c. & non in Fratrum neceſsitates expẽdere. Sed hoc eſt expreſſè contra textum, vt palã conſtat. Ergo. At hæc iniuſte (ſi fas eſt dicere) faceret Dominus Nicol. 3. privando hæredem tali dominio, & transferendo illud in perſonam alienam, & extra eam.

10 Quarta igitur perſona capax huiuſmodi dominij eſt, Dominus *Papa Nicol.* qui vt *Chriſti Vicarius Pater eſt omnium, & Fratrum Minorum nihilominus ſpecialis*, Capit. *Exijt* art. 3. §. *Ad hæc cùm Fratres*. *Ne ergo talis pecuniæ dominium ſub incerto videatur eſſe, in ſe recipit* Romana Eccleſia, & ad ſe, & ipſam Eccleſiam plenè, & liberè pertinere vult. Patet, quia diſponit, mandat, & ordinat quomodo, & à quibus, & in quæ talis pecunia liberaliter conceſſa expẽdatur. Ergo eſt Dominus dictæ pecuniæ.

11 Hoc expreſsè concedit, & affirmat March. (ſibi contrarius) in 4. *cap. Regulæ tit. 5 q. 1. concluſ. 2.* verſ. *Dixi quamdiù fol. 277. & 278.* Vbi præſentem caſum, & textum ſupra *num. 6.* poſitum referens, concludit: *In quo caſu*, (ait) *vel Pontifex aſſumit, vt Pater communis, dominium iſtius pecuniæ poſt mortẽ Cõcedentis, vel Depoſitariũ velut Dominum facit, ita vt, ad hæredes nullomodo tranſeat.* Hæc Marchant. Contra id, quod dicit de dominio Depoſitarij vide ſupra *num. 9.* Dicta igitur pecunia eſt gratuita, ſeu liberaliter conceſſa, cuius in ſe dominium recipit Nicol. 3. quia Cõcedens à ſe illud elõgavit. Ergo minime erit contra Domini Nicol. 3. declarationem, quod Rom. Pontifex ſibi applicet pecuniæ gratuitæ dominium, quando Dator illo ſe privare vult. Alia argu-

argumenta require infra *Sect.* 4. & 5. *ſequentibus*.

12 Ad fundam. contrariæ ſentētię. Reſpōdeo, diſtinguē do ſecundā partē antecedētis, nimirum, non remanet penès Dantē primū, concedo: (Sed nihil obſtat, quia iam, vt ſupponitur, reiecit à ſe dictæ pecuniæ dominiū:) non remanet penes Dantē actualē, & verum Dominū, qui eſt Papa, nego. Dominus, itaque Papa huius pecuniæ dominium (à primo Dante abdicatū, & relictum) in ſe recipit: & cum ſit verus eius Dominus, eſt per conſequens verus Concedens, aut Dans. Hinc quamdiù dicta pecunia eſt in manu Syndici, (qui eſt perſona deputata, ſeu Domini Papæ Depoſitarius) eiuſmodi dominiū remanet penes Dantem. Nec in hoc invenitur quicquam contra declarationē Domini Nicol. 3. benè verò ſupra talē declarationē. Quod enim non declaravit Nicol. 3. declaraverūt Martinus 5. Paulus, & Pius 4. & alij Sum. Pōtif. ſicut quæ non declaravit Greg. 9. declaravit Nicol. 3. &c. vt dixi ſupra ſect. 2. *n.* 30.

13 Circa ſecundam ſect. partem, nimirum, an ſit contra modificationes declarationis Nicol. 3. quòd dominium pecuniæ gratuitæ ſpectet ad Dominum Papam, quando Dator illo ſe privare vult? Communiter tenent Expoſitores partem affirmativam. Ita Cord. in repetitione de Syndico puncto 4. fine. Mirand. in prima impr. cap. 79 & in ſecunda capit. 57. Ioan à Plagis in Apologetico de Syndico §. *Reſpōdeo ad prædicta*. & alij.

14 Mihi tamen videtur (ſalvo meliori iudicio) non eſſe contra dictas modificationes Nicol. 3. quòd huiuſmodi dominium (modo ſæpius repetito) ſpectet ad Papam, vel Eccleſiam Romanam.

15 Sed dices: (& eſt fundamentum contrariorum) iuxta Nicol. 3. Primò dominium dictæ pecuniæ debet ſemper remanere apud Dantem liberè, & integrè vſque ad illius conſumptionem. Secundò ad illius expenſionē debent Fratres requirere Dantis voluntatem. Tertiò debent petere ab eo licentiam ad ſubrogandum alium. Quartò, ipſa pecunia ſemper debet expendi ſecundum intentionem Dantis. Sed ſi ſupra dictum dominium transfertur ad Dominum Papam, primò iam non remanet penes Dantem. Secundò non requirunt Fratres Dantis voluntatem. Nec. 3. petunt licentiam ad ſubrogādum. Nec quartò expenditur ſecundum Dantis; ſed ſecundum Papæ intentionem. Ergo.

Dominiū habere Papa pecuniæ gratuitæ non eſt contra modificaciones, &c.

16 Ad hoc arg. Reſp. conceden-

Digitized by Google

cedendo maiorẽ, negando tamen minoré. Dominus enim Papa recipit in ſe dominium huius pecuniæ, quòd à ſe reiecit primus Cõcedens, ſeu Dãs: & idcirco eſt dictæ pecuniæ verus Dominus, ac percõſequens verus, & proprius Concedens, habetquè verum, abſolutum, liberum, ac plenum eiuſmodi pecuniæ dominium, veramq; ac plenam authoritatem circa illam, & circa illius expenſionem, alienationem, conſumptionem, &c. Cõfertque adminiſtrationem veram dictæ pecuniæ ſuo Subſtituto, (qui eſt Syndicus) & ille facit nomine, & authoritate Papæ, (qui eſt Dominus verus huius pecuniæ) quidquid quivis alius Subſtitutus alterius Dantis faceret. Vide infra ſect. 5.

17 Sed difficultas eſt, vtrum ad hoc quòd Dominus Papa poſsit ſine diſpenſatione Regulæ accipere in ſe dominium pecuniæ gratuitæ, quod iã ſe elongavit Dans, ſit neceſſum, quòd ipſe Dans, ſeu Concedens expreſsè dicat, ſe nolle tale dominium habere? an verò ſufficiat, quòd tacitè illud, & abſque expreſsione verborum relinquat?

18 Circa præſentem difficultatem triplicem video ſententiam. Prima abſolutè affirmat: Suſtinet Ximenez in cap. 4. Regul. à n. 121. 122. & 124. Suſtinent, & alij. Secunda tenet, non eſſe contra Regulam: eſſe verò cõtra declarationẽ Nicol. 3. Ita Doctus Herrera tract. quatuor artic. cap. 5. §. 6 fol. 136. vſq; 140. & §. 8. à fol. 147. Probatur vtraque ſententia: quia Dominus Nicol. 3. §. Cæterũ expreſsè dicit, quòd dominiũ pecuniæ liberaliter oblatæ, ſemper remaneat apud Dantẽ cum libera, & plena voluntate illam revocandi vſque ad ſuam conſumptionem. Ergo.

19 Tertia ſententia docet; ſufficere quod Dans, ſuæ pecuniæ dominiũ tacitè, & abſq; vlla verborũ expreſsione relinquat, vt abſque vlla diſpenſatione Regulæ, vel declarationis Nicol. 3. Papa in ſe huiuſmodi pecuniæ dominiũ recipiat. Ita Rod. to. 3. qq. Reg. q. 7. art. 4. in fin. §. Notandũ eſt tamen, & Doctiſs. P. Fr. Frãciſcus Soſa, quõdã totius Ord. Gen. Miniſter in epiſt. ad Miniſtros Provinciales Hiſpaniæ an. 1601. miſſa n. 14. circa fin. Mirand. in Reg. in 1. imp. c. 7. 9. fol. 471. & 472. & in 2. c. 57. f. 379. Herre. n. 18. relatas c. 6. §. Pues deſta meſma ſuerte, fol. 61. Hier. Rod. Re fol. 119. in 4. Ioan. à Plagis in Apologetico de Syndico poſt med. §. Otro obyecto ay. Videatur ibidẽ, & alij. Quæ ſentẽtia Dominico mihi vera videtur.

Dominiũ pecuniæ tacitè abdicatum trãſit in Papam, &c.

20 Sit concluſio: Summus Pont. ſine vlla Regulæ diſpẽſatione poteſt accipere in ſe dominium pecuniæ, quod à ſe tacitè abdicat Dans: nec neceſſum eſt, quòd expreſsis verbis affirmet, ſe illud nolle habere, & velle in Papam transferre. Probatur primò, quia nihil aliud eſt concedere liberaliter (Petrum, v.g.) vel donare triginta argẽteos ad Fratrum neceſsitates ſublevandas, quàm facere quandam donationem. *Donatio*, enim, *eſt*, *&* tunc fieri dicitur, quando *quis nulla ſubſiſtente cauſa*, ſed propter *ſolam liberalitatem donat alteri pecuniam, aliamvè rem*, tex. in *L.* 1. *& per totam ff. de Donationibus, L.* 1. *& per totam Cod. eodem §.* 1. *inſtitut. eodem L.* 1. *tit.* 4. *p.* 5. At donatio dupliciter celebratur, promittendo, vel à traditione incipiendo, etſi à traditione incepta eſt, valet ſtatim, & tenet, taliterque perfecta remanet, quòd temerè revocari non poteſt, vt eſt *tex. in §. Aliæ autem inſtitut. de Donat.* Videatur Ant. Pichardus Salmantic. *tom.* 1 *fol.* 11. *col.* 2. *num.* 1. *&* 2. *& fol.* 114. *num.* 3. Et per traditionem tantum acquiritur dominium, *vt L. Traditionib' Cod. de pactis.* Et confirmatur *ex tex. in §. Per traditionem Inſtit. de Rerum diviſione*, & ibi omnes Inſtitutiſtæ. Idem Pichard. ibidem *fol.* 89. *col.* 2.

21 Secundò, quia donatio (teſte Antonio Gomez 2. *variarum cap.* 4. *num.* 2. cum alijs communiter) *eſt contractus, qui conſenſu perficitur, & vt probat Iuris Conſultus Gaius in L. Conſenſu ff. de actionibus, & obligationibus: In contractionibus qui conſenſu perficiuntur, intentio tantum negotia gerentium attendenda eſt* Ibi: *Ideo autem his modis conſenſu dicimus obligationem contrahi, quia neq; verbum, neque Scriptura vlla proprietas deſideratur, ſed ſufficit, eos, qui negotia gerũt cõſentire.* Hæc ibi. Vide Gloſſam ibi Ergo.

22 Tertiò probatur: quia attento iure naturæ ſolo, promiſsio interna homini facta obligat, vt benè Molina *tom.* 2. *de Iuſt. tract.* 2. *diſp.* 266. paulo ante argumentorum Solutionem cum alijs. Et eſt ſatis probabilis hæc opinio, vt ait Sanchez *tom.* 1. *de Matr. lib.* 1. *diſp.* 3. *num.* 4. *fine.* Ergo promiſsio interna Fratri Minori facta, obligabit. Ergo multo melius eleemoſyna externa voluntate, & animo interiori facta, obligationẽ pariet in Donãte. Ergo non poteſt non donare illam Fratri Minori, maximè cum veriſsimum ſit, quòd Frater Minor

poteſt

poteſt ex vi Regulæ recurrere ad eleemoſynam pecuniariam pro ſublevandis neceſsitatibus veris, præſentibus, vel imminentibus, &c. Vnde cum iam Donans ſuppoſita illa interiori voluntate, ſubijciatur obligationi donandi illam pecuniam: poſteaquam donavit, (etſi nihil aliud exprimat) non habebit, neque apud illum remanebit talis pecuniæ dominium: *& cum talis pecuniæ dominium*, Fratres Minores, ac etiam vſus, ſint omnino incapaces, Summus Pontifex, qui eſt Pater ſpecialis Fratrum Minorum, recipit in ſe huiuſmodi dominiū, quod à ſe abdicavit Donans, ratione internæ promiſsionis: necnon & externæ donationis, & largitionis, abſque Regulæ, vel declarationis Nicol. 3. diſpenſatione.

23 Ad argum. contrariæ ſententiæ. Reſpondeo concedendo, & explicando antecedens. Debet itaque dominium pecuniæ gratuitæ manere ſemper apud Dantem, ideſt, quoad ſibi placuerit, vel aliter non diſpoſuerit, ſeu noluerit, vel voluntate expreſſa, ſeu verbis expreſsis, aut externis, vt dicunt Contrarij, vel conſenſu, ſeu voluntate tacita: quia taciti, & expreſsi eadem eſt virtus. Vt *cap. 2. de Reſcriptis in 6. L. Cum quid ff. de Rebus creditìs. Gloſſ. lit. X. & L. ſi cui ff. de Servitutibus lit. X.*

SECTIO. IIII.

An Fratres Minores, abſque Regulæ diſpenſatione, poſsint vti Syndico Domini Papæ ad quatuor actus Controv. 14. ſect. 4. ſupra, vel ad illum recurrere, tanquam ad Domini Papæ Subſtitutū, quoad quintum actum à Mart. 5. inſtitutum (ſupra dicta ſect. 4. n. 6. & 7. relatum) licitè, & abſque diſpenſatione Regulæ? id eſt, an poſsint vti Martiniana Conſtitutione purè ſervando ſuam Regulam?

1 PRo elucidatione tituli Sectionis nota, quòd authoritas Syndici ad quinque eſſe dignoſcitur, vt dictum eſt ſupra Controv. 14. *ſect. 4.* per totam, ibi vide. Secundò nota quòd conſultò dixi in titulo ſectionis pro ſecunda parte: *Tanquam ad Domini Papæ Subſtitutum*: Quia recurrere poſſe ad Sindicum, vt ad Subſtitutum Dantis quoad quintum actum nemo ambigit.

2 His notatis, circa primam ſectionis partē dico primò, cum omnibus Expoſitoribus, quòd licitè, & purè, omnes Fratres Minores poſſunt vti Syndico quoad primum, *Primus, & ſecundus actus Syndici, liciti ſecūdū Regulam.*

inum, & ſecundum actus: ad quod etiam debent. Ita Cord. *in Repetit.pun.* 3. Polit. *cap.* 4 *à num.* 47. Ximenez *à num.* 107. & omnes.

Tertius etiam, & quartus.

3 Dico ſecũdò, quoad tertium, & quartum actus, nihil officit Regulæ puritati, quod omnes Fratres Minores Syndico vtantur: (quidquid in cõtrarium dicat Speculum, Collector, & alij) ita communiter Expoſitores. Vide Cord. *in Repetit.pun.* 3. Ratio eſt. Si enim minimè offendit Regulę puritatem, nec maculat, quòd Dominus Papa voluerit, Syndicos eligi, qui nomine Eccleſiæ res vſibus Fratrum conceſſas, ſeu donatas, in ius Romanæ Eccleſiæ reciperent, eas vẽderent, alienarent, &c. Neque Regulæ puritatem lædet, ſi ijdem Syndici res dictas in iudicio, nomine eiuſdem Eccleſiæ repetant: cum ad illum ſpectet, rem petere iudicialiter, qui in eam ius accepit.

4 Similiter cùm Papa tanquam communis Pater pauperum, & iudex, ac Patronus piorum Legatorum velit (vt rectè advertit Cord. vbi ſupra, & teſtatur Nicol. 3. *art.* 5. §. *Ad hæc quia Fratribus* verſ. *Si verò*) vt legata, & piæ decedentium voluntates impleantur, *Nam, & Nos* (inquit) *per modos licitos, & Fratrum Regulæ cõgruos intendimus providere, quòd hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur, ne pia Defunctorum deſtituatur intentio, ac ipſi Fratres pauperes opportunis auxilijs nõ fraudentur.* Hæc Nicol. 3. Si ergo Nic. 3. proprio motu voluit iſtis providere, nihil eſt contra Regulæ puritatem, ſi Mart. 4. (eius Succeſſor, & alij) per dictos Syndicos Eccleſiæ fieri mandaverit, quod priùs per ſolos Prælatos, & Iudices ſæculares fieri conſueverat, & poterat abſque vlla Regulę relaxatione. Et durum profectò videtur, & duriſsimum, quod Epiſcopus, & Iudex ſæcularis per ſe, aut per alios poſsint iure, & abſque minima Regulæ Diſpẽſatione hoc facere, vt concedunt Collector, & Speculum (& eſt veriſsimũ) & quod Supremus Epiſcopus, & Iudex (qui eſt Papa) non poſsit committere ſuo Syndico, quod hoc faciat. Vide Cordubam, vbi ſupra.

5 Circa ſecundam ſectionis partem nimirum: An Fratres Minores poſsint ad Syndicũ, tanquã ad Domini Papæ Subſtitutũ recurrere quoad quintum actum à Mart. 5. (& alijs Pontificibus) inſtitutum abſque Regulæ diſpẽſatione vel, quod idem eſt: An poſsint Fratres Minores vti Martinianæ Conſtitutione ad deponendas om-

Digitized by Google

omnes eleemoſynas pecuniarias in manu Syndici Papæ, abſque Regulæ relaxatione? Eſt non minima difficultas.

6 Pro cuius clariori notitia nota primò, hunc quintum actum, à Mart. 5. inſtitutum, ab aliquibus Expoſitorib9, nec fideliter, nec rectè aſsignari. Quidam enim affirmant, eiuſmodi quintum actum ſolùm reperiri in Conſtitutionibus Martini 5. *cap.* 4. & 5. Alij, tantùm inveniri in Bull. *Pervigilis more*, dicti Mart. 5. Alij, in hoc quinto actu Fratribus licentiam concedi, *vt ſicut & quando* (vel quando, & quomodo) ipſi Fratres voluerint, Syndici expendant pecuniam, & non aliter.

7 Quibus non aſſentior: neutrum enim Supradictorum Expoſitorum placitum verum eſt. Non primum, quia actus quintus ſupradictus etiã reperitur conceſſus in diplomatibus Nicol. 4. Pauli 4. & Pij 4. vt patet ſupra ſect. 2. num. 11. 16. & 17. Non ſecundum, quia huiuſmodi 5. actus nullo modo invenitur in Bull. Mart. 5. *Pervigilis more*, vt cuilibet legenti compertum erit. Non tertium, vt liquet ex ipſis Conſtitutionibus Mart. 5. *cap. 4. & 5.* quorum verba ſubijcio.

8 Itaque cap. 1. Mart. 5. Conſtitutionum ita habetur: *Item quoad votum paupertatis ſtatuimus, & ordinamus, illud inconcuſsè tenendum, quod fœlicis Recordationis Nicol. 3. in ſua Decretali Extra de Verborum ſignific. Exijt qui ſeminat lib. 6. &c. Et quòd quilibet Conventus habeat ſuum Procuratorem ſecundum Declarationem, & privilegium Nic. 3. & Martin. 4. &c.* Et cap. 4. habetur: *Quoad quartum capitulum Regulæ, &c.* Vide ſupra ſect. 2. num. 12. & cap. 5. earum Conſtitutionum etiam habetur: *Quod merces laborum, &c.* Vide dicto num. 12. In his tribus Conſtitutionum Martini 5. Capitulis fit mentio de Syndico: & in nullo inveniuntur illa verba: *Sicut & quando, vel quando, & quomodo*, vt liquet legenti. Quod maximè notare debes.

9 Nota ſecundò, quòd ſupradictæ Mart. 5. (vel Martinianæ) Conſtitutiones, non idcircò hoc nomen habent; quia à Mart. 5. fuerunt factæ (compoſitę enim, & factę fuerunt à B. Ioan. Capiſtrano pro Ordinis Reformatione, vt dicit Auctor Fi. mam. triũ. Ord. 4. *p. ante Prologum ipſarum Conſtitutionum f. l. 13. col. 4. fin.* quem adhoc obſtrinxit authoritate Apoſtolica Ioannes Cardinalis Legatus obedientiæ Sanctæ mandato, vt *B. Ioan. Capiſtra. cõpoſuit Conſtit. Martinianas.*

in 3.p.Chron.Ord.Lib.1.c.42 fol.28.col.3. habetur) ſed Martinianæ nuncupãtur, ſeu Martini 5. quia eius authoritate, & mandato factæ fuerunt, vt liquet ex Bulla *Cum Generale Capitulum*, quam invenies in Firm. triũ Ord. *2.p.tract.1. fol.mihi 31.col.4.* & quia eas ipſemet poſtea approbavit, & cõfirmavit in Bulla *Pervigilis more*, quæ habetur in Firmamento, vbi ſupra *fol.32.*

Plures Sum.Põtif. approbant dictas Constitut. tanquã Reg. cõformes.

10 Nota tertiò, quod dictæ Conſt. fuerunt confirmatæ, vt Regulæ conformes. Primò à Ioan. Card. Legato authoritate Apoſtolica, vt habetur in Firm.4 *p.fol.*180.*col.3.* Secũdò à Domino Mart. 5. Tertiò fuerunt confirmatæ, & *toti Ordini, vt obſervarentur tradita, à Domino Eugenio 4. tãquam* (nota) *neceſſariæ ad puram, & perfectã Regulæ obſervantiam, iuxta ſua præcepta, & mentẽ Legiſlatoris*, vt habetur expreſſum in Monumẽ. Ord. *tract. 3. in Apologia defenſoria ſtatus Fratrũ Min. de Obſervantia, non longe à principio in Probatione primæ partis ſequẽtis propoſitionis, nimirũ, Qui Fratres verè dicantur Minores? 4. Ratione fol.177. col.1. ante med.* Demum quoad quintũ actum de Syndico, ſingillãtim illas approbant, & confirmant quàm plures Summi Pontifices, quãdo ſibi applicant pecuniæ gratuitæ dominium, quos retuli ſupra *ſect.2. à num.11. vſque ad 20.* Ibi vide.

Et pluri- mi Sancti eas recipiunt.

11 Nota quartò, ſupra dictas Conſtit. vt puritati Regulæ cõſentaneas, receptas fuiſſe à Sãctiſ. Patribus, & perfectiſ. Regulæ, & paupertatis zelatoribus vltramontanæ Familiæ, nimirum, à S. Bernardino (Patre meo) à B. Ioan. Capiſt. à B. Iacobo de Marchia, à B. Alberto à Sarciano, à B. Iacob. de Primadicijs, & alijs quàm plurimis, qui adhuc in humanis erant, & tum virtute, tum ſcientia, tum zelo (& ſecundùm ſcientiam) perfectiſsimæ, & altiſsimæ paupertatis florebant: necnon multis miraculis corruſcabant; & poſt mortem claruerunt, & nunc in cœlis glorioſi cum ſanctiſsimo Pãtre Noſtro Franciſco tanquam veri Filij regnant.

Et plura Capitula Generalia.

12 Nota quintò, illas etiã, vt Regulæ puritati cõformes, receptas fuiſſe à plurimis Capitulis Gen. Primò à Capitulo Gen. Aſsiſiẽſ. *an.* 1430. vt habetur in Firm.4.*p.fol.*180. *vbi* dicitur: *Poſt quarũ quidẽ Conſtitutionum, reformationum, & ordinationũ publicationẽ, & lecturam, omnes, & ſinguli Miniſtri, Cuſtodes Cuſtodum, Diſcreti, & alij in dicto Capitulo exiſtentes, tam nomini-*

minibus ſuis proprijs, quàm ſuorum Conventuum, & Fratrum præſentium, & futurorum, dictis Conſtitutionibus, & reformationibus, tam quã legitimè (nota) ſanctè, iuſtè factis, & ordinatis, nõ coactis, nec circunventi, ſed liberè, & ſponte ſine contradictione aliqua in pleno Capitulo acquieverunt, & in eiſdem, & eorũ ſingulis, & in omnibus, & per omnia conſenſerunt, & intelligibili voce vnanimiter clamando, & dicendo: Conſentimus in eiſdem, in omnibus, & per omnia, & volumus ſtare, vivere, & mori in iſto ordine Sancto fraternaliter ſecundũ Conſtitutiones, & reformationes prædictas, &c. Vide ibi quæ ſequuntur, brevitatis ergo, omitto.

13 Secundò fuerunt approbatæ in Capitulo Gen. vltramontano obſervantium Romæ in Cõventu de *Ara cœli, celebr. ann.* 1445. cui præfuit B. Ioan. de Capiſtr. cum eſſet Vicarius Generalis Obſervãtium. Ita *in 3. p. Chron. Ord. lib. 2. cap. 26. fol. 55. col. 1.* Tertiò, ſpecialiter quoad quintum actum ſecundum Mart. 5. fuerunt receptæ in Capitulo Gener. Burdegalẽſ, *an.* 1520. Quartò in Cap. Gener. Carpenſ. *an.* 1521. Quintò, in Capitulo Gen. Burgẽſ, *an.* 1523. vt affirmat Cord. *in cap. 4. Regulæ q. 16. pun. 3.* & in Repetitione de Syndico *pun. 3.* Sextò, in Capitulo Gener. Salmãticẽſi an. 1553. vt dicit Revolledo *in Collectione Generaliũ Statutorũ p. 2. fol 84. col. 1, & 2.* Cui ſubſcribit Ioan. à Plagis *in Apologet. pro Syndico.* Septimò, in Capitulo Gen. Tolet. an. 1583. ſub R. ac Vener. P. Gonzaga, Revolledo, *vbi ſupra fol. 135. & 136.* Octavò, in Capitulo Gener. Rom. an. 1600. mãdato Domini Clem. 8. vt affirmãt Rod. *tom. 3. qq. Reg. q. 37. art. 4.* Mirand. *in 1. impr. cap. 79. & in 2. cap. 57.* & alij Vid. Revoll. *fol. 195. col. 2.* Nonò, in Cõgreg. Gen. Segovienſ. an. 1621. *c. 3. tit. de pecunia n. 6.* & tit. de Syndico *n. 1. & 4.*

14 His notatis, circa hunc quintũ actũ à Mart. 5. inſtitutũ, bipartita eſt ſent. Prima affirmat, habere Syndicũ ad hũc quintũ actũ, vel ad Syndicũ recurrere, vt ad Domini Papæ Subſtitutũ (quod, vt aiunt, eſt vti Martiniana) nullo modo poſſe fieri abſq; diſpẽſatione, (& ea vtiq; magna) relaxativa Regulę. Ita Author Speculi §. *Vndecimo.* Collector privilegiorũ *in Comp. verbo cõmutare.* Aſſeruit quõdã Cord. in expoſitione (ſeu Medulla) Regulę *c. 4. q. 16. pũ. 4. §. Tertio ſunt diſpẽſati.* Quam ſentẽtiã revocavit in *Repetitione de*

Syndico pun. 4. §. 3.) Affirmãt etiam Polit. *cap.* 4. *num.* 53. Ximenez *n.* 109. Siguēza *tex.* 2. §. 47. *fol.* 149. Sorbus *in Annotatio. ad Comp. verbo Procurator.* Sanctes Rom. in *cap.* 4. *Reg. fol.* 104. Gregorius (re, & nomine) Capuccin. *ibidem* Martin. à S. Ioſ. *in prima impr. cap.* 11. *à num.* 9. *vſque ad* 12. (mutat verò ſententiam. in 2. *impr. cap.* 11. *circa finem*) Marchant in *cap.* 4. *Reg. tex.* 2. *q.* 3. §. *Porrò tertium officium, fol.* 233.

15 Hæc prima ſententia olim plenè placuit vniverſæ huic Familiæ Ciſmantanæ: A qua ſententia poſt annos aliquot ſe ſubſtraxit hæc alma Provincia Caſtellæ an. 1566. (vt infra num. 17. dicetur.) Cæterùm ann. 1600. in Capitulo Gener. Rom. iuſſu Clem. 8. tota Familia Ciſmontana, hac abiecta ſententia, contrariam ſuſcepit, exceptis quibuſdam Patrum Diſcalciatorum Provincijs, quamvis poſt modum Provincia Sancti Pauli, anno ſcilicet 1601. & 1610. & Provincia Pietatis an. 1629. Statutis Generalibus acquieverunt. Præterea tuetur hanc primam ſententiam vniverſa ſacra Capuccinorum Familia, vt videre eſt in ſuis ſtatutis Generalibus, in Alvacinenſibus an. 1529. prout habet Boverius 1. *tom Ann. Capuccin. ad hunc an. num.* 50. in Rom. an. 1536. & iterum an. 1608. In quibus ſupradicta inſtitutio de Syndico reiecta fuit.

16 Secunda ſententia aſſerit, habere Syndicum ad ſupradictum quintũ actum, vel vti Martiniana Cõſtitutione, nullo modo eſſe contra Regulæ puritatem. Ita omnes Sancti, & DD. qui tenent, non eſſe vllo modo contra Regulam, quòd Papa, vel Sãcta Sedes recipiat in ſe dominium pecuniæ gratuitæ, quod à ſe abdicavit Concedens. Quos ſupra retuli ſect. 1. num. 9. & Sum. Pont. quos citavi ſect. 2. à *num.* 11. *vſque ad* 20. & etiam omnia Capitula Gener. hac ſect. n. 12. & 13. relata. *Vti Martiniana nõ eſt cõtra Regulam.*

17 Addo ſtatuta huius almæ Provintię Caſtellę in Cõventu de Eſcalona ann. 1566. facta (cum eſſet Miniſter Provincialis R. P. F. Antonius Córd. quibus ſua propria manu ſe ſubſcripſit. Quam ſubſcriptionem egomet pluries legi) *cap.* 3. *fol.* 10. Quæ originaliter ſervantur in Archivo huius almi Conventus Sanctæ Mariæ à Ieſu, Complutenſis. Addo etiam ſtatuta Provincię Pietatis ann. 1629. *cap.* 4. & ſtatuta Provintiæ Sancti Pauli, *cap.* 3. *num.* 12. *fol.* 14. vbi cavetur, *quòd eleemoſyna gratuitò oblata apud Syndicum ponatur, niſi in caſu, quo Dãs,*

ſeu

Digitized by Google

ſeu Dominus pecuniæ gratuitæ, aliud expreſsè velit, vel ordinet. Herrer. cap.6. Navar. in margine Cord. ad *cap.4.q.16.pun.3.* §. *Quoad quintum actum*, & ad §. *Igitur ſalvo meliori*, & pun.4. ad §. *Tertio ſunt diſpenſati.* Anton. Solanes in Reſponſione ad Ximenez pro defenſione Ioanetin. Quæ ſententia mihi omninò vera videtur.

Recurrere ad Syndicum vt ad Subſtitutū Papæ poſsūt Fratres, &c.

18 Sit concluſio: Fratres Minores recurrentes ad Syndicum Domini Papę, tanquam ad eius Subſtitutum ſecundum Conſtitutionem Martinianam (vt dictum ſæpe eſt) ſervant Regulam ad literam, abſque vlla prorſus diſpēſatione. Probatur concluſio. Primò authoritatibus Summorum Pontificum, ſupra ſect.2. à num. 11. vſque ad 20. relatis. Secundò authoritate Sanctorum ſupra num. 11. relatorum, ac etiam ſect.1.n.10. Tertiò, authoritate plurium Capitulorum Generalium, quæ ſupra retuli n. 12. & 13. vide etiam ſupra ſect.1.n.14.

19 Quartò probatur, quia ſupradicta Martini 5. conſtitutio fuit (cum alijs Conſtitutionibus) recepta à toto Capitulo Gener. Aſsiſienſi, (vt patet ſupra num. 12. in principio,) & ad illius obſervantiam iuramento ſe aſtrinxerunt omnes Cuſtodes, Miniſtri Provinciales, & etiam Miniſter Gener. & omnes Fratres, tam nominibus ſuis, quàm ſuorum Conventuum, & Fratrū præſentium, & futurorum, vt habetur *in 3.p. Chron. Ord. lib. 1. cap. 49 fol. 28. col.4.* Ergo nullo modo eſt contra Reg. Iuramētum enim non fuit *inſtitutum, vt eſſet iniquitatis vinculum*, vt habetur in 6. de Iure iurando cap.1. *Contingit & 22.q.4. Inter cætera.*

20 Rurſus in eiſdē Chron. cap. 50. in principio habetur, *quod Fratres Conventuales poſtea petierunt ſupradicti iuramenti relaxationē, eo quòd noluerunt ſe aſtringere dictarum Conſtitutionum Obſervantiæ. Quàm benignè eis cōceſsit Cardinalis Legat⁹. Quapropter abſoluti à dicto Iuramento remanſerunt, ac percōſequens ab Obſervantia conſtitutionum Generalis reformationis. At Fratres de Obſervantia Itali illas acceptaverunt.* Hæc ibi. Inter quos (vt ſæpius dixi) erant S. Bernardinus (Pater meus) B. Ioā. de Capiſtran. B. Iacob. à Marchia, &c.

21 Ex quibus ſic argumentor: Supradicta Conſtitutio Mart. 5. non eſt diſpenſatio. Patet, quia diſpenſatio non obligat: veriſsimum enim eſt, quòd vnuſquiſque poteſt renuntiare diſpenſationi ſibi cōceſſæ;

Conſtitutio Martin.5. nō eſt diſpēſatio.

ceſſæ; quia eſt gratia, &c. iuxta cap. *Ad Apoſtolicam de Regularibus*. Et tenet communis ſententia, videantur Suarez de Legibus *lib.6.cap.11.n.3.* & *cap.20.n.7.* Salas *q.97.tract.14.diſp.20.ſect.6.fol.530.lit.D.* Cæterùm. Iuramētum, quando materia eſt mala, aut diuinis conſilijs contraria, non obligat. Ita S.Th. *2.2.q.89.art.7. Ad ſecūdum*, cum communi ſententia Vid. Sanchez *lib.3.Operis Moral.cap.9.n.11.* & *30.* & conſtat ex iure de Regulis iuris in 6. ibi: *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentū*. Item quādo materia Iuramēti eſt impeditiua maioris boni non obligat. Videatur Bonacina tom.2. Sum. circa ſecundum Decalogi præceptū, diſp. 4. q.1. pun. 4. prop. 2. & eſt communis ſententia.

Iuramentū de re mala non obligat.

Nec contra bonos mores.

22 Vlterius probatur cōclusio: quia recurrētes ad Syndicum Domini Papæ, vt pecuniam expendat (vt dictum eſt) nō recipiunt pecuniam per ſe: (nec habent in ſe, vt conſtat.) Neque per interpoſitam perſonam: Syndicus enim non eſt Subſtitutus Fratrum, ſed Domini Papæ, &c. Vide ſupra ſect.1.n.16. & ſect.2.n.29. & ſect.3.n.16.

23 Sed contra concluſionē argumentantur Auctores cōtrariæ ſententiæ. Primo: quia iuxta dictam conſtitutionem Mart. 5. ſtatuitur, vt pro neceſsitatibus Fratrum, *Sicut & quando*, ipſi voluerint, expendat Syndicus dictam eleemoſynam pecuniariam. Ergo non poteſt Syndicus ad ſuum libitum illam expēdere. Sed tunc haberent Fratres aliquo modo diſpoſitionem, ſeu adminiſtrationem circa dictam pecuniam apud Syndicum depoſitam: Hoc eſt contra Regulam. Ergo concluſio falſa. Ita Polit. Ximenez, & alij *num.* 14. relati. Omitto Cordubā: quia (vt vidimus n. 16.) mutauit ſententiam.

24 Reſpondeo negando antecedens. Minimè enim ſecundum Mart.5. ſtatutum eſt, vt Syndicus expendat pecuniā pro Fratrum neceſsitatibus, *Sicut & quando*, ipſi voluerint, vt conſtat ex dictis ſupra *num.6.7.* & *8.*

25 Sed datò (& non conceſſo) ita ſtatutū eſſe à Mart. 5. Dico, ſano modo, & obligationi Fratrum apto, & conſono eiuſmodi ſtatutum eſſe intelligendum cum ſit factum iuxta Declarat. Nicol.3. vt dictum eſt ſupra *numero* 8. & alibi.

26 Et confirmatur, & declaratur amplius. Si ergo Dator pecuniæ (ſeu Dominus cōcedens illam) dicat perſonæ deputatæ, ſeu Subſtituto: Accipe

cipe pecuniam hanc meam, qua neceſſitatibus Fratrum ſuccurres: tamen illam non expendes, niſi in quibus, & quanto, & quando neceſſum ſit Fratribus: & quia tu ignoras, quando illis expedit, vel qualiter, aut quomodo eos neceſſitatibus ſuis exolvas: idcircò expēde, *Sicut & quādo*, ab eis fueris requiſitus, nomine meo. In hoc caſu non ſecundum Fratrum adminiſtrationem, diſpēſationem, vel authoritatem, ſed iuxta ſuarum neceſſitatum exigentiam, ac tempus opportunum, dictus Subſtitutus expendit, à Fratribus requiſitus, nomine Dantis. In quo nulla intervenit Regulæ diſpēſatio. Ergo neque ſi Papa hoc modo committat pecuniam, iam non primi Dantis, ſed ſuam, Syndico, qui eſt ſuus Subſtitutus, vt expendat pro Fratrum neceſſitatibus, *Sicut & quando* ab eis fuerit requiſitus. Non enim Fratres recurrunt ad Syndicum Domini Papæ præcipiendo, ſed rogando, & humiliter illi ſignificando, ac explicando ſuas neceſſitates. Necnon interdum, tempus opportunum, vel æquivalens pretium, quæ ſæpius ignorat, vel ignorare poteſt Syndicus.

27 Reſpondet tamen Ximenez vbi ſupra *num.* 111. fol. 347 *quòd licèt verum ſit, quòd Fratres recurrunt ad Syndicum rogando vt pauperes: ſed huiuſmodi modus rogandi, eſt præcipere*. Hæc Ximenez. Sed certè omnino fallitur Ximen. implicat enim contradictionem, quòd rogare, vt pauperes, ſit præcipere. Si ergo Frater, vt pauper, Petrum rogat, vt illi eleemoſynam faciat profectò nullomodo præcipit, vt ei opituletur, vt compertum eſt. *Rogare vt pauperes nō eſt præcipere.*

28 Rurſus, hic modus dicendi Ximenez expreſsè adverſatur declarationi Nicol. 3. §. *Cæterum* verſ: *Liceat tamē* ibi: *Liceat tamen Fratribus ſuas neceſſitates inſinuare, ac ſpecificare, vel exponere perſonæ prædictæ* (ideſt *Subſtituto*) *ac eam* (nota) *rogare quod ſolvat. Poſſunt etiam eandem perſonam exhortari, ac inducere* (iterum nota) *quod fideliter in re commiſſa ſe habeat*. Hæc Nicol. 3. Ex quibus palam conſtat, quòd ſecundum Nicol. 3. licitè, ac purè iuxta Regulam poſſunt Fratres Subſtitutum Dantis rogare, quòd ſolvat pecuniam; imò, & ad hoc inducere. Ergo ſimiliter poſſunt recurrere ad Subſtitutum Domini Papæ, (qui eſt Syndicus) rogareque illum vt pauperes, & minimè talis rogatio vim præcipiendi habebit: ac per conſequens Fratres ſic, rogando, nullam pror-

Digitized by Google

proſſus adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem pecuniæ habebunt.

29 Secundò argumentatur contra cõcluſionem Ximenez *num.* 109. & 110. vti Martiniana videtur quoddam genus dominij, *quod eſt libera vtendi facultas alicuius rei in quẽlibet vſum*: Sed tali pecunia libera vtendi facultas non eſt apud Syndicum, ſed apud Fratres, ex dicta Conſtitutione Martinianæ. Ergo.

Mart. 5. nõ concedit vſum pecuniæ.

30 Reſpondeo, negandò maiorem quoad primam partem, & minorem quoad ſecũdam. Licèt enim verum ſit, quòd libera facultas vtẽdi pecunia non ſit apud Syndicum: cum pecuniæ huiuſmodi non ſit Domin⁹, ſed Depoſitarius: falſiſsimum tamẽ eſt, quòd ex Conſtitutione Martiniana ſit apud Fratres, vt liquidò patet ex ipſamet Conſtitutione. Sic enim dicitur ibi: *Syndico aſſignentur omnes eleemoſynæ pecuniariæ.* Et mox: *Qui* (Syndici ſcilicet) *eaſdem deſpenſare debeant legaliter, & fideliter pro reparatione Cõvẽtuũ, & locorum, ad alias quoque neceſsitates Fratrum pro tempore occurrentes, & quòd Fratres nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant.* Hæc ibi: Notentur ſupradicta Cõſtitutionis Martinianæ verba. Dominus enim Mart. 5. authoritatem, adminiſtrationẽm, & diſpenſationem pecuniæ concedit, & dat Syndicis, nõ Fratribus: nõ ad liberam Fratrum voluntatem, ſed *legaliter* ad illorum neceſsitates: neque ad libitum Syndicorum, ſed *fideliter pro reparatione, &c.*

31 Quibus viſis, neſcio, qua intentione aliqui Regulæ Expoſitores Moderni in ſcirpo nodum quærentes, audent invenire diſpenſationem in Cõſtitutione Domini Mart. 5. dicẽdo, quòd ipſe Sum. Pont. dat Fratribus authoritatem, adminiſtrationem, &c. circa prædictam pecuniam: quùm aperte ex dicta Conſtitutione contrarium conſtet.

32 Tertio argumentatur contra cõcluſionem ex verbis ſupradictæ Conſtit. Mart. 5. num. 30. relatæ: vbi poſtquam ipſe Dominus Mart. 5. aſsignavit Syndicum ad pecunias (vt dictum eſt) ſubiungit: *In omnibus autem, quæ vltra hoc magis videntur arctari Fratres, ſiue ex declaratione Clementis, ſiue ex quacumque alia declaratione Summorum Pont. vel aliorum quorumcumque Apoſtolica Nobis authoritate commiſſa, Miſericorditer diſpenſamus: non aſtringentes eos propterea, qui voluerint prædictas declarationes ſervare, quin ſuo voto ſatisfaciant, ſervare valeant, &*

Digitized by Google

& tenere. Hæc Martinus 5. Notentur illa verba: *Miſericorditer diſpenſamus*. In quibus apertè affirmat, Mart. 5. hanc ſuam Conſtitutionē eſſe diſpenſationem. Similiter notentur illa: *Qui in ſuo voto ſatisfacientes, &c*. In quibus manifeſtè fatetur, minimè ſuę intentionis eſſe aſtringere ſua diſpēſatione, eos, qui voluerint ſervare in tota ſua perfectione Declarationes Nicol. 3. & Clem. 5. vt hoc modo, votum peupertatis, quod Domino promiſerūt, re ipſa præſtent. Ergo falſa eſt Cōcluſio.

33. Ad hoc argum. (quod eſt potiſſimum quorumdam Modernorum fundamentum) Reſpōdeo negando, quòd in illis verbis: *Diſpenſamus miſericorditer*, diſpēſet Dominus Mart. 5. in Regula: ſed potius facit gratiam, nempè cōcedendo iſtam declarationem pro maiori conſciētiarum Fratrum quiete, ac eorum commoditate.

Quod licet iure communi diſpenſat Papa ſæpè.

34. Sæpè enim quod licitè, purè, ac iure communi cōpetit, diſpenſat, ac indulget Dominus Papa miſericorditer. Qua propter multæ conceſsiones, ac privilegia, (quæ verè privilegia nō ſunt, ſed declarationes Iuris) vt privilegia in iure dantur: & æquivocè ibi ad quietem ſcrupuloſorum ponuntur: vt Extra cap. *Etſi Chriſtus in fin*. de Iure iurando. Et Gloſſ. ibi lit. M. & ibi cap. *Quia in cauſis de Procuratoribus*, vbi dicit Innocent. 3. *Licèt igitur de iure communi hoc facere valeatis inſtituendi tamen procuratorem ſuper his, authoritate præſentium vobis concedimus facultatem*. Hęc ibi. Vbi Bernard. *Quod iure comuni* (inquit) *competit, indulget hic Dominus Papa*. Hæc ille.

Privilegia in Religionib. ad tollendos ſcrupulos.

35. Similia etiam ſunt multa privilegia in Religionibus, vt teſtantur Navarr. *in Enchirid. de Oratione cap. 3. num. 53. & cap. 19. num. 84. & inſum cap. 25. n. 89*. Rod. *tom. 1 qq. Reg. q. 7. art. 1. & q. 11. art. 9*. Suarez de Legibus *lib. 8 cap. 1. num. 6. & cap. 22. num. 3*. & alij apud ipſum. Azor. *tom. 1. Inſtitut. mor. lib. 5. cap. 23. q. 3*. Bonac. *tom. 2. de Legibus diſp. 1. q. 3. pun. 4. §. 1. prop. 2. num. 2*. & alij apud ipſum: *Sæpè enim* (ait Navarr. dict. cap. 3.) *hæc non ſunt propriè privilegia, vel non vera, ſed declarationes iuris, quæ dantur ad tollenda dubia, & ſcrupulos, pacandaſque conſcientias*. Hæc ille. Et Emman. vbi ſupra dict. *q. 11. art. 9. in principio. Dicò primò*, (inquit) *quòd privilegium aliquando conceditur ad tollendos ſcrupulos, vbi fuerunt variæ Authorum*

ram ſententia, &c. Hæc Roder.

36 Imò in hac eadem materia (vt valde facit ad intentum) idem Dominus Mart 5. ita æquivocè locutus eſt cap. 1. ſuarum Conſtit. agendo de paupertatis voto, dicens: *Quilibet Conventus habeat ſuum Procuratorem ſecundùm declarationem, & privilegium Nicolai 3. &c.* Hæc Mart. 5. Notentur verba: *Secundùm Declarationem, & privilegiũ Nicolai 3.* Et cuilibet rectè, & vero ſenſu, rectoque iudicio ſentiẽti, patebit mens Domini Papæ Mart. 5. *Secundùm privilegium Nicolai 3.* (inquit Mart. 5.) *quilibet Conventus habeat Syndicum.* Ergo Syndicum habere nõ eſt verè privilegiũ relaxans, ac diſpenſans Regulam ſecundum Mart. 5. ſed iuris declaratio: quia dicit: *Secundùm Declarationem, & priuilegium Nicolai 3.* Cùm ergo conſtet *in re* hanc non eſſe diſpenſationem, nõ eſt cur in verbis æquivocis vim faciamus.

37 Ad alia verba Mart. 5. num. 26. relata, nimirũ: *Quin ſuo voto ſatisfacientes, &c.* Ex quibus Adverſarij colligũt (ac, vt illis videtur, cõcludũt) Martinum 5. loqui de voto paupertatis, in illoque diſpẽſare. Ad illa, inquam, verba Reſpondeo negativè. Perperam enim ab Adverſarijs intelliguntur. Quod, vt omnibus conſtet, advertendũ eſt, quod illud verbum, *Votum* ſcilicet, ſignificat duo. Primò, *Promiſſionem Deo factam.* Secundò, *Deſiderium, quo quis aliquid appetit, & conſequi vult.* Vnde communiter dicitur: *Pro voto ſuccedere*, ideſt, pro deſiderio. Videatur Eraſmus in Adagijs Chiliadis 3. Centuria 8. Adagio 55. *Voti compos.* Et Ximenez Arias Ord. Præd. in Dictionario Eccleſiaſtico verbo *votum.* Et in hac ſignificatione, qui dicit *Votum*, dicit *Volitum.* Vnde Berchorius in dictionario *p. 3. Verbo Votum: Nota* (inquit) *quòd Votum, quandoque ſumitur pro deſiderio, quandoq; pro Promiſſo. Quando autem votum idem eſt, quod Deſiderium; tunc videtur ſumere ortũ à volo vis: & eſt communis locutio, quãdo de aliqua re dicitur, quòd accidit, vel non accidit iuxta votum, ideſt, iuxta voluntatẽ.* Hæc ille.

Votũ ſignificat Promiſſionẽ, & Deſiderium.

38 Dico ergo, quòd in ſupradictis verbis nõ ſumit Mart. 5. Votum in prima acceptione, ideſt, vt ſignificat *Promiſſionem Deo factam.* Certiſſimum enim eſt, Fratres Minores vtentes Syndico ad hunc quintum actum integrè ſatisfacere ſuo Voto paupertatis, vt liquet ex eodem Mart. 5.

in

in Conſtit. cap. 1. Item (ait) *quoad Votum paupertatis ſtatuimus, & ordinamus illud inconcuſsè tenẽdum, quod felicis recordationis Nicolaus 3. in ſua Decretali Exijt qui ſeminat. declaravit à §. Porrò* (vt latiùs ſect. ſequenti) *& quòd quilibet Conventus habeat ſuum Procuratorem ſecundum declarationem, & privilegium Nic. 3.* Hæc ibi.

39 Sed in prædictis verbis Martinus 5. accipit votum in ſecunda ſignificatione, nimirum, vt idem ſit, ac *Deſiderium.* Et refertur ibi dictum *Votum* (nota) ad illud verbum *Voluerint*, quando dicitur ibi: *Non aſtringentes eos: propterea qui voluerint dictas declarationes ſervare, qui in ſuo voto ſatisfacientes ſervare valeant. Suo voto* (inquit) ideſt, ſuo volito, ſeu Deſiderio, & iſta dictio, *Votum*, deſumpta eſt à *volo vis* (vt ſupra num. 37. dixit Berchorius) & correſpondet dictioni, *voluerint*, vt iam dictum eſt.

Votũ idẽ quod deſideriũ in Martiniana.

40 Quòd autem ſic intelligendum ſit hoc verbum *votum*, amplius patet ex ipſo Mart. 5. qui non loquitur hic, præcipiendo, ſed indulgendo, & benignè annuẽdo: *Qui voluerint,* (inquit) *ſuo voto ſe ſatisfaciant*, ac ſi diceret ſuo *Volito*, aut *Deſiderio.* Si ergo hic hoc verbum *votum* obligationem diceret, aut votum paupertatis ſignificaret, voluerint, noluerint Fratres, tenebãtur dictas declarationes purè Regulam declarantes ſervare, vt ſic ſuo voto paupertatis ſatisfacerent, vt in primo cap. earundem Conſtit. iam ſtatuerat, & ordinaverat idem Martinus 5. his verbis: *Quoad votum paupertatis ſtatuimus, & ordinamus illud inconcuſſè tenendũ, quod declaravit Nicolaus 3. in ſua Decret. Exijt à §. Porrò.* Hæc Martinus 5. Notentur verba, quæ ita clara ſunt, vt minimè indigeant explicatione. Cõſtat igitur, quòd quando verbum *votum*, ſignificat *Promiſſionem Deo factã*, diſtrictè præcipit Mart. 5. At quando importat *Deſiderium* (vt quãdo refertur ab Adverſarijs) benignè indulget dicẽs: *Qui voluerint, &c.* Vide eaſdem Conſtitutiones *cap. vlt. circa med. §. Inſuper.*

SECTIO V.

An Fratres Minores poſsint recurrere ad Syndicũ, vti ad Subſtitutũ Dñi Papæ quoad quintum actum à Mart. 5. inſtitutum, abſque diſpenſatione declarationum Nicol. 3. & Clementis 5?

1 NEgant Politius *cap. 4. num. 53. fol. mibi*

hi 382. Sanctes Rom. *cap. 4.* Siguenza *tex.* 2. §. 43 *fol.* 150 *col.* 2. Ximenez *q.* 14. *concl.* 3. *num.* 109. & 112. March. *tex.* 2. *q.* 3. §. *Porrò tertium officiũ fol.* 233. Mart. à S. Ioſ *in ſecunda impr. cap.* 11. *num.* 12.

2 Affirmãt verò B. Ioã. de Capiſtrano, qui dictã Cõſtitutionem cõpoſuit, vt patet ſupra *ſect.* 4. *n.* 9. Ven. Piſa *cap.* 4. *dub.* 5. Serena Conſcientia *q.* 53. Auctor Firmam. trium Ord 4. *p. fol.* 63. *col.* 3. Cord. *in Repet. de Synd. pun.* 4 & *in Ordinationib⁹ hui⁹ Provinciæ Caſtellæ ſup. relatus ſect.* 4 *num.* 13. Politius (ſibi contrarius) *cap.* 4. *n.* 37. Mirand. *in prima impr. c.* 69. *fol.* 471. & *in* 2. *cap.* 57. *fol.* 380. Ioan. à Plagis *in Apologetico de Synd.* & alij. Quæ ſententia omnino mihi vera videtur, & tenenda.

Vti Syndico ad 5. actũ non eſt contra Nicol. 3.

3 Sit concl. Vti Syndico ſecundùm Cõſtitutionẽ Martinianam ad quintũ actum ſæpius dictum, nullo modo eſt contra Declarationes Nic. 3. vel Clem. 5. Probatur primò, clariſsimè ex cap. 1. ipſarum Mart. 5. Conſtit. §. *Itẽ quoad votum paupertatis*, ibi: *Item quoad votũ paupertatis, ideſt, viuendo ſine proprio, & quòd Fratres nihil ſibi approprient, ſtatuimus, & ordinamus, illud inconcuſsè tenẽdum, quod fœlicis record. Nicol. 3. declaravit in ſua Decret. Extra de Verborum ſignif. Exijt qui ſeminat lib. 6. à §. Porrò ſucceſſivè, & ſeriatim per ordinem: vſque ad §. Verũ quia expreſſè continetur in Regula: & quòd quilibet Conventus habeat ſuum Procuratorẽ ſecundùm Declarationem, & privilegium Domini Nic. 3. & Mart. 4. &c.* Hæc ibi.

4 Ex quibus ſic argumentor: Dominus Martinus 5. in ſuis Conſtitutionibus mandat expreſsè, quòd teneatur incõcuſsè, quoad votũ paupertatis, & quoad Syndicũ, quod declaravit Dominus Nic. 3. in ſua Decret. *Exijt à §. Porrò ſucceſsivè, & ſeriatim per ordinem; vſque ad §. Verũ quia expreſsè continetur in Regula.* Sed Dominus Nic. 3. à dicto §. *Porrò: vſque ad §. Verùm.* Declaravit, & determinavit omne id, quod pertinet ad votum paupertatis, & ad præceptum pecuniæ cũ omnibus cauſis, modis, & cautelis ad id requiſitis, vt liquet manifeſtè cuilibet legenti dictã declarationẽ ab vno ad aliũ ex §§. citatis. Ergo DominusMart. 5. non diſpenſat in Declaratione N. c. 3. inſtituẽdo Syndicũ, nec relaxat quod Dñs Nic. 3. declaraverat quoad votũ paupertatis, & prçceptũ de nõ recipiẽda pecunia: ac percõſequẽs Cõſtit. Martiniana nõ eſt relaxativa Declarationis Nicolai 3.

5 Se-

Digitized by Google

5 Secundò probatur ab inconvenienti. Sequitur enim maximum, ſi contraria ſententia vera eſt: nam conſtat, quòd Dominus Mart. 5. mandat expreſsè, vt *Inconcuſsè ſervetur, & teneatur Declaratio Nicol. 3. quoad paupertatem, pecuniam, & Syndicum*, vt patet ex dictis *num. 3*. At (vt ſententia contraria affirmat) idem Martinus 5. Votum paupertatis noſtræ relaxat, ac in Declaratione Nicolai 3. diſpenſat, inſtituendo Syndicum quoad quintum actum. Ergo vel Dominus Mart. 5. non intellexit declarationem Nicolai 3. quod nefas eſt dicere, vel ſi intellexit (vt eſt certiſſimum,) mandatum Martini 5. eſt ridiculum, falſum, iniquū; & involvit contradictionem. Ridiculum: quia ſine fundamento. Falſum: quia contra veritatem, quam cognovit. Iniquum: quia contra obligationem noſtram, bonos mores, & Iuſtitiam. Et involvit contradictionem: quia modò dicit, quòd teneatur inconcuſsè declaratio Nicolai 3. modò autem (vt Adverſarij affirmant) relaxat, & diſpenſat in dicta Declaratione. Quod quā alienum ſit à ratione, & pietate, cuilibet perſpectum eſt. Ergo dicēdum neceſſariò eſt, & omnino tenendum, inſtitutionem de Syndico factam à Domino Martin. 5. minimè eſſe diſpenſationem Declarationis Nicolai 3. nec cōtra illam.

6 Et confirmatur ex quarto capitulo ipſarum Conſtitutionum Mart. 5. ibi: *Quoad quartum capitulum Regulæ, quòd Fratres non recipiant pecuniam, ſtatuimus, & ordinamus, iuxta Declarationem Nicolai 3. & Clem. 5. & Mart. 4. quòd quilibet Conventus habeat ſuum Procuratorem, œconomum, Syndicum, & Actorem, cui omnis eleemoſyna pecuniaria aſſignetur, &c.* Hæc ibi. Vide ſupra ſect. 2. numero 12. Ex quibus argumētor ſic: Hìc aſsignat Dominus Martin. 5. Syndicum ad recipiendā quancumque eleemoſynam pecuniariam, vel (quod idem eſt) ad quintum actum: ſed huiuſmodi Syndici ad quintum actum inſtitutio eſt iuxta Declarationem Nicolai 3. & Clemen. 5. vt liquet. Ergo Conſtitutio Martiniana non eſt contra Declarationem Nicolai tertij, neque in illa diſpenſat.

7 Tertiò probatur concluſio ex ipſo Domino Nic. 3. qui in fine ſuę Declarationis Exijt ſic ait: *Vniverſis, & ſingulis cuiuſque conditionis, aut ſtatus, diſtrictè præcipimus, ne contra præmiſſa per Nos ſtatuta,* *Ex Nic. 3. probatur concluſio.*

dog-

dogmatizent, ſcribant: Sed ſi quid penes aliquem in his ambiguitatis emerſerit, ad culmen prædictæ Sedis Apoſtolicæ deducatur, vt authoritate Apoſtolica, ſua in hoc manifeſtetur intentio, cui ſoli conceſſum eſt in his, ſtatuta condere, & condita declarare. Hæc Nicolaus 3. Ergo non eſt cõtra mentem Domini Nicol. 3. nec contra illius Declarationem, ſed potius expreſsè iuxta eius, & Declarationem, & mentem, quod tale *dubium, ad Sedem Apoſtolicam deducatur, vt ſua in hoc manifeſtetur intentio, ac illud declaret.* Sed emerſit dubium circa dominium pecuniæ gratuitò oblatæ, cuiuſnam fuerit, quãdo Dantes illud à ſe abdicabant? Et ad Dominum Mart. 5 fuit deductum. Qui quidem declaravit, & ſtatuit, dominium huiuſmodi ad Sedem Apoſtolicam pertinere. Ergo hoc fecit, non contra, ſed iuxta declarationem Domini Nicolai 3.

8 Sed cõtra concluſ. argumentor primò: Talis pecunia, cùm primum apud Syndicum deponitur, deſinit eſſe Dantis, & fit Romanæ Eccleſiæ, eiuſque nomine, & authoritate expenditur, & tractatur, ita vt Dans illam revocare amplius non poſsit, licèt adhuc non ſit expenſa. Item poſſent Fratres, cum primùm eis pecunia offertur, Syndicum Papæ præſentare, cui pecunia conſignetur. Tertiò, nec Dantis voluntatem prius requirere tenerentur. Quartò, nec obligarentur ad faciendam proteſtationem, quòd pecunia ſemper, donec fuerit expenſa, erit ipſius Dantis. Quintò, neque ad petendam licentiam ad aliquã ſubrogandam perſonam: quia (vt dictum eſt) cùm primum Syndico pecunia fuerit aſsignata, ipſius Eccleſiæ Romanæ fit. Quæ omnia contra Declarationem prædicti Nicol. 3. & Clem. 5. probantur. Hæc Politius vbi ſupra num. 1. relatus. Et alij.

9 Ad hoc argum. Reſpõdeo concedendo propoſitiones ſingulas, quæ in illo continentur, & quando infertur: *Ergo ſupradicta omnia ſunt contra declarationem Nic. 3.* Nego firmiter conſequẽtiam. Quam, claritatis maioris, & veritatis gratia, ſic explico, ſingulas propoſitiones expendẽdo. Ad primam dico, quòd huiuſmodi pecunia ſemper nomine Dantis ſtat, vel primi, ſi illius dominium in ſe retinet. Vel ſecundi, (ideſt, Romani Pontificis) ſi primus Dans dictum dominium à ſe elongavit: tunc enim, quando ſtat nomine Romanæ Eccleſiæ, veriſsimè nomine Dãtis (pro-

prij

prij nimirum Domini) ſtat: & nomine, & authoritate Dantis tractatur, & expenditur per ſuum Subſtitutū, qui eſt Syndicus. Quod ſi huiuſmodi pecuniæ primus Dans (nempè Petrus,) iam non eſt Dominus, (cùm verus Dominus ſit iam Summus Pontifex) neceſſum eſt, quòd illam (etſi nondum ſit expenſa) non poſsit amplius revocare. Cùm itaque iam nō ſit ſua (vt ſupponimus) furtum committeret, ſi illam revocaret. Secundam propoſitionem concedo: quia iam eiuſmodi pecunia eſt Domini Papæ.

9 Tertiam, quartā, & quintam, ſimiliter concedo: quia iam primus Dans non eſt Dominus eiuſmodi pecuniæ, ſed Summus Pontifex, de cuius voluntate iam conſtat; etſi cōſtat, ſupervacaneum eſt, eius requirere voluntatem: quia vt habetur de Regulis Iuris in 6. Regula 31. *Eum, qui certus eſt, certiorari vlterius non oportet.* Neque eſt neceſſariū facere proteſtationem: quia Dans, & Dominus huius pecuniæ (qui eſt Summus Pontifex) non ignorat obligationem noſtram: necnō, & ſciens, & volens, eſt Dominus talis pecuniæ. Quæ duo, ſi in quolibet Dante reperiantur, nullo modo obligantur Fratres ad eiuſmodi proteſtationem faciendam, vt apertè fatentur Adverſarij nimirum, Politius *cap. 4. num. 38 fol. 358.* Ximenez *num. 71. fol. 298.* Mart. à S. Ioſ. *in 2. impr. cap. 10. n. 27. & in prima ibid. num. 25. fol. 78.* & alij.

10 Quibus etiam poſitis, Fratres vtentes Martiniana ad maiorem abundantiam, licentiam petunt Syndico, ſi opus eſt ſubrogare aliam perſonam, quando Syndicus per ſe, vel non vult, vel non poteſt ſolutionem facere. Ex quibus manifeſtè liquet, quòd conſtitutio Martiniana de Syndico ad quintum actum, nullo modò eſt contra declarationē Nicolai 3. vel Clem. 5.

11 Secundo argum. contra concluſionem ex March. vbi ſupra num. 1. relatus: *Iuxta Declarationes Nic. 3. & Clemen. 5. Papa, & Romana Eccleſia nullas res in ſuum dominium accipiunt, niſi eas, quibus Fratribus vti licet. Quomodo igitur Syndicus nomine Eccleſiæ recipiet pecunias, quarum vſus per Regulā Fratribus omninò ex vi voti interdicitur? Vnde meritò contra iſtam conceſsionem* (Martinianam ſcilicet) *reclamavit Familia Ciſmontana, vt teſtatur Corduba.* Hæc March.

12 Huic argum. Reſpōdeo negando antecedens; quia etiā iuxta Declarationes Nicol. 3. & Clem. 5. Eccleſia Romana

res, quibus Fratribus vti non licet (vtpote pecunia) in ſuum dominium accipit. Quod liquet ex Declaratione Nic. 3. art.3. (aliàs 4.) §. *Cæterum* verſ. *In eo verò caſu*, vbi Dominus Nic. 3. recipit *in ſe dominiũ pecuniæ gratuitò oblatæ, quando Concedens in concedendo dixit, quòd perſona deputata, pecuniam ipſam in neceſſarium vſum Fratrum expenderet, quidquid de ipſo Concedente vivendo, vel moriendo contigerit, &c.* vt expreſsè affirmat ipſe March. ſect.3.num.11. relatus, & latè dicta ſect. dixi à num. 6. vſque ad 10.

13 Rurſus idem Dominus Nic.3. dicto cap. *Exijt* art.3. (aliàs 6.) §. *Quia verò dominium librorum*, verſ. *Si verò res*, expreſsè recipit in ſe *dominium pecuniæ, quæ reſultat ex rebus, quarum vſum licet nobis habere: Si iam non amplius nobis vtiles vendantur, &c.* vt conſtat ibi. Et etiã dixi ſupra ſect.2.n.7.

14 Sed dices: Iſta pecunia reſultat ex re, cuius dominium habebat Summus Pontifex. Quòd ſi res erat ſua, neceſſum eſt, vt pecunia etiam ſit ſua. Reſpondeo cõcedendo obiectionẽ. Sed quæro à te: Iſtius pecuniæ (quæ reſultat ex re Pontificis) poteſt Frater Minor vſum habere? Reſpondere debes quòd non. Iterum peto Habet ne Summus Pontifex eiuſmodi pecuniæ dominium? Velis, nolis, affirmare teneris. Ergo res, quibus Fratribus Minoribus vti non licet, Nicolaus 3. in ſuum dominium accipit.

15 Tertiò argumentatur Ximenez *cap. 4 num.* 114. Ex cap. 4. ipſarum Martini 5. conſtitutionum, vbi poſtquam aſſignavit Syndicum ad quintum actum (ſæpius dictum) addit: *In omnibus autẽ* (inquit Martinus 5.) *quæ vltra hoc magis videntur arctari Fratres, ſiue ex declaratione Clementis, ſiue ex quacumque alia declaratione Summorum Pontificum, vel aliorum quorumcumque Apoſtolica Nobis authoritate commiſſa, miſericorditer diſpenſamus, &c.* Vide ſupra ſect. 4. num. 32. Notentur verba: *Siue ex Declaratione Clementis, ſiue ex quacumque alia declaratione, miſericorditer diſpenſamus.* In quibus clarè diſpenſat Martinus 5. in Declarationibus Clem. 5. & Nicol. 3.

16 Reſpond. quòd Martin. 5. non loquitur ex propria ſententia, nec iuxta mentem ſuam, ſed ex ſententia, & iuxta mẽtem aliquorum Fratrum ſcrupulis laborantium, qui credebant, & affirmabant, ſupradictam inſtitutionem de Syn-

Syndico (ad quintum actum à Martino 5. factam) eſſe contra mentem, & Declarationem Nicol.3. (rationibus hac eadem ſectione num. 11. & 15. relatis, convicti) quorum iudicio, & menti dubiæ ſe conformando, quamvis videret, ibi eos *trepidare timore, vbi nullus erat timor*: tamen, vt providus, & benignus Pater, illis miſericorditer annuens, ad pacandas illorum timoroſas conſcientias, ſcrupuloſque penitùs ex animo excutiendos, diſpenſavit, hoc eſt, indulſit, vt id facerent privilegio Apoſtolico, quod licitè, & purè facere poterant iure communi, vt latiùs dictum eſt ſupra ſect. 4. à num. 33. vſque ad 36. incluſivè. Ibi videatur.

17 Perbenè enim cognoſcebat, ſuam de Syndico conſtitutionem non pugnare cum declarationibus Nicolai 3. & Clem. 5. Siquidem ſemel *capitulo primo*, & iterum *cap.* 4. earundem Conſtitutionū iam dixerat, inſtituere ſe Syndicum iuxta declarationem Nicol. 3. & Clem. 5. vt patet ex dictis ſupra n. 3. & 6. & ſect. 2. num. 12.

18 Et confirmatur; quia dicit Dominus Mart. 5. *In omnibus, quæ vltra hoc magis videntur arctari Fratres, diſpenſamus*. Notentur verba. Non dicit: *Diſpenſamus in omnibus, quæ magis arctantur Fratres, ſeu arctant Fratres*. Sed in omnibus, *quæ magis videntur arctari Fratres*, inquit. Ergo iuxta ſententiam horum Fratrum, qui non magis arctabantur, ſed illis videbatur magis arctari, loquitur Martinus quintus.

19 Rurſus, minimè diſpenſat Martinus quintus in Declarationibus Nicol. tertij, & Clemen. 5. per ſupradicta verba, nimirum. *Diſpenſamus*. Dicit enim: *In omnibus, quæ vltra hoc magis videntur arctari Fratres*. Et ſic excludit alia, quorum ibi mentionem non facit: & in illis (ſi aliqua ſint, quæ magis arctent) diſpenſat. At horum omnium, quæ ad pecuniam, & ad Sydicum quoad quintum actum pertinent ſecundum Declarationem Nicol. tertij, & Clemen. quinti, memoriam facit in principio eiuſdem *capitis quarti*, vt liquet ex dictis ſupra num. 6. & antea iam fecerat in *capite primo* ipſarum Conſtitutionum, vt conſtat ex dictis ſupra num. 3. Ergo in illis declarationibus, quarum ibi meminit, non diſpenſat, ſed in alijs, quæ vltra hoc, vel quæ non ſunt ibi dictæ, vel relatæ.

20 Et confirmatur clariſsimè ex eodē Domino Mart. 5. *cap. vlt. earundem Conſtitut.* circa *finem*, vbi in aliquibus diſpenſando, ſuamq; mentem exponendo ita fatur: *In omnibus alijs conſtitutionibus, ſtatutis ordinationibus, declarationibus* (noto obſecro) *tam Summorum Pontificū, quàm aliorum quorumcumque, &c.* Et mox: *Authoritate Apoſtolica diſpenſamus, nolentes aliquem dicti Ordinis, ex prædictis ſtatutis, ſeu Declarationibus, de quibus in his præſentibus non ſit mentio, &c.* Et paucis interpoſitis: *Prædicta autem ſtatuta, Conſtitutiones, Ordinationes, Declarationes volumus ab omnibus tam Prælatis, quàm Subditis integrè, & inuiolabiliter obſeruari, &c.* Hæc Mart. 5.

21 Notētur omnia verba; ſed præcipuè illa: *Diſpenſamus in declarationibus, de quibus in his præſentibus non ſit mentio.* Sed in prædictis Conſtitutionibus Martinianis *cap.* 1. & 4. expreſsè fit mentio Declarationum Nicolai 3. & Clementis 5. quoad articulum de pecunia, & votum paupertatis in inſtitutione Syndici, vt ſæpius dictum eſt. Ergo Mart. 5. inſtituendo Syndicum, nec poſt illius inſtitutionem, diſpenſat in declarationibus Nic. 3. & Clem. 5.

22 Vltimam iam manum imponat prædictis Dominus Nicolaus 3. in ſua declaratione art. 1. §. *In primis*, ibi: *Vtriuſque iuris argumenta Nos docent, ea, quæ in principio ad medium, & ad finem: illa verò quæ in medio, ad finem, atque principium: & quæ in fine, ad vtrumque, vel eorum alterum ſæpe referri.* Hæc Nicol. 3. Referamus ergo ſtatutum de Syndico, quod fecit Dominus Mart. 5. in principio ſuarum Conſtitutionū (nempè *primò capitulo*) ad medium (nimirū ad 4. *cap.*) & ad finem (ſcilicet *vltimum cap.*) & clariſsimè cuilibet cōpertum erit, quòd non eſt diſpenſatio Declarationum Nicolai 3. & Clementis 5. quin potius ordinatio, conſtitutio, & declaratio, iuxta illorum mentes, & Declarationes, vt ex ſupradictis palàm apparet. *Vltimo probatur ex Nic. 3*

CA-

CAPVT V. REGVLÆ.

Textus: *Fratres laborent fideliter, & devotè, ita quòd excluſo otio, animæ inimico, Sancta Orationis, & devotionis Spiritum non extinguant, &c. De mercede verò laboris corporis neceſſaria recipiant, &c.*

CONTROV. XVI.

De labore Fratrum Minorum. De receptione mercedis. Et quomodo pretium laboris poſsint Fratres recipere?

SECTIO I.

An poſsint Fratres Minores laborare pro mercede, tam circa res ſpirituales, quàm corporales?

Regula nō præcipit laborem manualem.

1 NOtandum eſt primò, cum omnibus Expoſitoribus, nullum eſſe præceptum ſpeciale in Regula laborandi manibus: benè verò ſtat divinum, & naturale, in quantum otioſitatem excludit. Vnde non obligat ampliùs Fratrem Minorem, quàm alium Chriſtianum.

2 Notandum eſt ſecundò, verba Regulæ hic, modos quoſdam exhibere, quibus manuale opus rectificetur. Patet ex illis verbis: *Laborent fideliter, & devotè. Fideliter* quidem, *quoad proximum*, vt ait Hugo, vel etiam *quoad Communitatem in officijs ad Conventus ſervitium pertinentibus*, ita ſcilicet, *quòd ſine fraude, ſine remiſsione, ſine negligentia*, vt etiam dicunt expoſitio ſine titulo, & Cord. hic q. 2. *Devotè, quoad Deum*, ita ſcilicet, *quòd propter Deum, & cum divino affectu, & cōplacentia fiat*, vt dicunt Hugo, & expoſitio ſine titulo. Vel, vt idem Hugo, & Piſan. dicunt, *devotè*, ita quòd *devotio ſit voluntatis, & rectæ intentionis in mente, & diſcretionis in executione*.

3 Item *modeſtè* debēt Fratres quoad ſe ipſos laborare ſecundum prædictos Expoſitores,

tores,

Digitized by Google

tores, & Cord. ita quòd *excluſo otio, animæ inimico, ſanctæ orationis, & devotionis ſpiritum non extinguant.* Idcircò dicunt Hugo, Cord. (& alij communiter) quòd *Otioſus eſt Frater Minor, dum ſe, vel actione, vel contemplatione pro ſui ſtatus exigentia, non exercet: vel dum non potiùs miſcet vtrumque alterum alteri connectens.*

Labor duplex, corporalis, & ſpiritualis.

4 Notandum eſt tertiò, laborem eſſe duplicē, corporalem vnum, qui in operibus manuum conſiſtit, vel in exercitijs corporalibus: Spiritualem alterum, qui in operibus intellectus conſiſtit: vtpote ſtudere ad legēdum, concionandū, confeſsiones audiendas. Vel etiam in rebus ſpiritualibus, nimirum, celebrare Miſſas, dicere defunctorum officia, cōcionari, &c. Ita Nic. 3. art. 6. §. *Continetur quoque*, vbi etiā docet, quòd *Labor iſte ſpiritualis exemplo Christi, & Sāctorum Patrum, tantò corporali labori præponderat, quāto, quæ ſunt animæ, corporalibus præferuntur.* Hæc ille.

Vel in rebus ſpiritualibus.

Poſſunt Fratres laborare pro mercede.

5 His ſuppoſitis, ſit prima concluſio: Poſſunt Fratres Minores laborare pro mercede recipiēda. Patet ex textu. Imò labor à Seraphico Patre indictus eſt, vt Fratres ſibi neceſſaria provideant, vt conſtat ex ipſo textu, ibi: *De mercede verò laboris corporis neceſſaria recipiant.* Quaſi dicat: *Laborent, vt mãducent.* Ita expreſſè habetur in prima Regula c. 7. vbi ad intentū refertur Ly Pſ. 127. *Labores manuū tuarum quia manducabis, &c.* & illud Pauli 1. *Theſ.* 3. *Qui non vult laborare, non manducet.* Item laborent, *vt ex laboritio ſibi neceſſaria conquirant.*

Ex omni honeſto labore poſſunt mercedē accipere.

6 Secunda cōcluſio: Ex omni honeſto, & licito labore corporali poſſunt Fratres mercedem accipere. Ita intentionē ſuam explicat Seraphicus P. in ſuo Teſtamēto: *Laborent* (inquit) *de laboritio, quod pertinet ad honeſtatē.* Honeſtas autem attenditur, & in ratione operis, & in ordine ad honeſtatē Religioſæ vocationis. Hinc in prima Regula cap. 7. dicitur: *Fratres, qui ſciunt laborare, laborent, & eandē artem exerceant, quam noverint, ſi non ſit contra ſalutē animæ ſuæ, & honeſtè poterunt operari.* Et infra: *Et poſſint pro labore accipere omnia neceſſaria, præter pecuniam.* Hæc ibi. Sic licet Fratribus Carpentarijs, Pictoribus, Hortulanis, Scriptoribus intuitu mercedis laborare in operibus artis ſuæ.

Etiā pro labore in rebus ſpiritualib.

7 Tertia concluſio: Licet Fratribus Minoribus recipere mercedem pro labore in rebus ſpiritualibus, vtpotè, pro Miſſis, Divinis Offic. js, cōcionibus,

con-

confeſſionibus, &c. Patet ex iure naturali, & diuino. Vnde D. Paulus 1. Cor. 9. *Quis plãtat vineam, & de fructu eius non edit?* Et infra: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?* Et paucis interiectis: *Neſcitis quoniã qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario ſunt, edunt, & qui alteri deſerviunt, cum altari participant? Ita, & Dominus ordinavit, qui Euangeliũ annuntiant, de Euangelio viuere, &c.*

Ad vtrũque laborẽ extendit intentionẽ S. P. N. F.

8 Quarta concluſio: Ad vtrumque laborem, duabus cõcluſionibus antecedẽtibus memoratum, extendit intentionem ſuam Seraph. P. N. quãdo dixit in textu: *Laborent fideliter, & devote, & de mercede verò laboris corporis neceſſaria recipiant.* Ita Nic. 3. cap. *Exijt* art. 8. de modo laborandi §. *Continetur quoque* S. Bonav. hic Ven. Hugo, Ven. Piſa, Serena Cõſcientia q. 67. & alij communiter. Notandũ tamen, quòd ideo dicitur in textu: *Corporis neceſſaria recipiant*: quia non poſſunt Fratres recipere ſuperflua promerceden, nec indecẽtia ſuo ſtatui.

Licèt merces ſit nobis debita iure naturali, nullum ius civile in ea habemus.

9 Quinta concluſio: Licèt hæc merces iure naturali, & divino nobis debita ſit, in ea nullum ius civile habemus: idcircò illa recipere debemus, abſque omni iuridica repetitione, ſiue litigio iudiciali, nõ cum imperio, vel cõtentione, nec alio quovis modo, ac ſi eſſet noſtra: ſed ea tantum ratione, qua ſi eſſet liberaliter oblata reciperetur, ſicut decet paupertatis altiſsimę profeſſores. Quod ſi eiuſmodi merces nobis non datur, recurramus ad menſas Domini, petendo eleemoſynas.

SECTIO II.

An ſit conformius Seraphici Patris Noſtri intentioni, labore ſibi Fratres neceſſaria conquirere, quàm oſtiatim mendicare, vel ex eleemoſynis liberaliter oblatis ſibi providere?

Quatuor modis poſſunt Fratres ſibi providere.

1 PRo ſolutione nota ex Regulæ textu, ex Declaratione Nicol. 3. §. *Porrò* verſ. *Nec quiſquã art. 2. &* §. *Cæterum art. 4.* & ex Auctore libri Firm. trium Ord. *p. 4. fol. 129. col. 1. 2. & 3.* (vt etiam habetur in ſtatutis Iulij 2. *c. 6. partic.* 18.) Seraphicum P. N. in Regula quatuor modis diſtinxiſſe, quibus Fratrũ neceſſitatibus, & cõmodę corũ ſuſtẽtationi, provideri poſſet. Primus eſt per oblata liberaliter, vnde *cap. 3 fin. & ſecundum Sanctum Euangelium.*

Per oblata liberaliter.

de omnibus cibis, qui apponũtur eis, liceat manducare. Secundus per mendicata humiliter. Hinc cap. 5. *Recurramus ad menſam Domini petendo eleemoſynam oſtiatim.* Et cap 6. *Vadant pro eleemoſynis confidenter.* Tertius per acquiſita laboritio, ſeu in mercedem laboris, vt *patet hìc in textu.* Quartus, qui eſt, velut in ſupplementum, aut ſubſidium in neceſsitatibus veris, (& tantum Miniſtris, & alijs Prælatis relinquitur): & eſt per recurſum ad Amicos ſpirituales, qui ſolutionem faciant, aut emant ea, quę nec oblatione, nec mendicatione, nec laboritio commodè acquiri poſſunt, ne Fratres in ſuo ſtatu neceſſariorum penuria deficiant, vt habetur in *cap. 4. Regulæ.*

Per mendicata.

Per acquiſita ex labore.

Per recurſum ad Amicos.

Prius laborandũ, quã mendicandũ.

2 Sit prima concluſio: Melius eſt ex Regula, & Seraphici P. N. menti conformius, labore proprio manuali, ſeu corporali Fratres ſibi neceſſaria conquirere, quàm oſtiatim mendicare. Probatur ex prima Regula cap. 7. *Fratres* (inquit S. Pater) *qui ſciunt laborare, laborent, &c. Nam ait Apoſtolus* (1. Theſ. 3.) *Qui non vult laborare, non manducet.* Et infra: *Et cum neceſſe fuerit, vadant pro eleemoſynis, ſicut alij pauperes.* Notentur verba, & patebit intentum. Primò enim dicit Sanctiſsimus P. laborent, &c. & poſtea, *cum neceſſe fuerit vadant pro eleemoſynis, &c.*

3 Secundò probatur ex Teſtamento eiuſdem Seraphici P. dicentis: *Et quando non daretur* (aliàs *nõ dabatur*) *nobis pretium laboris, recurramus* (alij legunt: *Recurrebamus*) *ad menſam Domini, petendo eleemoſynam oſtiatim.* Hæc ibi. Ergo ſi daretur pretium laboris, nõ recurrerent, vel quando dabatur pretium huiuſmodi laboris, non recurrebant ad eleemoſynarũ mendicationem, ac per conſequens deficiẽte pretio laboris, oſtiatim mendicabant.

4 Et hic fuit modus Antiquorum Patrum noſtrorum, qui cophinos vimineos, ac alia opera ſervilia honeſta faciebant, ex quorum ratione victitabant, vt ſingulariter patet in B. Ægidio Sanctiſsimi P. N. dilecto ſocio, vt habetur in Conformitatibus *lib. 1. conf. 8. pro ſecunda parte, & in 1. p. Chron. lib. 7. cap. 3.* & de B. Iunipero & alijs.

5 Secunda concluſio: Melius eſt ex Regula, & menti Seraphici P. N. conformius, labore proprio ſpirituali, ſeu in rebus ſpiritualibus, neceſſaria pro victu, & veſtitu quærere, quàm oſtiatim ea mendicare. Hæc cõcluſio colligitur ex

Melius labore ſpirituali neceſſaria quærere, quã ea mendicare.

Digitized by Google

ex prim. & inſuper probatur: Quia ſi hoc eſt verum in labore corporali; melius multo erit in labore ſpirituali: *Cum labor iſte ſpiritualis* (ait Nicol. 3. *ſect.* 1. *num.* 4. relatus) *tantò præponderet corporali, quantò, quæ ſunt animæ, corporalibus præferuntur*. Hæc Nicol. 3.

6 Huic appoſitè S. Bonaventura in hoc Regulæ paſſu: *Voluit ergo* (inquit Seraphicus Doctor) *Sanctus Franciſcus ſummè Fratribus imponi exercitium, quod perfectiſsimè excludit otium; quod ſummè nutrit devotionis affectum; quod laudabiliori modo corpori neceſſaria ſubminiſtrat. Labor autem corporalis, etſi excludat otium à corpore: tamen pro tanto ad modicum vtilis eſt: quia à corde ſordes, & otium non excludit &c. Studium verò ſapientiæ ipſum cor occupat*. Et infra: *Modus autem laudabiliſsimus corpori neceſſaria acquirendi eſt, & in prædicationibus, & doctrinæ laboribus exerceri. Labor enim mechanicus condignè circa pretia compenſatur. Non eſt autem digna compenſatio, receptio corporalium ſpiritualia ſeminanti*. Hæc S. Doctor. vide, & alia ibid. Videatur etiam in Opuſculo de Paupertate Chriſti contra Magiſtrum Gulielmum q. 2. *in corpore*, & in Reſponſione *ad* 7. & 8. & in Apologia Pauperum *Reſponſionis* 4. *cap.* 3. *parum poſt principium*, verſ. *Demum vt via*. Vbi pulchrè ad intentum.

7 Egregiè etiam ſuffragatur Angelicus Doctor Opuſculo contra retrahentes homines ab ingreſſu Religionis (& eſt 17.) cap. 16. poſt med. *Otium* (inquit) *non ſolùm per laborem manuum tollitur, ſed multò melius per Sacræ Scripturæ ſtudium; quod otium habet magnum negotium, ſicut Auguſtinus dicit; &c.* Et mox: *Ipſa etiam Sapientia maximum opus eſt*. Hæc Angelicus Doctor. Videatur etiam Opuſculo 19 contra impugnantes Religionem cap. 5.

8 Ex quibus infero primò, melius ex Regula, ac menti Seraphici P. N. conformius eſſe, corporis neceſſaria Fratres procurare, & recipere ſpiritualiter, ſeu in rebus ſpiritualibus laborando (nimirũ, concionando, cõfeſsiones audiendo, officia mortuorum faciendo, eorum corpora ad foveam, ſeu ſepulturam comitando, &c.) quàm oſtiatim eleemoſynas mendicando, niſi aliunde interveniat avaritia, vel alia circumſtantia prava.

9 Infero ſecundo, noſtras mendicationes ordinarias, non tam mendicationes eſſe, quàm humiles poſtulationes mercedis,

dis, ratione multorum obſequiorum populo præſtitorum in concionibus, confeſsionibus, divinis officijs, & alijs. Quæ quidem minori incommodo, & maiori ſpiritu devotionis fieri poſſunt. Videatur Seraphicus Doctor vbi ſupra *num. 6.* relatus, ſatis aptè ad intentum, & Doctor Angelicus 2. 2. *q.* 187. *art.* 3. *ad* 3. *&* *art.* 4. *in corpore*, *&* *Opuſc.* 19. *cap.* 5.

Melius prouideri ex labore, quam ex oblatis liberaliter.

10 Tertia concl. Melius, & méti Seraph. P. N. cóformius eſt, labore proprio (corporali, ſeu ſpirituali, vt dictum eſt) neceſſaria corporis procurari, quàm ex oblatis eleemoſynis liberaliter, Fratres ſibi providere. Probatur ex praxi ipſius Seraphi. P. qui, vt refert S. Bonavent. in *legenda cap.* 7. *circa med.* *Propter Sanctæ paupertatis amorē, Omnipotentis Dei famulus* (id eſt B. P. N. F.) *eleemoſynis oſtiatim quæſitis vtebatur multò libētius, quàm oblatis*. Hæc Seraphicus Doctor. Ergo Seraphici P. menti, eſt conformius, & Regulæ paupertati, eleemoſynas recipere ex mendicatione quàm ex libera oblatione. Cùm verò Regulæ, ac menti Sanctiſsimi Patris ſit conformius, labore proprio (corporali, ſiue ſpirituali) neceſſaria conquirere, quàm oſtiatim mendicando (vt probatum eſt ſupra) de primo ad vltimum ſequitur, menti Beatiſsimi Patris noſtri conformius eſſe, eleemoſynas ex labore proprio recipere, quàm ex libera oblatione.

SECTIO. III.

An poſsint Fratres Minores paciſci de mercede laboris, ſiue corporalis, ſiue ſpiritualis?

Non poſſunt Fratres facere pactū civile de mercede laboris.

1 Reſpondeo, quòd neutro modo horum poſſunt pactione civili, ſeu ex parte Fratrum obligatoria: poſſunt tamen paciſci de mercede, ſeu locare opera ſua, aut exercitia corporalia, ſeu ſpiritualia, quando non intervenit tale pactum civile, ſed ſolùm eſt ſimplex promiſsio vtrinque facta; quod Frater ſcilicet laborabit in tali opere, & alter promittit bona fide, quòd etiā dabit mercedem laboris, ita quòd tantùm maneat obligatio naturalis. Notandum verò eſt, quòd quamvis Frater Minor non ſit capax alicus iuris civilis, vel obligationis mutuæ, minimè incapax eſt iuris divini, & naturalis, vt ſupra *ſect.* 1. *num.* 7. *&* 9. dictū eſt, & infra Controv. 17. *ſect.* 1. *num.* 15. *&* 19. dicetur. Idcircò ſæcularis iure naturali divino, obligatur mercedem pau-

pauperis non defraudare, vt paſſim conſtat ex Sacra Scriptura.

Syndici poſſunt vendere libros, &c.

2 Petes primò: An poſsint Syndici Fratrum vendere libros, imagines, & alia huiuſmodi, quæ Fratres ſuo opere manuali fecerunt? Reſpondeo affirmativè. Ratio eſt, quia ex natura ſua, res ſic à Fratribus factæ, transeunt in dominium Summi Pontificis, tanquã Ordinis Parentis, &c. cuius indubitata mens eſt, vt filiorum operę diſtrahi poſsint pro varis, & certis neceſsitatibus.

Licet Fratrib' pingere, vt pictura divendatur dummodo, &c.

3 Petes ſecundò: An etiam liceat Fratribus pingere, ſcribere libros, &c. vt divendantur, & huiuſmodi rerum pretium in neceſsitates ſuas convertatur? Reſpondeo, licere, dummodò non intendant contractus medios, quaſcumque interveniant, ad eiuſmodi venditionem: ſed tantùm, vt eorum neceſsitati congruè, ac honeſtè ſatisfiat. Quòd autem Syndicus hoc faciat per venditionem, donationem, aut alio modo, nihil ad Fratres.

Etiã licet curare, emi aliquas materias, &c.

4 Petes tertiò: An liceat Fratribus curare, emi aliquas materias, vt ij, in illis operentur, & demum per Syndicum, aut alios æſtimato materiæ pretio divẽdatur? Reſpõdeo, quòd ſi nomine, & authoritate Fratrum huiuſmodi emptio fit, non licet: ſi verò Syndicus nomine Papæ, aut Devotus Ordinis nomine proprio (ſi res ſua ſit) talem emptionem faciant, &c. rem in ſua ſpecie Fratribus concedunt, benè poſſunt Fratres in tali materia operari, vt demum per Syndicum, aut Devotum Ordinis æſtimato pretio huiuſmodi materiæ divendãtur.

5 Rurſus poteſt Frater curare, emi materiam nomine, & in vtilitatem eius, pro quo in re operatur, verbi gratia. Petit aliquis, vt Frater pictor imaginem ſibi pingat: ſi ille nõ offerat telam, colores, &c. poteſt Frater illa quærere ſub interpretatione tacita, quòd ille, pro quo pingit, mercatori ſolvet.

SECTIO IIII.

An liceat Fratribus Minoribus intuitu laboris in rebus ſpiritualibus, v. g. pro celebratione Miſſarum, prædicatione, &c. ad eleemoſynam pecuniariam recurrere?

1 Notandum eſt, Fratres Minores minimè pro mercede laboris recipere poſſe denarios, vel pecuniam, vt habetur hic expreſsè in textu.

2 Sit

Licet recurrere ad pecuniã intuitu mercedis pro labore corporali.

2 Sit prima concluſio: Licet Fratrib' recurrere ad pecuniam pro veris neceſsitatibus, intuitu mercedis, & laboris corporalis. Ratio eſt: quia licet ad oblatam liberaliter, vel etiam ad procuratam recurrere. Ergo etiam ad oblatam intuitu laboris: hic enim intuitus nihil ponit in Fratre iuris, adminiſtrationis, vel vſus. Nec dicit conditionem recurſui ordinario repugnantem, vt de ſe patet. Ergo licet, &c.

Etiã pro labore in re ſpirituali.

3 Secunda cõcluſio: Etiam pro labore, vel opere ſpirituali (ſeu quod circa res ſpirituales fit, vt dictum eſt ſupra ſect. 2. *num.* 5. & 6.) poſſunt Fratres (vt dictum eſt) ad pecuniam recurrere: non verò pro pretio rei ſpiritualis, nec laboris, ei per ſe coniuncti. Probatur concluſio: quia licitus omnino eſt vſus accipiendi iuſtum ſtipendium, pro Miſſarũ celebratione, & mortuorum humatione, pro concionibus, & alijs ſpiritualibus functionibus, conſuetum, ſecundum ordinationem Eccleſiæ, & cõſuetudinem approbatã, vt tenet communis ſententia. Videantur Genedo referens multos, collect. 44. *num.* 5. *p.* 2. Henriquez *tom.* 2. *lib.* 9. *de Miſſa cap.* 22. *num.* 4. Suarez *tom.* 3. *in* 3. *p. diſput.* 86. *ſect.* 1. & 3. Gutier. *libr.* 1. *Canonicarum cap.* 29. *à n.* 3. Fagundez de præceptis Eccleſiæ, *Præcepto* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 5. & *cap.* 8. *num.* 2. & alij apud ipſos. Ergo etiam Fratres Minores (quamvis nõ poſsint per ſe, vt alij Eccleſiæ Miniſtri, recipere dictum ſtipendium pecuniarium, Regula, & Profeſsione obſtãtibus,) ad illud ſtipendium licitè poterunt recurrere pro neceſsitatibus veris, ſicut ad aliam quamcumque pecuniariã eleemoſynam, vel oblatam, vel procuratam.

4 Secundò probatur: quia nulla ſimonia committitur ex huiuſmodi ſtipẽdij acceptione (etiam ſi Sacerdos illud exigat ex pacto) quia id non accipitur, nec datur quaſi pretium Miſſæ, aut functionum ſpiritualium: ſed in ſuſtentationẽ Sacerdotum, & Miniſtrorum Dei. Huiuſmodi autem receptio non eſt ſimoniaca, vt præter *DD. num.* 3. relatos, docet optimè Angelicus Doctor 2. 2. *q.* 100. *art.* 3. Caiet. ibid. verſ. *Ad evidentiam.* Navar. in Manuali latino *capit.* 23. *num.* 100. Et eſt communis ſententia. Videatur Fagundez vbi ſupra. Ergo ſimiliter minimè erit ſimoniacum recurrere Fratres Minores, etiam ex pacto (naturali tantum non civili) ad ſimile pecuniarium ſtipendium. Ergo ex nullo cap. repugnat, quòd Fratres Minores

res (licèt dictum ſtipendium non poſsint per ſe recipere) ad illud poſsint, vt ad aliam eleemoſynam pecuniariam recurrere.

5 Iuxta dicta, intelligendi ſunt, & explicandi Manuale cap. Areval. in dubijs ſuper Reg. dub. 11. Manip. p. 2. c. 28 n. 1. & 2. & alij nimis ſcrupuloſè in hac materia loquẽtes: ſed verò, nullomodo audiẽdi.

6 Tertia cõcluſio: In recurſu ſupra relato *prima, & ſecunda* concluſ. obſeruandæ ſunt omnes conditiones, cauſæ, & cautelæ, quæ ſupponũtur in alijs recurſibus ad Dantes, vel Depoſitarios ſupra *Cõtrover. 12. & 13.* memoratis; vt v. g. nullomodo recurſus ex debito fiat; vel quaſi ex debito. Item, vt caveant Fratres, quod nec verbo, nec opere, aut ſigno oſtendant ſe habere aliquid iuris, vſus, vel adminiſtrationis in dicta pecunia, &c.

SECTIO V.

An liceat pro habitibus, in quibus Devoti Ordinis ſepeliuntur, accipere per idoneas perſonas pecuniam; in Fratrum neceſsitates expendendam?

Licet vẽdere habitus per idoneas perſonas. 1 Reſpondeo, & dico licere. Ratio eſt; ſicut enim licet vendere res minus vtiles, & pecuniam inde factam per idoneas perſonas recipere, & in Fratrum neceſsitates expendere, vt expreſsè declarat Nicol. 3. §. *Cæterum art. 3.* verſ. *Si verò res*: Ita ſimiliter habitus minus vtiles, vel non neceſſarij, (etiam ſi ſint novi) vendi poſſunt, & pecunia inde reſultans per idoneas perſonas recipi, & in rem neceſſariam Fratribus expendi. Vide infra num. 7. & 8.

Etiã per Syndicũ iuxt Nicol. 3. 2 Dico ſecundò: Syndici etiam dictos habitus, quibus Fratres vtuntur, vel ad eorum vſum ſpectant, vendere poſſunt, etiam iuxta Nicolai 3. declarationem. Ratio eſt: quia ad dominium Papę ſpectant, cum ijs Fratres vtantur, vel etiam ſi non vtantur, non ſint Fratribus vtiles, etſi quondam fuerint. Videatur Nicol. 3. vbi ſupra, vbi determinat, res Fratribus minus vtiles poſſe per idoneas perſonas vẽdi: At Syndici etiam ſunt perſonæ idoneæ, vt patet: Ergo. Vide March. in cap. 5. Reg. circa finem.

Sed non poſſunt fieri lucrativa negotiatione. 3 Petes primò: An Fratres vel etiam Guardiani poſsint facere habitus ex lodicibus, (Hiſpane, *Cobertores de cama*) vel cortinis, vel ſimilibus, vt divendantur? Reſpondeo, non poſſe, niſi in caſu ſpecialiſsimo, & extremæ, vel quaſi extremæ neceſsitatis, ſublato ſcan-

ſcandalo, & omni circunſtantia vitiante. Secùs vero negotiationẽ turpẽ facerent Fratres, vel Guardiani, more veterũ veſtiũ mercatorum (*Hiſpane, Ropavejeros, o tratantes de ropa vieja*) Quod omninò fœdum eſt.

4 Petes 2. An Guardianis liceat curare emi ſagum vile, (Hiſpanè *friſa*) vel huic ſimile, vt habitus fiant, &, vt dictum eſt, divendantur? Reſpondeo minimè licere. Hoc enim nihil aliud eſt, quam lucratiuam negotiationem exercere, quod eſt clarè contra regulam. Ducor ex Clement. 5. *Exiui*, §. *Licet verò* cap. 8. ibi. *Licèt verò ſit licitum, quod Fratres Minores hortos, & areas habeant competentes ad habenda neceſſaria hortalitia pro ſe ipſis: habere tamen hortos aliquos, vt colantur, ac olera, & alia hortalitia pretio diſtrahantur, necnon & vineas, repugnat ſua Regula.* Hæc Clement. 5.

5 Si ergo repugnat Regulæ, olera hortorum vendi, licèt ſint culturæ, & laboris Fratũ prætium, multo melius Regulæ repugnabit, habitus ſupradictos vẽdere, Fratresq; ſeu Guardianos eorũ lucratiuis negotiationibus, vt puri mercatores, ſe implicare.

6 Nec obſtat dicere, quòd venduntur per Syndicum nomine Papæ. Simili enim modo concedere poſſemus, dicta olera per Syndicum poſſe nomine Papæ vendi. Quod nullus hactenus conceſsit: Syndicus enim non conſtituitur pro vendendis his; vbi negotiatio lucratiua inuenitur, ſeu mercatura exercetur.

7 Petes 3. An Prælati poſſint pretium certum aſsignare, & illud Syndici recipere? Negant firmiter Areval. *Dubium* 11. Manipulus 2. *part. cap.* 18. & alij. Nihilominus tamẽ mihi videtur, poſſe pretium certum pro habitibus (de quibus ſupra num. 1. & 2.) aſsignari, & à Syndicis recipi, ſeruatis tamen ſemper omnibus conditionibus de recurſu ad Amicos ſæpius repetitis ſupra. Ducor: quia *Summus Pontifex* (verba ſunt Cord. in *cap.* 4. *Reg. quaſt.* 15. *pun.* 3. *circa mediũ*) *conceſsit, quòd ſepeliendus in habitu noſtro, daret pro alio habitu, licèt id non ſit neceſſarium pro lucranda indulgentia, vt declarauit. Reverendiſsimus P. Fr. Franciſcus de Angelis Miniſter Gen. in Capitulo Prouinciali Caſtellæ Toleti, Anno* 1523. *me preſente*. Hæc Corduba. Notentur verba: *Papa conceſsit, quòd ſepeliendus in habitu noſtro, daret pro alio habitu.* Ergo cum Prælati probè ſciant, quem valorem

Poſſunt Prælati certũ pretiũ aſsignare pro habitibus

attin-

attingant habitus, quibus induendi ſunt Fratres, benè poterunt pretium determinatũ aſsignare ijs habitibus, qui dãtur ad indumentũ defunctorũ, cùm in illis ſepeliendi, datur ſint pro alijs habitibus. Ac per conſequens, Syndici poterunt dictum pretium certum recipere, ac petere.

8 Ex dictis infero quod, vt tale pretium aſsignatum recipiatur, debent Fratres habitibus indigere neceſsitate pręſenti, vel imminẽti. Secus autẽ dicti habitus nõ poſſunt vẽdi, niſi ratione panni, quia alicuius valoris eſt talis materia habitus: & vt rectè notat Cordub. (vbi ſup.) tunc, *non poteſt vendi maiori pretio, quàm valeat Fratibus talis habitus. Alioquin eſſet iniuſtitia, vel ſimonia, ſi ratione indulgentia annexa carius vẽderetur. Vnde habitus nouus plus valens illis, poteſt pluris vẽdi; vetus autem non niſi minoris. Mediocris autem mediocri pretio, ſecundùm, quod ipſis Fratribus erat vtilis. Alioquin eſſet iniuſtitia. Ideo videtur quod ſecurè fieret, ſi omnes habitus communiter pretio mediocri venderentur, & aeſtimarentur, & non magno pretio, vt novi, neque minori, vt omnino veteres, vt dictum eſt, & in partibus Hiſpaniæ videtur hoc tempore mediocre pretiũ vnus ducatus aureus*. Hæc Corduba, quæ ſunt valde notanda.

6 Sed contra dicta ſupra n.7. arguunt Areval. & Manipulus vbi ſupra. In hoc interuenit peccatũ ſimoniæ: quia in dictis habitibus primò, & principaliter habetur oculus ad lucrum temporale, præſertim cùm fiat pactũ de pretio, & taxatio habituum, ita vt ſi nõ daretur tantũ, nõ daretur habitus: ergo. Reſpõdeo nullũ eſſe inconueniẽs, quòd habeatur oculus ad lucrum temporale: cum non expectetur, nec admittatur, vt pretium rei ſpiritualis: ſed ad ſuſtẽtationem. Nec obſtat, quòd hæc ſuſtentatio in pactum deducatur, tũ primò quia quilibet in pactum deducere poteſt, quod ſibi iure naturæ debetur, vt præter Doctores relatos *ſupra ſect. 4. n. 3. & 4.* affirmat Bonacina *t. 1. tract. de Simonia diſp. 1. pu. 2. n. 2. fol. 578.* cum alijs. Tum etiam quia Sacerdos, etiã ſi diues ſit, poteſt exigere ſtipendium taxatum à Prælatis pro Miſsis ſine labe ſimoniæ, vt idem Bonacina ibidem cum alijs multis fatetur; vide etiam Fagundez de præceptis Eccleſiæ *præcepto 1. lib. 3. c. 8. à n. 1.*

10 Secundò arguunt Arevalo & Manip. Falſum eſt dicere, quod pannus vendatur, & non indulgentia; quia

quia nullus huiuſmodi habitus tantum valet: nec aliquis ſanæ mentis pro illo panno tantum daret, quantum pro illo petitur. Ergo. Reſpondeo, nihil obſtare, quòd habitus minus valeat, quàm pro illo petitur, ſeu datur. Quod palàm confirmatur ex petitione, & largitione Bullæ Cruciatę: eiuſmodi enim Bulla ſemper datur, & petitur, ſuppoſitis pacto, & taxatione. Imò ipſa taxatio duorum, ſcilicet Regalium argenteorum in eadem Bulla expreſsis verbis continetur. Nec Bulla alicui dabitur, ſi dictum pretium taxatum non exhibeat: & nihilominus, hìc, nulla reperitur ſimonia, vt omnes fatentur. Rurſus papyrus dictæ Bullæ non valet, quantum pro ipſa Bulla datur, vel petitur: & nullus ſanæ mentis tantum daret pro tali papyro, ſeu Bulla: nec venditur Indulgentia. Ergo neque in habitibus, &c.

CAPVT VI.

Textus: *Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, &c.*

CONTROV. XVII.

De paupertate Fratrũ Minorum quoad rem?

SECTIO I.

Quid ſit Paupertas Fratrum Minorum?

1. PRo clariori præſentis Sectionis elucidatione, nota primò, quòd ad hanc paupertatem pertinent abdicationes quinque actuum ciuilium, vel (vt Expoſitores loquuntur) Politicorum, qui ſunt, *Dominium, Poſſeſsio, Proprietas, Vſus fructus, & Vſus iuris*. Horum tres primi ciuiles, ſeu Politici actus (nempè Dominium, Poſſeſsio, & Proprietas) ſpectant ad rem ipſam. Alij autem duo (nimirũ Vſus fructus, & Vſus iuris) ad vſum rei.

2. Nota ſecundò, quòd *Dominium eſt ius de re perfectè diſponendi, niſi lex, vel conventio obſiſtat* (vel *niſi lege probibeatur*, quod idem eſt) vt habent Barthol. & Aretin. *Dominiũ quid.*

tit. L. *Siquis vi.* 17. §. *Differentia, ff. de Acquirenda poſſeſſ.* Quæ definitio comprobatur ex multis Iuribus, quæ doctiſsime refert Ant. Pichard. Salmant. *Inſtitution. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 1. *de Rerum diuiſione in Rubri. n.* 4. Videatur etiam Navarr. *tom.* 1. *comment.* 1. *de Regularibus n.* 12.

Poſſeſsio quid?

3 Poſſeſsio civilis (ſeu Politica) *eſt rei corporalis retentio corporis, & animi iuris adminiculo concurrente.* Vt habet Gloſſa in L. *Poſſeſsio* 1. *in principio ff. de Acquirenda poſſeſſ.* Vide dictam Gloſſ. & Antonium Pichard. *Inſtit. t.* 2. *lib.* 4. *tit.* 15. *de Interdictis, in principio tituli art.* 2. *n.* 26. & 27.

Proprietas?

† vide n. 13.

4 Proprietas civilis *eſt res ipſa, de qua Domino diſponere licet* †; quæ poteſt definiri; *eſt qualitas quædam, quæ indicat rem ad me, & non ad aliũ pertinere*, vt docte Ioan. Caſtill. *p.* 1. *Controv. Quotidian. iuris c.* 75. *n.* 37 & 41. Vide.

Vſus fructus?

5 Vſus fructus *civilis eſt ius quoddã alienis rebus vtendi, & fruendi, ſalua earũ ſubſtantia. L.* 1. & 2. *ff. de Vſu fructu.* Illud verbum *ius*, pro facultate accipitur, vt docte Pichard. 1. *p. inſtit. lib.* 2. *tit.* 4. *de Vſu fruct. n.* 9.

6 Dicitur: *Alienis rebus*: quia vſus fructus eſt ſervitus: & ſervitus non cadit in re propria. *L. Vtifrui ff. Si vſus fructus*: non enim Domino proprietatis res propria ſervire dicitur. *L. In re communi ff. de Servitutibus Vrbanor. prædior.*

7 Dicitur: *Vtendi*, ad differentiam iuris, quod habet creditor in rebus alienis pignoratis, quibus, ſi vtatur præter Domini voluntatem, furtum committit. §. *Furtum autem de Obligat. quæ ex delict. L. Si pignore.* 56. *ff. de Furto L.* 1.

8 Additur: *Fruendi*, ad excludendũ nudum vſum: Longe enim minus habet, qui vſum habet, quam qui vſum fructum: inſtit. de vſu, & habit. in principio.

9 Dicitur: *Salva rerum ſubſtantia*; quia in hunc modum vtifrui licet, ne quidquã de ſubſtantia pereat, *L. Si vſus fructus* 6. *in principio ff. eodem.*

Vſus iuris?

10 Vſus iuris civilis, ſeu Ius vtendi, *eſt ius alienis rebus vtendi ad vſum quotidianum, quod in alium transferri non poteſt.* Quam definitionem probabis ex L. 1. & ſequentibus maxime ex *L. Plenum* 12. §. 1 *ff. de Vſu, & habitat. L. Si aliy* 42 *ff. de Vſu fructu L.* 20. veri. *La ſegunda manera.*

11 Ex quibus patet, quod inter vſum fructum, & vſum iuris multiplex verſatur diffe-

 ren-

rentia. Prima, quòd ille, qui habet vſum, nihilomagis iuris habet, quàm vti prædio, vel domo ad neceſsitatem pro ſe, & ſuis. Vſusfructus autem omnem prętat vtilitatem rei, & ius, & facultatem vtendi, & fruendi ipſa re. *L. Vſufructu legato 7. ff. de Vſufructu.* Secunda differentia eſt, quod vſufructuarius habet ius vendendi, aut locandi commoditatem ſui iuris: vſuarius verò non ita. Ita Pichardus *tom. 1. vel p. 1. Inſtit. lib. 2. de Vſu, & habitat. in principio n. 5.* Alias differentias vide ibi. Et ad omnia ſuperdicta vide etiam Rebellū de Obligationibus *p. 1. lib. 1. de Dominio, & alÿs iuribus affinib. q. 7. & 8.*

Vſus facti ſimplex.

12 Vltra hos quinq; actus civiles, eſt alius actus non civilis, qui eſt *quidam vſus*, qui non eſt ius, ſed eſt ſimplex, & actualis vſus facti tantum rei conceſſæ (vt æquitatio eſt vſus equi) ſine vllo iure civili in ipſa re, aut in ipſo vſu rei: *Qualem* (inquit Navarr. *Comment. 1. de Regularibus num. 13.*) *habet ſervus in eo, quod veſtit. L. Id veſtimentum §. de Peculio: qualem conviva in edulÿs ab invitante ſibi appoſitis: qualem etiam Frater Minor in his, quæ comedit, & veſtit. cap. Exiÿt §. Porrò, & §. Ad hæc omnium in hic aptiſſimo.* *Cui conſonat Clementina 3 Exivi §. Cupientes.* Hæc Navarrus (Quibus tu adde: Qualem etiam habet quilibet Sacerdos in veſtibus Sacerdotalibus, quibus ſe induit ad Miſſam dicendam, vel celebrandam) & ante Navarr. Alvarus Pelag. *lib. 2. de Planctu Eccleſiæ cap.* (*vel art.*) *55. & 60. poſt med. §. Secunda obiectio, fol.* (*mihi*) 202. & poſt illos Sanchez *tom. 3. ſum. lib. 7. cap. 18. num. 3. 5. & 7.* & Bartholom. à Sancto Fauſto in Theſ. Religioſorum *lib. 8. q. 7.* & alij.

13 Itaque ſupradictis eſt conſequens differentia inter dominium, Proprietatē, Poſſeſsionem, Vſumfructum, Vſum iuris, & vſum facti. *Dominium* enim, *ouis*, nimirum, eſt, ius, ſeu facultas de re, ſeu *oue*, liberè diſponēdi, ſcilicet, vendendo, alienando, donando, &c. *Proprietas* ſecundum aliquos Iuriſperitos differt à dominio, & ſic non eſt ius de *oue* liberè diſponendi, ſed eſt res ipſa, *ouis* ſcilicet, de qua domino diſponere licet: quia ſua eſt. Secundum verò Bart. & Bal. dominium, & Proprietas ſunt idem. Vide Ioan. del Caſtill. (vbi ſupra num. 4. relatus) num. 22. *Poſſeſsio eſt* ouis ipſius retentio. *Vſus fructus* eſt vſus lactis, agnorum, & lanæ ipſius *ouis,*

ouis pro ſe, & alijs, quibus voluerit donare, vendere, &c. *Vſusiuris* eſt vſus *ouis* ad ſtercorizandum ſuum agrum dumtaxat: Non autem vſuarius habet vſum lactis, aut lanæ, niſi in modica quantitate, & quatenùs ad ſuum miniſterium neceſſaria ſunt. Inſtit. *De vſu fruct.* §. *Item is, ad quem* verſ. *Sed etſi pecoris coniunct. dict.* *L. Plenum* 12. §. *Sed ſi pecoris. ff. de Vſu, & habit.*

14 *Vſus demum facti,* nihil habet in ipſa *oue*, nec in lacte, nec in lana, iuris, dominij ſcilicet, nec Proprietatis, nec Poſſeſsionis, nec vſusfructus, nec vſusiuris: ſed tantum vſum ſimplicem facti, videlicet tangere, vel comedere lac, vel *ouem*, vel lana ſe cooperire, aut vim frigoris propellere. Cap. *Exijt* §. *Porrò*, ibi: *Qui, inquam, vſus, non iuris, ſed facti tantummodò nomen habens; quod facti eſt tantum in vtendo præbet vtentibus nihil iuris.* Hęc ibi, & §. *Ad hæc cum Fratres.*

Ius duplex, naturale, & ciuile.

15 Nota tertiò, quòd ius, (vt ad præſens ſpectat) eſt duplex, divinum, vel naturale, & civile (vel politicum.) *Divinum naturale Ius, poteſtas, ſeu facultas quædam eſt à lege naturali, vel divina conceſſa* (quæ dici æquitas poteſt) *ad aliqua vtendum re, abſque vllo iure civili in ea.* Et hoc ius naturale vocatur à S. Bonaventura (*tom. 7. ſuorum operum in opuſcul. Apologia Pauperum Reſponſione 4. cap. 3. circa finem.*) *Ius Poli.* Quod etiam habetur capit. *Exijt* articulo 2. §. *Porrò.* verſ. *Nec quiſquam.*

16 Ius civile *eſt poteſtas civilis vtendi aliqua re, vel aliquid aliud, faciendi, circa aliquam rem*, vt ſiquis poteſt civiliter vti libro, domo, &c. vel civiliter vendere, donare illam rem ſuam, nempe librum, domum: talis dicitur habere ius civile in illa re ſua, ſeu ad vendendum illam rem. Quibus eſt conſequens iudicialiter petere, defendere, & ſibi vendicare ipſam ſuam rem, ſi alius à ſe faciat de ea contra ſuam voluntatem, accipiendo, detinendo, & vſurpando. Ius enim hoc civile exceptionem poſsidendo habet contra Agentes, & actionem non poſſidendo ad rem aſſequendam. Vide Alvarum *libr. 2. de Planctu Eccleſiæ capit.* (vel art.) 59.

17 Illud autem ius divinũ naturale potius dicitur, *Fas*, hoc autẽ civile propriè dicitur *Ius*, vt notatur in cap. *Omnes leges* diſt. 1. ibi: *Fas lex diuina eſt, ius lex humana, tranſire*

per agrum alienum fas eſt, Ius non eſt. Hæc ibi. Et Gloſſa: *Fas eſt, id eſt, æquum eſt, quum ſubeſt cauſa, & innoxius eſt tranſitus. Vt 23. q. 2. cap. vlt. Item iure diuino licitum eſt comedere vuas in neceſſitate in agro alterius, ſed non exportare: conterere ſpicas, & comedere licitum eſt.* 6 q. 3. cap. 1. *Sed non mittere falcem. de Conſecrat. diſt. 5. cap. Diſcipulos. Sed licèt ſit æquũ iure diuino, tamen non eſt ius, id eſt, Ius non dat ciuilẽ actionem.* Hæc Gloſſa.

18. Rurſus ius ciuile (ſeu politicum) duplex eſt, reſpectu rei, ſeu in ordine ad rem temporalem vnum, (vt explicatum eſt num. 16. & 17.) & reſpectu rei ſpiritualis, vel quaſi ſpiritualis, vel in ordine ad rem ſpiritualem, vel quaſi ſpiritualem, alterum. Rem ſpiritualem voco, prædicare, cõfeſsiones audire, Sacramenta adminiſtrare, indulgentiæ, &c. Rem quaſi ſpiritualem voco, q & ſunt Eccleſiæ, Campanæ, oratoria, audire Miſſam ſæculares, eamque celebrare in noſtris Eccleſijs Fratres tempore interdicti, &c.

Rurſus ciuile duplex.

18 Huius ſecundi iuris ciuilis eſt capax Frater Minor: primi verò minimè. Itaque ad prædicandum in tali, vel tali loco, & ad habendam Eccleſiam, campanas, &c. habent ius ciuile, vel poſſunt habere Fratres Minores: ad idque habenda, conſeruanda, & repetenda, etiam ciuiliter, impetrare priuilegia à Sede Apoſtolica, eiuſmodiq; priuilegia habere, non repugnat eorum Regulæ: cum ea non cõcernant, nec cõtingant bona tẽporalia, ſed ſpiritualia, vel quaſi ſpiritualia, quibus ſecundũ Regulam Fratres gaudere poſſunt, vt omnes Expoſitores fatentur.

Iuris ciuilis, in ordine ad res ſpirituales eſt capax Frater Minor.

19. Si verò priuilegia eſſent, vt reciperent portiones canonicas, funeralia, id eſt, fructus, ſiue ſtipendia funeralibus debita: (& id genus, talia priuilegia concedentia ius ad ſupradictorum perceptionem, cum concernant temporalia bona, repugnant Regulæ Fratrũ Minorum: & ideo eis minimè ſecundum puritatem Regulæ vti poſſunt. Etſi enim Fratres Minores per modum eleemoſynæ oblata recipere poſſint; nõ poſſunt tamen vt iuridicè debita, prætextu cuiuſcũque priuilegij recipere. Vide Cord. hic *q. 8. per totam.*

Nõ verò in ordine ad res tẽporales.

20 His notatis, dico: *Paupertas Fratrũ Minorũ eſt Abdicatio omnis iuris ciuilis, cuiuſcumque rei tẽporalis, ſiue mobilis, ſiue immobilis, tam quidẽ quoad rem ipſam, quàm quoad eius vſum; tam in particulari, quàm in communi, propter Deum.* Quàm definitionem

Paupertas Fratrũ Minorum quid.

Digitized by Google

tionem probabis ex ipſamet Regula. c. 1. 2. 4. 5. & 6. Ex Greg. 9. in ſua declaratione. *Quo elongati*: Ex Innocentio 4. in ſua. *Ordinem veſtrũ*, (& ex Alexãdro 4.) ex Nic. 3. cap. *Exijt in 6. de Verborũ ſignific.* §. *Porrò cum ipſa Regula*, & §. *Ad hæc cum Fratres*: Ex Clem. 5. Clementin. *Exivi de paradiſo, eodem tit.* §. *Porrò cũ dictus Sanctus* §. *Proinde*, & §. *Cupientes*: ex S. Bonav. *t. 7. ſuorũ operũ* (vel primo Opuſculorũ) *in Apologia Pauperũ Reſp. 3. c. 1.* ſignanter parum *poſt principium*, & *circa med.* Ex Aureolo, *tract. de Paupertate*, & *vſu paupere art. 3.* Ex Alvaro *lib. 2. de Planctu Ecleſiæ cap.* (*vel art.*) 55. 56. 59 & 60. Ex Vbertino Arboris vitæ crucifixæ *lib. 3. c. 1. circa med.* in 1. p ibid. *in 2. p. fine fol. mihi 91. col. 1.* & 4. Ex Vener. Gilberto Nicolai tract. *Decem plagarum Paupertatis 1. p. c. 1. Radio 1. 2.* &c. Ex Cord. *in c. 6. Regulæ q. 1. fun. 1.* & ex alijs.

21 Dicitur primò: *Abdicatio omnis Iuris civilis*: quia Iuri divino naturali, ſeu Iuri Poli non renuntiat Frater Minor: verùm renuntiare non eſt poſsibile, vt inquit S. Bonav. vbi ſupra *n.* 15. relatus cap. 1. parùm ante finem. Quod etiam habetur dict. cap. *Exijt.* §. *Porrò.* verſ. *Nec quiſquam*.

22 Dicitur ſecundò: *Cuiuſcumque rei tẽporalis*: quia Iuris, rei ſpiritualis, vel quaſi ſpiritualis, capax eſt Frater Minor, etiam per modum Iuris civilis, vt dictum eſt ſupra numero 18.

23 Dicitur tertiò: *Siue mobilis, ſiue immobilis*: Vnde nõ poſſunt Fratres Minores permittere ſe hæredes inſtitui. Clementina *Exivi dict.* §. *Cupientes*: Nec poſſunt habere aliquid fixum; vti poſſeſsiones, redditus, &c. dict. *Clementina ibidem*, & *c. 2. Regulæ* ibi: *Vadant*, & *vendant omnia ſua* & *dict. c. Exijt* §. *Porrò.*

24 Dicitur quartò: *Tam quoad rem ipſam, quàm quoad eius vſum*: propter quinque actus civiles, tres in re, & duos in vſu relatos ſupra n. 1. Quos omnes repudiat, & repudiare debet Frater Minor, & recipere tantum vſum ſimplicem facti, vt dictum eſt ſupra num. 12. & 13.

25 Renuntiare ergò omni Iuri civili in re, & in vſu, nihil aliud eſt, quàm non poſſe res, quibus per ſimplicem vſum facti tantum, vtuntur Fratres Minores, dare, commutare, aut diſtrahere, authoritate propria: neque eis vti, tanquam ſuis, authoritatem, aut ius aliquod civile in eis, aut in earum vſu exercendo, ſeu habendo: etſi eis auferantur,

ſiuè iuſtè, ſiue iniuſtè, nō poſſe pro eis experiri in iudicio, ſiue repetere iudicialiter: nec vendere, aut recipere, tanquā ſua; aut tanquam ſibi aliquo iure ciuili debita, aut pertinentia dict. Clem. *Exivi* §. *Cupientes*. verſ. *Verum etiam*. Et cap. 5. Regulę ibi: *De mercede verò laboris corporis necessaria recipiant: humiliter ſicut decet paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores*. Et cap. 6. ibi: *In paupertate, & humilitate Domino famulantes*.

26. Dicitur quintò: *Tam in particulari, quàm in communi*: ad differentiam paupertatis aliarum Religionū, quę, etſi non in particulari; in communi tamen ius, ſiue dominiū rerum, tam in ſe, quàm in Religioſorum vſu, ſibi acquirūt, & acquirere poſſunt: Minoritana verò Religio minimè, vt liquet ex cap. 6. Regulæ ibi: *Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locū, nec aliquam rem*. Et ſic eſt expreſsè declaratū per Greg. 9. Innoc. 4. & Alex. 4. in ſuis declarationibus, per Nicolaū 3. cap. *Exijt* §. *Porrò*, & §. *Ad hæc cum Fratres*, & per Clemen. 5. *Exivi* §. *Proinde*. Vide Alvarum *lib. 2. de Planctu Eccleſiæ art. 54*.

27. Dicitur ſextò: *Propter Deum*: vt excludatur paupertas involuntaria hominum huius ſæculi, quæ ſicut caret voluntate, ſic etiam, & meritò, paupertas verò Fratrum Minorum, ſupra explicata, eſt meritoria, & ſancta.

28. Petes primò: Quare eiuſmodi Minorum Fratrum Paupertas vocatur *Altiſſima* cap. 6. Regulæ? Reſpondeo, quòd non dicitur *Altiſſima*, quia vilibus indui præcipiat, licentiamquè ad ea repetianda largiatur; non quia calceamēta prohibeat, & equitationem vetet, &c. Sed idcircò *Altiſſima* appellatur: quia à ſe abdicat illos quinque actus civiles, in re, & in vſu rei, ſupra *n. 1. & ſequentibus* memoratos, tam in ſpeciali, quam in communi. Ita Seraphicus Doctor, *tom. 7. ſuorum operū* (vel primo Opuſculorum) in opuſculo *de Gradibus virtutum cap. 8.* de Gradibus Paupertatis in fin. ibi: *In alto gradu eſt*, (inquit) *qui nihil habet propriū in ſpeciali, ſicut multi Religioſi: in altiori, qui nihil habet proprium in communi ad annum, vel ad longum tempus, ſicut pauci Religioſi: in Altiſſimo eſt, qui nihil habet proprium in communi, nec ad ſeptimanam, vel ad diem, vt Fratres Minores*. Hæc S. Bonaventura. Conſule illum in cap. 6. *Regulæ* ſuper ly *Hæc eſt illa celſitudo Altiſſimæ paupertatis*.

Paupertas Noſtra, quare dicatur Altiſſima?

29 An

29 Annuunt communiter Regulæ Expoſitores B. Ioan. de Pecham, *poſt vlt. cap. ſuæ Expoſit. in Regulam in Epilogo cap. 6.* Hugo *in cap. 6. Reg. in principio, & poſt 10. quæſtionem.* Alvarus *lib. 2. de Planctu Eccleſiæ art.* (vel cap.) *55. per totum; ſed præcipuè fol. 178. & 180. & art. 60. §. Reſp. lit. B. non longè à principio fol. 200. col. 1.* ibi: *Expropriatio, quam B. Franciſcus promiſit: vivendo ſine proprio, debet intelligi, & ſervari, tam in ſpeciali, quàm in communi: & in dicta Regula huiuſmodi Expropriatio vocatur celſitudo Altiſsimæ paupertatis.* Et ibidem fol. 201. fine: *Ex quibus* (ait) *patet, quòd Apoſtoli fuerunt pauperes in ſumma, & Altiſsima paupertate, qua (vt dictum eſt) altior dari non poteſt, quæ eſt, nec habere in proprio, nec in communi.* Hæc Alvarus.

30 Ex Modernis affirmat Cord. in cap. 6. Regulæ q. 1. Politius ibidem num. 1 o. fine: *Ideo* (inquit) *paupertas noſtra Altiſsima dicitur, quia nulla rerum abdicatio maior eſſe poteſt, quàm vbi ſolum vſus ſimplex facti neceſſariorum, tam in communi, quàm in particulari, ſine vllo iure politico relinquitur.* Hæc Polit. Vide *ibidem num. 102.* Siguenz. *cap. 6. tex. 1. §. 2.* Ximenez *tex. 2. à num. 3. vſque ad 7.* & cæteri communiter. Vnde ſecundum prædicta intelligẽdus, & moderandus eſt Ioan. de Fano *in tract. de Paupertate.* Aliter, minime eſt audiendus.

31 Petes ſecundò: In quibus conſiſtat *Celſitudo* Minoritanæ paupertatis? Reſpondeo, quòd in quinque, ratione quorum ſuper omnem paupertatem aliorum Religioſorum celſitudo paupertatis meritò nuncupatur. Primò in omnimoda abdicatione (ſupra à num. 28. vſque ad 30.) memorata, & declarata. *In quo cõſiſtat celſitudo Altiſsimæ paupertatis?*

32 Secundò in maxima incertitudine, & (vt ita dicam) omnimoda immobilitate, ita quòd nihil immobile, fixum, & ſtabile poſſunt habere Fratres: *Cum tanquam peregrini, & advenæ in hoc ſæculo eſſe debeant,* ex cap. 6. Regulæ. Peregrini enim nihil, vbi peregrinantur, fixum, immobile, ſeu ſtabile habent. Vnde ex vi voti paupertatis noſtræ, nec poſſeſſiones aliquas, ſeu agros ad habendum triticum, vineas ad colligendum vinum, olivas ad oleum, &c. habere poſſumus: nec redditus quoſcumque in parva, vel magna quantitate, nec ad longum, ſeu breve tẽpus: neque id, quod ad ſpeciẽ, aut naturam redditiuum appro-

Digitized by Google

pinquat, licèt ſupradictorum horum, & ſimilium proprietas, non Fratribus, ſed Dominis, vel Eccleſiæ Romanæ ſit, vt expreſsè determinatur in dicto cap. *Exijt* §. *Ad hæc quia Fratrib⁹*, & dict. Clem. *Exivi* §. *Cupientes*, & ibidé verſ. *Cũq; annui*, & verſ. *Licetverò*.

33 Rurſus prædictis omnibus aliqua Theſaurizatio, & certitudo, & proviſio in futurum annexa eſt; quæ noſtro ſtatui repugnat, vt dict. cap. *Exijt* §. *Ad hæc cum Fratres*. verſ. *Inſuper nec vtenſilia*, & dict. Clem. *Exivi* §. *Cupientes*, verſ. *Rurſus*. Et concordant Expoſitores Regulę *c. 6.* ſignãter quatuor Magiſtri, S. Bonav. Hugo, Piſa, Expoſitio Sanctorũ Patrũ, Cord. *q.* 10. *pun.* 1. Miranda in *prima imp. a.* 86. & in 2. *c.* 63. *diffic.* 8. Polit. *in c.* 6. *n.* 40. 41. & omnes.

34 Tertiò *in humilitate*, ita, quòd res, quib⁹ Fratres Minores vtuntur, non ſint ſuperfluæ, curioſę nimis, ſumptuoſæ, nec precioſę, ſed in quantitate moderata, & moderatè, (exceptis iis, quæ in Regula exprimuntur, quorũ vſum ſtrictum habere debent, vt infra n. 37.) viles, humiles, & deſpicabiles. Debent ergo, & tenentur ex vi Regulæ *c. 6.* in paupertate, & humilitate Domino famulari: paupertas enim, & humilitas vſum rerũ moderatum, & humilẽ dicunt, & omnẽ ſuperfluũ, curioſum, & pretioſum nimis abdicant, vt expreſsè habetur Clem. *Exivi*. §. *Cupiẽtes*. verſ. *Hinc eſt etiã*, & latius dicam infra ſect. 2. & 4. Controver. 19.

35 Cæterùm, etiã in recipienda *pro labore noſtro* mercede, modũ ſervare debemus conſonum noſtro Euangelico ſtatui, vt hoc ſcilicet fiat *humiliter, & ſicut decet paupertatis ſanctiſsimæ ſectatores*, c. 5. Regulæ. Hoc eſt, quòd non poſſum⁹ aliter recipere, niſi eo modo, quo liberaliter oblatũ reciperem⁹, ac ſi nobis nõ eſſet debitum civiliter: & ideo ſine vlla exactione violẽta, aut iudiciali, aut litigio poſſumus, & debem⁹ petere, vel acceptare, vt ſup. dictũ eſt Cõt. 16. ſect. 3.

36 Quartò *in mẽdicatione*: tenemur enim ex vi Regulę vivere de mendicitate, ſiue eleemoſynis, vt expreſsè Nic. 3 cap. *Exijt*, §. *Porrò*, & §. *Ad hæc cũ Fratres* (art. 2. & 3.) & Clem. 5. *Exivi* §. *Cupientes* verſ. *Amplius*: (cap. 7.) itẽ Regula ipſa *cap.* 6. *vadãt pro eleemoſyna confidẽter, &c.* & hic omnes Expoſitores. Vide Extrav. de Exceſsib. Prælatorum. *Nimis prava*, ibi Abbas, & Hoſtiẽſis expreſsè. Vide infra in hac Controv. ſect. 3.

37 Quintò *in vſu arcto, & ſtricto*, nõ tamen omniũ rerũ, ſed

ſed illarũ, quæ in Regulâ exprimuntur: tenemur ergo ad arctus vſus, qui in Regula expreſsè cõtinẽtur, & eo modo, quo ibi ponuntur. (vt patet ad literã per Clem. 5. *Exiui* §. *Ex prædictis* c. 1 1.) ii ſunt, habitus vilitas, veſtimẽtorũ paucitas, &c. de quib⁹ latius infra Cõtrov. 16. *ſect.* 2. Cęterarũ verò rerũ vſus moderatus, & nõ ſuperflu⁹ debet eſſe, vt dixi n. 34 & amplius infra Controv. 19.

38 Hæc eſt ergo celſitudo Altiſsimæ paupertatis Fratrũ Minorũ, quòd cõmunitas eorũ nulli rei dominatur, neq; mobili, neq; immobili: nulli homini civiliter præfertur: nihil ſuo iure poteſt repetere, defẽdere, &c. nulli tenetur tributũ reddere: nihil poteſt metas paupertatis humilis excedẽs recipere, nec habere: nihil poteſt ei hæreditariè accedere: nihil poteſt immobili titulo tenere: mendicationẽ debet exercere; arctos vſus illarũ rerũ, quæ in Regula exprimũtur, ſervare, & cæterarum rerum vſum moderatum amplecti.

Altiſsima Paupertas ad perfectionem ſpectat.

39 Petes tertiò: An eiuſmodi Altiſsima paupertas ad perfectionẽ ſpectet? Reſpõdeo affirmativè. Ita determinatũ extat cap. *Exijt*, §. *Porrò* per totũ ubi expreſsè declaratur, quòd *abdicatio proprietatis Fratrũ Minorũ eſt licita, & meritoria*, & totũ ludit ibi Nic. 3. *Patet itaq; ſanè intelligẽtib⁹ ex prædictis Regulã, quoad abdicationẽ huiuſmodi, non ſolùm licitã, ſed meritoriã, & perfectam: & eò magis meritoriam, quò per ipſã Profeſſores ipſius magis à temporalibus propter Deum ſicut prædicitur, elongantur.* Hæc ibi.

40 Ratio eſt clara: quia eiuſmodi abdicatio, tam in cõmuni quã in particulari, cadit ſub voto ſolẽni Religionis approbatæ, nimirũ Fratrũ minorum, vt cõſtat ex ſupradictis (& procul dubio cõpertum, & certum eſt.) Igitur ad perfectionẽ ſpectat. Talem enim, paupertatis, & abdicationis obligationem Regula Minorũ Profeſſoribus indicit, vt expreſsè eſt declaratum cap. *Exijt*. §. *Porrò*, & §. *Ad hæc cum Fratres*, & Clem. *Exivi* §. *Proinde*. At cõmunis omniũ Theologorũ ſententia præſcribit, materiã voti, vt validum cenſeatur, non modò in bono, ſed in meliori cõſiſtere. Ita Angelicus Doctor 2.2. *q.* 88. *art.* 2. & *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 1. *art.* 2. & *q.* 2. S. Bonav. ibid. *art.* 1. *q.* 2. Rich *art.* 3. *q.* 2. S. Bernardinus (Pater meus) *t.* 2. *ſer.* 24. *art.* 3. *argum.* 3. *diſcipuli*, S. Antoninus 2. *p. Theol. tit.* 11. *c.* 12. Suarez *t.* 2 *de Relig. lib.* 2. *de Voto c.* 7. Summiſtæ verbo *Votũ*. Ergo eiuſmodi abdicatio rerũ etiã in cõmuni ad perfectionem ſpectat.

41 Eſt-

41 Eſtque expreſſa ſententia S.Thom. *opuſc.* 17. (quod intitulatur, Contra retrahentes homines ab ingreſſu Religionis) *cap.* 15. vbi ſub finem 12. *arg.* quod eſt de imitando Chriſto poſito in cruce, eiuſque paupertate, & nuditate, aſſertores contrariæ ſententiæ dicit, *adverſari non modicum cruci Chriſti, &c. Sic igitur* (inquit S.Doctor) *patet, inimicos eſſe crucis Chriſti prædictos adverſarios paupertatis, qui terrena ſapientes, terrenas poſſeſſiones ad perfectionem Chriſtianam pertinere arbitrantur, per quorum abiectionem fiat minor perfectio, &c.* & ſub finem cap. ait: *Sic igitur patet, vanam eſſe doctrinam: imò peſtiferam, & Chriſtianæ contrariam, illorum, qui dicunt, quod poſſeſſionibus communibus carere propter Chriſtum, ad perfectionem non pertineat, &c.* Hæc Angel. Doctor.

42 Sed fortaſsè aliquis dicet, S. Doctorem non loqui hic, niſi tantùm de abdicatione rerum immobilium, eiuſquè impugnationibus. Sed Reſpõdeo, hoc eſſe manifeſtè falſum. Conſulatur S. Doctor dict. *cap.* 15. non longè à principio vbi explicans illud *Matth.* 8. *Filius hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet,* allegansque D. Chriſoſtomum, ita ait: *Aſpice qualiter paupertatem, quam Dominus docuerat, per opera demonſtravit. Non erat ei menſa, non candelabrum, non domus, nec quicquã aliud talium: hæc autem paupertas ad perfectionem pertinet, quã Dominus, & verbo docuit, & per opera demonſtravit.* Hæc Angelicus Doctor. Notentur illa verba: *Non erat ei* (ideſt Chriſto Domino) *menſa, non candelabrum.* Sed menſa, & candelabrum ſunt bona mobilia. Ergo D. Thomas loquitur etiam de abdicatione mobilium.

43 Et paulo inferius, explicans illud Matth. 10. *Nolite poſsidere aurum, neque argentum, &c.* citanſque Euſebium, ſic fatur: *Putabat* (ſupple Chriſtus Dominus) *opere conductos arrba regni Dei, terrena deſpicere, vt nec aurum, nec argentum, nec poſſeſſiones, nec quicquam eorum, quæ mortales appretiantur, condignum exiſtiment, datis ſibi cœleſtibus opibus; necnon cum milites eos faceret regni Dei, monebat eos colere paupertatem.* Hæc S.Thom. Notentur illa verba: *Nec aurum, nec argentum, nec poſſeſsiones.* Vbi manifeſtè S. Doctor diſtinguit inter bona mobilia, qualia ſunt aurum, & argentum: & bona immobilia, vti ſunt poſſeſſiones: & de vtriſque

quæ æqualiter loquitur. Ergo, &c. & infra: *Sic igitur patet, quòd poſſeſſiones, & quaſcumque divitias omninò non habere, magis ad Euangelicam pertineat perfectionem.* Hæc Angelicus Doctor. Conſulatur etiam dicto Opuſ. 17. *cap.* 16. *Reſponſ. ad* 7. *& ad vltimum.*

SECTIO II.

An Minorum Fratrum Paupertas ſit Euangelica, & à Chriſto Domino, & Sanctis Apoſtolis practicata?

Paupertas Minorũ eſt Euãgelica.

1 Reſpondeo per ſequẽtes concluſiones. Prima concluſio: Paupertas Fratrum Minorum ſupra ſect. 1. explicata, eſt Evangelica, ideſt, habetur in Evangelio. Probatur ex *cap* 19. Matth. vbi alloquens Chriſtus Dominus Iuvenem perfectionem quærentem, dixit: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende quæ habes, & da pauperibus.* Vel, vt habetur *Luc.* 18. *omnia quæcũque habes, vẽde, & da pauperib⁹.* Sed qui vẽdit omnia ſua, & illa dat pauperibus, nihil neq; mobile, neque immobile ſibi retinet in particulari, neque etiã ſi duo, vel tres, vel omnes hoc fecíſſent in aliqua Congregatione, ſibi aliquid retinuiſſent in communi. Ergo paupertas excludens dominium rerum omnium in particulari, & etiã in communi, eſt Evangelica: huiuſmodi eſt paupertas Minoritana. Ergo. Videatur Alvarus *lib. 2. de Planctu Eccleſiæ artic. 62. fol. mihi* 207. *col.* 3.

2 Hinc Doctor Angelicus in Cathen. Matth. 9. pulchrè ad intentum: *Notanda ſunt* (inquit) *iſta verba, non enim ait: vade, & manduca omnia, quæ habes: ſed vade, & vende: & non ait: Aliqua, ſicut Ananias, & Saphira; ſed omnia. Et pulchrè ſubiungit: Quæ habes; illa enim habemus, quæ iuſtè poſſidemus. Illa ergo quæ iuſtè poſſidentur, vendenda ſunt: quæ verò iniuſtè ſunt eroganda illis, quibus fuerant ablata. Nec ait: Da proximis, ſeu divitibus, à quibus accipies ſimilia: ſed da pauperibus.* Hæc S. Thom.

3 Et Origines in eadem Cathena: *Dixit* (ait) *ad eum Dominus: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Ecce multi *Fratres tui Filij Abrahæ ſunt morientes præ fame: & domus tua plena eſt multis bonis, & non egreditur omninò aliquid ex ea ad eos. Volens ergo Dominus arguere divitẽ illud, dicit: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; ſic enim

enim apparebit, ſi diligis proximum tuum, ſicut te ipſum. Hæc Orig. apud S. Thom. in Cathena. Notentur illa verba: *Domus tua plena eſt multis bonis, & nihil egreditur ex ea ad pauperes, vade, & vende, &c.* Ex quibus palàm conſtat ex ſententia Doctoris Angelici, & Origenis, Chriſtum Dominum loqui de bonis etiam mobilibus, quæ dicit, vt vendat. Idem eſt ſenſus reliquorum Expoſitorum. Ergo. Videatur S. Baſilius hom. 7.

Illã Chriſtus Dominus exemplo firmavit.

4 Secunda cõcluſio: Chriſtus Dominus paupertatẽ ſupradictam abdicantem omne dominium, tam rerum immobilium, quàm mobilium, in particulari, & etiam in communi, verbo docuit, & exemplo monſtravit. Ita expreſsè habetur determinatum *capit. Exijt. §. Porrò* in principio ibi: *Dicimus, quòd abdicatio proprietatis huiuſmodi omniũ rerum, tam in ſpeciali, quàm etiam in communi propter Deum, meritoria eſt, & ſancta, quàm & Chriſtus viam perfectionis oſtendens, verbo docuit, & exemplo firmavit.* Hæc Nic. 3.

5 Eſt etiam ſententia D. Angel. Opuſc. 17. cap. 15. ibi: *Paupertatẽ enim* (ait) *aſſumpſit Chriſtus, &c.* & paucis interpoſitis: *Et ne putetur paupertatem, quam in infantia ſuſtinuit, in perfecta deſeruiſſe ætate, videamus quid ipſe de ſe dicat Matth. 8. Filius hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet: & Chriſoſt. idem exponens dicit: Aſpice qualiter paupertatem, quam Dominus docuerat, per opera demonſtravit: nõ erat ei menſa, non candelabrum, non domus, nec quicquam aliud talium.* Vide ſupra ſect. 1. num. 42. & 43.

6 Et Opuſc. 19. cap. 6. in Reſp. ad 14. ibi: *Ad 14. dicẽdum* (ait) *quòd ſicut ſupradictum eſt, Dominus pecuniam reſervari fecit ad neceſſarios vſus, vt infirmis condeſcenderet: & ideo non eſt reputandũ pro ſuperſtitione, ſi aliqui perfecti viri pecuniam reſervare nolunt: ſicut etiam, vt infirmis condeſcenderet, cum publicanis comedebat, & vinum bibens, & alijs cibarijs communiter vtens. Nec tamen reputandi ſunt ſupeſtitioſi Sãcti Patres in eremo, qui à vino, & alijs cibarijs delicatis abſtinebant, &c.* Alias probationes conſultò, brevitatis gratia, omitto: in Apologia enim pro eiuſmodi paupertate (ſi Deo placuerit) latius ponẽtur.

Paupertas Minorũ ſervarunt Apoſtoli.

7 Tertia concluſio: Paupertas excludens dominium omnium rerum in particulari, ac etiam in communi (vt dictũ eſt)

eſt) ab Apoſtolis fuit practicata. Probatur primò, ex cap. *Exiijt.* § *Porrò* vbi ſupra num. 4. relato, ibi: *Abdicatio proprietatis omnium rerum, tam in ſpeciali, quàm etiam in communi, Chriſtus viam perfectionis oſtendens, verbo docuit, & exemplo firmavit; quamque primi fundatores militantis Eccleſiæ, prout ab ipſo Fonte hauſerant, volentes perfectè viuere, per doctrinæ, ac vitæ ipſorum alueos in eos deriuarunt.* Hæc ibi.

8 Secundò probatur ex Matth. 10. vbi Chriſtus Dominus Apoſtolis dans Regulam ad vivendum, dicit: *Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, nō peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus eſt enim operarius cibo ſuo.* Sed iſta Regula Apoſtolis data non poteſt, nec debet, intelligi quoad abnegationem rerum immobilium tantum, ſed etiam mobilium, vt liquet manifeſtè in textu. Nec etiam poteſt intelligi tantum in particulari, ſed etiam in communi. Ergo.

9 Primò, quia duas tunicas, quas interdicit, id eſt, ſuperfluas veſtes (vt affirmant Sancti PP. Hieron. Auguſt. & alij apud S. Thom. in Cath. hic) prohibuit, tam in particulari, quàm in communi. Aliàs enim, in communi potuiſſent ſuperfluas veſtes reſervare, & habere. Quod nefas eſt dicere.

10 Tum etiam, quia peram vetuit in communi poſsidere. Alioquin, ſi in communi peram poſsidere, & habere potuiſſent, & panem, ſuperflua eſſent illa verba: *Dignus eſt operarius cibo ſuo.* Et infra: *In quamcumque civitatem intraveritis.* Vel, vt ait D. Lucas: *In quamcumque domum, ibi manete, &c.* Vnde S. Aug. de conſenſu Euangeliſtarum, *lib. 2. cap. 30. Illa* (inquit) *Apoſtolis loquebatur, vt ſecuri non poſsiderent, neque portarent huius vitæ neceſſaria, nec magna, nec minima: ideo poſuit: nec virgam, oſtendens, à fidelibus ſuis omnia deberi miniſtris ſuis nulla ſuperflua requirentibus, &c.* Notentur illa verba: *Vt ſecuri non poſsiderent, neque portarent huius vitæ neceſſaria,* hoc eſt: Non poſsiderent etiam in communi, nec portarent in particulari.

11 Tertiò, quia Apoſtoli calciamenta in communi eadē ratione portari potuiſſent: & tunc ſimpliciter in particulari calceati evangelizaſſent. Quod eſt contra textum Matth. 10. vbi prohibuit eis calceamenta, & *Marc.* 6. conceſsit ſandalia

lia

lia tantū, quæ minimè calceamenta ſunt, vt vno ore omnes Expoſitores Sacri fatentur. Quartò, quia interdixit eis *portare pecuniam in zonis ſuis.* Quod non poteſt gloſſari ſecundum commune, & particulare. Ergo.

12 Rurſus probatur ex Matth. 19. vbi D. Petrus dixit Chriſto Domino: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, &c. omnia dicit*, non aliqua. Sed reſpondebis, quòd reliquerunt Apoſtoli in particulari, non in cōmuni. Sed cōtra, quia D. Petrus, qui iſta dicebat, ſimiliter, & Andreas, Iacobus, & Ioannes, omnia reliquerunt, nihil retinendo, nec in particulari, nec in cōmuni, de ijs, quæ habebant, vt patet in Euāgelio Matth. 4. *Relictis retibus, & naui ſecuti ſunt eum.* Clarius S. Luc. cap. 5. *& ſubductis ad terrā nauibus relictis omnib⁹ ſecuti ſunt eum.* Quę verba exponens D. Tho. in Cath. Matth. 4. ex D. Greg. dicit: *Multū reliquit, qui ſibi nihil retinuit, multū dimiſit, qui cum re poſſeſſa, & cōcupiſcentijs renuntiauit. A ſequentibus ergo tanta dimiſſa ſunt, quanta à non ſequentibus cōcupiſci potuerunt, &c.* Hæc S. Thom.

13 Ecce ergo terminus Apoſtolicę profeſsionis, & perfectionis, ſcilicet omne tēporale cōcupiſcibile relinquere. Sed bona mobilia, & in cōmuni, non ſunt minùs concupiſcibilia, quā in particulari, vt conſtat. Ergo nō minùs cōprehendūtur ſub verbis D. Petri, quā illa. Hinc Magiſter in hiſtor. Schol. exponēs prædicta verba Petri dicit: *Omnia illa reliquerat Petr⁹, de quib⁹ dictū eſt Eccleſ. 1. Omnia vanitas. Omnia illa retinuerat ſibi, de quibus dictū eſt. 1. Corin. 15. Deus eſt omnia in omnib⁹.* En quæ D. Petrus reliquerat, & quæ ſibi retinuerat. Alia argumenta in Apologia pro eiuſmodi paupertate Minoritana (Deo dante) dabimus. Ex quib⁹ veritatibus benè apprehēſis facillimè reſpōdetur ad argumēta Ioannis de Neapoli, quæ apud S. Antonin. *4. p. tit.* 12. *cap.* 4. §. 19. & 21. poſſunt videri.

SECTIO. III.

An Fratres Minores teneantur ex vi Regulæ ad mendicationē?

1 Ratio dubitandi eſt; quia etiā alij duo modi acquirendi victum in Regula prouidentur: primus, nimirum, de his, quæ offeruntur liberaliter, vt in 3. cap. ibi: *Et ſecundū ſanctum Euangelium de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.* Vbi

Hugo

Digitized by Google

Hugo: *Hæc Fratribus conceſſib congruit, tum propter Euangelij formam: tum propter paupertatem, quæ non habet, vnde cibos prouideat ſpeciales: &c.* Hæc ille. Videatur cap. *Exijt.* §. *Porrò art.* 2. verſ. *Nec quiſquam.* Secundus modus eſt de his, quæ per laboritium acquiruntur, vt habetur expreſsè *cap.* 5. Reg.

Fratres Minores tenentur ad mendicationē.

2 Sed his non obſtantibus, ſit concluſio: Fratres Minores ex vi Regulæ tenentur ad mēdicationem generaliter, ſiue ad viuendum de eleemoſynis humiliter eas petendo. Probatur primò ex *cap.* 6. Regulæ, vbi expreſsè hoc ſub præcepto imponitur in illis verbis: *Vadant pro eleemoſyna confidenter.* Quod vtique præceptum eſt, vt affirmat S. Bonav. in hoc *cap.* 6. *p.* 2. quatuor Mag. *in cap.* 4. *&* 6. Ibidem Hugo, & Piſa. Expoſitio Sanctorū PP. *in cap.* 6. Serena conſc. *q.* 83. & in 99. *Alphab. In.* H. tract. de Neceſſariorum congrua ſolutione *art.* 1. § *Primò Debet attendere.* Cord. in *cap.* 6 *q.* 12 *&* 13. & omnes Expoſitores hic, vel in *cap.* 4. Mirand in 1. *impr, cap.* 81. *& in* 2. *cap.* 60.

3 Secundò probatur ex cap. *Nimis praua, Extrau. de Exceſsib. Prælatorum*, ibi: *Cum quidā viri Religioſi, vtpute Fratres Prædicatores, & Minores in artiſsima paupertate Chriſto Pauperi famulentur.* Et Abbas ibi: *Debent viuere ex eleemoſynis.* Videatur etiā Hoſtienſis, ibidem.

4 Tertio idem habetur in Sexto de Verborū ſignif. cap. *Exijt art.* 2. *&* 3. §. *Porrò &* §. *Ad hæc cū Fratres*, & Clem. *Exiui* eod. tit. §. *Cupientes* verſ. *Rurſus cap.* 9. ibi: *Quotidianis mendicationibus, &c.* In quibus Capitulis tam Nic. 3. quàm Clem. 5. refutant, vt illicita omnia, quæ nos Fratres Minores à mendicatione ſepararent.

5 Dixi in concl. *Ad mendicationem generaliter*: non enim videntur Fratres Minores ſtrictè teneri ad mendicationem quotidianam, ſeu quæ oſtiatim fit, ſed generaliter ad mendicationem, qua ea, quæ donātur, quovis modo, vt mēdici recipiunt petendo ſcilicet neceſſaria per viam eleemoſynæ, aut oblata liberaliter, vel debita ex laboritio, recipiendo, ſolo titulo neceſsitatis, aut charitatis, abſque vllo iure ciuili ex parte Fratrum, etſi veriſsimum ſit, deficientibus duobus illis modis, in ratione dubitandi poſitis, ad mendicationem, quæ fit oſtiatim, ex vi Regulæ Fratres Minores teneri. Vide infra in hac Controverſia ſect. 5. & iuxta ibidem dicenda intellige dicta hoc numero 5.

SE-

SECTIO IIII.

An liceat Fratribus Minoribus emere, vendere, commutare, locare, mutuare, impignorare, commodare, pacta, conventiones, & obligationes facere, debita contrahere, & e. mutuum, commodatũ, pignus recipere, aliqua donare, & quomodo?

§. I.

1 PRo clariori huius ſectionis intelligẽtia tene hanc Regulam generalem: Omnis actus in contractibus, qui nullam dicit obligationem ciuilem, proprietatem, aut pecuniæ vſum, Fratribus minoribus licitus eſt. Et è contra: Quilibet actus, qui aliquam ciuilem obligationem, proprietatem, aut vſum pecuniæ ſapit, omnino illicitus.

Frater Minor propriè nõ poteſt emere.

2 Dico primò: Frater Minor ſtrictè, & in rigore emere non poteſt: largè poteſt. Pro quibus nota primò, quòd *Emptio eſt contractus iuris Gentium bonæ fidei vltro, citroque obligatorius, qui conſenſu, re, & pretio perficitur.* Itaque ſi vnum horum deſit, non erit propriè emptio. Vt *Inſtit. de Empt. & Vendit.* & pretium debet eſſe in numerata pecunia, vt ibidem §. *Item pretium.* Hanc definitionem, & ſingulorum verborum explicationem vide in Antonio Pichar. Salmant. *lib. 3. Inſtit. de Empt. & Vendit. in Rubric. num. 14.*

3 Secundò nota, multos in hoc contractu actus interuenire. Primus eſt æſtimatio pretij per modum conuentionis naturalis. Secundus eſt conuentio ciuilis, & obligatio de pretij ſolutione, & rei comparatione. Tertius ſolutio pretij pecuniarij. Quartus eius procuratio naturalis. His ſuppoſitis.

Quæ liceant Fratri Minori in Emptione?

4 In Emptione ergo primò, licet Fratri Minori ſine obligatione vlla ciuili pretium æſtimare, & de illo, iudicio, non ciuili, ſed naturali, conuenire. Secundò, fidelitate naturali ad procurandam per licita media ſolutionem, ſe obligare: & hoc de licentia ſui Prælati, vt rectè Cord. *in cap. 6. q. 5. pun. 1.* Tertiò, licet actu procurare per idoneas perſonas ſolutionem in caſibus, de quibus Controv. 12. ſupra de Recurſu ad pecuniam, actum eſt, quod eſt impropriè emere, & in hoc conueniunt omnes Regulæ Expoſitores, quatuor Magiſtri, Hugo, Piſanic. Cord. *q. 3. pun. 3.* Politius *num. 19* Ximenez *num. 13.*

5 Non licet verò primò, ſe ad

ad rei pretium verbo, vel ſcriptura civiliter ſe obligare, etſi in mente benè ſentiat. Nec ſecundò rei proprietatem, vel dominium per talem contractum acquirere, ſed tantum nudum vſum. Nec tertiò, per ſe, vel per alium ſua authoritate ſolutionem facere. Peccant etiam, qui terminis, vel verbis dominium, vel proprietatem ſonantibus ſcandaloſè vtuntur, etſi intus benè ſentiant. Emptiones ergo minimè fieri à Fratribus propriè poſſunt, nec eorum authoritate, ſed à ſolutionem dantibus, vel eorum nuncijs, & eorum nomine & authoritate: & acquiſitio rei non fit Fratribus, (quia nullam rem poſſunt habere, vt conſtat ex dictis ſupra *ſect.* 1.) ſed vel dominis ementibus, vel Eccleſiæ Romanę, vt cap. *Exijt.* §. *Porrò.* §. *Ad hęc cum Fratres*, & §. *Cæterùm.* Et notat Cord. Tuſcus. *tom.* 4. *verbo Fratres Minores. Concluſ.* 467. *num.* 64. *&* 65.

6 Petes: An Fratres ita ſe in emendo gerere debeant, vt rem venditam accipientes, ad hoc, quod ipſa acceptione, vel facto ipſo non maneant venditori obligati, debeant obligationem ſolvendi, expreſsis verbis excludere? Affirmativè reſpondent Hugo in hoc *cap.* 6. *q.* 2. Cord. *q.* 3. *pun.* 1. *&* *q.* 5. *pun.* 1. Polit. *n.* 19. & alij. Probant primò. Sicut enim cõducens operariũ laborantem, remanet illi ad ſolvendum obligatus pro laboris mercede, ex ipſo tantummòdo conductionis actu, niſi obligatio manifeſtè excludatur: ſic vendenti emptor, ex ipſo emptionis, & venditionis contractu, obligatus manebit. Secũdò, quia huic contractui emptionis (ſicut, & alijs cõtractibus) ipſo facto annexa eſt obligatio: ex natura enim rei, ſeu ipſius contractus facto ſe obligant ementes vendenti, ſi rem venditã recipiũt, obligatione expreſsè non excluſa. Ergo.

7 Sed nihilominus verius, ac probabilius iudico contrarium. Itaque dico, quòd quamvis Fratres recipiẽdo rem venditam, expreſsè non excludant obligationem ſolutionem faciendi: non ex ipſo facto, manent contra ſuam profeſsionẽ, vendenti obligati, ſi intentionem ſe obligandi nõ habeant. Dixi: *Contra ſuam profeſsionem*, hoc eſt, civiliter: quia ratione, & ęquitate naturali non eſt dubium, quòd obligati remanebunt: tamen hoc abſque labe ſuæ profeſsionis, & ſuarum conſcientiarum iactura, vt dixi num. 4. *Ex receptione rei vẽdita nõ manent Fratres obligati, &c.*

8 Ducor primò, quia, vt conſtat ex definitione emptionis, *emptio tõſenſu perficitur:* &

& hoc eſt verum in tantum, quòd ſubſtãtia emptionis eſt conſenſus. C. *De Contrahenda Empt. & Vẽdit. L. 2. Emptionem* (& ideo venditio à furioſo facta, nulla eſt, ibid. cum furioſi nullus ſit conſenſus. L. *Furioſi de Regulis iuris*) & *L. 3. Si Donationis cum Gloſ. & Inſtit. de Empt. & Vendit.* in principio: non autem conſentiunt in venditione, qui licèt verbis emptionem exprimant; corde tamen aliud ſapiunt, *vt ff. de Rebus dubiiſ. L. In ambiguo.* Et habet *Gloſſ. dict.* L. *Si venditionis lit.* 1. Ergo quamvis Frater Minor accipiat rem venditã, non manebit obligatus, facto ipſo, vẽditori, licèt expreſsè obligationem ſolvendi nõ excludat: cum *Emptio* in ſui ſubſtantia, abſque conſenſu, deficiat, & Frater intentione ſana, contra ſuam profeſſionem, *Emptioni* minimè conſenſum præbeat.

9 Ducor ſecundò, ex L. *Obligationum ſubſtantia. ff. de Actionibus, & obligationibus*, ibi: *Obligationum ſubſtantia non in eo ſolùm conſiſtit, vt aliquid corpus noſtrũ, aut ſervitutem noſtram faciat: ſed vt alius nobis obſtringat ad dandum aliquod, vel faciendum, vel præſtandum: non ſatis autem eſt, dantis eſſe nummos, & fieri accipientis, vt Obligatio naſcatur, ſed hoc, animo dari, & accipi oportet.* Hæc ibi. Ergo.

10 Ex quibus patet ad argumenta adverſariorum. Ad primum dico, quòd ſi conducens ſit habilis ad contrahendum, tranſeat, quòd ipſo actu conductionis maneat obligatus: at ſi ſit incapax, vt ſervus, minimè obligatus remanebit abſque animo: & licèt animum habeat, tunc nec ille civiliter erit obnoxius obligationi, ſed ille, cui acquiritur, ſcilicet, Dominus: in perſonam enim ſervilem nulla cadit obligatio de *Regulis iuris* 22. & 31. Ita ſimiliter in noſtro caſu, Frater minor abſque animo non obligatur, & quãvis animum haberet (in quo peccaret) obligatio acquiritur Eccleſiæ Romanæ. Ad ſecundum patet ex dictis.

Nec ſervo, nec Fratri Minori acquiritur obligatio.

§. II.

De Venditione.

11 SEcunda concluſio principalis ſit: Fratres Minores ſtrictè, & in rigore non poſſunt vendere: cum hoc nihil aliud ſit, quàm rem aliquam in alicuius dominium, & proprietatem transferre, accepto pro illa pecuniario pretio. Poſſunt tamen largè, & impropriè vendere. Vnde Fratribus licent omnes actus, qui

Fratres impropriè poſſunt vendere.

qui non dicunt aliquam proprietatem, vel includunt aliquod ius, vel pecuniæ receptionem. Hinc poſſunt naturali iudicio rem æſtimare, naturaliter, non civiliter de pretio convenire, ſimpliciter etiam rem habere, &c. & in hoc conveniunt omnes Expoſitores. Vide ſupra num. 5.

12 Petes primò: An ſint aliquæ res vſibus Fratrum Minorum deputatæ, quæ vendi poſsint, & à quibus? Reſpondeo, quòd res omnes mobiles, quorum dominium ad Eccleſiam Romanā ſpectat, poſſunt per Syndicum vendi. Ita expreſsè Nic. 3. cap. *Exijt art. 6.* §. *Quia verò libros*. Vide ſupra Controverſia 14. *ſect. 4. num. 3.* Item legata, in teſtamento (vt domus, ager, vinea, &c.) Fratribus facta, poſſunt à dictis Procuratoribus Domini Papę vendi. Expreſsè Nic. 3. ibidem. §. *Ad hæc quia Fratribus*, verſ. *Si verò modum.* Rurſus equi, arma, & id genus alia, quæ in funeralibus offeruntur, poſita vera neceſſitate, præſenti, vel imminēti, &c. Clem. 5. *Exivi.* §. *Cupientes.* verſ. *Circa equorum.* Cæterùm omnes res immobiles, quæ Fratribus deſinūt eſſe vtiles, poſſunt per Syndicum nomine Romanæ Eccleſiæ; vel donantium (ſi ſibi dominium reſervaverint) vēdi, Ita Mart. 4. *in Bull. Exultantes*, & etiā Cōcilium Cōſtant. in Bul. *Sacroſācta*. data an. 1414. & hoc abſque vlla Regulæ relaxatione.

13 Petes ſecundò: An liceat Fratribus res aliquas mēdicare, ea intentione, vt vēdantur per idoneas perſonas, & earum pretium in res vſui eorum licitas convertatur? Reſpondeo, licere. Patet ex ſupradictis *num.* 12. quia poſſunt legata recipere eiuſmodi intentione. Similiter, equos, & arma. Ergo & triticum, vel vinum, & id genus alia, ſimiliter poterunt Fratres recipere, maximè quia pecunia non ſunt, vt patet ex dictis *Cōtrover. 11. ſect. 5.* §. 1. *Concl. 1.* per totam. Vide ibi. *Poſſunt Fratres aliqua mendicare, vt vēdantur.*

§. III.

De Commutatione.

14 Tertia cōcluſio principalis. Res vſui Fratrū cōceſſas, licet eis, nō civiliter, nec authoritate ſua; ſed authoritate donātium, vel Prelatorum, intra Ordinem commutare. Ita quatuor Mag. hic, & omnes Expoſitores. *Poſſunt commutare, &c.*

15 Item licet Fratribus huiuſmodi res mobiles, cum expedit, etiam extra Ordinē cōmutare, nullo interventu Syndici, authoritate Miniſtrorū,

Generalis, vel Provincialium. Ita Serena conſcientia. *q.* 74. & 78. Cord. hic. *q.* 4. *pun.* 2. Polit. *num.* 21. March. *tit.* 5. *q.* 5. *concl.* 4. & alij.

16 Ita decidit Nic. 3. dict. cap. Exijt, §. *Ad hæc, quia Fratribus, art.* 6. verſ. *Quia verò libros,* vbi patenter diſtinguit commutationem rerum huiuſmodi, à venditione: & venditionem quidem vult fieri per Syndicum, ſiue Procuratorē: commutationē verò cōmittit Generalibus, & Provincialibus, vt eorum authoritate, nulla habita ratione huiuſmodi Syndici, fiat: *Quia verò* (inquit) *libros, & alia mobilia, quibus tam Ordo, quàm Fratres vtuntur, quorum dominium (cum non ſint dominij aliorum) ad præfatam Eccleſiam ſpecialiter ſpectare dignoſcitur; interdum contingit, ſeu expedit vendi, vel etiam commutari: Fratrum vtilitatibus, & eorum conſcientijs providere volentes, eadem authoritate concedimus, vt commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum vſum Fratribus licet habere, de Generaliū, & Provincialium Miniſtrorum in ſuis adminiſtrationibus coniunctim, & diviſim authoritate procedat. Quibus etiam de diſpoſitione vſus talium concedimus ordinare. Si verò res huiuſmodi vendi contingat.* Et mox: *Ordinamus, & volumus, quòd per Procuratorem à præfata Sede deputādū, &c.* Notentur illa verba: *De Miniſtrorum authoritate procedat* & patebit intentum.

17 Neque obſtat quòd videatur Fratrē rem ſuis vſibus conceſſam in alterius dominium, cum quo cōmutat, transferre: Dantes enim eleemoſynam (vt dicit Nic. 3. *art.* 4. §. *Quia verò puritatem*) intendant, vt recipientes, ea vtantur modo ſibi licito, & commodo. Si quod verò dominiū in altero ſequitur, ex dantis volūtate interpretativa ſequitur, non ex Fratris huiuſmodi vſu, vt liquet in commutationibus à ſervis, de rebus dominorum ſuorum cum alijs factis.

18 Rurſus authoritas Fratrum in dictis commutationibus, eſt purè miniſterialis, & ſic illis conceditur ſicuti Pontifex concedit authoritatem Fratribus dandi vilia, & parū valentia extra Ordinem: (dict. § *Ad hæc quia Fratrib.* verſ. *De vilibus autem*) quamvis enim per talium vilium donationem dominium transeat in recipientes, nihilominus Fratres huiuſmodi donationum non ſunt incapaces; quia in eis purè miniſterialiter ſe habent. Sic etiam in huiuſmodi commutationibus autho-

thoritas Miniſtrorum, & Fratrum in ſolo, & nudo miniſterio conſiſtit ſine vllo iure: Ius autem, quod in alterum tranſit, miniſterio quidèm mediãte tranſit, ſed per voluntatem domini in miniſterio virtualiter operantem.

19 Dices: Ergo etiam licebit Fratribus emere, & vendere miniſterialiter? Reſpondeo negando conſequentiam. Ratio eſt clara: quia in emptione, & venditione intervenit pecunia, cuius vſus Fratribus Minoribus eſt omnino interdictus: tamen in venditione licet Fratri Minori tradere ſimpliciter rem à Syndico venditám, etſi ex eius miniſteriali traditione vſucapio in emptore ſequatur: quia ex traditione nihil ei Iuris competit.

20 Ex dictis contra multorum ſcrupulos infero primò, licere Guardianis, commiſsionem, vel licentiam Provincialium habentibus, lanam commutare pro panno; vinum, aut triticum, pro ſoleis, ſiue pro aquatilibus; vel piſcibus, &c. abſque Syndico, etiamſi interveniat pretij, ſiue valoris æſtimatio (dummòdo non obſtet expreſſa prohibitio donantiũ) quia hæc omnia non ſunt pecunia in Regula prohibita: & in his omnibus, & ſimilibus intervenit nudum miniſterium ſine aliquo iure. Ita March, hic, *tit.* 3. *quæſtione quinta poſt.* 6. *Concluſionem fol.* 369.

Guardiani quomodo poſsint cõmutare.

21 Infero ſecundò, eodem modo licere vni Guardiano de licentia Provincialis commutare ea, quibus abundat in ſuo diſtrictu, cum ijs, quibus abundat alter Guardianus in ſuo, vt ſi vnus abundet tritico, alter oleo, &c. Ita Polit. hìc *num.* 21. Cavendum tamen eſt ſcandalum.

22 Petes: An Fratres poſſint mendicare, procurare, ſeu recipere aliqua, eo animo, vt ea extra Ordinem commutẽt? Reſpondeo, poſſe: conſtat ex dictis *ſupra num.* 13. modò adſit vera neceſsitas præſens, vel imminens.

§. IV.

De Locatione.

23 Quarta concluſio principalis: Fratres Minores non poſſunt civiliter res ſuis vſibus deputatas (vtpotè hortum, partẽ aliquam domus vel aliã rẽ) per ſe, vel nomine ſuo locare, ideſt, hortum, vel aliam rem alteri in vſumfructum, vel in vſum Iuris tradere, vel recipere, ſervata in vtroque obligatione pretij perſolvendi, vel recipiendi. Ratio eſt clara, quia vtrumque ſupponit Ius aliquod, cuius ſunt Fratres Minores incapaces.

Fratres improprie poſſunt locare.

Proprie nec Syndicus nomine Papa.

24 Petes: An Syndicus Domini Papæ poſsit, rem aliquam Fratrum vſui deputatam, pro aliquo brevi, & determinato tempore, quo eis vtilis eſſe nō poteſt, locare; & pretium in vſus Fratrum neceſſarios applicare? Vt ſi v. g. eſt hortus, qui ſpatio duorum, vel trium annorum inutilis eſt Fratribus, eritque illis vtilis poſtea: an eiuſmodi hortus poſsit pro hoc brevi tempore authoritate Romanæ Eccleſiæ locari? March. hic, *tex.* 1. *tit.* 3. *q.* 6. *concl.* 2. reſpondet affirmativè. Ducitur; quia poteſt Syndicus res minus vtiles vendere. Ergo multo magis tempore quo inutiles ſunt, elocare pro brevi tempore: non autem in longum tempus: quia haberet rationem redditus, vel cenſus, quorū incapaces ſunt Fratres Minores.

25 Verùm hæc ſententia mihi non probatur: quia Clemen. 5. *Exivi* §. *Cupientes*, verſ. *Licet verò* (cap 8.) decidit, quòd *habere Fratros hortos aliquos, vt colantur, ac olera, & alia hortalitia, pretio diſtrahantur: necnon, & vineas, repugnat ſuæ Regulæ, & Ordinis puritati. ſecundùm quòd dictus prædeceſſor noſter* (ſcilicet Nicol. 3. *Exiit* §. *Ad hæc quia Fratribus art.* 5.) *declarauit, ac etiam ordinauit, quòd ſi talia ad vſus proximè dictos, vt puta agrum, vel vineam ad colendum, & conſimilia Fratribus legarentur, per omnem modum Fratres à receptione talium abſtinerent.* Hæc ibi.

26 Nec valet dicere, quòd eiuſmodi elocatio, eſt ad breve tempus, ideſt, *ad quatuor, vel quinque annos*, vt ipſe March. ibid. explicat. Non, inquam, valet: quia *ſi domus, vel ager, &c. legantur Fratribus ad vſus huiuſmodi, ideſt, ad locandum, vel excolendum, à receptione talium debent per omnem modum Fratres abſtinere*, vt declarat Clemen. 5. Ergo ſi à talium receptione debent ex vi Regulæ Fratres abſtinere, & per omnem modum. Ergo nullo modo nec per ſe, neq; per alium, neque pro longo, neque pro breui tempore, poſſunt ſupradicta ad eiuſmodi vſus recipere. Ergo neque iam recepta, ad locandum, vel excolendum per ſe, nec per alium illis vti, nec pro brevi tempore. Secùs verò, ſi pro brevi tempore illis vti poſſent, iam aliquo modo vti ſupradictis legatis Fratres poſſent, quod eſt contra declarationes Pontificum, & Regulæ mentem.

27 Nec valet ſecūdò, quòd tempore, quo inutiles ſunt, elocātur dictæ res. Quia ex hoc clarè ſequitur, quòd ahenum, mu-

mulum, vel aſinũ antliæ (Hiſpanicè *Noria*) tempore, quo inutilia Fratribus ſunt, poſſent Syndici elocare, & conducere nomine Romanæ Eccleſiæ, & etiam omnia mobilia, & immobilia, maximè quia omnia poſſunt Syndici vendere, vt patet ſupra *num.* 11. *&* 12. At hæc minimè abſque clara tranſgreſſione Regulæ poſſunt fieri: legatum itaque domus, vel agri, ad vendendum, congruit ſtatui Fratrum: ſecùs, legatum domus, vel agri ad locandum, &c. vt dixi *num.* 25.

§. V.

De Mutuo.

28 QVinta cõcluſio principalis: Mutuare, ſeu mutuari propriè, & in rigore penitùs eſt Fratribus interdictum. Pro quo nota cũ Cord. *in cap.* 4. *Regulæ q* 8. *cõdit.* 1. quòd propriè mutuare eſt pecuniam alteri concedere ad vſum cum obligatione civili, qua recipiens mutuatam pecuniam, manet obligatus (opportuno tẽpore) verbo, vel ſcriptura, reſtituere. Mutuare autem largè, ſeu impropriè, eſt pecuniam concedere ad vſum, ſeu neceſſitatem alicuius relevandam, ſecluſa obligatione civili, ſed ſolùm cum obligatione naturali, qua ſcilicèt recipiens talem mutuatam pecuniam, ſeu is, pro cuius neceſſitate recipitur, promittit ſe fideliter laborare, vt commodè potuerit, quòd ei, qui dat dictam pecuniam, ſatisfiet, & ſolvetur. Dico ergo, quòd primo modo, nec per ſe, nec per alium, poſſunt Fratres recipere mutuum: Secundò verò modo, (ideſt, impropriè) poſſunt. Vtrumque expreſsè determinat Nicol. 3. cap. *Exiit.* §. *Caterùm.*

29 Poſſunt etiam Fratres ad hoc pignora dare, ita tamẽ, quòd civiliter non ſe obligẽt, & quòd Syndicus contractum impignorationis faciat, ſi res ad Eccleſiam pertinet, vel is, vel eius nomine ad cuius dominium pertinet talis res impignoranda, vt mox dicetur. Ita Cord. vbi ſupra.

30 Dico ſecundò: Fratres nullo modo, neque propriè, neque impropriè poſſunt mutuum dare. Ratio eſt: quia non habent dominiũ, neque vſum, neque contrectationem in pecunia. Poſſunt tamen rogare dominum pecuniæ, vel depoſitarium, vel Syndicum, vt ipſe per ſe, vel nomine ſuo, vel Syndicus, aut Subſtitutus, nomine Papæ, vel Dantis, & authoritate vera, vel probabiliter præſumpta, mutuet pecuniam ipſam: ſicut poſſunt rogare alium quemcumque, vt de

de ſua pecunia faciat mutuando, vel alio modo ſe habendo, &c. ita Cordu. vbi ſupra *Cond.* 1. fine.

§. VI.

De Impignoratione.

Poſſunt Fratres impropriè impignorare.

31 SExta concluſio principalis: Fratres poſſunt, largè, & impropriè impignorare, ideſt, res ad vſum cõceſſas authoritate, & nomine eorum, ad quos talium rerum dominium pertinet, pro magis neceſſarijs ad tempus obligare, & alicui tradere: & hoc abſque aliqua obligatione civili. Ita quatuor Mag. & omnes Expoſitores.

32 Dico ſecũdò: Sicut Nos non poſſumus propriè, aut civiliter res aliquas impignorare: ſic nec pignora propriè, & civiliter pro rebus vẽditis, aut emptis recipere; ſed impropriè. Vnde benè poſſumus impropriè, ideſt, abſq; civili obligatione accipere pignora pro rebus venditis, pro habitibus datis pro defunctorum induitione, pro debitis quibuſcumque, & rebus ad Papam pertinẽtibus, vel ad alium quemcũque Dantem: dummòdo nobis nõ fiat obligatio, ſed illis (Syndico nimirum, vel Dantibus reſpectivè) & dummòdo caveatur ſcandalum, & ſpecies, & alia circunſtantia mali, vt rectè Cord. in *cap.* 6. *Regula q.* 5. *pun.* 4.

33 Dixi: *Caveatur ſcandalum, &c.* quia malè ſonat, quòd Nos quomodocumque pignora accipiamus, aut detineamus pro habitibus, aut alijs quibuſcumque rebus, aut debitis. Ideo melius, & ſecurius eſt (ſubiungit Corduba) *quòd per Syndicum recipiantur, vel per aliũ, nomine, & auctoritate Dantium, non Fratrum: & poſtea Nos poſſumus ab illis ad cuſtodiendum illa recipere.*

34 Dico tertio, cũ Cord. *num.* 32. relato, quòd licèt pro pecunia ad Papam ſpectante poſsimus, pignora impropriè accipere, vt dictum eſt: At pro pecunia ad illum non pertinente, nullomodo, nec propriè, nec impropriè, nec per Nos, nec per alium (etiam Syndicum), poſſumus pignora aliqua accipere, etiam ſi talis pecunia ſit debita pro Miſsis, aut ſermonibus, aut pro quocumque labore corporali, ſeu in re ſpirituali: cum talis pecunia humiliter, ac ſi fuiſſet purè liberaliter oblata, ſine vllo iure, aut actione accipienda ſit. Ita Cord.

35 At in hoc, quod dicit Corduba, quòd pignora non poteſt Syndicus accipere pro pecunia debita pro Miſsis, &c. mihi nõ placet: cum eiuſmodi pecu-

pecunia ſit oneroſa, & ſecundum communiter Expoſitores ad Papam ſpectet, vt latius dictum eſt Contov. 15. ſect. 1. & 2.

§. VII.

De Commodato.

36 SEptima concluſio principalis: Fratres propriè non poſſunt Commodare: impropriè poſſunt. Patet ex ſupradictis. Eſt ergo Commodare, rem aliquam alterius fidei ad vtendum ad tempus gratis concedere, eandẽ numero reſtituẽdã, vt veſtes, libros, &c. Cap. *vnic. de Commod.* Itaque Fratres impropriè poſſunt Cõmodatum recipere, ſolùm bona fide promittentes ipſius rei accommodatæ bonam habere cuſtodiam, eamque reſtituere.

37 Intra Ordinẽ benè poſſunt Fratres ſibi invicem Commodare, (quia actus eſt charitatis) etiam abſque expreſſa licentia Prælatorũ: quia ad hoc communiter eſt probabiliter præſumpta, dùm non prohibetur alicui in aliquo caſu, vt benè Cord. *hic q. 5. pun. 5. fine.* Quinimò cavendum oppoſitum eſt: quia ſapit proprietatem, vel ſaltem indicium minimè charitatis eſt. Vt Hugo, & Piſa hic annotarunt.

(†)

§. VIII.

De Pactis, Obligationibus, & Debitis contrahendis.

38 OCtava concluſio: Fratres non poſſunt civiliter, & propriè Pacta, vel Cõventiones facere, vel Debita contrahere, nec alicui ſe obligare: quia hæc omnia ius dicunt, cuius ſunt incapaces Fratres: impropriè poſſunt Obligari, &c. hoc eſt, promittere ſe bona fide ſatisfacere: & hoc de licentia ſui Prælati, aliàs minimè, vt advertit Cord. *hic q. 5. pun. 1.* quia, qui nõ eſt ſuus, nec propriè, nec impropriè poteſt alteri promittere, vel vllomodo ei ſe obligare. *Ciuiliter non poſſunt Fratres pacta facere.*

39 Propriè, & civiliter nullus poteſt nobis eſſe Obligatus, aut debitor pro aliqua re temporali; ſicut nec nos poſſumus hoc modo Obligari alicui: quia propria, & civilis Obligatio dicit hæc duo correlativa, ſcilicet, quòd vnus teneatur Obligatus alicui civiliter, & alius teneat conſequenter, & habeat prędictam Obligationem, ſeu Ius, *vt ff. de Exceptionibus L. prima.* Verùm loquendo impropriè, prout Obligatio accipitur pro quadam æquitate, qua quis in ſe ipſo tenetur aliqua lege

lege ad aliquid dandum, vel faciendum (licèt ad hoc civiliter à nemine teneatur obligatus) benè poterunt alijs ipſis Fratribus obligari: & ipſi Fratres alijs, & ſimiliter eſſe Debitores, & huiuſmodi obligatio, quæ rectè dicitur naturalis æquitas, parit officium Iudicis, vt L. *Quintus ff. de Annuis legatis*, vt latius infra Cõtrover. 18. *ſect.* 3.

§. IX.

De Donationibus.

40 NOna concluſio: Fratres nõ poſſunt donare aliquid intra, vel extra ordinem, niſi de licentia expreſſa, vel rationabiliter præſumpta Domini Papæ, in ijs, quæ eius dominij ſunt, vel Syndici, vel ipſorum Dantiũ, in his, quæ ad eorum dominium ſpectant: & vltra requiritur ſimilis licentia Prælatorum expreſſa, ſcilicet, vel præſumpta.

41 Sed pro clariori intelligentia, nota primò, donationẽ in rigore includere dominij, ſiue iuris in alterũ trãſlationẽ. Nota ſecũdò, donationes fieri poſſe, aut intra ordinẽ, aut extra ordinẽ. Nota tertiò, Rem, quæ donatur, aut eſſe mobilẽ, aut immobilem. Rurſus, Rem mobilem, aut eſſe pecuniam, aut aliud, quo Fratres in ſua ſpecie vti poſſunt. His ſuppoſitis:

42 Dico primò: Nullus Frater Minor in particulari, nec etiam totus Ordo Minorum in communi, ſuo nomine, aut authoritate in rigore poteſt aliquid donare. Patet ex primo Notabili, & ex ſæpius dictis in hac Controv. *Fratres propriè nõ poſſunt donare.*

43 Dico ſecundò: Totus Ordo Minorum non poteſt, nec nomine ſuo, nec per alium donare aliquid immobile, vel paſſum pedis. Ratio eſt clara: quia ex quo nihil immobile habet, nec poteſt habere, (vt patet ſect. 1.) minus poteſt donare.

44 Dico tertiò: Nullus Frater Minor, nec totus Ordo non diſpenſatus in Regulæ puritate, poteſt dare pecuniam alteri, nec nomine ſuo, nec alterius, etiam nec authoritate Domini proprij, cuius eſt pecunia. Ratio eſt, quia quovis modo hæc donatio ſumatur, vſus tamen eſt, & adminiſtratio pecuniæ, quæ omnino Fratribus, & toti Ordini interdicuntur. *Nec tot' ordo poteſt dare pecuniam alteri.*

45 Dico quartò: Poſſunt Fratres res quaslibet (excepta pecunia) donare de authoritate Dominorum, modò adſit Superiorum licentia, & abſit ſcandalum. Ratio eſt, quia huiuſmodi donatio eſt nudum miniſterium, ſiue nuda rei traditio *Cum licẽtia Domini, poſſũt dare, &c.*

Digitized by Google

ditio ex ſola authoritate dominorũ, abſque vllo iure Fratrum donantium. Dixi: *Modò adſit Superiorum licentia*: quia nullus Frater poteſt aliquid recipere donandum ſine expreſſa, vel probabiliter præſumpta licentia ſuperiorum, vt rectè notat Cord. hic. *q.* 6. *pun.* 2. *& pun.* 1. *in principio*: quia ſaltem in iſto rei vſu eſſet proprietarius. Etiam dixi: *Et abſit ſcandalum*: Semper enim vit anda ſunt in ſimilibus, non tantum mala, ſed quæ ſpeciem mali ingerere poſſunt, etiamſi aliàs eſſent bona, vt Clem. 5. *Exivi cap.* 7. §. *Amplius*, & dixi ſupra *concl.* 8. ex Nic. 3. Cord. & March. Vnde non licet Fratribus acceptare diſtributiones bonorum, & eleemoſynarum(etſi pecunia non interveniat) ex quibus poſſet ſiniſter oculus præſumi contra illos, vt conſtat ex eadem Clementina *Exivi cap.* 2. §. *Cæterum*: verſ. *Cum verò*.

46 Ex dictis ſequitur, quòd turpè falluntur Fratres, & graviter peccant (vt ait Sanchez infra citandus) qui imagines, donaria, & alia à benefactoribus acceptant, cum mandato quodam illa elargiendi, fingẽtes ea eſſe dominorum, & de dominorum voluntate diſtribui; excluſa licentia expreſſa, vel rationabiliter præſumpta Superioris, non attendentes quòd diſtributio huiuſmodi ſine licentia Superioris, tanquam proprietaria ex vi Regulæ ſit ipſis prohibita. Quod etiam commune eſt omnibus Religioſis, vt docet Sanchez *tom.* 2. *Sum.* (aliàs 3.) *lib.* 7. *cap.* 19 *num.* 48. *&* 49. Barthol. à S. Fauſto in *Theſauro Religiorum lib.* 8. *q.* 115. & cæteri communiter. Dixi: *A Benefactoribus acceptant*: Secùs veró ſi non acceptent, ſed ſolùm ſe habeãt, vt interceſſores. Quia in hoc caſu non acquirunt Religioſi illa, nec Monaſterio acquiruntur. Vide Dianam *Tract. de Paupert. Religioſa Reſolutio.* 8.

47 Dico quintò: Poſſunt Fratres Minores (legitima authoritate Superiorum, ad quos ſpectat) dare intra Ordinem, quę ipſorum vſibus licita ſunt. Ratio eſt, quia huiuſmodi donatio facta intra Ordinem, eſt tantũ ſimplicis facti vſus tranſlatio &c.

48 Dico ſextò: Licet Fratribus Minoribus legitima authoritate Superiorum, ex cõceſsione Summi Pontificis, vilia, aut parum valẽtia extra Ordinem dare. Ita expreſsè Nic. 3. cap. *Exijt art.* 6. §. *de Vilibus autem*, ibi: *De Vilibus autem mobilibus, vel parum valentibus liceat ex præſenti noſtra conſtitutione Fratribus, pietatis, ſeu devotionis intui-*

tu, vel pro alia honeſta, & rationabili cauſa (obtenta ſuper hoc prius Superiorum ſuorum licentia) iuxta quod inter Fratres in Generali; vel in Provincialibus Capitulis, tam de ipſis rebus vilibus, ſeu parum valentibus, & earum valore, quàm præfata licentia, ſcilicet, à quibus, & qualiter ſit habenda, extiterit ordinatum, intra, & extra Ordinem alijs elargiri. Hęc ibi.

49 Ex quibus verbis (aiunt Speculum §. 13. & Cord. hìc *q.6.pun.* 1.) eliciuntur quinque conditiones neceſſariò requiſitæ ad hoc, quòd poſsint Fratres aliquid donare de rebus pertinentibus ad Papam.

50 Prima eſt, quòd talis res iam ſit in vſu Fratrum, & in dominio Papæ. Non enim poſſunt Fratres petere aliquid, vt dent alijs, neque valorem vnius obuli, niſi de voluntate Dantis, vt notant Speculum, & Cord. vbi ſupra. Secùs verò facientes peccabunt Fratres, vel mortaliter, vel venialiter ſecundum quantitatem materiæ.

51 Secunda conditio eſt, quòd res donanda ſit vilis, & parvi valoris, ſecundùm quod Capitulum Generale, vel Provinciale de huiuſmodi vilitate, & exiguo valore determinaverit. Quod ex conceſsione Leonis 10. (vt notant Speculum, Cord. vbi ſupra, & Politius *num.* 267) extra prædicta Capitula, Generalis, Provinciales, & Cuſtodes, eorumquè Commiſſarij arbitrari potuerunt.

52 Tertia conditio eſt, quòd talis donatio fiat de licẽtia Superiorum. Qui (etiam ex conceſsione prædicti Leonis 10. vt dicti Authores notant) ſunt Generalis, Provinciales, & Cuſtodes. Ex quo infertur, quòd Guardiani, ex vi ſui officij, præfatam impartiri licentiam non poſſunt, niſi eis à prædictis Prælatis, vel à cõſuetudine fuerit conceſſum: ſicut hodie eo ipſo, quo Guardiani inſtituuntur, conceditur eis, dictã licentiã dare, & conſuetudine eſt receptũ, vt Cordub. & Polit. dicunt vbi ſupra, Ortiz *cap.4. concl.14.* Miranda *cap.88.* & *in ſecunda impr. cap.64. diffi.* 1. Ximenez in *cap.6. num.* 53. Mart. à S. Ioſ. *cap* 13. *num.* 13. & clarè inſinuant Statuta Segov. de *Obſervantia Paupertatis cap.3. §. de Vſu rerum. num.6.*

53 Sine præfata autem licentia (vt notat Cord.) nõ poſſunt Fratres inter ſe invicem donare: quia licèt res ſint cõmunes ad vſum, diſpoſitio tamen huius vſus pertinet ad Prælatos, vt eorum authoritate, vnicuique, prout opus fuerit, diſpenſetur, vt ſentiunt om-

omnes Regulæ Expoſitores. Hugo, Piſa, *in cap. 6.* Serena conſcientia. *q.* 81. Cord. Pollit. Miranda *vbi ſupra.* Benè verò Fratribus licet adinvicē res aliquas, vt libros, veſtes, &c. inter ſe ipſos accommodare, (etſi non donare) vt notat Polit. *n.* 6.

54 Quarta conditio eſt, quòd res donanda ſit mobilis: quia ſi immobilis ſit, ſolùm per Syndicum Domini Papæ, ſi id Fratribus iudicaverit expedire, fieri poteſt.

55 Quinta conditio eſt, quòd talis res non ſit pecunia. Quare nec Fratres, nec totus Ordo, nec vnum denariū propria authoritate, ſi ſit Domini Papæ; nec etiam ipſius Domini (quilibet ille ſit) authoritate donare poſſunt, vt dictum eſt. Benè tamen poſſunt Fratres, (vt notat Cord.) rogare, ſeu intercedere apud Petrum, vg. pro aliquo, vt ei pecunia aliqua donetur. Vide Rodrig. *tom.* 2. *qq. Reg. quæſt.* 48. *artic.* 4.

56 Ex dictis ſupra num. 48. 52. & 53. colligo, Fratrem Minorem non poſſe portionē (quæ ei pro quotidiano victu conceditur) pauperibus ſua authoritate elargiri. Tum quia ad dandum ſua, & partim valentiam, eſt neceſſaria licentia expreſſa, vel ſaltem tacita Prælati. Tum etiam, quia huiuſmodi portionis, (Hiſpanè *la Racion*) nec dominium habet, nec vſum iuris; ſed vſum ſimplicem facti tantum, dependētem omnino, & ſemper à voluntate Domini Papæ, (ſeu Benefactoris) vt expreſsè declarant Nicol. 3. & Clem. 5. & infra latius dicetur Controv. 19. ſect. 5. per totam, & huius vſus diſpoſitio, pertinet ad Prælatum, vt dictum eſt. Atque ità in proprijs terminis tenet Villalob. 2. part. ſum. tract. 35. difficul. 29, n. 10.

57 Et confirmatur ex D. Baſil. in Regulis brevioribus Interrogat. 100. *Eos* (dicitur ibi) *qui aliunde ad nos accedunt, ac mendicantes aliquid petunt, quomodo dimittemus? Et nunquid arbitratu ſuo quiſque panem, aut aliud quidvis, illis, debet tribuere? An verò vnicuipiam munus hoc conveniat delegari? Reſponſio. Cum Dominus affirmatè dixerit, non eſſe bonum ſumere panem Filiorum, & mittere canib⁹. (Matth. 15.) Et tamen illud etiam approbarit; nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa, &c. Cui diſpenſandi munus aſsignatum eſt, is illud, diligenti adhibita animadverſione, exequi debet. Qui verò præter illius ſententiam aliquid facit; is, tanquam everſor diſciplinæ acritèr obiurgari, idque; eo*

vſquè

vſque, quoad tueri locũ ſuum diſcat, &c.

§. X.

Quid ſit tacita licentia?

58 SEd quęres primò: quid ſit hæc tacita licentia, vel tacitus conſenſus Prælati? Pro reſponſione nota primò, conſenſum hunc tacitum (ſeu tacitam licentiam) duobus modis contingere poſſe: primò, quando Prælatus certior factus de aliqua re à Religioſo facta, neque illã approbat, neque reprobat, & hic dicitur cõſenſus permiſsivus. Secundò modo, quando expreſsè approbat, vel approbatur creditur, ſi ſciret. Et hic dicitur conſenſus approbativus.

59 Nota ſecundò, conſenſum tacitum Superioris poſſe bifariam conſiderari. Vno modo quando Religioſus pro certo ſcit, ſi petat illam licentiam à Superiore, ſibi non fore negandam: ſed ſimul cum hoc eum non latet, Superiorem id ſine ſua licẽtia fieri nolle. Secundo modo, quando per ſigna evidentia, vel probabilia Religioſus intelligit, voluntatem Superioris eſſe quòd ipſe donet, vel expendat aliquid, & quòd de hoc eſt gaviſurus. Hæc diffuſius Sanchez, *lib. 7. Sum. c. 19. à n. 5. vſq; ad 15.* brevius verò Barthol. à S. Fau. in *Theſ. Relig. lib. 8. q. 159.*

60 Dico ergo. Licentia tacita, ſeu tacitus conſenſus Prælati neceſſariò requiritur, ad hoc vt Religioſus licitè poſsit donare, ſi talis conſenſus eſt approbativus: ſecùs verò ſi tantum ſit permiſsivus: non enim ſufficit.

Quid conſenſus permiſsivus &c?

61 Sed ſcire vellẽ (inquies) quãdo cõſẽſus ille ſit permiſsivus, quãdo approbativus? Reſpondeo, quòd in materia furti ſic explicant cõmuniter DD. Si enim Dominus (inquit Sanchez *lib. 7. vbi ſupra n. 12.*) videat, rem ſuã ſubripi, taceatquè prę verecũdia, aut timore, eſt pura permiſsio, non excuſans à furto ſubripientẽ: ſecùs quando hæc ceſſarunt, & potuit cõmodè prohibere, & nõ prohibuit, ſed tacuit: tunc enim eſt approbatio. Quæ diſtinctio apertè habetur. *L. Penult. ff. de Furtis.* Et hæc poſterior pars cõſtat ex cap. *Error*, & cap. *Cõſentire, diſt. 83.*

62 Nec obſtat huic deciſioni aſſerere eum metũ eſſe levem: quia in foro concientiæ ſatis eſt metus levis, vt nõ excuſetur auferens rem alienam à furto, vt idem Sanchez probat *lib. 4. De Matrimonio diſp. 9. num. 4.* & eodẽ prorſus modo (ait ipſe) eſt iudicandum in præſenti caſu. Concordant Fauſtus vbi ſupra *q. 861. fine*, & alij.

63 Sed adhuc nõ quieſcit

ani-

Ex quib⁹ cognoſcatur conſenſus approbativus.

animus? reſtat enim explicare primò, ex quib⁹ principijs, vel circunſtantijs cōijci poſsit ſupradictus conſenſus approbativus Prælati neceſſariò requiſitus, vt Religioſus donet aliquid cum licentia tacita abſq; nota proprietatis? Reſpōdeo, quòd ex quinque. Primò, ex conſuetudine, & vſu Religionis, in qua Religioſi timoratæ conſcientiæ ſoliti ſunt in caſibus occurrentibus præſumere conſenſum approbativū. Secundò, ex qualitate Superioris, ſi v.g. ſit mitis, & non rigidus, ſed valde proclivis ad cōdeſcendendum ſubditis, nec ſimiles donationes ſoleat reprehendere, cum facilè poſsit. Tertiò, ex qualitate ſubditi, vt ſi v. g. Superiori ſit valde dilectus, & nō exoſus, & nullius authoritatis; ſed vir gravis, & optimis moribus exornatus, ac de Religione benemeritus. Quartò, ex rebus, quę donantur, ſi v.g. ſint leviores, & parvi momenti. Quintò, ex facto ipſo, vt ſi v.g. talis donatio in commodum, & vtilitatem cedat Monaſterij. Sic notant Barthol. à S.Fau. *q.*162. Diana *Tract. de Paupert. Religioſa, Reſol.* 31. *fine*, & alij.

Et ex quibus permiſsiv⁹.

64 Secundò reſtat explicare, ex quibus circūſtantijs cōijci poſsit conſenſus permiſsivus Prælati? Reſpōdeo, ex ſex. Primò, ex cōſuetudine, & vſu Religionis. Secundò, ex perſona Prælati, vt ſi v.g. ſit rigidus, vel ad cōdeſcendendū ſubditis nimis difficilis. Tertiò, ex perſona ſubditi, vt quia Superiori exoſus, vt nullius authoritatis. Quartò, ex reb⁹ geſtis, vel ex ipſis donationibus, vt ſi ſint grandiores, & notabilis quātitatis. Quintò, ſi donatio, vel res geſta in damnū Monaſterij redundet. Sextò, & vltimo ex metu, aut dolo, vel ſi precibus nimis importunis extorqueatur. Sic Fauſtus vbi ſupra. *q.* 163. & Sanchez, *n.* 15. 16. 17. *& ſequentibus*.

65 Dixi: *Vel precibus nimis importunis*: quare ſi precibus valde importunis cōcedat Superior Religioſo, vt aliquid donet (vel accipiat, vel retineat) nō excuſatur Religioſus à transgreſsione voti Paupertatis, quando revera Superior involuntariè, & vt importunitatē repellat, conſentit, aliter omninò repugnaturus: quia ea nō eſt li[centia], ſed violētia, vt optim[è dix]it *S. Bernardus de Conſideratione ad Eugenium.* Præterea quia preces importunæ, (quoties illis ceſſantib⁹ rogatus id nō efficeret, ſed importunitate quaſi victus, & vt eam repellat, id facit) efficiunt mixtū involuntarium, & conditionalem nolitionem: Secùs quādò importunè rogatus, poſtea libētiſsimè exequitur.

Preces importunæ efficiūt mixtū involūtariū.

Sic

Sic Sanchez *lib. 7. Sum. cap. 19 num. 16. & lib. 4. De Matrimonio diſp.* 10. *n.* 4. cum alijs, quos citat, & ſequitur.

Si Prælatus eſt invit⁹ quoad modũ peccat venialiter Subditus &c.

66 Dico ſecundò. Licentia tacita, vel conſenſus tacitus Superioris, quãdo ſcilicet ſubditus pro certo ſcit, ſi petat illam licentiam, ſibi non fore negandam, & ſimul cùm hoc cognoſcit, Superiorem id ſine ſua licentia fieri nolle: ſupradictus, inquam, tacitus cõſenſus excuſat Religioſum à culpa mortali, quando aliquid cum hac tacita licentia donat, non verò à culpa veniali. Sic Sanchez cum alijs multis, *lib.* 7. Sum. ſupra *à num.* 13. *vſque ad* 15. Ratio eſt, quia in ſupradicto caſu Superior non eſt invitus quoad ſubſtãtiam, nec quoad rem, ſed ſolùm quoad modum illum clandeſtinum, ideſt, non quoad donationem, vel rem donandã, ſed quoad donandi modum, nimirum, quia ſine licentia petita, & expreſsè data: ac proinde reputatur levis materia, & ratione levitatis excuſat à mortali. Quare cenſetur Religioſum rem illã ſic alienare (vel recipere) ex voluntate Superioris, ſaltem virtuali, quæ in affectu illo latitat.

Sec⁹ ſi eſſet notabiliter invitus.

67 Limitat Sanchez (vbi ſupra *num.* 15.) quando Superior eſt aliquantulum invitus quoad modum, nimirũ, quia non vult illud fieri (vt ſi v. g. ſubditus donet) non petita licentia: ſecùs ſi eſſet notabiliter invitus quoad modum, quod contingit, quando notabiliter ægrè fert, vt licentia non petatur: tunc enim ſubditus peccabit mortaliter.

68 Dico tertiò. Quando per ſigna evidentia, vel probabilia Religioſus intelligit voluntatem Superioris eſſe, quòd ipſe aliquid donet (vel recipiat, vel retineat) non petita licentia, & quòd de hoc eſt gaviſurus: talis donatio cũ tali licentia tacita poteſt fieri à Religioſo, abſq; omni prorſus culpa, vel veniali. Ratio eſt, quia tunc nõ eſt Superior invitus, nec etiam quoad modum. Sic Sanchez vbi ſupra *num.* 15.

Quãdo donatio clãdeſtina excuſatur à mortali.

69 Dico quartò. Vt donatio illa clandeſtina (vel acceptio, vel retentio) excuſetur à mortali, non opus eſt, vt Religioſus habeat certitudinem moralem, vt volunt Ledeſma, & Molina citati à Sanchez: ſed ſufficit habere probabilẽ cognitionem, qua donans (vel recipiens, vel retinens) probabiliter credit, Superiorem conceſſurum licentiam, ſi peteretur. Hæc, inquam, probabilis cognitio, quę ex iuſta credendi cauſa procedit, ſufficit: ſecùs quãdo eſt improbabilis, & temeraria. Ita docet Sanchez

cum

Digitized by Google

cum alijs multis *lib. 7. Sum. cap. 19. num. 13.*

70 Dico quintò. Si Religioſus dubius eſſet de licentia concedẽda à Superiore, & ita donaret (vel acciperet) nullatenus excuſaretur à culpa mortali, & reſtituendi obligatione: tum quia in dubio minimè eſt licitum operari: tum etiam quia in dubio præſumitur, Superiorem eſſe invitum. Sic Sanchez vbi ſupra.

71 Quæres ſecundò: An ſufficiat ad hãc licentiam præſumptam taciturnitas Superioris vidẽtis Religioſum aliquid donare (vel accipere, vel retinere) & non contradicentis? Aliqui graves DD. negãt apud Sanchez vbi ſupra *n.* 10. Aliqui verò apud ipſum *n.* 11. affirmant. Sed vtraque ſentẽtia ſic concilianda eſt. Si ea taciturnitas ſit ſolùm quædam permiſsio Superioris, non excuſat Religioſum. Si verò ſit quædam approbatio, ſufficit ad liberandum Religioſum à culpa. Ita Sanchez *vbi ſupra num.* 12. Vide dicta ſupra num. 61. & 62.

72 Quæres tertiò. An cõſuetudo aliquid dandi (vel accipiendi, vel retinendi) ſit tacita licentia excuſans, vt Religioſus aliquid donet; non petita licentia Superioris? Negant aliqui apud Sanchez vbi ſupra *num.* 7. Sed dicendum eſt, quòd quamvis verum ſit, conſuetudinem non valere, vt invito Superiore Religioſus aliquid det, (vel accipiat, vel retineat) quia hoc eſſet contra Paupertatis votũ iure divino, vel naturali obligans: at ſi in Religione aliqua conſuetudo vigeat, aliquod dandi, vel recipiendi inconſulto Superiore, valebit vtique, & excuſabit Religioſos; quia tũc adeſt licentia tacita, & voluntas præſumpta Superioris, explicata per cõſuetudinem illam, in ea Religione præſcriptam: & ſic nihil datur (vel accipitur) renitente Superiore, nec contra votum, vt docent Sanchez vbi ſupra *cap.* 19. *n.* 7. Barth. à S. Fauſto in *Theſauro Religioſorum lib.* 8. *q.* 123. *Cõſuetudo dõnãdi inconſulto ſuperiore valet; nõ verò invito.*

73 Quæres quartò. An qui vſus eſt præſumpta Superioris licentia in acceptione alicuius rei, teneatur ex vi voti Paupertatis, referre poſteà Superiori, quod cum tali licentia diſpoſuerit? Reſpõdeo diſtinguendo: quãdo tota ratio præſumendæ licentiæ fuit, nõ poſſe commodè tunc adiri Superiorem; nec res accepta eſt cõſumpta, aut alienata, ſed adhuc poteſt Superior emẽdare, aut revocare, tenetur ſubditus, ne violet votũ Paupertatis, id referre Superiori. Sic Sanchez vbi ſupra *n.* 8. Bonacina *tom.* 1. *Tractatu Variar. Diſp.* 3.

de Largitione munerum, &c. pun.6.num.28. Quando verò ratio præſumendæ licentiæ nō fuit difficultas illius petendæ, quia facilè Religioſus Superiorem adire poterat, non tenetur ille poſtea Superiorem certiorem facere. Ita Sanchez vbi ſupra n.8.& 9.

74 Vbi etiam notat, quòd ſi acceptio fuit venialis ratione modi clandeſtinè accipiendi iuxta dicta num. 64. fore ſimiliter retentionem, videlicet non manifeſtando Superiori, quia eadem eſt ratio vtriuſque: & ſicut Superior in acceptione fuit invitus quoad illum Clandeſtinum modum, ita quoque in retentione Clandeſtina evenit.

75 Quæres quintò: An licentia cōceſſa Religioſo dandi aliqua, extendatur etiam ad accipientes; ita vt hi nulla alia licentia accipiendi indigeant? Pro ſolutione nota primò, quòd Religioſi accipientes poſſunt eſſe alterius Conventus, eiuſdem, vel diverſi Ordinis. Nota ſecūdò, quòd hic, qui dat, vel ſcit recipientem habere accipiendi licentiam, vel non.

76 Dico primò: Si Religioſi eſſent alterius Conventus, eiuſdem, vel diverſi Ordinis, certum eſt, non ſufficere hanc diſtribuēdi licentiam, vt ipſi poſſint accipere; ſed indigere alia ſui Superioris licentia ad accipiendum. Ratio eſt, quia concurrit duplex impedimentum, alterum in dante: & hoc tollitur per ſui Superioris licentiam: alterum in recipiente, quod nō poteſt tolli, niſi per ſuū Superiorē. Ita Sanchez *lib.7.Sum.cap.19.n 71.*

77 Dico ſecundò: Si Religioſi, recipiens ſcilicet, & donans, ſint eiuſdem Conventus, licentia conceſſa donanti non extenditur ex ſe ad accipientes, ita vt hi nulla alia licentia accipiendi indigeant, ſaltem interpretativa. Ratio eſt, quia benè ſtat, auferri impedimentum dantis, non ablato accipientis impedimento: & quamvis Superior auferens poſſit vtriuſque impedimentum auferre, non tamen cenſetur auferre, ſi id non explicet; vt quando Epiſcopus diſpenſat cum ſubdito habente votum abſtinendi à Matrimonio; non cenſetur diſpenſare cum fœmina ſibi ſubdita ſimile votum habenti, vt illi nubat, niſi id explicet, quamvis poſſit cum vtroque: & ideò neceſſaria eſt nova licentia in accipiente, niſi ex coniecturis probabiliter colligatur, Superiorē de his quoq; Religioſis intellexiſſe. Ita docent Cord. *in c.6.Reg.q.7.pun.1. Not. 1.* Sanchez *lib.7.Sum.cap.19 num.79.* & alij.

Licentia conceſſa Religioſo dāti ex ſe non extēditur ad recipiētē.

78 Di-

78 Dico tertiò: Si Religioſus donans cum licẽtia ſcit recipientem (ſiue eiuſdem, vel alterius Prælati) habere licentiam ad recipiendum, licitè, & abſque omni culpa donat: ſecus verò ſi novit, accipiẽdi licentia carere. Peccat enim cõtra votum Paupertatis, dando, ijs carentibus licẽtia recipiẽdi, non quatenus dat, (cum habeat licentiam dandi) ſed quia cooperatur peccato contra votum accipientis: ſicut ſi ſæcularis daret aliquid Religioſo, quem novit carere accipiendi licentia. Vt etiã quando Epiſcopus diſpenſat cum ſubdito habente votum non ducendæ vxoris, tollit impedimentum omninò ex parte huius: & ideo ſi hic ducat fœminam habentẽ votum non nubendi, non peccat contra ſuum votum, ſed ſolùm peccat, quatenus cooperatur peccato alterius. Et idẽ eſt, ſi Superior facultatem ſubdito concederet ad accipiendum aliquid, & ipſe acciperet à latrone. Sãchez vbi ſup. n. 71.

79 In calce huius ſect. nota, quod Fratres Minores, in donationibus faciendis tenentur ad obſervantiam Bullæ Clem. 8. *de Largitione munerum Regularibus interdicta.* Tum quia in ſtatutis Generalibus Segovienſ. *cap. 3. de Obſervan. paupertatis. §. de Vſu rerũ n. 8.* & triplici ſequẽti, cavetur, quòd Fratres in donationibus faciẽdis ſupradictã Bullam ſequi debeant.

80 Rurſus SS. D. Vrban. *8.* noviſsimè ſupradictã Bullam refricavit, iuſsitque R. P. Fr. Bernardino à Senis totius Ordinis Generali Miniſtro, vt ſuã hanc innovationẽ toti Ordini notam faceret, quod & factum eſt, vide Martin, à S. Ioſeph. *cap. 13. ſuæ Expoſition. n. 22.* Marcha. *in c. 6. Reg. tex. 1. tit. 3. in fine dubij, poſt q. 8.*

81 Nota ſecundo, quòd in ſupra dicta Bulla Clem. 8. non cõdit novũ ius, nec novã obligationẽ inducit circa largitiones munerũ Religioſorũ. Edidit enim eiuſmodi Bullam, ad ius cõmune reſtituendũ, ac reformandum. Ita Rever. Soſa, quòndã totius noſtri Ordinis Generalis, & poſtea Epiſcop. Canarienſ. & Segoviẽ. quem ſequũtur Ioan. Valer. *in differẽtijs vtriuſq; iuris*, verſ. *Munera n. 1. 12. 73. & 98.* Ioan. à Cruce de ſtatu Relig. lib. 1. *cap. 3. dub. 1. concl. 3.* Martin. vbi ſup. *n.* 21. Diana *1. p. trac. 6 de Paup. Religioſa, Reſolutio 2.* Pet. Navar. *in c. 6. Reg. q. 8 pag.* 179. & omnes cõmuniter.

82 Ex quibus. 1. colligo cũ ſupradictis Auctorib⁹ (& alijs) quod nũc licet, & poteſt dari, quidquid ante hãc cõſtitutionẽ licebat, & dari iuſtè poterat.

83 Secundo colligo, Nos

Fratres Minores nõ magis arctari ex hac cõſtitutione ad donandũ, quàm eramus antea; ex Decretal. Nicol. 3. *Exijt*, ita Martin. & Navarr. vbi ſup. vide quæ dixi, ſupra concluſ. 9. à num. 45.

84 Nota tertiò, quòd Prælati, etiã extra capitula, licet iure communi, determinare, & approbare ſi quæ ſit cauſa iuſta ad donandũ. Ita Sanch. 7. Decalogi, *cap. 19. n.* 36. Bonacin. *tom. 1. Summ. in fine, in diſputationibus varijs, diſput. 3. pun. 6. n. 9.* & alij.

85 Vltimo nota, quòd prędicta Bulla non prohibet donationes remuneratorias, quę fiunt ob merita, quæ præceſſerũt, efficiunturque de re ex gratitudinis virtute, moraliq; honeſtate debita. Ita Soſa vbi ſupra §. 1. *n. 65. & 66.* Dummodo non fiant ſumptus in honorem tranſitus alicuius Benefactoris, Protectoris, vel Ordinarij: quia in dicta Bulla §. *Inſuper prohibemus*, expreſſe interdicuntur hi ſumptus. Sed non ideo tollit Bulla ius naturale. Sic Paulin. Berti. *in huius Bul. explicatione par. 7. caſu* 7. & Fauſtus in *Theſaur. Religioſor. lib. 8. q. 227. n. 5.*

86 Petes: An quantitas ſufficiens ad mortale peccatum contra Paupertatis votũ, ſufficiat etiam ad incurrẽdas huius Bullæ pœnas? Reſpond. negativè, ſed eam requiri quantitatem, quæ valorẽ duorũ, vel trium aureorũ excedat (quidquid dicat Sorbus in Cõpend. Privileg. verb. *Dare verſ. 2. Obſerbandum.*) Ita Ioan. Valeri. vbi ſupra n. 79. relatus, dict. *verb. Munera, n. 65.* & alij apud ipſum. Probabileque putat Bonacin. *diſp. 3. pun. 5. num. 6. verſ. Ad rationem 1. ſententiæ.*

87 Imò aliqui apud Valerũ longè maiorẽ quantitatẽ admittunt, vt teſtatur Bonacin. verſ. *Secunda ſenten.* & *n. 6. fin.* ait. Quãobrẽ Superiores magna vti debent circunſpectione in hac re definienda, cũ graves pœnæ imponi non debeant, niſi ob grave delictum. Et huius Bullę pœnę ſunt graviſsimę. Videatur Soſa vbi ſupra. *Fundam. 5.* & præcipuè, *Fundam. vlti.*

SECTIO V.

An licitum ſit Fratribus Minoribus facere prouiſiones, ſeu congregationes frumẽti, vini, agnorum, &c. in futurum?

1 Prima concluſio: Simpliciter, & abſolutè loquendo, contra votũ noſtrę paupertatis eſt, proviſiones, ſeu cõgregationes ſupradictas facere in futurum, vbi probabiliter ſperatur Fratres cõvenienter, ſeu cõmodè, de quotidia- *Si neceſſitas non adſit non poſſũt fieri proviſiones tritici, &c.*

tidianis mẽdicationibus poſſe ſecundum ſuum ſtatum, & cõditionem agere vitam. Ita tenent omnes Regulæ Expoſit. quatuor Magiſtri *in c. 4. Reg. fine.* Ibid. Hugo, Piſa, S. Bonavent. *in cap. 6. Reg.* expoſitio SS. PP. B. Ioan. de Pechã *ſuper cap. 1. Reg. in Ly, Sine proprio.* Serena cõſcien. *q.* 65. & etiam *lit. H.* vbi etiã Vbertinus. Cord. *in cap. 6. q. 12. pun.* 1. Polit. ibi. *n.* 79. Ovãd. *in 4. prop* 24. March. in *cap 6 tex. 2. q. 2.* & quod maius eſt, ita decreverunt, & declararunt Nic. 3. *cap. Exijt. art.* 2. verſ. *Inſuper,* ibi. *Inſuper nec vtenſilia, nec alia quorũ vſum ad neceſsitatem, & officiorum ſui ſtatus executionem, ad vllam ſuperfluitatem, divitias, ſeu copiam, quæ deroget paupertati, vel theſaurizationẽ: vel ſub colore providentiæ in futurum, recipiant.* Hæc ibi.

2 Et Clem. 5. *Exivi.* art. 7. §. *Rurſus,* ibi: *Rurſus cum prædictus Sanctus exemplis vitæ, quam verbis Regulæ, oſtenderit ſe velle, quòd ſui Fratres, & Filij divinæ Providentiæ innitentes, ſuos in Deum iacerent cogitatus, qui volucres cœli paſcit, quæ non congregant in horrea nec ſeminant, nec metunt. Non eſt veriſimile, voluiſſe ipſum, eos habere granaria, vel cellaria, vbi quotidianis mendicationibus deberẽt ſperare, poſſe trãſigere vitã ſuam; & ideo nõ ex timore levi, laxari ſe debent ad congregationes & obſervationes huiuſmodi faciẽdas, ſed tunc tantũ, cum eſſet multum credibile ex iã expertis, quòd non poſſent vitæ neceſſaria aliter invenire.* Hæc ibi. Cõcordat Ioan. 22. *Extrav. Quorundam art. 2.*

3 Secũda cõcluſio. Vbi verò valde credibile eſſet, quòd vitæ neceſſaria ex quotidianis mendicationibus cõmodè Fratres invenire nõ poſſent: licitũ tũc eſſet illis (& eſt) prędictas cõgregationes (tritici ſcilicet, vini, agnorũ, &c.) ſeu proviſiones, facere, dummodò tales proviſiones moderatè in quãtitate, & qualitate fiant, & etiã in diuturnitate. Ita expreſsè Alex. Alenſ. cum trib. Magiſtris, Hugo, & Piſa vbi ſupra, cavendo etiã ſcandalũ, & omnem aliã circũſtantiã vitiantẽ, vt expreſsè Cord. *pun.* 1. & Polit. *n.* 80 Concordat Zabarella Clementina, *Exivi,* & omnes DD. vbi ſupra, & Manipulus Fratrũ Minorũ *p.* 1. *c.* 8. *n.* 2. & *c.* 21. *n.* 31. quòd prædictę cõgregationes in tali caſu poſsint fieri. *Id ſatis* (ait Polit. dicto *n.* 80.) *ex verbis dictæ Clemẽtinæ Exivi, probatur, prohibẽtis cellaria, & granaria vbi ſperatur, poſſe vitã quotidianis mẽdicationib⁹ trãſigere.* **Licitè fiunt proviſiones, ſi adeſt neceſsitas.**

Ergo vbi rationabiliter, & probabiliter timetur contrarium, talia nobis, nedum non prohiberi, ſed concedi convincitur. Hæc Politius. (& ante ipſum Cord. dict. *pun.* 2.) Et alij.

4 Probaturq; ſequenti miraculo. In *Civitate Maſſæ mulier avara nimis, nequiquam Fratribus addicta, petentibus eleemoſynam tempore vindemiæ denegavit; mox muſtũ omne aceſcit, & perit: iudicavit, divinum hoc eſſe ſupplicium: quare rogans S. P. N. Franciſcum, vt culpam ignoſceret, exaudita eſt, aceto in vinum bonum repentè converſo.* Ita in Annalibus Minorum. tom. 3. an. 1305. num. 8. fol. mihi 43. Ergo in caſu, & ex cauſa non eſt contra intentionem S. P. N. Fráciſci dictas collectas facere.

5 Dixi: *Dummòdo tales proviſiones moderatè in quãtitate, & qualitate fiant:* quia per hoc (vt rectè Cord. & Polit. *num.* 81.) non conceditur vitium ſuperfluitatis vllo modo, aut pretioſitatis, aut aliud vitium, ſed ſolùm providetur debitæ neceſsitati noſtræ paupertatis, ſecundùm ſtatum noſtrum: ad neceſsitaté enim eſt mendicandum, non ad ſuperfluitatem, quia ſic eſſet accipere alienum, vt inquit Auctor conformit. apud Seren. conſcien. *q.* 83. & omnes Regulæ Expoſitores, & cõcordat Doctor Subtilis. *in 4. diſt.* 15. *q.* 2. *art.* 3. *parũ pŏſt principiũ.*

Dummodò moderatè fiãt.

Dixi: *Etiam in diuturnitate*; quia non ad multum tempus tales proviſiones, quæ moderatè in quantitate conceduntur, debent fieri.

6 Sed petes: ad quantum tempus poterunt ſibi Fratres, res ſupradictas congregando, providere? Reſpõdent aliqui, quòd ad menſem. Alij, quòd ad quatuor, vel ſex menſes. Sed nihilominus verius, & probabilius mihi videtur, quòd dictę proviſiones vſque ad annum tutiſsima cõſcientia poſſunt fieri. Ita expreſsè Auctor Manualis (Regulę noſtræ ſcrupuloſus, & rigidus Expoſitor) *cap.* 18. *§. El ſexto es, que los Frayles no hagan tan exceſsivas cõgregaciones, &c.* Ovãd. *in 4. propoſit.* 4. verſ. *Hic iam habet*, & alij. Et ratio eſt clara: quia vt optimè notat Ovandus, *Iam obtinuit conſuetudo, quòd pro vno dumtaxat anno, tempore meſsis, atque vindemiæ, quando facultates abundant, congregetur eleemoſyna, quæ plus minus, cum alijs quotidianis expectatis, & ſolitis, ad annum ſufficiat: Sic nec ceſſatur à quotidianis mendicationibus; neq; moleſtia nimia amicorũ, quotidie procuratur.* Hæc ille.

Et ad annũ tãtũ, niſi, &c. Vide n. 8.

7 At-

7 Atque ita pro quiete conſcientiarum aliquorũ Fratrum ſcrupulis (immeritò) laborantium, conceſsit Pius 5. Conceſſ. 35. in Bullar. Rodr. fol. 982. alias 389. ibi. *Item conceſsit, quòd liceat congregare vinum, frumentum, & alia, quando Prælatis videbitur, quòd in tali Conventu aliter non poſſumus, commodè, vel decenter: dummòdo tales cõgregationes non fiant, niſi* (nota) *pro vno anno tantùm.* Hæc ibi.

8 Et ratio eſt, tum primò, quia ſi vltra annum fiunt, iam ſapiunt theſaurizationem, & copiam, habentque colorem providentiæ in futurum contra Nicol. 3. *art.* 2. verſ. *Inſuper*, vt dictũ eſt ſupra *num.* 1. & omnes fatentur: Tum ſecundò, quia, quæ anno ſequẽti fiunt, non ſunt neceſſariæ vera neceſsitate: imò ſuperfluę, vt patet, ac per conſequens peccatum mortale erit, ſic ſuperfluè Fratres ſibi providere, niſi parvitas proviſionis præteritæ, quæ in granarijs, vel cellarijs conſervatur, vel penuria anni præſentis excuſet, vel niſi illud ſuperfluum ſupradictæ proviſionis, commutetur de proximo pro alijs rebus neceſſarijs, nempè, pannis, ſoleis &c. Poſſunt enim Fratres licitè, & iuxta Regulæ puritatem pro legitima commutatione in alias res neceſſarias, quas aliter commodè habere non poſſent, ampliorem, & præter neceſſarium alicuius rei (v.g. tritici, vini, &c.) facere quæſtum, vt dictum eſt ſupra Controv. 11. *ſect.* 5.

9 Et licèt dicta Clementina *Exivi*, loquatur tantùm de congregando frumento, & vino; eadem tamen eſt ratio de agnis, piſcibus, & de cæteris rebus ad vitæ ſuſtentationem neceſſarijs. Ita Cord. *pun.* 2. *vbi ſupra.* Politius *dict. n.* 80. Ovandus *dict. propoſitione* 24 Ximenez in cap. 6. *num.* 27. & alij. Et ratio eſt, tum primò, quia in Regula (vt inquit S. Bernardinus Pater meus in Epiſt. *art.* 5.) *vſus carnium in loco, vel alibi non prohibetur, licèt non deceat, niſi moderatus, & diſcretus.* Hæc Sanctus. Idcircò in aliquibus Conventibus petuntur agni, qui toto anno in paſcuis communibus oppidorum ſuſtentati; liberāt Fratres à quotidiana procuratione pecuniæ, vt in macello carnes pro eis emātur, vbi nõ dantur gratis. Neque ſi parum carnis non comedant infirmi, ac debiles, poſſunt vivere vitam, niſi miſeram, atque duram, quod charitas renuit: verùm, & fortibus, & ſanis pro conſervanda bona valetudine, ne ſępius infirmentur, (cum maiori om-

Etiã agnorum, &c. poſſunt fieri proviſiones.

nium moleſtia) veſci carnibus licet, moderatè tamen, & temperatè in tali eſu Fratres ſe debent habere, ita quod non, vt edant, vivan, ſed, vt viyant, edant.

10 Tum ſecundò, quia de ſimilibus idem eſt iudiciũ, & Ioannes 22. in Extravag. *Quorundam exigit art.* 2. ſatis clarè hoc determinat illis verbis: *In prædictis Congregationibus frumenti, & vini, & in alijs ſimilibus.*

11 Tertia concluſio. Iudicium de ſupradictis proviſionibus, pertinet ad Miniſtros, & Cuſtodes, ſimul, & ſeparatim, in ſuis adminiſtrationib⁹, & Cuſtodijs, cum conſilio, & conſenſu Guardiani, & duorum diſcretorum de Conventu loci Sacerdotum, & antiquorum in Ordine Fratrum, eorum ſuper hoc conſcientijs ſpecialiter oneratis.

Iudicium de proviſionibus pertinet ad Prælatos.

12 Ita expreſsè Dominus Ioan. 22. dict. *Extravag. Quorundã art.* 2. ibi. *Nos de præfatorum Fratrum noſtrorum conſilio, eorumdem Miniſtrorum, & Cuſtodum ſub eadem forma,* (qua ſcilicet Clem. 5.) *iudicio, præſentium authoritate committimus determinare, videlicet, arbitrari, atque præcipere eo caſu, qualiter, vbi, quãdo, quomodo, & quoties granum, panem, & vinũ, pro vita Fratrum neceſſarijs, Fratres ipſi quærere debeant, conſervare, ſiue reponere: etiã ſi reponenda ſint in prædictis granarijs, & cellarijs conſervanda, ſtatuentes, & diſtrictè præcipientes mandamus, quòd in prædictis, & his ſimilibus, eorumdem arbitrium, determinationem ſiue iudicilũ, Generalis quidem in totius, Provincialiũ verò in Provinciarum, Miniſtrorum, ac Cuſtodum ſimul & ſeparatim, in adminiſtrationibus, & Cuſtodijs Ordinis memorati, commiſsis eiſdem, cum Guardiani tantùm, (vt ſupra dicitur) & duorum de Conventu diſcretorum loci Sacerdotũ, & antiquorum in Ordine Fratrum conſilio, & aſſenſu, Fratres omnes, & ſinguli ſequi omnimodè, illiſque parere per omnia teneãtur: ac inſuper quòd illorum ſequendo arbitrium, determinationẽ, ſiue iudiciũ, illiſque parendo; nec ſint, nec dici poſsint, vel debeant, nec ipſi ſe ipſos autument ſuæ Regulæ, vel conſtitutionum ſui Ordinis tranſgreſſores.* Hæc ibi. Quæ omnia ſunt valde notanda (vt benè advertit Cord. vbi ſupra) cum ſuis limitationibus, & particulis.

13 Ex dictis Clem. 5. ſup. n. 2. & Ioan. 22. n. 12. quinq; liquent. Primũ quatuor cõditiones neceſſarias eſſe ad huiuſmodi cõgregationes faciẽdas.

Quatuor neceſſaria ad dictas proviſiones.

Pri-

Prima, vt nō tollant quotidianam mendicationem, vt patet ſup.n.2. ibi: *Vbi quotidianis mendicationibus,&c.* Secunda, vt nō ſit timor levis, ſed aliquo experimēto res conſtet, vt patet ibi: *Et ideo non ex timore leui.* Tertia, vt ad vitæ Fratrum neceſſaria acquirenda (non ſuperflua) ſecundū ſtatū Fratrū, & eorū paupertatē, vt patet ibi: *Sed tunc tantū, cum eſſet multū credibile, quòd nō poſſent vitæ neceſſaria aliter inueniri: Vitæ neceſſaria* dicit. Quarta, vt fiant de Miniſtrorū & Cuſtodum, cum Guardiani, & duorum diſcretorū Sacerdotū, iudicio, vt expreſsè Clemen. 5. Ioā. 22. vbi ſup. Quintam conditionē neceſſariā ad ſupradictas cōgregationes faciendas debemus addere ex Nic. 3. *art.* 2. verſ. *Inſuper,* (vt *ſupra n.* 1.) nimirum, *vt non fiant ad divitias, nec copiam, quæ deroget paupertati, nec ſub colore providentiæ in futurum,* vt his expreſsis verbis determinat ipſe Dominus Nic. 3. ibi.

14 Videant, qui non tantum ad annum, ſed etiā annuatim & ad annos indiſtinctè, (& ſine attentione ad hanc, & alias quatuor limitationes ſupradictas) ſibi providēt ſuperfluè, &c. Quod contra Regulam faciunt: ſicut enim debet æſtimari neceſsitas, illiquè dictis proviſionibus provideri: ſic debet ſuo tēpore coarctari, vt benè advertit March. *in cap.6.Reg.tex.2.q.3.fine.*

15 Secūdum liquet, quòd ſupradictum iudicium non cōmittitur Prælatis abſolutè, ſeu pro ſuo arbitrio. Vnde attendere debent, quòd non aliter eis dictum iudicium arbitrandi circa prædicta committitur, niſi cum conſilio, & aſſenſu aliorum, & cum limitationibus prædictis per Dominos Clem. 5. Nic. 3. & Ioan. 22. vt benè notat Cord. *pun.* 3. ipſorum Prælatorum ſuper hoc conſcientijs ſpecialiter oneratis, vt expreſsè Clem. 5. dict. §. *Rurſus* vbi ſupra.

16 Tertium liquet, quòd Fratres ſubditi dictorum Prælatorum iudicium *humiliter, & debitè* ſequētes tuti in cōſciētia erunt. Dixi: *Humiliter, & debitè*: modò ipſi in culpa nō ſint. Nā ſi ipſi nollent paucis contentari ſecundū noſtrū ſtatum, & eorum gratia proviſiones indebitæ per Prælatos fierent, aut alij abuſus: certè omnes tunc in culpa involvuntur, & maculātur, vt rectè Cord. *pun.* 3. *vbi ſupra,* & Polit. ſup. *n.* 82. & omnes Expoſitores. At vbi talibus congregationibus cauſam non præſtant, tuti in conſcientia erunt ſubditi, Prælatorum iudicium ſequentes.

17. Quar-

Digitized by Google

nium moleſtia) veſci carnibus licet, moderatè tamen, & temperatè in tali eſu Fratres ſe debent habere, ita quod non, vt edant, vivan, ſed, vt vivant, edant.

10 Tum ſecundò, quia de ſimilibus idem eſt iudiciũ, & Ioannes 22. in Extravag. *Quorundam exigit art. 2.* ſatis clarè hoc determinat illis verbis: *In prædictis Congregationibus frumenti, & vini, & in alijs ſimilibus.*

11 Tertia concluſio. Iudicium de ſupradictis proviſionibus, pertinet ad Miniſtros, & Cuſtodes, ſimul, & ſeparatim, in ſuis adminiſtrationib9, & Cuſtodijs, cum conſilio, & conſenſu Guardiani, & duorum diſcretorum de Conventu loci Sacerdotum, & antiquorum in Ordine Fratrum, eorum ſuper hoc conſcientijs ſpecialiter oneratis.

Iudicium de proviſionibus pertinet ad Prælatos.

12 Ita expreſsè Dominus Ioan. 22. dict. *Extravag. Quorundã art. 2.* ibi. *Nos de præfatorum Fratrum noſtrorum conſilio, eorumdem Miniſtrorum, & Cuſtodum ſub eadem forma,* (qua ſcilicet Clem. 5.) *iudicio, præſentium authoritate committimus determinare, videlicet, arbitrari, atque præcipere eo caſu, qualiter, vbi, quãdo, quomodo, & quoties granum, panem, & vinũ, pro vita Fratrum neceſſarijs, Fratres ipſi quærere debeant, conſervare, ſiue reponere: etiã ſi reponenda ſint in prædictis granarijs, & cellarijs conſervanda, ſtatuentes, & diſtrictè præcipientes mandamus, quòd in prædictis, & his ſimilibus, eorumdem arbitrium, determinationem ſiue iudiciũ, Generalis quidem in totius, Provincialiũ verò in Provinciarum, Miniſtrorum, ac Cuſtodum ſimul & ſeparatim, in adminiſtrationibus, & Cuſtodijs Ordinis memorati, commiſsis eiſdem, cum Guardiani tantùm, (vt ſupra dicitur) & duorum de Conventu diſcretorum loci Sacerdotũ, & antiquorum in Ordine Fratrum conſilio, & aſſenſu, Fratres omnes, & ſinguli ſequi omnimodè, illiſque parere per omnia teneãtur: ac inſuper quòd illorum ſequendo arbitrium, determinationẽ, ſiue iudiciũ, illiſque parendo; nec ſint, nec dici poſsint, vel debeant, nec ipſi ſe ipſos autument ſuæ Regulæ, vel conſtitutionum ſui Ordinis transgreſſores.* Hæc ibi. Quæ omnia ſunt valde notanda (vt benè advertit Cord. vbi ſupra) cum ſuis limitationibus, & particulis.

13 Ex dictis Clem. 5. ſup. n. 2. & Ioan. 22. n. 12. quinq; liquent. Primũ quatuor cõditiones neceſſarias eſſe ad huiuſmodi cõgregationes faciẽdas.

Quatuor neceſſaria ad dictas proviſiones.

Pri-

Prima, vt nō tollant quotidianam mendicationem, vt patet ſup.n.2. ibi: *Vbi quotidianis mendicationibus, &c.* Secunda, vt nō ſit timor levis, ſed aliquo experimēto res conſtet, vt patet ibi: *Et ideo non ex timore leui.* Tertia, vt ad vitæ Fratrum neceſſaria acquirenda (non ſuperflua) ſecundū ſtatū Fratrū, & eorū paupertatē, vt patet ibi: *Sed tunc tantū, cum eſſet multū credibile, quòd nō poſſent vitæ neceſſaria aliter inueniri: Vitæ neceſſaria* dicit. Quarta, vt fiant de Miniſtrorū & Cuſtodum, cum Guardiani, & duorum diſcretorū Sacerdotū, iudicio, vt expreſsè Clemen. 5. Ioā. 22. vbi ſup. Quintam conditionē neceſſariā ad ſupradictas cōgregationes faciendas debemus addere ex Nic. 3. *art.* 2. verſ. *Inſuper*, (vt *ſupra n.* 1.) nimirum, *vt non fiant ad divitias, nec copiam, quæ deroget paupertati, nec ſub colore prouidentiæ in futurum*, vt his expreſsis verbis determinat ipſe Dominus Nic. 3. ibi.

14 Videant, qui non tantum ad annum, ſed etiā annuatim, & ad annos indiſtinctè, (& ſine attentione ad hanc, & alias quatuor limitationes ſupradictas) ſibi providēt ſuperfluè, &c. Quod contra Regulam faciunt: ſicut enim debet æſtimari neceſsitas, illiquè dictis proviſionibus provideri: ſic debet ſuo tēpore coarctari, vt benè advertit March. *in cap.6. Reg. tex. 2. q. 3. fine.*

15 Secūdum liquet, quòd ſupradictum iudicium non cōmittitur Prælatis abſolutè, ſeu pro ſuo arbitrio. Vnde attendere debent, quòd non aliter eis dictum iudicium arbitrandi circa prædicta committitur, niſi cum conſilio, & aſſenſu aliorum, & cum limitationibus prædictis per Dominos Clem. 5. Nic. 3. & Ioan. 22. vt benè notat Cord. *pun.* 3. ipſorum Prælatorum ſuper hoc conſcientijs ſpecialiter oneratis, vt expreſsè Clem. 5. dict. §. *Rurſus* vbi ſupra.

16 Tertium liquet, quòd Fratres ſubditi dictorum Prælatorum iudicium *humiliter, & debitè* ſequētes tuti in cōſciētia erunt. Dixi: *Humiliter, & debitè*: modò ipſi in culpa nō ſint. Nā ſi ipſi nollent paucis contentari ſecundū noſtrū ſtatum, & eorum gratia proviſiones indebitæ per Prælatos fierent, aut alij abuſus: certè omnes tunc in culpa involvuntur, & maculātur, vt rectè Cord. *pun.* 3. *vbi ſupra*, & Polit. ſup. *n.* 82. & omnes Expoſitores. At vbi talibus congregationibus cauſam non præſtant, tuti in conſcientia erunt ſubditi, Prælatorum iudicium ſequentes.

17 Quartum liquet, quòd ipſis Prælatis (quorum eſt de his iudicare) debent, ac tenentur per omnia ſubditi parere, ac eorum iudicium omnimodè ſequi, vt expreſsè determinatur per dictum Ioan. 22. vt patet ſupra *num.* 12. modò non agnoverint certitudinaliter, & manifeſtè abſque dubio, dictos prælatos relaxatè contra Regulam, & ſupradictas limitationes interpretari, & iudicare. In dubijs autem, aut in non apertè manifeſtis (ſecùs autem in manifeſtis, & claris) obediendum eſt Superioribus contra profeſsionem noſtram mandantibus, vt patet ex cap. *Quid culpatur*, 23. *q.* 1. & annotavit S. Bernardinus (Pater meus) in dicta epiſtola *art.* 3. *&* 7. & concordat Doctor Subtilis *in* 4. *diſt.* 3. *q.* 4. & cæteri communiter.

18 Quintum liquet, quòd ſubditi Prælatorum ſequentes iudicium, illiſque parendo (vt dictum eſt) nec ſunt, nec dici poſſunt, nec debent, ſuæ Regulæ, vel conſtitutionum ſui ordinis tranſgreſſores, vt expreſsè determinatur per Ioan. 22. vbi ſupra num. 12.

Interdũ melius faciũt, qui cõgregãt triticum &c.

19 Servatis ſupradictis limitationibus, melius faciunt Fratres neceſsitatem habentes congregando triticum tempore meſsis. Præclare S. Bonaventura in qq. ſuper Regul. q. 7. *In corporali ſubſidio* (inquit) *ſolicitudinem debemus Deo committere: & tamen vbi congruè poſſumus ſine iactura ſpiritualis profectus noſtri, & aliorum, nobis neceſſaria providere; ne aliter quaſi Deum tentare videamur, vt miraculoſè ſicut olim filijs Iſrael nobis quotidie alimoniam subminiſtret, &c.* Et paucis interiectis. *Sunt enim, quæ niſi colligamus, &c.* vt ſupra Controv. 13. ſect. 2. n. 5. Vide ibi.

CONTROV. XVIII.

De Legatis Fratribus Minoribus in teſtamentis relictis.

SECTIO I.

An poſſint Fratres permittere, ſe hæredes inſtitui?

Nullomodo poſsũt Fratres ſuccedere in hæreditatibus.

1 RESpondeo, quòd nullomodo poſſunt, nec directè, nec indirectè, & ita declaratur per Clem. 5. *Exivi* art. 7. §. *Quia igitur*, ibi: *Quia igitur in ſucceſsionibus tranſit, non ſolùm vſus rei, ſed & dominium ſuo tempore in hæredes: Fratres autem præfati nihil*

nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum Ordini poſſunt, etiam in communi, declarando dicimus, quòd ſucceſsionũ huiuſmodi, quæ etiam ex ſua natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad immobilia ſe extendunt, conſiderata puritate ſui voti, nullatenus ſunt capaces. Hæc ibi. Videantur Rod. *tom. 2. qq. Reg. q. 78. art. 3.* Sanchez *tom. 2. (aliàs 3.) ſum. libr. 7. capit. 25. num. 5.* cum alijs apud ipſos.

2 Conceſsiones verò Clementis 4. in Bulla, *Obtentu divini nominis*, (& eſt in Bullario Emman. Rod. *Bulla 2.* & in Monum. Ordinis primæ impreſsionis habetur, *tract. 2. fol. 64. & in ſecunda impreſſione fol. 147.*) & Sixti etiam 4. in Bulla, *Dum fructus uberes* (in dicto Bullario Bul. 13. & in Monum. *fol. 62. & 63. in prima impr.*) vt poſsint nimirum, Fratres Minores ſuccedere parentibus, intelligendæ ſunt de Fratribus Conventualibus, non verò de Obſervantibus, vt declaravit idem Sixtus 4. in Bulla, *Licet Nos dudum*, dat. *die 7. Auguſti.* an. 1475. quæ habetur in Monumen. Ordinis *in prima impr. tract. 2. fol. 22.* & in *ſecunda fol.* 106. & eſt tenoris ſequentis.

3 *Sixtus Papa 4.* Ex mox:

Licèt Nos dudum ad importunam nonnullorum inſtantiam conceſſerimus per certas literas noſtras, etiam quarundam aliarum, prædeceſſorum noſtrorum cõfirmatorias, vt generaliter Fratres Ordinis Minorum poſsint in hæreditate ſuccedere parentibus, & conſanguineis ſuis: hæreditateſque eorum adire, & tenere, &c. Et poſt pauca. *Nihilominus, cum deſideremus, Familiam, & Fratres dicti Ordinis de Obſervantia nuncupatos, ſub cura Vicarij Generalis viventes, quos paterno proſequimur affectu, in ſua Regulari Obſervantia conſervare, nec dari eis materiam alicuius ſcandali, vel inquietudinis, cum id expreſsè adverſetur eorum emiſſæ profeſsioni, & promiſſæ paupertati: tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia decernimus pariter, & declaramus, mentis, ac intentionis noſtræ fuiſſe, & eſſe, vt prædictæ noſtræ, & aliæ ſimiles literæ circa ſucceſsionẽ hæreditatum huiuſmodi, ad Fratres Familiæ de Obſervãtia ſe nullatenus extendant, nec eis, aut eorum alicui in iudicio, vel extra quoquomodo ſuffragentur, neque vim aliquam habeant, ſeu habere cenſeatur: mandantes in virtute Sanctæ Obedientiæ omnibus Fratribus eiuſdem Familiæ*

Licentia Sixt. 4. ſuccedẽdi in hæreditate, non intelligitur de Obſervantibus.

miliæ de Obſervantia, ne quis eorum conceſsione huiuſmodi vti velle præſumat quovis prætextu, vel colore; quinimò in puritate ſua Regulæ, ſicut decet eos, permaneāt, perinde, ac ſi literæ prædictæ nunquam emanaſſent in contrarium, &c. Hæc ibi.

4 Notentur ſupradicta, & patebit intentum. Si ergo ſuccedere in hæreditatibus, Parētibus, vel conſanguineis, &c. *expreſsè adverſatur noſtræ emiſſæ profeſsioni, & promiſſæ paupertati*, clariſsimum eſt, quòd nullatenus permittere poſſumus nos hæredes inſtitui: ſumus igitur omnino cuiuslibet ſucceſsionis incapaces; nec directè, nec indirectè, nec per nos, neque per alterum.

Nō poſſumus recipere valorē hæreditatis, &c.

5 Petes primò: An liceat dictis Fratribus ſaltem recipere valorem, ſeu æſtimationem huiuſmodi hæreditatis? Reſpondeo, minimè poſſe, ac per conſequens minimè eis talis æſtimatio debetur. Ita Rod. *tom. 2. qq. Reg. q. 78. (aliàs 79.) art. 2.* Sanchez *tom. 3. Sum. lib. 7. cap. 25. n. 8. & 9.* vbi ad id citat Baldum, Cardinalem, & alios graves, & doctos Auctores. Tenet etiam Barthol. *lib. 1. in tract. Minoric. diſt. 1. cap. 3 num. 7. & 8. & diſt. 2. cap. 3. num. 15.* (vt ait Hieron. Rod. Reſol. 72. num. 11.) licèt oppoſitum teneat dict. diſt. 1. cap. 2. & diſt. 2. cap. 1. vt ait Emman. Rod. vbi ſupra. Tenet etiam Hieron. Rod. Reſol. 72. num. 11. & eſt communis ſentētia.

6 Ratio eſt clara, quia Clemen. 5. *Exiui.* art. 7. §. *Quia igitur* declarando dicit, quòd *Fratres Minores huiuſmodi ſucceſsionum nullatenus ſunt capaces*, vt conſtat ſupra n. 1. Notetur dictio, *nullatenus*, (quam etiam repetit Sixtus 4. ſupra num. 3.) quæ indicit, nullum eſſe actum ipſo iure, ac excludit omnem modum perveniendi ad rem prohibitam. At recipere æſtimationē eſt vnus ex modis recipiendi hæreditatem, argumento. L. *Domus.* § *Confitetur.* ff. *de legat.* 3. Ergo. Ita Emman. Rod. vbi ſupra, doctè quidem, & poſt ipſum Sanchez lib. 7. cap. 25. num. 8. & alij apud ipſos. Et eſt communis ſentētia, & veriſsima.

7 Petes ſecundò. An Fratribus Minoribus inſtitutis hæredibus adiecta clauſula, vt hæreditas vendatur, & in neceſſaria illis pretium cedat, valeat inſtitutio? Sanchez tom. 3. Sum. lib. 7. cap. 25. num. 11. cum alijs apud ipſum (ſatis probabiliter) defendit, quod non, & ante ipſum Cord. hic q. 11. pun. 1. Emman. verò 2 tom. qq. Reg. q. 78. (vel 70.) ar. 4. affir-

Digitized by Google

affirmat, valere, de quo Barthol. in tract. Minoric. lib.5. diſt.5. cap.2. num. 30. & 31. Sorbus in comp. Mendicantiũ verbo *Hæreditas*. in annotat. §. *Quæritur enim* Hier. Rod. Reſol.72. n.13. & alij apud ipſum. Quæ ſententia etiã probabilis mihi videtur.

8 Petes tertiò: An extraneo inſtituto hæredi cum eo onere, & tali clauſula, vt hæreditatem vendat & pretium in neceſsitates Fratrum convertat, valeat? Reſpondeo, abſque dubio valere. Ita declaratum eſt à Nicol. 3. cap. *Exijt*. §. *Ad hæc quia Fratribus*, ibi: *Si verò modum licitũ Fratribus in legando teſtator expreſſerit, vt ſi diceret: Lego agrum, vineam, & ſimilia ad hoc, quòd per certam perſonam, vel perſonas idoneas diſtrahantur: & pecunia de rebus ipſis accepta in ædificia, vel alia neceſſaria Fratrum convertatur, &c.*

9 Petes quartò. An Eccleſia Fratrum Minorum poſsit hæres inſtitui? Affirmant Barthol. tract. Minoric. lib. 1. diſt. 4. cap. 1. num.20. & L. *Ciuitatibus* 125. in principio num. 1. & 3. ff. de Legat. 1. Abbas conſil. 63. num. 4. lib. 2. & alij citati à Sanchez tom. 3. Sum. lib.7. cap.25. n.13. Rod. tom.2. qq. Reg. q.79. (aliàs 78.) art. 5. Portel. in dub. Reg. verbo *Hæreditas*, num.5. Bonacina tom.2. Sum. diſput. 3. de contract. q. 17. pun.3. fol.517. Satiſque probabile reputat Polit. in cap.6. Reg. nu. 55. Sorbus in comp. vbi infra. Ximenez capit. 6. Reg. num.31. Hæc ſententia eſt probabilis. Nihilominus veriorem iudico contrariam cum eodem Bart. qui in L. vnic. in fin. C. *de Conductoribus* lib. 11. ſe expreſsè retractat, & ibi Platea fin. Iacob. Rebuffus ibi num. 4. Cord. cap.6. Reg. q.11. pun.1. Sorbus in Comp. verbo *Hæreditas* in ſuis Annot. verſ. *Sed cum Fratres*. Sãchez tom. 3. Sum. vbi ſupra num. 14. vbi citat ad id Baldum. Ioan. de Lignano, Troyſum, Angeſum Montalbum, & alios. Tenent etiam vbi ſupra Polit. num. 55. Ximenez num.31.

Verius eſt quod Eccleſia Minorũ non poteſt hæres inſtitui.

10 Petes quintò. An conſuetudine induci valeat, vt Fratres Minores bona immobilia in communi poſsideant? Sanchez tom. 3. Sum. lib. 7. cap. 25. num. 16 poſt mediũ docet partem affirmativam. Ducitur, quia *hoc non eſt* (inquit) *contra paupertatem Fratrum Minorum ex ſe, eo quòd ipſi non expreſsè promittant, voto paupertatis ſe non habituros bona hæc in communi: ſed ſolam paupertatem promittant iuxta ſuas cõſtitutiones,* qua

Quod immobilia in cõmuni poſsideamus nulla cõſuetudine induci valet.

Digitized by Google

quæ cum ſint iure humano inducta, illis conſuetudo poteſt derogare. Qui enim vouet, vel iurat ſeruare aliquam conſtitutionem, tamdiu tenetur illam ſeruare, quandiu conſuetudine non eſt abrogata. Hæc Sanchez.

11 Sed fallitur vtique vir, aliàs doctiſsimus. Votū enim paupertatis Fratrum Minorum ſe extendit ad quælibet bona, tam mobilia, quàm immobilia; non ſolùm in particulari, verum etiam in communi, vt apertè declarant Nicol. 3. cap. Exijt §. *Porrò cum ipſa Regula*, & §. *Ad hæc cum Fratres*, & Clemen. 5. *Exiui* §. *Proinde*, & §. *Cupientes* verſ. *Quia igitur*, ibi: *Declarando dicimus, quòd ſucceſsionum huiuſmodi, quæ etiam ex ſui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia, & immobilia ſe extendunt, conſiderata ſui puritate voti, nullatenus ſunt capaces.* Hæc Clem. 5. Notentur illa verba: *Ad alia mobilia, & immobilia.* Et mox: *Conſiderata puritate ſui voti, nullatenus ſunt capaces. Sui voti*, dicit, *non ſuarum conſtitutionum, &c.* Ergo. Sed conſuetudo vim habere nequit contra promiſſa ſubſtantialibus Religionis votis: cum ea iure naturali divino obligent, vt optimè docet Azor *tom. 1. lib. 12. cap. 23. q. 8.* quem ipſemet Sanchez refert, & approbat *dict. num. 16.* At paupertas ſolemni voto à Fratribus Minoribus promiſſa, eſt, vt nec in communi, nec in particulari dominiū alicuius rei, tum mobilis, tum immobilis habeant, vt patet ex Nicol. 3. & Clem. 5. Ergo. Atque ita hanc partem ſuſtinent Fulgoſ. *conſ. 105. ad fin.* verſ. *Non obſtat.* Cephal. *conſ. 98. num. 4. Volum. 1.* & alij relati à Sanchez vbi ſupra. Quæ prorſus vera eſt, & omninò tenenda, vt etiam latius dictum eſt ſupra *Controver. 17.*

SECTIO II.

An legata in teſtamentis poſſint Fratres Minores recipere?

1 RESpōdeo, poſſe, ſi modo congruo, & Fratribus licito relinquātur. Ita expreſsè Nicol. 3. cap. *Exijt* art. 5. §. *Ad hæc quia Fratribus* verſ. *Si verò modum licitum.* Cōgruus autem ille modus (ex Nicol. 3. vbi ſupra, & Clem. 5. Clementina *Exivi. cap. 6.* §. *Cupientes*, verſ. *Nec licet eis*) in quatuor potiſsimùm conſiſtit. Primò, vt per modum puræ eleemoſynæ fiat ſine vllo iure Fratrum. Secundò, vt res mobilis, quæ illis lega-

Legata facta modo congruo poſſumus recipere.

Hic modus in quatuor conſiſtit.

legitur in teſtamento, apta, conſonaq; ſit illorum ſtatui, ac Regulę, illaque in ſe, ſeu in propria ſpecie vti poſsint (v. g. triticum, libri, pannus pro habitibus, &c.)

2 Vel ſi apta non ſit, nec conveniens illorum profeſsioni, vtpotè pecunia numerata, arma, equi, (vt ait Clem. 5. §. *Hinc eſt etiam*, verſ. *Circa equorum*) veſtes ſæculares, &c. tale legatum, rei Fratrib⁹ non aptæ, valet, & licitè ab illis poteſt acceptari, (vt declaravit Nic. 3. §. *Cæterũ*, & Clemen. 5. vbi ſupra) modò accepretur, & expendatur, ſicut accipi poteſt, & expendi, pecunia à viventibus oblata, ſervàtis nimirum eiſdem conditionibus, & cautelis, vt iam dixi Controver. 12. & 13. Ibi videantur.

3 Si verò res, quæ teſtamento relinquitur, immobilis ſit, vtpotè domus, vinea, ager, (& alia huiuſmodi) vel modus congruit Regulæ puritati, vt ſi relinquantur vineæ, domus, &c. vt per idoneas perſonas vendantur, & earum pretium in ædificijs, vel alijs neceſsitatibus licitis Fratribus, expendatur, & convertatur; & tunc benè poterunt Fratres talia legata acceptare, eo modo, quo pecuniaria legata, vt expreſsè declarat Nicol. 3. dict. cap. *Exijt* §. *Ad hæc quia Fratribus* art. 5. verſ. *Si verò modum*.

4 Quòd ſi modus Regulæ puritati repugnet, vt ſcilicet, ſi legaret quis *Fratribus domum ad locandum, vineam, & agrum ad excolendum, vel ſimilia verba in ſimilibus proferret, aut modos ſimiles in relinquendo, ſervaret* (verba ſunt expreſſa Nicol. 3. dict. §. *Ad hæc*) *à tali legato, & eius receptione per omnem modum* (ex vi ſuæ profeſsionis) *abſtinere debent*. Vide Barthol. in *tract. Minoricar. lib. 2. diſt. 2. cap* 3. Nec poterunt æſtimationem recipere; nam modus vnus recipiendi legatum, eſt æſtimationem recipere, vt L. *Domus*. §. *Qui confitetur ff. de Legat. prima*. Vide ſupra ſect. prima numero quinto, & 6.

5 Tertium, quod requiritur (vt ille modus congruus ſit) eſt, vt per tale legatum, Fratrum mendicitas non tollatur, aut certe patiatur gravem iacturam, vt in ſimilibus explicat Clemen. 5. dict. Clementina *Exivi cap.* 2. §. *Cæterum quia* verſ. *Cum verò* fin. ibi: *Cavere tamen* (ait) *in acceptione oblatorum talium, decet Fratres, ne ex receptorum quantitate notabili præſumi poſsit ſiniſter oculus contra ipſos.*

Hæc

Hæc ibi. Vide infra num. 13. & ſequentibus. Ideò nō poſſumus recipere legata in quātitate exceſsiva; ſed debent in quantitate eſſe moderata, nec ad proviſionem in futurum, vt rectò Cord. *hic q. 11. pun. 3. in principio*, & eſt communis ſententia, vide dicta ſupra Cōtrover. 17. ſect. 5. num. 3. 6. & 13.

Legati quātitas moderata quæ ſit, relinquitur iudicio Miniſtr. & Cuſtodum.

6 Petes: quis arbitrabitur, quæ quantitas cenſenda ſit moderata, vel exceſsiva? Reſpondeo, quod hæc quantitas moderata ab ipſa præſenti, vel imminēti metietur neceſsitate. Hæc autem neceſsitas ſecundum exigentiam perſonarum, & locorum à Miniſtris, & Cuſtodibus ſimul, & ſeorſum, in ſuis adminiſtrationibus, & cuſtodijs, cum diſcretione iudicabitur, ita vt paupertas ſancta reluceat, vt declaravit in ſimilibus Clem. 5. vbi ſupra cap. 9. §. *Rurſus* & etiam Nicol. 3. §. *Inſuper nec vtenſilia.* Vide ſupra Cōtrover. 17. ſect. 5. num. 11. 12. & 13.

Nō iudicio Guardiani, &c.

7 Ex quibus ſequitur, quòd Guardianus, & Coventus determinare non poterunt, quæ ſit moderata quantitas, ſi ſuper hoc emerſerit dubitatio, vt rectè adnotarunt Roder. tom. 2. qq. Reg. quæſt. 126. art. 1. Hier. Rod. Reſol. 88. num. 17. Sanchez tom. 3. Sum. cap. 26. num. 13. Polit. hic num. 59. & alij apud ipſos.

Quod abūdat nō poteſt expēdi abſque nova neceſsitate.

8 Petes ſecundò: Quid fiet de ſuperfluo moderatæ quantitatis relictæ? Reſpond. Bart. in tract. Minor. lib. 2. diſt. 1. cap. 3. quòd Fratres nō poſſunt illud recipere, donec nova emerſerit neceſsitas, quę per ipſum reſiduum debeat ſublevari, prout explicat Baldus conſ. 22. Quo caſu eleemoſynaliter tantum illud *Reſiduum* eſt petendum. Subſcribunt Rod. tom. 2. qq. Reg q. 126. (aliàs 127) art. 1. in principio Polit. num. 59.

9 Petes tertiò: Quid dicendum eſt, ſi aliquod legatū fuerit Fratribus relictum ad certam cauſam, v. g. pro induēdis Fratribus, vel pro libris, &c. & ad hoc non fuerit neceſſaria tota pecunia relicta? Reſpondeo, quòd illa cauſa finita, reſiduum expendetur in aliam neceſsitatem præſentem, vel imminentem. Ita Bart. vbi ſupra Ancharr. in Clementina *Exivi* Serena conſcientia. q. 18. Rod. vbi ſupra Polit. hic n. 60.

10 Petes quartò: per quē debet huiuſmodi commutatio fieri? Reſpondeo, quòd pro defuncti anima in aliam Fratrum neceſsitatem converti debet authoritate Ordinarij: non enim hoc debet accreſci hæredi, Ita Emman. vbi ſupra Sor-

Sorbus in Comp. Mendic. verbo *Legatum* fol. mihi 397 & alij. Vel per hæredes, ſeu teſtamenti executores, ſi velint, vt ait Cord. in cap. 4. Reg. q. 8. pun. 4. Vel de conſenſu Cuſtodis, & hæredis: & ſi diſcordent, conſulendum iudicem, & eius ſententiæ ſtandũ, vt dicunt Bart. vbi ſupra diſt. 2. cap. 3. Sorbus vbiſupra verſ. *Sed dices per quem.* Sanchez. tom. 3. Sum. lib. 7. cap. 26. n. 24. *& licèt non explicent* (addit Sanchez) *quis Iudex ſit ille, clarum eſt, futurum Ordinarium Eccleſiaſticum, ad quẽ hac commutatio ſpectat.*

Relictum pro determinata cauſa, ſi nõ adeſt, in aliam commutabitur.

11 Petes quintò: Quid faciendum, quando legatum eſt relictũ pro aliqua determinatâ cauſa, ſeu neceſſitate, vtpotè pro libris, ſi tunc nõ adſit? Reſpondeò, quòd licèt tunc non adſit, cõmutabitur in aliã cauſam, ſeu neceſſitatẽ, vt dictum eſt ſupra n. 10. Ita citati Authores, & ad maiorem ſecuritatẽ conceſſit nobis Sixtus 4. quòd noſtri Prælati poſſint cõmutare legata facta noſtris locis ad vnum vſum, in alium, ſeu alios: *& hoc quando ſine ſcandalo illorum, ad quos ſolutio talium legatorũ pertinet, fieri poteſt.* Ita Collector priuilegiorũ verbo *Commutare.* §. 1. Sorbus ibid. (quibus addit Sorbus, *hoc etiam poſſunt de lege communi*, vt in cap. *Exijt.* Ita Sorb. fol. 145.) Cord. dub. in cap. 4. Reg. q. 8. pun. 4 in c. 6. q. 11. pũ. 2. §. *Tertio dubitatur.* Hier. Rod. Reſol. 88 n. 17. Ximen. in cap. 4. Reg. in 2. impr. num. 79. Portel. in dub. Regul. verb. legatũ n. 1. & in additionibus etiam n. 1.

12 Sed valde notanda ſunt verba illa Sixti 4. nimirum, *Quando ſine ſcãdalo illorum, ad quos ſolutio talium legatorũ pertinet, fieri poteſt.* Ex quibus liquet, quòd huiuſmodi commutatio cautè, vtique prudenter debet fieri.

13 Quartum, quòd requiritur (vt iſte modus congruus ſit) eſt, vt id legatum non ſit tantæ quantitatis, vt ex illa magna quantitate præſumi poſſit, fieri in fraudem hæredum, au præſumi oculus ſiniſter cõtra Fratres. Ita expreſsè Clemen. 5. dicta Clemẽtina *Exiui.* §. *Cupientes* verſ. *Nec liceat eis.* Atque ita docent omnes. Vide ſupra n. 5. & 6.

14 Advertit tamen Sanchez (optimè quidèm) *tom.* 3. *Sum. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 13. quod in caſu magnæ, & exceſſivæ quantitatis non irritat Pontifex valorem talis legati, nec liberat hæredes à ſolutione illius: ſed limitat receptionem à Fratribus faciendam, nempè, vt illam partem tantum admittant, quanta ſit ſufficiens ad neceſſitates ipſorum

Cc

rum præſentes, vel imminentes ſublevandas; reſiduum verò non poterunt accipere, donec alia nova neceſsitas ſupervenerit. Idem etiam docet Villalobos 2. p. Sum. tract. 35. difficul. 33. num. 3. & 4. Hier. Rod. Reſol. 88. num. 17. fine.

15 Rurſus advertit Sanchez vbi ſupra, idem dicendum eſſe, quando in diverſis teſtamentis, diverſa legantur, quorum quodlibet nõ eſt exceſsivum; at tota quantitas ſimul eſt exceſsiva, ſeu immoderata.

16 Rogabis. An Fratres acceptãdo tale legatum magnæ, ſeu immoderatæ quantitatis, faciant contra paupertatis votum? Reſpondet Cord. hic *q. 11. pun.* 1. poſt med. *quòd peccarent* Fratres acceptando, *non tamen contra paupertatem*; ſed quia facerent contra prohibitionem, & *declarationem Clemen.* 5. Hæc Cord. Quibus minimè aſſentior.

17 Idcirco omnino iudico verum, Fratres in huiuſmodi legati receptione peccare contra votum paupertatis. Ratio eſt clara, quia cum dominium omnium bonorum ad Fratres Minores pertinentium, ſit apud Pontificem, ſolo vſu facti ipſis relicto, ex eius licentia, quam in hoc caſu denegat; ipſi acceptando hoc legatum, vſurpant illius vſum contra voluntatem veri Domini, & legitimi Superioris. Ergo delinquunt in paupertatis votum. Atq; ita docent Sanchez dict. *cap. 26. num.* 12. & Mart. à Sancto Ioſ. in 2. impr. ſuæ expoſitionis cap. 13. n. 27. & per errorem 26.

Acceptãdo Fratres legatũ immoderatum peccãt cõtra paupertatẽ.

18 Sed eſt advertendum, quòd quando huiuſmodi incongruitas non provenit ratione ſtatus, & Regulæ, ſeu conditionis Fratrum generaliter, (vtpotè quando legatur vinea ad excolendum, &c. vt dixi ſupra) ſed potius alicuius Fratris particularis (ſcilicet ſi Religioſo Laico relictũ eſſet Miſſale, vel Scot., vt ſtudeat) tunc ſecũdum iura omnis tollitur de legatis impoſsibilitas, & debet tranſmutari in alium modum, vt in quadam lege decernitur. Ita Emman. Rod. q. 126. art. 1. Optimè quidem, vbi iura allegat. Cord. hic dict. q. 11. pun. 2. §. *Secundo dubitatur*. Sanchez tom. 3. Sum. cap. 26. libr. 7. num. 25. Sorbus verbo *Legatum* verſ. *Sed eſt advertẽdum*, & alij communiter.

19 Hinc infero primò, quòd ſi legetur Fratribus Minoribus aliquid pro certo vſu, explicando vſum ſuperfluum, non valere legatum: quia eſt modus contrarius ſtatui, & con-

Legatum de vſu ſuperfluo nõ valet.

conditioni Fratrum Minorum generaliter. Non enim licet eis habere ſuperflua ex vi Regulæ. Ita Emman. Sorbus vbi ſupra, & Sanchez num. 24. Si verò non explicetur vſus ſuperfluus, ſed abſolutè licitus, vt pro induendis Fratribus hoc anno: & eo anno non ſit neceſſarius, ſed eſſet ſuperfluus; eo quòd decenter omnes eſſent induti, & duplices habere veſtes repugnet eorum ſtatui: valebit vtique legatum; quia vſus in ſe eſt licitus, nec repugnans Regulæ Minorum. Ita Emman. & Sāchez vbiſupra, Sorbus verſ. *Sed ſi aliquid legatum.* Vnde ſi adſit alia neceſsitas, poſſunt illud recipere, vt in eam convertatur.

Si Laico Fratri legātur opera Scoti, valet legatum.

20 Infero ſecundò, quòd ſi Fratri laico legentur opera Scoti, etiam vt ſtudeat, valeret adhuc hoc legatum, non illi legatario, ſed ad vſum aliorum Fratrum Ordinis: idcircò poteſt licitè recipi, vel ad vſum Ordinis, vel vt vendantur libri, & convertatur pretium illorum librorum venditorum in alium vſum Fratribus licitum, vt Cord. vbi ſupra; & Sanchez num. 23. & ratio eſt, quia etſi modus expreſſus non ſit aptus illi laico: eſt tamen conveniens ſtatui Fratrum Minorum. At cap. *Exijt.* dict. §. *Ad hæc quia Fratribus,* tunc dicitur, legatum non valere, quādo modus legato adiectus, eſt contrarius ſtatui Minorū, vt conſtat ex exemplis ibi adductis, ſcilicet, vinea ad excolendum, & domus ad locandum, vt benè adnotarunt Cord. & Sanchez vbi ſupra.

21 Infero tertiò, quòd ſi Fratribus legetur domus, vt ibi conſtruatur Eccleſia, & ea non egent domo, vt propriam Eccleſiā extendant, & vt cum illa continuent, nō valet legatum, vt benè Cord. hic q. 1 1. pun. 1. dub. 1. ad finē. Sanchez, tom. 3. Sum. lib. 7. c. 26. n. 22. Federicus Baldus, Anchar. & alij citati à Sanchez n. 20. Si verò egeant illa domo ad prædictū vſum, vt Eccleſia extendatur, ac ex vtraque vnica cōſtruatur, valet legatū. quippè tunc nō eſt modus Regulę cōtrarius. Ita Cord. & Sanchez vbiſupra Emman. q. 126. (alias 127.) art. 11. ad finem. Sorbus in Comp. verbo *Legati.* verſ. *Et idem dicendum eſt;* & alij citati à Sanchez n. 21 [illegible]

Legatum rei immobilis ſine expreſsione cauſæ valet.

22 Cæterùm, ſi res immobilis Fratribus legetur indifferenter ſine vlla expreſſione cauſæ, ſeu congrui modi, aut nullum explicando vſum, ſed abſolutè relinquatur eis in teſtamento, quoddam prædium, tunc res illa pro licito, & congruo modo, legata in-

telligi debet, ſcilicet, vt prædium vendatur, & pretium in neceſsitates Fratrum convertatur, ac proinde illis æſtimatio debetur: Ita Nicol.3. cap. *Exiit* art. 5. §. *Ad hæc quia Fratribus*. verſ. *Si verò modum*, ibi: *Si verò Fratribus ipſis generaliter aliquid abſque modi expreſsione legetur; in hoc legato ſic indeterminatè relicto: volumus, & in perpetuum præſenti conſtitutione iubemus, ſcilicet, vt ſub modo licito Fratribus intelligatur eſſe relictum, ita quòd nec legans merito, nec Fratres ipſi, effectu relicti fraudentur*. Hæc ibi. Atque ita ſuſtinent Cord. vbi ſupra pun. 2. Emman. & Sorb vbi ſupra, Sanchez dict. cap. 26. num. 28. qui ibidem citat Bart. Paul. Alex. Abbatem, & alios 7. DD. graves.

23 Advertendum tamen cum Sanchez vbi ſupra *n*.29. quòd Fratres non debent in his vēditionibus intervenire, ſed id per hæredes, aut executores, faciendum eſt. Poſſunt etiam id efficere Epiſcopus, & Iudex ſecularis ex proprio officio, præcedenti tamen mora hæredis, vel executoris, qui bis moniti non vendunt: Authent. de Eccleſiaſticis titulis §. *Si quis autem*. Quæ omnia etiam docet Bart. tract. Minoricarum lib. 2. diſt. 4. toto capitulo tertio.

24 Non tamen opus eſt, vt ſtatim res illa immobilis Fratribus Minoribus relicta vendatur, ſed poteſt opportunitas temporis expectari, ne vili pretio vendatur, vt benè Azor *tom*. 1. *inſtit. mor. lib*. 12. *cap*. 23. *q*. 11. Sanchez vbi ſupra *num*. 32. Etſi emptor nullatenus inveniatur, tenentur Fratres eam à ſe abijcere, vel dare in eleemoſynā, cum nullatenus retinendi ſint capaces. Sic Abbas cap. *Recolentes* de ſtatu Monachorum, & Sanchez vbi ſupra.

Fructus rei ſtabilis, dū nō vēditur, ſunt hæredum.

25 Petes: Cuius ſint fructus rei illius ſtabilis, dum non venditur? Reſpondeo cum Sanchez vbi ſupra, eos eſſe hæredum. Ratio eſt, quia illius dominium eſt apud hæredem, vt rectè Bart. dict. *diſt*. 4. & *capit*. 3. *num*. 25. Ergo & fructus, cum propriū ſit dominij, vt ipſum ſequantur fructus. L. *Et ex diverſo*. 36. §. 1. ff. *de Rei vendicatione*, & docet Menochius, alios allegans, de *Præſumptionibus lib*. 3. *Præſumptione* 50. *n*. 55. & quamvis peccet, ſi ſit in mora vendendi, gratia fructuum ſibi percipiendorum; at non tenetur ex hoc, aliquid reſtituere. Quòd nullum lucri ceſſantis, aut damni emergentis detrimentum ſequutum ex mora Minoribus Fratribus fuerit.

Quip-

Quippè illis, non res ipſa, ſed eius pretium debebatur: at pretium minimè Fratres poterant, nec per ſe, nec per alium negotiationi exponere, ſed expendendum erat. Si verò ex tali mora detrimentum pateretur res illa in pretio, tenetur hæres in mora culpabili exiſtens, id detrimentum Fratribus reſarcire; quia in eo iniuſtè damnum intulit.

29 Iterum petes. Quid ſi legans ex ignorantia aliquam conditionem, ſeu modum illicitum Fratribus appoſuerit? Reſpondeo, hæredem, aut executores, ſiue Epiſcopum (vt pauperum Patrem) poſſe illam conditionem mutare: at ſi non mutuaverint, Fratres à tali legato omninò debent abſtinere. Ita March. *hic tex.* 2. *q.* 1. *dubio* 6.

SECTIO. III.

An Anniverſaria perpetua, relicta Fratribus Minoribus, repugnent corũ paupertati?

Sicut cõmunitas Minorũ eſt incapax, vt ipſi legetur ſic Frater Minor in particulari.

1 NOtandum eſt primò, quòd ſicut tota Fratrum Minorum communitas incapax eſt, vt ipſi legetur: ſic quilibet Frater Minor eſt ſimiliter incapax: & in ſolis illis caſibus, quibus illa eſt capax, erit quoque in particulari hic Frater. Ratio eſt, quia ſicut quilibet Frater minor eſt incapax proprij, & hæreditariæ ſucceſsionis, ſimiliter quoque eſt incapax tota communitas, & ideo ſi capacitas legati eſſet contra paupertatem Fratris ſingularis, eſſet quoque contra paupertatem totius cómmunitatis. Ita docent Bart. Imola, Ancharr. Paris, quos citat, & ſequitur Sanchez *tom.* 3. *Sum. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 10. eſtque communis ſententia omnium Regulæ Expoſitorum, & liquidò conſtat ex Decret. *Exijt* in 6. *de Verborum ſignif.* & in Clementina *Exivi* eodem titulo.

Nullum ius habẽt Minores ad petẽdũ aliquid annuum.

2 Nota ſecundò, cum Emman. Rod. tom. 2. qq. Reg. q. 126. (aliàs 127.) art. 2. quòd Fratres Minores nullum ius habent, neque actionẽ ad petẽdum ſingulis annis aliquid annuum, modò ſit debitum ratione contractus inter vivos, modò ratione cauſæ mortis, modò vltima voluntate legatum: cum huiuſmodi iuris, & actionis ſint omnino incapaces, ſicut ſunt incapaces cuiuſcumq; proprietatis, vt expreſſé determinatũ eſt in Clemẽtina *Exivi*, §. *Cumq; annuus reditus.* Et in quodam Capitulo Generali Burgenſ. an. 1526 & in Conſtitutionibus Gen. Tolet. an. 1583. & antea in Capit. Gen. Aſſiſ. an. 1526.

hoc obſervari præceptum eſt. Ita Emman. vbi ſupra, & ad idem ſunt Navarr. lib. 3. conſ. tit. de Teſtamentis in 1. editione conſil. 14. n. 3. & in 2. conſ. 8. num. 3. Sanchez tom. 3. Sum. lib. 7. cap. 26. num. 43. & 58. & eſt communis ſententia.

3. Nota tertiò, quòd Clemen. 5. in Clementina *Exivi* §. *Cumque annui redditus* prohibitos eſſe nobis Minoribus declarat, quoſcumque annuos redditus: huiuſmodi autẽ ſolùm ſunt, & dicuntur, qui habent ſecum annexam obligationem, tam ex parte dãtis, quàm ex parte recipientis, vt rectè Marian. Soccin. in tract. de oblat. lib. 8. à num. 30. vſque ad num. 39. Navar. vbi ſupra num. 6. & 7. Rod. vbi ſupra art. 3. Atque ita hos tantum prohibuit Clem. 5. vbi ſupra, vt doctè Alvarus Pelag. libr. 2. de Planctu Eccleſiæ art. 66. lit. B. fol. mihi 226. col. 2. Rod. artic. 2. 3. & 4. Navarr. dict. num. 7. ſi attentè legatur, & alij, quos infra citabo in hac ſect. num. 6. & ſect. 4. num. 3.

Annui redditus cũ obligatione prohibiti tãtum.

4. His ſuppoſitis, titulus ſectionis explicatur, vt ſi exẽp. g. hæres iubeatur à teſtatore largiri Fratribus Minoribus quotannis certã pecuniæ quãtitatem, vel certos cados olei, aut vini, &c. vt ſacra, vel alia officia divina fiant pro teſtatore; an tale legatum ſit factum modo licito Fratribus Minoribus, & eorum Regulæ non contrarium?

5. Prima ſentẽtia affirmat, tale legatum eſſe contra Fratrum Minorum Regulam. Ita tenent Anchar. dict. Clementina *Exivi* num. 11. fine. Navarr. lib. 3. Conſil. vbi ſupra. Azor tom. 1. Inſtit. mor. lib. 12. cap. 23. & alij, quos citat & ſequitur Sanchez tom. 3. Sum. lib. 7. cap. 26. num. 44. vbi etiam citat Cordubam in cap. 6. Reg. q. 11. pun. 4. Not. 2. Sed vt videbimus n. 6. & ſect. 4. num. 3. pro ſecunda ſententia eſt. Tenent etiam prædictam primam ſententiã Polit. hic num. 69. Ximenez n. 26. Matt. à S. Ioſ. in ſecunda impr. ſuæ expoſitionis cap. 13. n. 33.

6. Secunda ſententia affirmat, huiuſmodi legatũ nõ eſſe contra Regulã Fratrũ Minor. nec eorum repugnare paupertati, ſecluſis ex parte Fratrum quibuslibet civilibus obligationibus, iure, & actione, illúdque merè eleemoſynaliter recipiendo. Ita affirmant Venen. P. Gilbertus Nicolai in tract. Decem plagarum, Plagã 6. Cord. hic q. 11. pun. 3. circa finem §. *Si verò legatum* in antiqua editione fol. 188. & in nova 192. Rod. tom. 2.

qq. Reg. q. 126. (aliàs 127.) art. 4. Ovand. in 4. Addit. ad diſt. 38. *Devoto* propoſitione 19. Miranda ſupra Regulã in 1. editione cap. 86. difficultate 4. circa finem capitis, & in ſecunda cap. 63. diffic. 10. Viſtarinus 2. p. Summ. tract. 35. diff. 36. ſuper totam, ſed præcipuè num. 5. & 7. Hier. Rod. Reſol. 88. à num. 19. Tenet etiam Pauludanus epiſtola ad Generalem Magiſtrum Ordinis Prædicatorum, quem referunt, & ſequuntur Summa Roſella verbo *Legatum*, 1. num. 5. Sylv. verbo *Legatum* 2. q. 3. diſt. 3. num. 4. Tabiena ibid. q. 4. num. 5. Conſentit Ant. Cucus lib. 5. inſtitut. maiorum tit. 1. num. 36. & multiplici ſequenti, & alij, & noviſſimè Didacus de Zea in Theſauro terræ ſanctæ lib. 2. p. 4. §. 3. & 4. & quod maius eſt, omnia Fratrum Minorum Generalia ſtatuta, & alijs omiſsis, Burgenſ. an. 1523. Aſsiſienſ. an. 1596. Salmanticenſ. ann. 1553. Pariſienſ. an. 1579. vt habet Revolled. in ſua recollectione omnium ſtatutorum Ordinis fol. mihi 124. col. 2. & fol. 125. col. 1. Toletana an. 1583. cap. 3. *de Paupertate §. de Reddibus annuis* (vt Revolle. vbi ſupra fol. 126. col. 2. ſub Reveren. Generali Miniſtro, ac Vener. P. Gonzaga, confirmata à Greg. 13. vt Regulæ non repugnantia, vt Revoll. fol. 127. col. 1. & 128. col. 1. & noviſsimè Barchin. Segoviæ recognita an. 1621. cap. 3. de Obſervantia paupertatis §. de Redditibus annuis num. 2. 3. & 4. & ibidem tit. vel §. de Computo Guardiani n. 3. Quæ ſententia omninò vera, & amplectenda mihi videtur.

7 Sit prima concluſio. Annui redditus, etiam ad modicum tempus, id eſt, infra decennium, non poſſunt legari Fratribus Minoribus, atque adeò huiuſmodi legati non ſunt capaces ex vi profeſsionis eorũ. Probatur concluſio ex Clementina *Exivi*, §. *Cumque annui redditus*, de verborum ſignific. ibi: *Nulla dubitatio eſt, quòd prædictis Fratribus redditus quoſcumque ſicut & poſſeſsiones, vel earum etiam vſum recipere, vel habere, conditione conſiderata ipſorum, non licet.* Hæc ibi. Notentur illa verba: *Redditus quoſcumque.* Ex qua dictione vniverſali, *Quoſcumque*, palàm colligitur, eos eſſe incapaces cuiuſcumque redditus annui, etiam ad modicum tempus.

Annui redditus etiam ad modicum tẽpus prohibiti.

8 Et confirmatur, quia quando legantur Fratribus Minoribus aliquæ poſſeſsiones vel res immobiles, vt ab ipſis retineantur, etiam ad modicum

tempus, ideſt, infra decenniũ, debent per omnem modum abſtinere à tali legato: quod vtiq, nullum, atque caducum eſt, ita vt neque eis debeatur æſtimatio, vt iam dixi ſect. 1. à n. 3. vſque ad 7. cum Bart. Sanchez, & alijs. Ergo ſi legatum poſſeſſionum, vel rei immobilis, vt à Fratribus retineantur, eſt prorſus caducum, ita vt neque poſſint rerum huiuſmodi venditarum recipere æſtimationem; etiam legatum annuorum redditũ erit caducum: quia prædictis Fratribus redditus *quoſcumque recipere, vel habere, non licet, ſicut & poſſeſſiones.* Ergo ſi eſt huiuſmodi legatum nullum, & caducum, neque ad modicum tempus (ideſt, infra decennium, quod tenet Sanchez dict. cap. 26. n. 39.) poterit Fratribus relinqui. Aliàs poterunt etiam vineas, agros, &c. vſque ad decennium retinere, & excolere, atque locare, fructuſque eorum, ac cenſus recipere abſque ſui ſtatus, & Regulæ macula. Quod falſum eſt.

9 Secundò probatur, quia ſi Fratribus Minoribus poſſunt annui redditus vſque ad decennium legari, & hic modus non adverſatur eorum profeſſioni. Ergo etiam toto illo tempore habent actionem ad petendum, & eis ius, & obligatio acquiritur infra illud decennium; cum ille qui poteſt recipere annuos redditus, habeat etiam ius, & actionem ad illos, vt num. 3. dictum eſt. Quod eſt expreſſè contra cap. *Exijt*. §. *Cæterum*; & Clementinã *Exivi*, §. *Cupientes*, vt rectè ipſe Sãchez dict. cap. 26. num. 58. (vide ſupra num. 2.) Atque ita hanc concluſionem tenent Bart. tract. Minoricarum lib. 2. diſt. 6. cap. 3. num. 35. Soccin. in tract. de Obligat. libell. 8. q. 7. n. 7. Rod. tom. 2. q. 126. art. 3.

10 Sed contra hanc concluſionem tenet Sãchez tom. 3. Sum. lib. 7. c. 26. n. 36. (cũ alijs, quos ibi citat) dicens, Fratres Minores eſſe capaces huiuſmodi legati annuorũ redditũum ad modicum tempus, ideſt, (vt ait idem Sanchez. num. 39.) infra decennium: ſecus quando eſt ad longum tempus, ideſt, vſque ad decennium, & vltra. Ducitur, *quod id moraliter cenſetur legatum vnius eleemoſynæ ſolvendæ eo tempore ſucceſſivè, atque adeò per hoc non tollitur, ſed ſublevatur mendicitas, ſicut non tolleretur tota ea ſumma ſimul relicta.* Hæc Sanchez, qui addit: *Et ex hoc patet ſolutio ad contraria.*

11 Nihilominus tamen in mea concluſione perſto, ob ratio-

rationes num.7.8.&9. dictas. Certum eſt ergo, & ab omnibus conceſſum, quòd qui poteſt recipere, & habere annuos redditus vſque trienniũ, vel quinquennium, habet etiã ius, & actionem ad illos, (aliàs non poterit recipere, nec habere) poteſtque petere in iudicio, vendere, alienare, &c. toto illo triennio, vel quinquennio, &c. Sed Fratres Minores nullius iuris ſunt capaces ex vi ſui voti, etiamſi modo licito fiat legatum, vt ipſe Sanchez affirmat num.49.(& 58).nec poſſunt pro aliqua re temporali in iudicio experiri ex vi ſuæ Regulę; nec ſe talibus curis, & litigioſis actibus immiſcere, vt expreſsè eſt determinatum Clementina *Exivi*, §. *Proinde*, verſ. *Cumque dicti ordinis Fratres*, & ſupra verſ. *Amplius cum nō ſolum*. Ergo.

12 Rurſus, quia nullius rei temporalis, neque mobilis, neque immobilis poſſunt Minores ex vi ſuæ Regulæ habere dominium, neque etiam vſum iuris, ſed tantum vſum ſimplicem facti, vt expreſsè deciditur cap. *Exijt* art. 2. §. *Nec quiſquam* verſ. *Profectò ſi iuxta promiſſum*, & verſ. *Nec per hoc*, & Clementina *Exivi* cap. 5. §. *Proinde*, & dicam infra Controv. 19. *ſect.* 5. & expreſsè fatetur ipſe Sãchez tom. 3. Sum. lib. 7. c. 18. num. 7. etiam in rebus vnico vſu conſumptibilibus. Ergo ſi nullius rei, etiam mobilis, & vnico vſu conſumptibilis, aliquem vſum iuris poſſunt Fratres Minores habere. Ergo neque legati ad modicum tempus, etiamſi moraliter cenſeatur legatum vnius eleemoſynæ.

13 Secunda concluſio: Clem. 5. Clementina *Exivi*, art. 6. §. *Cumque annui redditus*, tantum prohibuit Fratribus Minoribus eos redditus annuos, qui à viventibus habebant, vel qui à teſtatoribus, ipſis legati erant, & in iudicio à Fratribus petebantur, habebantque ſibi annexã obligationem ab hæredibus, Fratribus factam, mediante pacto, ſcriptura, vel conventione iuridica, ac civili. Ita ex Alvaro, & alijs citatis ſupra num. 3. colligo. *Annuos redditus cũ obligatione prohibuit Clem. 5.*

14 Sed vt liquidò conſtet veritas huius ſecundæ concluſionis, notandum eſt primo, quod tẽpore Clem. 5. (ann. videlicet 1310.) cum eſſet Miniſter Generalis Ordinis Reveren. P. Gundiſalvus Gallic. (vel Hiſpanus, vel Balbon.) facta eſt in Curia Domini Papæ longa, & ſcandaloſa diſceptatio de obſervantia Regulæ, ex vna parte Fratre Vbertino de Caſſali, & Fratre Raymundo Gaufredi cum alijs, Ordi-

Digitized by Google

Ordinem de multis criminibus, & exceſsibus (quibus dicebant Regulam non ſervari) accuſantibus, & ex alia parte Frater Alexander, & Prælati, Ordinem defendentes. Quæ diſceptatio duravit vſque ad annum 1312. in quo concluſum eſt in cauſa prædicta, quæ inter Fratrem Vbertinum cum ſequacibus, & Ordinis communitatem vertebatur, noua tunc ordinata, & promulgata Regulæ declaratione, nimirũ, *Exivi de paradiſo* (quam poſtea Bonifacius 8. inſervit corpori iuris inter Clementinas in tit. de verborum ſignific. & eſt prima) vt expreſsè hæc omnia habẽtur in S. Antonin. 3. p. hiſt. tit. 24. cap. 9. §. 13. & in lib. qui Monumenta Ordinis nuncupatur, tract. 3. in Memoriali Ordinis, §. *Quintus decimus Generalis*, fol. mihi 212. & in lib. Firmamenta trium Ordinum 1. p. fol. 25. col. 3. & 4. & in Chron. Ordinis 2. p. lib. 6. cap. 18. & 20.

15 Notandum ſecundò, quòd prædicta diſceptatione durãte, deducta fuerũt ad examen Domini Clem. 5. aliqua, quæ voto paupertatis Minorum, & puritati Ordinis repugnabant, & in ordine dicebantur fieri. inter quæ vnum erat; quòd *Fratres Minores ſe inſtitui hæredes non ſolùm ſuſtinebant, ſed procurabant. Alterum, quòd redditus annuos recipiebant in tam notabili quantitate, quòd Convetus habentes totaliter inde viverent; &c.* Quibus Regulæ transgreſsionibus ſupplicarunt Vbertinus, & ſequaces Domino Clem. 5. vt remedium adhiberet; Tamen Prælati Ordinis dictis relaxationibus tunc non præbebant aſſenſum, quin potius reos in prædictis rigidè puniebant: nec non & contra talia, ne fierent, fuerunt, & erant in Ordine ſtatuta multũ ſtrictá.

16 Hæc omnia habentur in ſupradicta Clemẽtina. *Exivi* cap. 5. §. *Proinde* verſ. *Ad noſtrum*, verſ. *Quod ſe inſtitui*, & verſ. *Item quod redditus annuos*, & verſ. *Tamen Communitas Fratrum*, ibi: *Ad noſtrum fuerunt deducta examen, quæ in ordine fieri dicebantur, & videbãtur prædicto voto* (ſcilicet paupertatis) *& puritati Ordinis repugnare, videlicet, vt ea proſequamur ex ipſis, quæ remedio credimus indigere. Quòd ſe inſtitui hæredes, non ſolùm ſuſtinent, ſed procurant. Item quòd annuos redditus recipiunt interdum in tam notabili quantitate, quòd Conventus habentes, totaliter inde vivunt.* Et aliquibus interpoſitis. *Tamen Cõmunitas Fratrum, & ſpecialiter Rectores*

ipſius

Digitized by Google

ipſius Ordinis aſſerebant, quòd prædicta, ſeu plura ex ipſis in Ordine non ſiebant. Quòd etſi qui reperiuntur rei in talibus, rigidè puniuntur, necnon contra talia, ne fiant, ſunt facta pluries ab antiquo ſtatuta in Ordine multum ſtricta. Hæc ibi.

17. Et cap. 6 §. *Cupientes* ibidem: *Cupientes igitur Nos ipſorum Fratrum providere conſcientijs: ad prædicta modo, qui ſequitur, reſpondemus.* Et infra: *Cumque annui redditus inter immobilia cenſeantur à iure, ac huiuſmodi redditus obtinere paupertati, & mendicitati repugnet, nulla dubitatio eſt, quòd prædictis Fratribus redditus quoſcumque, ſicut & poſſeſſiones, vel etiam eorum vſum, recipere, vel habere, conditione ipſorum conſiderata, nō licet.* Hæc ibi.

18. Notandū tertiò, quod prædicti annui redditus, qui tempore Clementis 5. in Ordine reperiebantur, & ei fuit ſupplicatum, vt ex Ordine tolleret, erant illi ſolummodò, qui obligationem ſibi annexā habebant, & hac conditione, & non aliter à Fratribus recipiebantur, eoſque retinebāt. Item ijs tantum Prælati adverſabantur, atque contra hos dumtaxat illa ſtatuta Ordinis fuerunt facta, quorum meminit Clemens 5. vbi ſupra numero 16.

19. Ad horum claram probationem, in medium profero tres oculatos teſtes, Clementi 5. coævos, omnique exceptione maiores. Primus ſit Reverēdiſsimus P. Fr. Ioā. de Murro, Generalis Miniſter (& poſtea Cardinalis Epiſcopus Portuenſis) in Epiſtola ſtatutoria, è Capitulo Generali Ianuenſi ad totum Ordinem miſſa an. 1302. ibi: *Toties* (inquit) *præcordijs inardeſco Sanctæ paupertatis offendicula tollere: cum itaque loca nonnulla noſtri Ordinis, quaſi ſit abbreviata manus Domini, iumenta paſcentis, & volucres, quæ non ſeminant, neque in borrea congregant, ne ſuis poſſit pauperibus providere: agros, domos, & vineas, ſeu penſiones perpetuas annuatim* (nota) *de proventibus habere, quaſi de re perpetua eorumdem, necnon, & Fratres, qui mundo deberent penitùs crucifigi, in ſuæ profeſſionis perniciem: non ſolùm annuos redditus perſonales habere; verùm etiam Commiſſarum perpetuarum onera ſuſcepiſſe. Ex quibus inevitabili neceſsitate conſequitur, vt circa procurandas terrarum culturas, & proventus fructuum colligendos, curis extraneis diſtrahantur, proſecutio-*

cutiones, & actiones intentent, & civilibus (nota) *litigiis implicentur, & nonnulla huiuſmodi ſequantur, quæ nõ poſſunt abſque proprietatis ſpecie exerceri, diſsimulare non valeo, quin hæc paupertatis venena: maculas gloriæ noſtræ, ex quibus Deus offenditur, Ordo vileſcit, minoratur devotio, &c.* Et mox: *Paterno igitur zelo iuxta mei officij debitum: inhibẽdo ſtatuẽs, & ſtatuendo inhibens per obedientiam ſalutarem ſub pœna excommunicationis: ut neque inducatis de cætero, ſeu induci per alios procuretis, ut ulli Fratri, Conventui, ſiue loco noſtri Ordinis, poſſeſsiones, ſiue redditus annui, &c.* Et infra. *Nec inpoſterum cultores, aut fructus poſſeſsionum præſumant colligere taliter relictarum. Nec aliquis corã perſona ſeculari, vel Eccleſiaſtica, pro huiuſmodi relictis, præteritis, vel futuris: in iudicio audeat experiri, &c.* Hæc ibi. Quam epiſtolam referunt Firmam. trium Ordin. 1. p. fol. 23. & 24. & Vuaddingus tom. 3. Ann. Minorum an. 1302. n. 2.

20 Secundus teſtis eſt Reverendiſsimus Alvarus Pelagius Epiſcopus Sylveuſ. qui lib. 2. *de Planct. Eccl.* art (vel cap.) 66. lit. B. fol. 226 col. 2. ſic ſcribit: *Quidam etiã Minorum Fratrum redditus pecuniarios annales, vel biennales, vel ultra, habent, quos ſibi in teſtamento dimiſerunt parẽtes, aut aliàs à dominis dari ſibi faciunt annuatim, ſicut faciunt* (nota) *ſtipendarij ſæculares, quum tamen necdum pecuniarios, quod eſt peius, ſed nec alios redditus quoſcumque habere poſsint ſecundum eorum Regulam: & eſt expreſſum in prædicta declaratione Exivi de paradiſo, §. Proinde in Clementina, & quanquam Ordines alij poſsint ſuccedere in talibus legatis, & redditibus dimiſsis Fratribus ſuis, & per eos eorum ordinibus acquirũtur: non tamen Ordo Minorum poteſt ſuccedere alicui, nec per Fratres ei poteſt acquiri; quia non poteſt habere proprium in communi, ſicut alij Ordines, ut in cap. Exijt, & Clem. t. Exivi liquido demonſtratur, &c.* & iterum ubi ſupra art. 67. lit. B. fol. 230. col. 1. inquit: *Quædam loca Fratrum Minorum habent caſalina, & alias domos, & alios hortos remotos à loco, ex quibus ſibi ſolvi faciunt penſiones, & redditus recipiunt annales contra eorum ſtatum, & Regulam, &c.* Hæc Alvarus.

21 Tertius teſtis eſt Reverendiſsimus P. Fr. Gundiſalvus Miniſter Generalis in

epi-

epiſtola ad Tuſciæ Miniſtrum (quam refert Vuaddingus t. 3. Annal. Min. an. 1310. num. 9. fol. 120. & 121.) ibi: *Licèt contra monſtruoſam* (ait) *redditum abuſionem, quam ad fundamentalem noſtri ſtatus ſubverſionem, filij ſæculi huius in ordinem noſtrum, proh dolor! à nonnullis introduxerunt diebus, remedium diſtrictis, & grauibus valladum ſententijs, Venerabilis Anteceſſor meus, cum Capitulo Generali providerit: quia tamen plures Provinciæ (quod abſque verecundia ipſarum dici non poteſt) illud ſalubre remedium contempſiſſe hucuſque, vel ſaltem neglexiſſe inveniũtur, redditus, & alias proviſiones, ſeu penſiones, domos quoque cenſuales, vel ſeparatas à locis Fratrum, & interdum etiam poſſeſſiones agrorum, vinearum; donationes inſuper inter vivos, & ſucceſſiones hæreditarias ſuſcipiendo, vel retinendo, ſeu vendicando illicitè, quamvis ſub fallaci colore liciti, quandoq; nitantur hoc agere conniventibus oculis tranſire non valeo, quin cum effectu laborẽ, ne Generalium Capitulorum edita ſuper his ſtatuta, cum continuo animarum periculo ulterius contemnantur. Tenore igitur præſentium, tuæ dilectioni in virtute Spiritus Sancti diſtrictè præcipio per obedientiam ſalutarem, quatenus, &c.* Et mox: *Omnes redditus annuos, vel perpetuos, ſeu eleemoſynas, ac penſiones, certa obligatione ſolvendas annuatim, aut in perpetuum Conventibus, vel perſonis: necnon, & poſſeſſiones quaſcumque cum donationibus omnibus inter vivos, & ſucceſſionibus hæreditarijs, facias ſine dilatione moroſa plenariè alienari à Fratribus, &c.* Hæc Gundiſalvus.

22 Concordant Petrus Ioannis Olivi Clemẽti 5. Alvaro, & Gundiſalvo coævus, in his, quæ ſub mortis articulo ad manifeſtandam ſuam circa paupertatem intentionem dixit, dicto 5. & dicto 7. Quæ reperies in Auctore Annalium Minorum tom. 2. ad annum 1297. num. 33. Vbertinus, etiam coætaneus, Apologia pro ſupradicto Petro Ioan. in Reſponſione ad calumniã tertiam, vt habet idem Auctor Ann. Min. vbi ſupra num. 39. Adhærent expreſsè Marianus lib. 2. ſuorum Chronicorum cap. 8. qui referens relaxationes, quæ in Ordine vigebant circa an. 1290. (vti ſcribit Auctor Annal. Min. tom. 2. ad an. 1289. num. 23.) ita fatur: *Peccatum eſt tunc multipliciter in Sanctam paupertatem, &c. Admiſſæ oblationes pecuniarum*

miarum in Miſsis primis novorum Sacerdotum, appoſiti cippi in Templis, Conventiones initæ de celebrandis Miſsis propter pecuniam, &c. & Marcus Vliſſiponẽſis in Chronic. 2 p. lib.4. cap. 12. lib.5. cap.23. lib.6 cap.20.

23 Quæ omnia amovere intẽdens Reverẽdiſsimus Gundiſalvus, iterum prohibuit in ſuis ſtatutis. Ita Auctor Firmamen. trium Ord. 1.p. fol. 25. col. 3. & 4. vbi inter alia ſequentia ſtatuit. *Item* (inquit) *quod conſtitutiones proprietariorum, diligenter faciant ſervari Miniſtri, &c. Item quòd literam Domini Portuenſis miſſam è Capitulo Generali, vel copiam eius ſecum portent, contenta in ea in ſuis Provincijs impleturi.* Hæc ibi. Hic Dominus Portuenſis fuit ſupradictus Reverendiſsimus P. Ioan de Murro Generalis Miniſter, à Bonif. 8. electus in Cardin. & Epiſcopum Portuenſem an. 1302. vt habet ſupradictus Auctor Firmam. trium Ord. p.1. fol. 32. & 33. & etiam Auctor Monum Ord. tract. 3. in Memorial. Ord. §. 14. *Generalis*, fol. mihi 212. videatur Alvar.

24 Ex dictis à n. 14. liquidò conſtat veritas ſupradictæ 2. concl. nimirum, quòd redditus annui, quos Clemens 5. Clementina *Exivi*, §. *Cumq; annui redditus* prohibuit, tantum erant, qui à Fratribus recipiebantur, mediantè obligatione civili, pacto, ac conventione; pro quibus actiones in iudicio intentabant, atque civilibus litigijs implicabantur.

25 Tertia concluſio, titulo lectionis reſpõſiva ſit: Anniverſaria perpetua Fratribus Minoribus relicta, non repugnant eorum Regulæ, ac paupertati, ſi tamen adſit neceſsitas præſens, vel imminens, & merè eleemoſynaliter à Fratribus recipiantur, abſque aliquo iure, actione, aut obligatione ex parte ipſorum. Hinc ſi hæres iubeatur à teſtatore largiri Fratribus Minoribus quotannis certã pecuniæ quãtitatem, aut certos cados vini, olei, &c. vt ſacra, vel alia divina fiant pro teſtatore, etiam ad longum tempus, vel imperpetuum: licitè poſſunt huiuſmodi legatum Fratres Minores (vt dictum eſt) recipere; quippè non eſt contra eorum ſtatum, vel Regulã. Hanc concluſionem fatentur Authores, & ſtatuta Generalia, quæ ſupra num. 6. pro ſecunda ſentẽtia retuli. *Anniverſaria perpetua per modũ eleemoſynæ licita.*

26 Probatur primò hæc concluſio; quia vt rectè doctiſsimus Paludanus (quem referunt, & approbant Sylu, Roſella Angelus, & Tabiena locis num. 6. citatis) *Sicut non*

eſt

eſt contra Ordinem (Minorum ſcilicet) *imò de Ordine, recipere quotidianas eleemoſynas: ita etiam anniverſaria perpetua. Nec hoc eſt habere redditus recipiendo gratis, & petendo extra iudicium: nec eſt in hoc neceſſaria diſpenſatio, ſicut nec in quæſtu mendicando. Sed repetere illa in iudicio, tanquam redditus ſibi debitos, non licet abſque diſpenſatione, &c.* Hæc Paludanus.

27 Probatur ſecundò, ſeu (vt verius loquar) determinatur, & definitur concluſio. Nā legata perpetua relicta à Comitibus Tribianæ Conventui Recollectorum Victoriæ N. Ordi. Minorum, valida extitiſſe, & à Fratribus licitè ſecūdum Regulam obtineri poſſe, determinarūt Eminentiſs. Domini Cardinales Congregationis S. Conc. Trident. & ab eis approbata, & confirmata fuerunt Romę 20. Iunij, & die 13. Iulij, an. 1635. quidquid in contrariū à Carmelitis Diſcalciatis opponebatur, nō obſtante: vt refert R. P. Didacus à Zea Comiſſarius General. Curiæ vbiſupra n. 6. relatus §. 3. fol. mihi 319. & §. 6. fol. 353. qui cōtra dictos Carmel. Diſcalciatos corā dictis Emin. Cardinal. allegavit. Imò D. Vrban. 8. in Decret. *Exponi nobis*, data Rom. 27. Iulij ann. 1637. eiuſmodi legata perpetua, vt Regulæ non contraria, approbavit. Zea vbiſupra §. 6. à fol. 350. vſque ad 355.

Quod, vt melius intelligas adverte. Quod ſupradicti Comites de Tribiana in fundatione dicti Cōventus Victoriæ, reliquerunt quædā legata perpetua; exortaq; fuit cōtroverſia, ſuper prædicta fundatione; quam Carmelitæ Diſcalciati, prætenſa Fratrum Minorū incapacitate, evertere conabantur, cauſa iam deducta, ad Romanam Curiam. Allegationē iuridicam exhibuit R. P. Fr. Didacus à Zea Comiſſarius Generalis Ordinis noſtri in dicta Rom. Curia Eminentiſsimis Cardinal. Sac. Congregat. Cōcilij Trident. Qua inſpecta, maturéquè examinata, per Eminentiſs. Cardin. Sacchetum, & Pamphiliū, die 20. Iunij, cenſuerunt Victoriæ Conventus fundationē, & legata perpetua, quæ in ea, eleemoſynæ titulo relinquebantur, nihil continere, quòd Regulæ Minorū adverſaretur. Poſtea verò per eoſdem Eminentiſſ. Cardin. cauſa iterum ſacrę Congregat. propoſita, relatiſquè fundamentis, & ſolida, ſupradicti P. Zea, allegationis doctrina; totius ſacræ Congregat. decreto, ſancitum eſt die 13. Iulij Minorū ſtatui, & eorū Regulę puritati, nullatenus obſtare, quod táles fundationes, legat [illegible]

obu-

obtineant. Et die 13. Iulij an. 1635. edito ea ſuper re decreto, litem omnem extinxerunt. Deinde SS. D. Vrban. P. 8. die 21. Iulij Bullam expedivit, in qua ſacræ Congregat. decretum, fundationem, & conditiones ibidem poſitas Apoſtolicæ authoritatis firmitate roboravit, prout in lib. Regiſt. Ordinis tom. 4. in officio Commiſſariatus Generalis pro vltramõtana Familia continetur, & refert prædictus P. Zea vbi ſupra §. 6. pag. 349.

28 Neque obſtat primò, quòd dicta legata annuatim recipiantur à Fratribus: cum talis annualis receptio per modum eleemoſynæ nihil aliud ſit, quàm annualis mendicatio, quæ Minoribus non eſt ex Regula interdicta, ſed potius præcepta. Neque obſtat ſecundò, quòd ab vno talis eleemoſyna recipiatur, vel à pluribus, vt patet. Neque obſtat tertio, quòd talis eleemoſyna ſit aliquo modo certa: cum huiuſmodi certitudo non ſit civilis, & propria; ſed moralis, & impropria, quæ Minorum ſtatui minimè opponitur, vt infra num. 44. & ſect. 4. ſequenti num. 1. dicam.

29 Neque obſtat quartò, quòd ſit in teſtamento relicta: ſicut enim (vt optimè Hier. Rod. Reſol. 88. num. 10.) à dante poſſunt Fratres quotannis recipere id, quo indigent, ac illis liberaliter offertur: ita ſimiliter licebit recipere ab hærede, vel teſtamẽtario, qui nomine teſtatoris dat etiam liberaliter. *Legatum enim eſt quædam donatio à defuncto relicta, ab hærede præſtanda.* §. *Legatum*, inſtit. *de Legatis*, & L. *Regia* 1. tit. 9. part. 6. Si ergo eſt donatio, liberaliter debet ab hærede dari, vt rectè Ant. Pichardus Salmanticenſis tom. 1. ſuper inſtit. §. *Legatum* fol. 309. Myſinger. Et Borcholten ibidem. Nam qui agit de mandato alterius, ad modum mandantis, ſeu præcipientis agere cenſetur: ſicut is dicitur facere, cuius authoritate, & nomine res fit. L. *Ita tamen*. §. *Geſiſſe ff. de Adminiſtrat. tuto*. Sed teſtator liberaliter dat. Ergo hæres vice teſtatoris dans, liberaliter etiã dare cenſendus eſt; maximè, quod ex parte Fratrum nullum ius, nec civilis actio ex tali legato contra hæredem acquiritur.

30 Confirmatur, quia ſicut pauperi cuilibet licet gratuitam eleemoſynam, ſeu donationem ab aliquo recipere: ita Frater Minor (vt pauperum pauperrimus) poterit hanc liberalem eleemoſynam, ſeu donationem à teſtatore per manus hæredis, vel teſtamentarij ad-

admittere, quando neceſsitas adeſt, ad quam eleemoſynam, nullum ius, vel actionem civilem habere, certiſsimũ eſt, (ſicut etiam non habent pauperes iſtius civitatis, ſeu parochiæ, v.g. quibus ad ſingulos annos, iubet quidam in ſuo teſtamento, dare decem pro ſingulis induendis) ſed tantum ad hæredem poteſt recurrere per modum ſimplicis petitionis, ſeu repræſentationis ſuæ neceſsitatis, rogando, vt iuxta voluntatem teſtatoris illi ſuccurrat.

31 Neque obſtat 5. quòd ſit perpetua: nam, vt optimé ait Sanchez tom. 3. oper. mor. lib. 7. cap. 26. num. 57. ſiquis Deo ſe voto obligaret ad elargiendam quotannis in perpetuum certam eleemoſynã Fratribus, vel cum aliquo onere, vel etiam liberaliter, & gratis, abſque dubio teneretur, non ex aliqua obligatione, aut ex iure Minoribus inde acquiſitis, ſed ex obligatione fidelitatis, & Religionis acquiſita Deo per votum. *Et ita Fratres* (ait Sanchez vbi ſupra) *poterunt recipere eam eleemoſynam, nõ vt ſibi debitam, ſed vt debitã Deo: nec hanc eleemoſynam recipere ſine aliqua actione, aut iure, repugnat eorum mendicitati.* Hæc Sanchez ibidẽ. Ergo quòd eleemoſyna pro Anniverſarijs, Fratribus Minoribus relicta, perpetua ſit, minimè impedit, quin licitè, & abſque ſuæ profeſsionis macula recipere poſsint prædicti Minores. Vide num. 32. ſequentem.

32 Neque obſtat 6. quòd hæres teneatur implere teſtatoris voluntatem, ac per conſequens dictam eleemoſynam quotannis elargiri; quia in caſu ſupra num. 31. poſito, ſi hæredem ſuum, vovens ille, gravaret ad illam eleemoſynam quotannis Fratribus dandam, teneretur vtique hæres dare, & Fratres tuta conſcientia, & abſque ſuæ Regulę tranſgreſſione poſſent recipere, vt benè Sanchez dict. n. 57. Ergo. Et confirmatur, quia etſi teſtator non gravaret hæredem, tenebatur ille eam quotannis Fratribus elargiri, vt affirmat idem Sanchez vbi ſupra. Illud enim votum defuncti eſt reale: & ad realia vota defuncti hæres, adita hæreditate, tenetur, vt optimè prædictus Sanchez tom. 2. oper. mor. lib. 4. c. 15. n. 15. Bonacina tom. 2. circa ſecũdũ Decalogi pręceptum, diſp. 4. q. 1. pun. 5. § 2. propoſ. 2. n. 4. fol. mihi 193. & alij apud ipſos, & eſt cõmunis ſententia. Ergo ſimiliter quamvis hæres teneatur dare ſupradictam eleemoſynam pro dictis Anniverſarijs, tutò poterunt Fratres Minores recipere.

33 Nec valet quod ſubiungit Sanchez dict. cap. 26. num. 57. nimirum, quod benè poſſunt Fratres illam eleemoſynam, tanquam voto debitã, nõ tãquã legato relictã accipere, quòd illis interdictũ ſit hoc ſecundum à Pontifice (ſcilicet Clemente 5.) non primum. Hoc, inquam, non valet: imò falſum eſt, vt liquidò conſtat ex verbis Pontificis dicto §. *Cumque annui redditus*, ibi: *Cumque annui redditus inter immobilia cenſeantur à iure, ac huiuſmodi redditus obtinere, paupertati, & mendicitati repugnet, nulla dubitatio eſt; quòd prædictis Fratribus redditus quoſcumque ſicut, & poſſeſsiones, vel earum etiam vſum, cum eis non reperiatur conceſſus, recipere, vel habere, conditione conſiderata ipſorum, non licet.* Hæc Pontifex ibi.

34 Inquiro ergo nunc primò: vbi interdicit Clemens 5. in ſupradicto §. *Cumque annui redditus*, Fratribus Minoribus recipere eleemoſynam annuam perpetuam relictam teſtamento, non verò *voto debitam*? Quid reſpondendum ſit, non video. Quo ſuppoſito, inquiro ſecundò. An eleemoſyna annua, & perpetua voto debita, quam Fratres Minores ſecundum ſuam profeſſionem, ex Sanchez, poſſunt recipere, ſit redditus annuus, vel non? Si affirmat, ſuo ſe gladio percutit. Si negat, ſecum ſentio: & hanc Fratres merè eleemoſynaliter recipere poſſunt, (non vt ſibi civiliter debitam.) etiam ſi ſit eiuſmodi eleemoſyna, annua, & perpetua, & largè, & impropriè illis debita. Ergo & ſimiliter eleemoſynam teſtamento relictam, quamvis ſit annua, perpetua, & impropriè Fratribus debita, poterunt per modum eleemoſynæ recipere abſque vllo iure, & actione, vt dictum eſt.

35 Hoc concedunt omnia noſtri Ordinis Generalia ſtatuta ſupra num. 6. relata, quod noviſsimè refricatum eſt in Barchinon. Segoviæ an. 1621. recognitis, cap. 3. *De Obſervantia paupertatis* §. *De redditibus annuis* num. 2. vbi ſic ſcriptum eſt: *Declarantes inſuper, quòd ad perpetua legata quævis petenda non poſſunt Fratres ſub eadem pœna* (proprietatis ſcilicet) *recurrere, niſi humiliter, & per modum eleemoſynæ abſque allegatione alicuius debiti*. Et num. 3. *Decernitur præterea, ac præcipitur, quòd quotieſcumque relinqui contingant aliqua legata perpetua aliquibus perſonis, ſiue hoſpitalibus, vel alicui Reipublicæ, & alijs domibus, ea lege, quòd teneantur Fra-*

Digitized by Google

Fratribus præſtare ſingulis annis certam eleemoſynam, ſiue omnino gratis, ſiue vt ipſi Fratres dicant certa officia, & Miſſas, Guardianus faciat proteſtationem ei, qui teſtatoris voluntatem implere tenetur, quòd ad illas eleemoſynas nullum ius habent Fratres, &c. Hæc ibi.

36 Sed contra hanc tertiam concluſionem ſentiunt Doctores ſupra num. 5. pro prima ſententia relati, præcipuè Navarrus, & Sanchez locis ibi citatis, quorũ argumenta, quia validiora ſunt, in medium libuit proponere, vt illis ſatiſfactis, veritas noſtræ cõcluſionis magis ac magis liqueat. In primis arguit ſic Navarrus dicto lib. 3. conſil. 14. vel 8. n. 3. *Legatum huiuſmodi factum præfatis Fratribus nõ valet. Ad quod facit cap. Exijt. §. Porrò quatenus determinat, præfatos Fratres Minores nõ poſſe habere vlla bona pecuniaria, nec in communi, nec in ſpeciali, neque conſequenter ius exigendi aliquid tale, nec ius capiendi certam pecuniã, & 8. cados vini ſibi legatos. Secundò, quòd dicto cap. Exijt §. Cæterum, declaratur, præfatos Fratres non poſſe capere pecunias, neq; ipſis quæri vllã obligationem, neque actionem contra offerentem, aut dantem illas.*

37 Et num. 4. ſic ait: *Præfato autem §. Cæterum, ſolùm Fratribus permittitur recurſus pro neceſsitatibus præteritis, vel præſentibus, ingruentibus, vt patet in eo, & Fratres, quibus legata fuerunt præfata in caſu noſtro, recurrunt ad accipiendam illam pecuniam, & cados vini, tanquam ad obligatum ad ea danda, etiamſi nulla neceſsitas præterita, nec præſens ea requirat, &c.*

38 Et num. 5. *Quartò, quòd legatum factum præfatis Fratribus de vinea, vt eam colãt, & fructus percipiant, vel de domo, vt eam locent, & penſionem accipiant, non valet, vt dictum cap. Exijt, §. Ad hæc. Ergo à fortiori non valebit legatum, quo gravatur hæres, vt det eis quotannis, vel quolibet menſe certam pecuniam, vel certos cados vini: cum certior redditus ſit huius legati, quàm illius; nam hoc nullam ferè curam, laborem, aut impenſam requirit, illud autem ſic.*

39 Et num. 7. *In noſtro caſu* (inquit) *præfati Fratres accipiunt prædicta legata, ſibi à præfato* Collegio *debita, & nõ pro neceſsitate præterita, neq; præſenti, pro dicendis certis diuinis officiis, ſine alio ad neceſsitates reſpectu. Item recipiunt illa, vti quoſdam*

 red-

redditus annuos ad finem di-cẽdi certa divina officia, quod ſibi non licere declarat præfa-ta Clem. Exivi, §. Cumque an-nui redditus. Hæc omnia ad literam Navarrus.

40 Sed his minimè obſtã-tibus (Salva pace tanti viri) cõ-trarium iudico omnino verũ, & ad ſingula argumenta reſ-pondeo. Ad primũ nego eius modi legatum non valere. Si-militer nego quòd cap. *Exijt* facit ad hoc, quòd dictũ lega-tum (vt declaratum eſt n. 4. & 5.) nõ poſsint Fratres Mino-res recipere, vt ſatis conſtat ex dictis à n. 18. vſque ad n. 35. Ad ſecundũ ſimiliter reſ-pondeo. Ad tertium declarã-do priorem partem, cõcedo: permittitur Fratribus recurſus pro neceſsitatibus præteritis, vel præſentibus, vel imminẽ-tibus, vt cõſtat ibi. Ad id, quod dicitur, ſcilicet, quòd recurrũt Fratres ad accipiendum illud legatũ, tamquã ad obligatum, nego, & dato quòd ſic accede-rent, nihil contra ſuum ſtatũ, aut profeſsionem facerent, vt patet ex dictis ſupra n. 32. & 33. Quòd autem nullam ne-ceſsitatẽ præteritam, nec pre-ſentem habeant, nihil refert, ſi tamen imminens neceſsitas adſit, vt latius ſupra Contro-verſ. 12. & 13. Ibi videa-tur.

41 Ad Quartum Reſpon-deo concedendo antecedens, & negando conſequentiã: fal-ſa enim eſt, vt liquet ex dictis n. 32. & 33. Ad id, quod addit: nimirũ, quòd *certior eſt red-ditus huius legati, quã illius*, dico quod ſupponit falſum di-cẽdo, quòd receptio huius le-gati eſt redditus. Hoc, inquã, non eſt verum, cum non ſit, niſi eleemoſyna annua abſque vlla prorſus obligatione ex parte Fratrum: vt patet ex di-ctis ſupra à n. 26. vſque ad 29. & alibi. Ad 5. Reſpondeo eo-dem modo, quoad tertium. Quibus addo, quòd ſi nulla ne-ceſsitate præterita, nimirum, præſenti, vel imminenti, la-borant Fratres, nullo modo poſſunt hoc legatum, ſicut ne-que quãmcumque aliam elee-moſynam, etiam non pecunia-riam, recipere. Sed hoc nõ eſt ad intentum. Quòd vero illum recipiãt, vti redditus annuos, falſum eſt, vt toties dictũ eſt. Neq; recipere huiuſmodi an-nuã eleemoſynam prohibuit Clemens 5. dict. §. *Cũque an-nui redditus*, vt abunde cõſtat ex dictis à n. 18. vſque ad 24.

42 Præterea corrobora-tur noſtra cõcluſio ex argumẽ-to ad hominẽ cõtra Navarrũ, qui in Enchirid. tract. de Ora-tion. cap. 5. n. 3. & dict. conſ. 14. vel 8. n. 9. & 10 affirmat, quod *hæredes teſtatoris in Mo-naſterijs Fratum Minorum inſti-*

Digitized by Google

inſtituentis capellanias, tenẽtur mandare dicere Miſſas, & celebrare divina Officia, ad quæ teſtator intendebat obligare eoſdem Fratres in illis Eccleſijs & altaribus, in quibus præfatus teſtator iuſsit, vt celebrarẽtur: quia divina officia debent celebrari in illa Eccleſia, vel loco, in quibus iuſſa ſunt celebrari, & per conſequens, quod tenentur ſolvere ſtipendia relicta pro ea celebratione, ſed non ipſis Fratribus, ſed alijs Sacerdotibus, vel ſæcularibus, vel Regularibus. Hæc Nav. Sed contra hoc eſt, quòd ſi hæredes tenẽtur ſolvere ſtipendia & celebrare facere divina officia in locis Fratum ſecundum mandatum teſtatoris, certè ego non video, qua ratione poſsit negari, ipſos Fratres poſſe per modum eleemoſynæ dicta ſtipendia recipere, etiam ſi hæres teneatur dare, vt dixi ſupra n. 32. & 33. Quibus addo, quod licitè poſſunt Fratres recipere, ſicut quando petunt eleemoſynam ab eo, qui tenetur illam dare ratione ſuperfluitatis, poſſunt ipſam recipere, licèt debitam, vt optimè adnotauit Emman. Rod. dict. quæſtion. 126. (vel 127.) artic. 4.

43 Arguit etiam Sanchez contra ſupradictam tertiam concluſionem tract. 3. oper. mor. libr. 7. cap. 26. n. 44. *Huiuſmodi legati* (inquit) *Fratres Minores non ſunt capaces: quia hoc legatum eſt verè annuorum redditũm, & perpetuum, tollitque omnino Fratrum mendicitatem, cum id in victu, & veſtitu eorum expendendum ſit. Vnde verè eſt legatum annuum Fratribus factum pro victu & veſtitu ergo* &c. Ita Sanchez, & Adverſarij, adduntquè, huiuſmodi legatum prohibitum eſſe à Clemente 5. dict. §. *Cumque annui redditus.*

44 Reſpondeo negando antecedens: quia hoc legatum non eſt annuorũ reddituum, ſed potius, & in rigore annuarum eleemoſynarum, atque ita non repugnat ſtatui Fratũ Minorum, vt dictum eſt ſupra n. 3. 26. &c. Neque obſtat quòd ſit perpetuum, vt patet ſupra n. 31. Et quamvis ſit pro victu & veſtitu Fratrum, non tollit illorum mendicitatem, ſed ſublevat. Vnde in receptione talis legati, vel etiam petitione, per modum ſimplicis eleemoſynæ (vt dictum eſt) non tollitur mendicitas, ſed potius exercetur. Petunt enim Fratres abſque vllo iure, vel recipiunt eleemoſynam relictam à teſtatore, moraliter tantum certam, non civiliter.

Quæ certitudo moralis (quæ alio nomine appellatur larga, & impropria) non adverſatur Fratrum Minorum mendicitati, vt optimè adnotavit Bart. lib. 2. Minoricarum diſt. 7. cap.2. num. 38. & 39. (cuius verba dabo ſect. ſequẽti n. 1.) quem ſequuntur Serena conſciẽtia quæſt. penultima lit. Z. Cord. in cap.6. Reg. q.5. pun. 3. & q. 11. pun. 4 fin. Polit. in cap.6. num. 2. & ipſe Sanchez dict. cap.26. num. 58. & cæteri communiter. Vide quæ diximus à num. 28. vſque ad 35. Denique quòd huiuſmodi legatum non ſit prohibitum à Clemente 5. dicto §. *Cumque annui redditus*, ſatis cõſtat ex dictis à num. 13.

Legatum annuum pro fabrica Eccleſia licet. 45. Petes primò: An legatum annuum relictum pro Fabrica Eccleſię Fratrum Minorum, ſeu ad cultum divinum, vti pro cera, vino, oleo, & veſtimentis ad celebrationem Miſſarum, ſit validum, & poſſit à Fratribus licitè recipi, etiam in perpetuum? Reſpondeo affirmativè. Et ratio eſt, quia hoc non relinquitur Fratribus, nec eorum cuipiam ad victum, vel veſtitum: nec per ipſum tollitur mendicitas in Regula præcepta, neque eſt aliquis exceſſus, aut fraus, vt patet. Ita tenent Federicus citatus à Cord. hic q. 11. pun. 3. §. *Si quæratur*, Sylu. verbo *Legatum* 2. q. 4. Navarr. lib. 3. Conſ. tit. de Teſtamen. conſ. 13. aliàs. 9. Rod. tom. 2. qq. Reg. q. 126. (aliàs 127.) art. 5. Cord. vbi ſupra Pol t. hic num. 71. Sorbus in comp. Mend. verbo *Legatũ*, §. *Idem dicendum eſt*. Sanchez tom 3. oper. mor. lib. 7. cap. 26. num. 43. Bonacina tom. 2. Sum. diſp. 3. de contract. q. 17. pun. 3. num. 3. fol. 517. Villalobos 2. p. Sum. tract. 35. diffic. 33 num. 6. Hier. Rod. Reſol. 88. num. 20. Mart. à S. Ioſ. in 2. impr. cap. 13. num. 33. & alij apud ipſos.

46. Advertit tamen (optimè quidem) Cord. hoc eſſe verum, dummodò non per viã obligationis civilis Fratres dicta legata petant, aut recipiãt, neque vllum ius, aut civilem actionem prætendant; ſed humiliter, & eleemoſynaliter recipiant.

47. Petes ſecundò: An licitum ſit legatum annuum, & perpetuum, relictum in ſingulari Fratri Minoritæ pro emẽdis libris, & alijs ſuis particularibus neceſſitatibus? Negat firmiſſimè Portel. in dubia Regulæ verbo *Legatum*, in Addit. num. 3. & verbo *Teſtamentum* toto num. 8. & ibid. in tota Addit. & alij plures. Affirmant verò Emman. Rod. tom. 3. qq. Reg. q. 67. art. 8. Sanch. lib. 7. *Decalogi* cap. 26. *Legatum relictum ſingulari Fratri licet.*

num.

num. 40. Villalob. 2. p. vbi ſupra num. 7. Hier. Rod. Reſol. 88. toto num. 10. cum alijs apud ipſos. Quod ego puto verum, ſi nullum ius, aut civilis actio prætendatur, ſed humiliter, & eleemoſynaliter recipiatur, de licentia Superioris, & facta proteſtatione, vt habetur expreſsè in ſtatutis Generalibus Tolet. ann. 1583. Barchinon. Segoviæ recognitis ann. 1621. cap. 3. de Obſervantia paupertatis, §. *De redditibus annuis*, n. 5.

48 Petes tertiò: An Guardianus ex horto Conventus, qui eſt in vſu, & cultura Fratrum, poſsit de meſſe hordeacea intra ſepta collecta facere trituram, & collectum hordeũ ſervare pro iumẽto, quod pro ſervitio habetur Conventus? Item: An ex vitibus intra Cõventus ſepta exiſtentibus, poſſit colligere vinum pro Fratrum proviſione ad bibẽdum, vuas premendo in torculari? Doctus Pater Portel. affirmativè reſpondet in dub. Reg. verbo *Redditus annuales* per totum, & addit: *Neque in aliquo illorum Guardianum contraire declarationibus Põtificijs, vel Regulæ puritati, dummodo prædicta ſiant, & colligantur ex horto ordinario Conventus, non de aliquo horto extra Conventum, quem Guardianus forte agricolis colendum tradit.* Hæc Portelius.

49 Probatur primò, quia Clemens 5. Clementina *Exivi*, cap 8 §. *Licet vero*, determinat, quòd *habere hortos aliquos, vt colantur, ac olera, & alia hortalitia pretio diſtrahantur, & vineas, repugnat ſuæ Regulæ, & Ordinis puritati.* Sic, ibi. In quibus verbis ſolùm prohibet haberi hortos, vel vineas, vt ex illis collecta pretio vendantur. Ergo ſi prædicta non colliguntur, vt vendantur, ſed vt ſerventur pro Conventus neceſsitatibus, nullomodo Fratribus prohibentur.

50 Secundò probatur, quia extat particularis conceſsio Greg. 13. in Bullario Rod. fol. 1103. col. 1. num. 5. (aliàs fol. 435. col. 2. num. 5.) vbi ſic conceditur: *Quod cum aliqui Conventus noſtri, præſertim ex illis, qui fuerunt Amadeorum, & Clarenorum, habent vineas intra ſepta Conventuum, ex quibus colligunt ſingulis annis vinum, quod non videtur cõvenire puritati Regulæ, & profeſsionis noſtræ, poſsimus illas tenere, & illis vti pro ſerenitate conſciẽtiæ, &c.* Hucuſq; Portel. ex Gregorij 13 conceſsione. Diminutè tamen: quapropter addo ex ſupradicto Bullario ſequentia verba: *Quia ſic diſpẽſavit,*

Digitized by Google

& benignè conceſsit. Hæc ibi, quæ omiſſa ſunt à Patre Portel. Quo fine, ignoro. *Et ibidem* (ſubiūgit Portel.) §. *Statim ſequenti cōceditur in hunc modum, quòd Syndicus poſsit vendere fœnum, quod colligitur in pratis noſtris, & convertere pretium in alias res, Conventibus, & Fratribus neceſſarias.* Ecce clarè conceditur, vt poſsint Minoritæ facere vinum ex hortis, ſeu vineis, quas poſsident. Hęc Portel. Addo ego: ecce clarè diſpenſatur in voto paupertatis Minorum, vt liquet manifeſtè ex vltimis verbis primæ conceſsionis, à Patre Portel omiſſis, nimirum, *Quia ſic diſpenſavit, &c.* Tertiò probat Portel, quia conſtat, Minoritas colligere ex aliquibus hortis fabas ſiccas, ſepas, allia, & ſimilia, quæ ſervant pro victu ferè totius anni abſque aliquo ſcrupulo. Ergo ſimiliter poterunt colligere hordeum, & vinum, vt dictum eſt.

51 Sed his minimè obſtātibus, contrariam ſententiam omninò veram, & tenendam judico, nimirū, non poſſe Fratres Minores abſque ſuæ profeſsionis macula, ſeu Regulæ tranſgreſsione (niſi diſpenſetur in voto paupertatis) colligere vinum ad proviſionem ex vineis, etiam intra Conventus exiſtentibus, neque hordeum per trituram, vt dictum eſt, num. 48. Ita ſtatutum eſt in Capitulo Gen. Aſsiſ. an. 1304. ſub Gundiſalvo Miniſtro Generali, vt Ann. Min. 3. tom. hoc anno num. 13. ibi: *Strictè etiam præcepit, vt vineæ, ex quibus vinum colligebatur, in vſum Fratrum, vel vt venderetur, omninò demolirentur, vel alienarentur.* Hæc ibi. Quæ ſtatuta ſunt in dict. Capitulo Gen. præſidente Cardinali Ioanne de Murro, quòndam Miniſtro General. Quod ſtatutum refricatum fuit in alijs Capitulis Generalibus, & præſertim à tempore Leonis 10. (ſub quo facta fuit vniverſalis reformatio totius Ordinis ſecundum Regulæ puram obſervantiam cum titulo Fratrum Minorum de Obſervantia, vt conſtabit ex dicēdis infra Controv. 21. ſect 3.) ita ſtatutum eſt in Capitulo Generali Burg. ann. 1523. ſub R. P. Fr. Franciſco de Angelis Generali Miniſtro. Et in Capitulo Generali Tholoſan. an. 1532. vt affirmat Author ſpeculi Fratrum Minorū, fol. mihi 95. in præfatiuncula ad definitiones tabularum Capitulorum General. Quam definitionem ponit fol 97. § 7. & noviſsimè refricatum dictū ſtatum fuit in Capitulo Gen. Rom. ann. 1625. & vnà cum cæteris hujus Capituli ſtatutis appro-

approbatum, & confirmatum à Sanctiſsimo D. Vrbano 8. vt patet in huius Capituli tabula. Subſcribunt Vener. P. Gilbertus Nicolai in tract. decem plagarum plaga 6. Alvarus expreſſiſsimè lib. 2. de Plantu Eccleſiæ art. 67. poſt med. fol. 221. col. 1. poſt med. Cord. hîc q. 10. pun. 2. §. *Habere* fin. & pun. 3. in principio, ibi Navarrus in margine, Manuale cap. 18. poſt med. Manipulus Fratrum Minorum cap. 21. n. 36. Sãchez tom. 3. oper. mor. lib. 7. cap. 26. num. 19 Ximenez in ſecunda impr. cap. 3. in Reg. q. 6. in reſponſione ad pun. 6. num. 73. (ibidẽ Doctus Ioan. de Iribarne, & alij) vbi etiam affirmat, hanc ſentẽtiam definitam eſſe in Cõgregatione Gen. Segov. an. 1621. Tenet etiam Mart. à S. Ioſ. in 2. impr. cap. 13. n. 16. & eſt communis ſententia.

Habere vineas ad colligẽdũ vinũ, nõ licet.

52 Prima concl. Habere vineas ad colligendũ vinum pro Fratrum proviſione ad bibendum & hordeũ per trituratã, (vt iam dixi) repugnat Regulæ, ac paupertati Fratrũ Minorum. Probatur primò, quia ſupradictæ proviſiones, quamvis non ſint redditus formales, ſunt tamen redditus virtuales, vt optimè notarunt Ven. P. Gilbertus Nicolai, & Cord. vbi ſupra: & qui illos habet, vſum verum poſſeſsionũ habet; necnon & certũ vſum aliquãrum hæreditatum illas colendo, ſeminãdo, fructus earũ metendo, & in horrea congregando. Quæ quàm aliena ſunt à mente Seraphici P. N. & Regulæ paupertate, nemo dubitat, & Pontifices paſsim in ſuis declarationibus dicunt.

53 Vt liquet ex Nic. 3. c. *Exijt*, art. 2. §. *Porrò*, verſ. *Nec quiſquã*, ibi: *Sic enim ſe ipſos cõmittunt divinæ providentiæ, &c.* & art. 3. §. *Ad hæc cũ Fratres*, verſ. *Inſuper nec vtẽſilia*, & art. 5. §. *Adhæc quia Fratrib⁹*, ibi: *Vt ſi legaret Fratribus vineã, vel agrũ ad excolendũ*. Et ex Clem. 5. *Exivi* c. 6. §. *Cumq; annui*, ibi: *Redditus quoſcumq; ſicut & poſſeſsiones, vel etiã eorũ vſum, &c.* & c. 9. §. *Rurſus*, ibi: *Cũ prædictus Sanctus, tã exẽplis vitæ, quã verbis Regulæ oſtenderit ſe velle, quòd Fratres ſui & Filij divinæ providẽtiæ innitentes ſuos in Deum iacerent cogitatus, qui volucres Cœli paſcit, quæ non congregant in horrea, nec ſeminãt, nec metunt, &c.* Hæc ibi.

54 Secũdò probatur ex dicto cap. *Exijt*, art. 5. §. *Adhæc quia Fratrib⁹*, vbi expreſsè deciditur, *quòd ſi quis legaret Fratribus Minoribus agrũ, vel vineam ad excolendũ, quòd tale legatum repugnat ſtatui, ac profeſsioni eorum: quapropter*

per

per omnem modũ debent Fratres à tali legato, & eius receptione abſtinere. Ergo ſi legatum vineæ, vel agri ad excolendum, opponitur paupertati Minorum; ita quòd non licet Fratribus recipere, eorum conditione inſpecta, neque etiam licebit habere vineas ad excolendum. Minus vtique licet habere, quod nullomodo licet recipere, abſque voti paupertatis violatione.

55 Et confirmatur, & vt magis declaretur, fac ita eſſe, quod vinea, quę legatur ad excolendum, ſit contigua Fratrum Conventui, & teſtator exprimat, quòd in ipſo Conventu includatur, & Fratres illam recipiant, hac conditione; vt excolant; inquiro nunc: An modus iſtius legati ſit ſtatui Fratrum congruus? Certè non, quia quando legatur vinea ad excolendum extra Cõventus ſepta; huiuſmodi legatum opponitur Minorũ paupertati, quæ nihil debet habere fixum, nec etiam poſſeſsiones, vel earum vſum. Ergo ſimiliter: imò potiori ratione, ſi legaretur ea conditione, vt intra Conventus ſepta eam vineam Fratres excolerent, ſeminarent, fructus eius meterent, &c. Ex quibus fit conſequens, quòd Fratres minimè poſſunt habere vineas ad excolendum intra, vel extra ſepta Conventus.

56 Tertiò probatur concluſio ex conceſsione Gregorij 13. integre relata à Rod. vbi ſupra, (& ſi diminutè à Portel. vt patet ſupra n. 50.) ibi: *Quòd cum aliqui Conventus noſtri habent vineas intra ſepta Conventuum, ex quibus colligunt ſingulis annis vinum, quod non videtur convenire puritati Regulæ, & profeſsionis noſtræ, poſsimus illis vti pro ſerenitate conſcientiæ: quia ſic diſpenſavit, & benignè conceſsit*. Hæc ibi. Ex quibus quinque liquent. Primò, quòd aliqui Conventus habebant vineas intra ſepta eorum, ex quibus colligebant vinum ſingulis annis. Secundò, quòd hoc non conveniebat puritati Regulæ. Tertiò, quòd ſupplicatum fuit D. Greg. 13. quod Fratribus pro ſerenitate conſcientiæ concederet facultatem illis vtendi. Quartò, quòd huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus, hoc benignè conceſsit. Quintò, quòd ſic concedendo, in voto paupertatis, ac profeſsionis noſtrę diſpenſavit. Ergo.

57 Secunda cõcluſio. Vendere olera, vel hortalitia, quæ colliguntur in hortis Fratrum Minorum, directè repugnat eorum Regulæ, & paupertati, vt expreſsè declaravit Cle- *Syndicus nõ poteſt vendere hortalitia.*

mens

mens 5.dict.§.*Licet verò*,ibi: *Habere tamē hortos aliquos, vt colantur,ac olera, & alia hortalitia pretio diſtrahantur, repugnat ſuæ Regulæ, & Ordinis puritati*. Hæc ibi. Quod etiam expreſsè concedit Portel,vt patet ſupra num. 49. Ergo ſimiliter vendere fœnum,quod colligitur in portis noſtris(quæ eſt ſecunda conceſsio Gregorij 13. relata, & approbata à Portel vbi ſupra) ex ſe erit contra Regulam, & Ordinis puritatē. Dixi: *Ex ſe*: quia ex diſpenſatione Sum. Pontificis(qui eſt ſuper Regulam) benè poterit Syndicus dictum fœnum vendere.

Cōceſsionib. Gregor. 13. non licet vti.

58 Tertia cōcluſio. Dictis duabus Gregorij 13. conceſſionibus, nullus Conventus Regularis Obſervantię poteſt licitè vti. Probo primò, quia huiuſmodi conceſsiones ſunt voti paupertatis, & Regulæ diſpenſationes, vt patet liquidò ſupra num. 50. 56. & 57. Ergo non poſſunt Regularis Obſervantiæ Fratres licitè illis vti, vt habet in ſimili, & rectè probat Portel vbi ſupra verbo *Legatum*, num. 2. in Addit. §. *Ego verò*. *Nam in Capitulo Generali Tolet. an. 1606.* (ait Portel) *totum Capitulum renunciavit omnibus conceſsionibus Pōtificijs, quæ repugnarent puritati noſtræ Regulæ, & præcepit, vt ad vnguem ſervarentur declarationes Regulæ Nicol. 3. & Clem. 5.* Hæc Portel.

59 Adde, & tu,quod hoc ipſum ſtatutum eſt in Capitulo Generali Rom.ann. 1625. & noviſsimè in Capitulo Generali Tolet. an. 1633. vt iam dixi Controv. 3. proœm. ſect. 3. à n. 5. vſquè ad 9. & infra etiam habetur Controv. 22. ſect. 4. num. 3. & 4. *At poteſt Generalis in Capitulo Generali* (vt ipſe Portel notat vbi ſupra verbo *Generalis n.* 5.) *cum maiori parte Capituli declarare, vtrum conveniat vti aliqua conceſsione Papali, aut Oraculo viuæ vocis conceſſo, & tali declarationi ſtare debet tota Religio*. Hæc Portel. Ergo in noſtra Obſervantia minimè poſſunt admitti ſupradicta viuę vocis Oracula Gregorij 13. cum illa ſint diſpenſationes voti paupertatis in Regula promiſſæ, & omnibus diſpenſationibus renuntient tot Capitula Generalia.

60 Rurſus, quia dictæ cōceſsiones ſunt Oracula viuæ vocis: ſed D. Vrbanus 8. in Bulla *Sacroſanctum Apoſtolatus*, anno 1625. & ſui Pont. 3. revocavit, & annullavit omnia privilegia, conceſsiones, &c. ſiue motu proprio, ſiue viuæ vocis Oraculo conceſſa, quæ puritati Regulæ, aut decla-

clarationibus Nicol.3.& Clemen.5. quomodolibet adverſantur, vt ex dictis in citatis Controv.3.& 22. liquidò cõſtat. Ergo.

61 Notanter dixi: *Sunt Oracula viuæ vocis, & revocata eſſe, & annullata omnia huiuſmodi Oracula, quæ quomodolibet puritati Regulæ adverſantur*: quia ex doctrina, quam tradit Portel vbi ſupra verbo, *Viuæ vocis Oracula*, num.3. conſtat, *quòd tantam vim habet conceſsio facta viuæ vocis Oraculo, quòd ſi Papa ſubſequens revocet privilegia conceſſa Religioſis, vel alijs perſonis, & non exprimat ſe revocare etiam conceſſa viuæ vocis Oraculo, iſta non revocat, nec cenſendus eſt revocare*. Hæc Portel.

62 Ex dictis patet ſolutio ad argumenta Portel. Ad primum dico, quòd colligere vinum, vel hordeum (vt dictum eſt) repugnat declarationibus Pontificijs, ac Regulæ puritati, vt liquet ſupra à num. 52. vſque ad 56. Ad ſecundum illas conceſsiones Gregorij 13. eſſe diſpenſationes voti paupertatis, vt probatum eſt ſupra num. 50. & 56. & in ipſis conceſsionibus expreſsè habetur. Ad tertium dico, diverſiſſimum eſſe colligere vinũ ex vitibus ad bibendum, ac hortalitia, & olera, vel ex vitibus vuas ſimpliciter: quia primum repugnat paupertati, atque ita prohibitum eſt, tum à Pontificibus, tum ab omnibus Capitulis Generalibus, tum etiam à conſuetudine Religionis, vt liquet ex omnibus Conventibus: imò & Provintijs reformatis, ſeu Obſervantiæ Regularis. Quod clariſsimè patet ex ſupplicatione facta Gregor. 13. ibi: *Quod cum aliqui Conventus noſtri habeant vineas, &c. Aliqui* (dicit) *Conventus*, non omnes; imò nec plures. Quod ego firmiter credo.

63 Et probè ſcio, ſemper in hac alma Provintia Caſtellę firmiter interdictas eſſe huiuſmodi collectiones vini ad bibendum, & hordei per trituram. Et ita expreſsè in ſacræ huius Provinciæ ſtatutis cap. 3. num. 4. habetur prohibitũ. Colligere verò vuas ex vitibus ad comedendum, vel fabas ſiccas, ſepas, &c. non modò Regulæ puritati non contradicit; (vt expreſsè Hugo in cap. 4. Regulæ art. 6. & ipſe Portel affirmant, eſtquè communis ſententia omnium Expoſitorum, & praxis communis Religionis) verùm neque interdictum eſt à Summ. Pontificibus; quin potius à Clemente 5. Clementina *Exivi*, cap. 8. §. *Licèt verò conceſſum*, ibi: *Licèt verò non ſolùm*

ſit

*ſit licitum, ſed & multum cō-
ueniens rationi, quòd Fra-
tres, qui in laborious ſpiritua
libus orationis, & ſtudij ſedu-
lò occupātur, hortos, & areas
habeant competentes ad recol-
lectionem, vel recreationem
ſui: necnon ad habenda neceſ-
ſaria hortalitia pro ſe ipſis,
&c.* Hæc ibi.

SECTIO IIII.

*An legatum annuæ eleemoſy-
næ, quæ pro Anniuerſarijs
Fratribus Minoribus à te-
ſtatore relinquitur, licèt ab
eis non poſsit peti in iudicio,
vt debitum, teneatur hæres,
ſaltem in foro conſcien-
tiæ, ad id ſoluendum
quotannis?*

Obligatio duplex propria, & impropria.

1 PRo clariori intelligentia notandum eſt cum Bart lib 2. Minoricarum, diſt. 7. cap. 2. num. 38. obligationem poſſe dupliciter conſiderari. *Primo modò propriè, & ſtrictè, prout eſt iuris vinculum, quo quis ex neceſsitate aſtringitur. Inſtit. de obligationibus in principio, & hoc modò requiritur, quòd ſint duo, vnus qui tenetur, & eſt obligatus. Alius cui, & habet obligationē, vt ff. de Accept. L. 1. & ibi not. per Gloſſ. Et hoc modo ſumēdo, hæres, vel alius, à quo legatum relinquitur, non eſt obligatus Fratribus: & Fratres ipſi propter paupertatem vitæ, & Regulæ eorum, neminem tenent obligatum, vt ſupradictum eſt. Secundò modo poteſt ſumi obligatio largè, & impropriè ex quadam æquitate, in qua quis in ſe ipſo tenetur ad dandum aliquid, vel ad faciendum, & ad hoc ipſe videt ſe obligatum, licèt à nemine teneatur: & iſta talis æquitas parit officium iudicis, vt L. Quintus de Annuis legat, & L. Hæreditas, & de Pe. hære. & iſto modo hæres, vel alius, à quo eſt aliquid relictum poteſt dici obligatus, & per hoc competit officium Iudicis.* Hæc Bart. Vide Sanchez vbi infra. Quem modum dicendi referunt, & approbant Serena conſcientia. q. penult. alphabetic. lit. Z. Cord. hic q 5. pun. 3. & ibi in marg. Navarr. & iterum Cord. hic q. 11. pun. 4. fine Polit. hic n. 25. Sanchez tom. 3. oper. Mor. lib. 7. cap. 26. num. 58. Ximenez hic num. 22. & 23. Mirand. in prima impr. cap. 85. & in ſecunda cap. 63. diffic 3. & alij communiter.

2 Quo ſuppoſito duę ſunt in hac re extremæ ſententiæ. Prima affirmat hæredem, vel quemcumque alium gravatum à teſtatore non teneri in foro conſcientiæ, implere teſtatoris volnntatē, ſolvendo quantita-

Digitized by Google

titatem illam quotannis Fratribus Minoribus. Cùm huiuſmodi legatum ſit prorſus nullum, & inutile. Ita docent. Bart. tract. Minoricar. lib. 2. diſt. 6. cap. 1. num. 32. & 33. Abbas cap. *In præſentia* num. 63. de Probation. & cap. *Nimis*, el 2. num. 2. de Exceſſibus Prælatorũ. Bald. Authen. Ingreſsi. in noua edit. n. 59. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Roſel. in Sum. Verbo Legatũ num. 19. & 20. Navarr. lib. 3. Conſ. tit. de Teſtam. in 1. edit. conſil. 14. n. 8. in ſecũda conſ. 8 n 8. & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez vbi ſupra dict. cap. 26. n. 49. Politius hic n. 64. Ximenez ibid. n. 26. Sed Bart. generaliter loquitur de annuis redditibus, qui optimè probat ex Clementina *Exivi* §. *Cumq; annui redditus*, Fratribus Minoribus, hos nõ poſſe legari. Vnde male citatur à Sãchez pro anniverſarijs, &c. Eademquè eſt mens Abbatis, & Baldi, idcircò non refragãtur 2. ſent. quæ eſt vt ſequitur.

3 Secunda ſentẽtia docet, hæredẽ, vel quemcumq; aliũ gravatum à teſtatore, teneri in foro conſcientiæ implere teſtatoris voluntatem; (ſolvendo quotannis quantitatem illam Minoribus) non propria, & ſtricta obligatione, ſed larga, & impropria vt ſupra n. 1. ex Bart. explicatum eſt, Ita docent S. Antonin. 3. p. Theolog. tit. cap. 1. §. 12. Not. 9. Palud. citatus à S. Ant. ibid. Angel. in Sum. verbo *Legatũ* 1. num. 5. Tabiena ibid. q. 4. num. 5. Sylu. verbo *Legatum*, 2. q 3. dict. 3. Cord. in Reg. cap. 6. q. 11. pun 4. §. *Secundum in hoc*, & §. *Quodſi ad prædicta*, (vnde male citatur à Sanchez vbi ſupra pro contraria ſentẽtia) & ibi in margine Navarr. Verba Cord. dict. §. *Secũdũ in hoc*, ſunt ſequẽtia. *Per modum enim elemoſynæ benè licitum eſt, perpetua legata petere, aut ad ea recurrere, quantumcumque perpetua legata ſint, ſicut & ad aliam eleemoſynam pecuniariã, aut non pecuniariam.* Hæc Corduba. Et clarius ibid. dict. §. *Quodſi ad prædicta*, cuius verba, brevitatis gratia omitto. Ovand. in 4. ſent. Additione ad diſt. 38. devoto, Propoſitione 19. Rod. tom. 2. qq. Reg. q. 126. art. 4. Rouſerius, & Auctor Manualis, citati à Siguẽza vbi infra. Suarez de Religione tom. 3. lib. 8. de Paupertate cap. 17. num. 32. eleganter quidèm, & alij apud ipſum. Miranda ſuper Reg. in prima edit. cap. 86. diffi. 4. §. *Pero ſin embargo*, & in ſecũda cap. 63. diffic. 10. §. *Pero ſin embargo*. Ioanetin in Memorial. præceptorum noſtræ Regulæ ad Greg. 15. circa finem §. *Digo-*

lo

Digitized by Google

lo ſexto, num. 6. &; §. *Digolo ſeptimo*. num. 7. à fol. 139. vſque ad 144. Siguenza cap. 6. in Reg tex. 1. §. 23. fol. 179. col. 2. Villalobos 2. p. Sum. tract. 35. diffic. 33. & quædam Gloſſa ſuper Clementina *Exivi*, §. *Cumque annui redditus*, vt ipſemet Villalobos affirmat dict. diffic. 33. n. 3. Hier. Rod. Reſol. 88. n. 10. & nouiſsimè Pater Michael Rod. à Valhermoſo ſupremæ Inquiſitionis Qualificator, amãtiſsimus Cõdiſcipulus meus, in Apologet. pro huiuſmodi legatis: favetque huic ſententię Lara. L. *Si quis à liberis*, §. *Vtrùm*, n. 14. ff. de Liber. agnoſced. vt ait Sãchez dict. cap. 26. num. 48. & idem Sanchez ibidẽ illã reputat probabilem, & Martin. à S. Ioſeph. dict. cap. 38. in Reg. num. 38. probabiliorem, & ego omninò veram.

4 Sit prima concluſio. Supradictum legatum eſt validũ. Ita docent omnes Authores citati pro ſecunda ſententia. Patet huius concluſionis veritas ex ſect. 3. proximè præterita, num. 6. & à num. 13. vſq; ad 44. Idcircò brevitatis gratia, alijs probationibus ſuperſedeo.

5 Sed contra arguit Nau. vbi ſupra num. 2. relatus, quia relictum incapaci à teſtatore, pro non ſcripto habetur in iure L. *Si in metall. ff. de his*, *quæ pro non ſcriptis habentur*. Ergo.

6 Reſpondeo primò, cum Rodrig. vbi ſupra, quòd dictũ argumentum non vrget, cum iura ſupra dicta loquantur de incapacibus ratione alicuius delicti ab ipſis commiſsi, vt ſunt in metallum damnati. At Fratres Minores non ſunt incapaces ratione alicuius delicti ab ipſis commiſsi, ſed ratione ſtatus Regularis ab ipſis propter Deum aſſumpti, quos non debemus ita rigoroſè tractare: maximè, cùm iura prædicta civilia, rigoroſè ſe habentia contra damnatos in metallũ, non prohibeant ipſis aliquid pro alimentis annuatim relinqui. Reſpõdeo ſecundo, quòd ipſi Fratres Minores ſupradicti legati annuæ eleemoſynæ pro anniverſarijs non ſunt incapaces, vtpotè, quia nullo modo repugnat ſuæ Regulæ, vt patet ex dictis ſupra ſectione 3.

2 Secunda concluſio. Hæres, vel quicumque alius gravatus à teſtatore, tenetur in foro conſcientiæ implere teſtatoris voluntatẽ, ſolvẽdo quotannis quantitatem illam Fratribus Minoribus, non propria, & ſtricta obligatione, ſed larga, & impropria, vt declaratum eſt ſupra num. 1. Ita omnes Authores citati pro ſecũda ſentẽtia ſupra n. 3. Probo hanc *Hæres tenetur dare Fratri b. eleemo ſynã. &c.*

hanc ſecundam concluſionem. Primò, quia benè ſtat, quempiam nullum prorſus ius habere ad aliquam rem, & conſequenter alterum non eſſe illi obligatum, & tamen hunc eſſe obligatum reſpectu alterius, vt patet in voto, quo quis ſoli Deo promiſit certam eleemoſynam elargiturum xenodochio: *Tunc enim ſecundum communiorem, & veriorem opinionem* (ait Sanchez dict. cap. 26. num. 48.) *nullatenus obligatur xenodochio, vtpotè, quod ex illo voto nullum ius in re, vel ad rem acquirat: at obligatur reſpectu Dei, cui ſoli ex illo voto acquiſita eſt obligatio ad ſolvendum illam eleemoſynam xenodochio.* Ergo ſimiliter quamvis Fratres Minores nullum ius habeant in hoc legato, nec ad illud, ac per conſequens eum hæredē obligatum ſibi ſtrictè, & propriè non habeant, ad eam eleemoſynam quotanis ſibi ſolvendā, non liberatur hæres obligatione ſolvendi Minoribus illam quantitatem, non ex obligatione, aut iure acquiſitis Monaſterio, ſed ex obligatione in ordine ad teſtatorem, qui eam ſibi impoſuit.

8 Ad hoc argum. reſpondet Sāchez vbi ſupra num. 49. *Quòd quamvis verū ſit, quòd eo modo habere redditus non repugnet paupertati Minorū: at teſtator non eo modo relinquit, ſed vt cuicumque alij perſonæ, & Pontifex in eo §. Cumque annui redditus, hanc legati formam, declaravit, eſſe contrariam ſtatui Minorum. Qua declaratione tenemur ſtare, dum in huiuſmodi legato non explicat teſtator modū licitum, nempè, vt in ordine ad ſe ipſum ſolum teneatur hæres eam eleemoſynam dare.* Hæc Sanchez. Quatuor itaque dicit. Primum, quòd modo dicto in argumento non repugnat paupertati Minorum habere redditus. Secundum, quòd teſtator non eo modo relinquit, ſed vt cuicumque alij perſonæ. (proprietatis nimirum capaci.) Tertiū, quòd Pontifex in eo §. *Cumque annui redditus*, declaravit, talem formam legati eſſe contrariam ſtatui Minorum. Quartum, quòd in huiuſmodi legato teſtator non explicat modum licitum, vt in ordine ad ſe ipſum ſolū teneatur hæres eam eleemoſynam dare.

9 Sed ſalva reverentia. Ad primum eius dictum reſpondeo, quod nullomodo cōvenit paupertati Minorum habere redditus, vt iam probavi contra ipſum Sanchez ſupra ſect. 3. à num. 7. vſque ad 12. Rurſus ſi eo modo non repugnat paupertati Minorum habere redditus: ergo licitū erit

tale

tale legatum, quod ipſe Sanchez negat. Ad ſecundum dictum reſpondeo, falſum eſſe. Ad tertium ſimiliter reſpondeo, non eſſe verum: quia vt clarè conſtat, neque vllum verbum in toto illo §. *Cumque annui redditus*; reperitur, in quo Pontifex declaret, talem formam legati eſſe ſtatui Fratrum Minorum contrariam, vt ſatis liquet ex dictis ſupra ſect. 3. num. 33. & 34. contra ipſum Sanchez.

10 Ad quartũ dictum reſpondeo, quòd quamvis teſtator non explicet modum hunc licitum, nempè, vt in ordine ad ſe ipſum ſolùm teneatur hæres eam eleemoſynam dare: non explicat tamen, nec exprimit modum illicitum, ac ſtatui Minorum contrarium. Patet, quia modus expreſſus talis eſt. *Itẽ mando Petro, vel tali xenodochio, vel communitati talem agrum, vineã, &c. vel tantam pecuniæ quantitatem, vt quotannis largiantur in perpetuum Fratribus Minoribus quindecim cados vini, v.g. vel quinque ſcuta, vt ſacra, vel alia officia faciant pro anima mea, vel etiam gratis.* Hic, inquam, modus expreſſus minimè eſt contrarius Fratrum Minorum paupertati: quia ſicut poſſumus recipere quotannis certam quantitatem ab illo, qui voto ſe obligavit, illam elargiri, vt ipſemet Sanchez dict. capit. 26. num. 57. fatetur, abſque eo quòd maculetur noſtra paupertas: ſic ſimiliter poſſumus recipere ab hærede gravato, vel xenodochio, vt patet ex dictis ſupra ſect. 3. num. 31. & 32. & expreſsè ipſe Sanchez fatetur eodẽ num. 57. vt dict. num. 32. vidimus.

11 Nec eſt verum, quòd tale legatum ſit Fratribus Minoribus relictum, vt cuicumque alij perſonę: quia talis modus non exprimitur à teſtatore; quin potiùs modus expreſſus indifferens eſt, ac dubius, & habere poteſt duplicem ſenſum. Primò poteſt intelligi, ita, vt hæres ſit Fratribus Minoribus obligatus modo congruo, ac licito, ideſt, largè, & impropriè, ſiue moraliter. Secundò poteſt intelligi, vt ſit obligatus modo incongruo, & Fratribus non apto, ideſt, ſtrictè, ſeu civiliter, vt cuicumque alij perſonæ capaci.

12 *Si verò Fratribus Minoribus* (verba ſunt Nicolai 3. cap. *Exijt*, art. 5. §. *Ad hæc*, verſ. *Si verò*) *generaliter aliquid abſque modi expreſſione legetur, in hoc legato indeterminatè relicto; in omnibus, & per omnia intelligi, ac ſervari volumus, & in perpetuum præſenti Conſtitutione*

ne iubemus, quòd ſupra in pecuniaria eleemoſyna Fratribus indeterminatè oblata, vel miſſa, voluimus, ac expreſſimus obſervari; videlicet, vt ſub modo licito Fratribus intelligatur eſſe relictum. Ita quòd nec legans merito, nec Fratres ipſi effectu relicti fraudentur. Hæc Nicol. 3.

13 Et confirmatur ex traditis ab ipſo Sanchez dict. cap. 26. num. 27. & 28. dicit ergo num. 27. *Quando legatum rei immobilis fit Fratribus Minoribus, nullum explicando vſum, ſed abſolutè illis legatur quoddam prædium, an valeat tale legatum? Quidã cenſent, eſſe nullum, quòd ius reſiſtat prædictis Fratrib⁹: ſunt enim rei immobilis incapaces, & quando legatum eſt validũ ratione ſolius alicuius cauſæ licitæ, & abſque illa eſſet ipſo iure irritum ratione incapacitatis perſonæ, cui relinquitur: ſi fiat ſimpliciter, & non expreſſa illa cauſa, manet irritum. Cum ergo Fratres Minores ſint incapaces rei immobilis, niſi vt ea vendatur, & non ſit adiecta hac cauſa, legatum illius erit omnino irritũ, &c.* Hæc Sanchez.

14 Et num. 28. *Cæterùm* (inquit ipſe) *nullatenus placet mihi hæc ſententia, ſed exiſtimo, legatum valere. Ducor ex cap. Exijt, §. Ad hæc, verſ. Si verò, &c.* Et addit: *Quare non obſtat ratio contraria: quia cum res immobilis legatur ſimpliciter, non repugnat verbis, vt præſumatur relicta eo modo, qui ad legati valorem neceſſarius eſt; quia ſemper in dubio ea præſumptio capienda eſt, vt faveat actus valori, eo vel maximè quod hîc de cauſa pia, & de Religione agatur. Tandem quia verba ſimpliciter prolata intelliguntur in dubio iuxta conditionem perſonæ, ad quã diriguntur: cum ergo verba huius legati rei immobilis dirigantur ad Fratres Minores, qui nullatenus ſunt illius capaces, niſi vt pretium eius venditæ recipiant, ſic intelligenda erunt verba illius legati.* Hæc Sanchez.

15 Quæ verba ad noſtrum intẽtum optimè faciunt. Tùm primò, quia illa quantitas, quæ pro Miſsis, vel officijs dicendis, (vel etiam gratis) relinquitur Fratribus quotannis, legatur ſimpliciter abſque modo incongruo expreſſo, vt patet ſupra num. 10. & 12. *Et non repugnat verbis, vt præſumatur relicta eo modo, qui ad legati valorem neceſſarius eſt: quia ſemper in dubio ea præſumptio capienda eſt, vt faveat actus valori, &c.* Tùm ſecundò, quia verba *ſimpliciter prolata intelliguntur in dubio iuxta conditionem perſonæ,*

ſonæ, ad quam diriguntur. Vnde cum verba huius legati dirigantur ad Fratres Minores, qui illius non ſunt capaces, niſi per modum eleemoſynæ, & nullo iure, aut obligatione eis inde acquiſitis, ſic intelligenda erunt.

16 Secundò probatur hæc ſecunda cõcluſio. Quia ſi quiſpiam voto ſe aſtrinxerit dandi in perpetuũ quotannis Fratribus minoribus certam eleemoſynam, abſque dubio teneretur elargiri, non obſtante incapacitate annuorum redditιuum, quæ ineſt prædictis Fratribus: quia illa obligatio non eſt reſpectu illorum, ſed reſpectu ſolius Dei: & ideo non repugnat mendicitati Fratrum Minorum. Ergo ſimiliter dicendum idem eſt de prędicto legato annuo.

17 Hoc argumentũ ponit Sãchez dict. cap. 26. num. 48. & ad illud reſpondet num. 57. *Diverſum eſſe* (dicens) *in eleemoſyna annua voto promiſſa, ac in eleemoſyna annua teſtamento relicta. Nam prima abſque dubio debetur Fratribus, non ex obligatione aliqua illis acquiſita, ſed ex obligatione fidelitatis acquiſita Deo: & ita poterunt Fratres recipere, non vt ſibi debitam, ſed vt debitam Deo. At ſecunda eleemoſyna, nempè teſtamento relicta, nõ debetur Fratribus, nec illam poſſunt recipere. Et ratio eſt, quia Pontifex,* (ideſt Clemens 5.) *non interdixerit Minoribus in dict. §. Cumque annui redditus, primam eleemoſynam, ſed ſecundam. Nec recipere dictã eleemoſynam voto promiſſam ſine aliqua actione, aut iure, repugnat Fratrum Minorum mendicitati. Atque idem dicendum erit, ſi vovens ille gravet ſuum hæredem, &c.* Hæc Sanchez. Cuius ſolutio nullius momenti eſt, vt vidimus ſupra ſect. 3. n. 29. & à n. 31. vſque ad 34. vbi latiùs eam refutavi ex ipſiuſmet doctrina.

18 Rurſus, quia ipſemet Sanchez affirmat cum Bart. & communi ſententia dict. c. 26. num. 58. quòd loquendo de obligatione *largè, & impropriè, quòd hoc modo eſt hæres obligatus ad danda relicta modo licito Fratribus Minoribus, quorum ipſi capaces ſunt; quippè ex præcepto teſtatoris ad id tenetur, quamvis Fratres Minores ſint omni iure ad id legatum deſtituti, nec illum ſic obligatum habeant.* Hæc Sanchez. Sed ſupradicti annui legati ſunt capaces Fratres Minores, vt dictum eſt ſupra ſectione tertia. Ergo ſimiliter tenebitur hæres larga, & impropria obligatione, dare.

19 Et confirmatur, quia

Ee 2 idem

idem Sanchez dict. capit. 26. num.49.aſſerit, quod *ſi teſtator* (qui relinquit eleemoſynam annuam, & perpetuã Fratribus Minoribus) *explicat in legando modum licitum, nempè, vt in ordine ad ſe ipſum ſolùm teneatur hæres eã eleemoſynam dare*: tunc hæres tenebitur, etiamſi ſit annua, & perpetua, vt dictum eſt ſupra num.8. & ſect.3. num.31. & 32. Ergo hic modus expreſſus, nimirum, vt annuatim detur, licitus eſt, etiamſi ab obligationem habente detur, ac per conſequens hæres tenebitur elargiri dictam quantitatem quotannis.

20 Tertiò probatur concluſio ab Emman. Rod. tom. 2. qq. Reg. q. 126. (aliis 127.) art.4. quia in lege *Hæreditas*, in fin. ff. de Petit. hæredi. Papinianus ait: *Quamvis enim ſtricto iure nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum: tamen principali, vel Pontificali authoritate compellũtur ad obſequium ſupremæ voluntatis.* Quibus verbis ſatis ſignificatur, iudices teneri ſuum officium præſtare pro adimplenda voluntate teſtatoris, etiamſi teſtamentum, in quo tale quid fieri mandavit, nullum fuerit; & ſic in noſtro caſu, licèt ſecundum rigorem iuris prædicta legata annualia minimè peti poſsint in iudicio à Fratribus Minoribus: per officium tamen iudicis legata dicta ſunt illis præſtanda, vt obſequium fiat teſtatoris voluntati.

21 Sed contra hanc concluſionem arguit Sãchez dict. cap. 26. num. 49. ex Clementina *Exivi*, dict. §. *Cumque annui redditus*, ſic: *In hoc §. decidit Pontifex, non licere Fratribus Minoribus recipere annuos redditus illis relictos: dictum legatum anniverſariorum eſt legatum annuorum redditũum, ac per conſequens modo expreſſo illicito relictum Fratribus Minoribus: At legatum ſub tali modo expreſſo relictum, eſt prorſus inutile, nullaque illius ſolvendi obligatio adeſt, vt probavimus num.17. Ergo idem dicendum eſt de hoc legato.* Hæc Sanchez. Eodem fere modo arguunt ex dicto §. *Cumque annui redditus*, Bart., Abbas, Baldus, Politius, & alij citati pro prima, ac contraria ſententia ſupra numero 2. & hoc §. eſt illorum potiſsimum fundamentum. Cui reſpondeo, verum eſſe in dicto §. prohibuiſſe Fratribus Minoribus annuos redditus. At dicta anniverſaria nõ ſunt annui redditus, vt latius probatum eſt ſect. 3. à n. 13.

22 Tertia concluſio Fratres Minores licitè, & abſque vlla

Digitized by Google

vlla ſui ſtatus, aut Regulæ transgreſsione, poſſunt recipere ſupradictum legatum annuum perpetuum, vt dictum eſt. Hæc concl. ſequitur, & probatur ex dictis ſupra ſect. 3. & hac ſect.

23 Rurſus probatur. Quãdo enim conſuetudo legẽ declarat, illi ſtandum eſt: quia conſuetudo eſt optima legum interpres, vt bené docet Rod. tom. 2. qq. Reg. q. 78. art. 13. fin. & q. 100. art. 8. circa med. §. *Vltimò omnis alia*, & §. *Sunt, & in huius*. Suarez de legibus lib. 7. pluribus in locis, præcipuè cap. 4. n. 16. & cap. 17. Salas de legibus q. 97. tract. 14. diſp. 21. ſect. 3. Reg. 11. & eſt communis ſententia, ſuntque iura expreſſa cap. *Cum dilectus* de conſuetudine. L. *Minimè*, L. Si de interpretat. ff. de legibus, & L. *Nam Imperator* ff. eodem, & eſt textus elegans Clem. *Exivi*, in princio §. *Cũ igitur in primis*, fin. verſ. *Item Ordo communiter*. Sed Ordo noſter communiter, tam in ſuis Capitulis Generalibus, quàm ſtatutis, communi praxi, & de facto interdicendo omnes redditus annuos, & poſſeſſiones, ac eorum vſum, admiſit, & admittit (ſecluſis tamẽ iure, actione, & obligatione, quibuſlibet, ex parte Fratrum) dicta anniverſaria, vt patet in Capitulis, & ſtatutis Generalibus ſupra ſect. 3. num. 6. relatis: & talia per modum ſimplicis eleemoſynæ communiter recipit ab hærede gravato, communiterque hoc fit, videntibus, & approbantibus omnibus Prælatis, tam Superioribus, quàm inferioribus, abſque vllo, vel minimo conſcientiæ ſcrupulo, vt eſt certiſsimum. Ergo. Vide quæ dixi ſupra ſect. 3. num. 35 ex ſtatutis Generalibus Segoviꝫ recognitis, num. 2. & 3.

24 Quibus addo ex dictis ſtatutis ibidem num. 4. ſequentia verba: *Eſt autem hæc proteſtatio neceſſaria iuxta S. Bonaventuræ ſententiam, ne ab ignorantibus noſtrum inſtitutum, Regulæ noſtræ tranſgreſſores iudicemur*. Hęc ibi. Sumus igitur Fratres Minores ex mente noſtrorum Generalium ſtatutorum certæ eleemoſynæ annuæ capaces, quæ pro divinis officijs faciendis à teſtatore relicta eſt, ea lege, vt ab hærede nobis præſtetur, illamque poſſumus tuta conſcientia recipere, facta proteſtatione hæredi à Guardiano, quòd ad illam eleemoſynam nullum ius habent Fratres. Ergo.

Notentur etiam ſupra dictæ verba, nimirum, *Eſt autem hæc proteſtatio neceſſaria, ne ab ignorantibus noſtrum inſtitu-*

Digitized by Google

tum, Regulæ noſtræ tranſgreſſores iudicemur. Ex quibus ſequitur, quòd ex vi Regulæ ſupradicta proteſtatio non eſt neceſſaria, ſed ne ab ignorantibus iudicemur Regulæ tranſgreſſores. Ex quibus omnibus palàm colligitur, quòd ex mente Seraphici Doctoris, ac Generalium ſtatutorum, non ſumus incapaces, prædictum annuum legatum eleemoſynaliter recipiẽdi, ex vi Regulæ.

26 Et confirmatur clariſſimè ex ijſdẽ ſtatutis dict. c. 3. de obſervãtia paupertatis, tit. de computo Guardiani, n. 5. ibi: *In alio libro ſcribantur memoriæ, & anniverſaria, quæ in Cõventu celebrantur, cum nomine fundatoris, & perſonæ,* (notentur verba) *qui tenetur eleemoſynam Syndico perſolvere, & qua ratione.* Hæc ibi. Ergo.

SECTIO V.

Quibus competat actio, vt legata Fratribus Minoribus relicta ſolvantur?

1 Notandum eſt, pro nulla re temporali competere Fratribus Minoribus actionem ad petendum. Conſtat ex Clem. *Exivi*, §. *Cupientes*, verſ. *Cumque dicti Ordinis Fratres.* Nec vllum ius, aut obligatio ipſis Fratribus acquiritur, vt liquet ex cap. *Exijt*, §. *Cæterum cùm in eadem Regula.* Quod optimè explicat Bart. lib. 2. Minoric. diſt. 7. cap. 2. vt iam dixi ſupra ſect. 1. n. 1.

2 His ſuppoſitis dico, quòd triplici medio poteſt cõſuli Fratribus Minoribus adverſus hæredem, vt (velit, nolit) ſolvat illis relictum, cuius ſunt capaces. Primò, vt Civitas, ſeu Syndicus civitatis petat hoc: quia ei competit obligatio, & actio ad legata recuperanda pauperibus relicta, vt L. *Si cui*, & L. *Civitatibus ff. de legatis primò*; cum Reipublicę interſit pauperes ſuſtentare. L. *Privilegia C. de Sacroſ. Eccleſ.* & bene docent Bart. tract. Minori. lib. 2. diſt. 7. cap. 3. num. 39. & 41. Collector Compendij Mendicantium verbo *Hæreditas*, n. 6. dicens, ſic fuiſſe practicatum in Civitate Baroaſtri Regni Aragoniæ. Rod. tom. 2. qq. Reg. q. 78. art. 1. Sorbus in comp. privileg. verbo *Legatum* in ſuis Annot. ad fin. Imò quilibet de populo hoc poterit petere, vt Bart. Collector, Emman. ibid. Cord. in Regula cap. 6. q. 11. pun. 4. Sanchez tom. 3. operis mor. lib. 7. cap. 26. num. 59 alios referens.

Civitas poteſt cõpellere hæredem, vt ſolvat legata Fratribus.

Quilibet de populo hoc poteſt petere.

3 Secundo modo poteſt illis

illis conſuli. Ita vt Iudex ex ſuo mero officio, nemine petente, compellat hæredem, vt adimpleat: quia intereſt Reipublicæ, ne quis ſua re male vtatur, §. *Sed hoc tempore*, Inſtit. *de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, atque vt voluntas teſtatoris impleatur. Ita Collector, Cord. Emman. allegati num. præcedenti. Sanchez vbi ſupra num. 60. cum alijs apud ipſos. Iudex autem hic, eſt, tam Eccleſiaſticus, quã ſæcularis. Cap. *Exijt*, §. *Ad hæc quia Fratribus*, verſ. *Si verò modum*. Atque ita docent Bart. Cord. vbi ſupra, & Sanchez alios referens numero 61.

Iudex poteſt cõpellere nemine petente.

4 Advertendum tamẽ eſt, licitum eſſe Fratribus Minoribus denuntiare Iudici, extra iudicium, vt ex officio ſuo cõpellat: quippè hoc nõ faciunt, quaſi habentes aliquid iuris in tale legatum, ſed admonendo Iudicem extra iudicialiter, vt ille ex officio ſuo cogat. Atque ita docent S. Bonaventura cap. 4. in Reg. poſt ſolutionem ad quartum, Bart. dict. L. *Civitatibus*, in principio n. 5. Cord. hic, q. 11. pun. 4. Emman. vbi ſupra q. 126. art. 4. fin. Sorb. allegatus num. 2. Sanchez num. 62.

Syndicus nomine Papæ poteſt in iudicio petere.

5 Tertium, remediũ eſt, vt Syndicus Fratrum Minorum petat nomine Eccleſiæ Romanæ: quia poſſunt Fratres Minores vti Syndico ad hoc, dummodò aliæ debitæ circunſtantiæ concurrant, nimirum, quod nõ, vt debitum civiliter recipiatur, ſed eleemoſynaliter, & alias non interveniat ſcandalum, neque ipſi Fratres aſsiſtant ipſis litigijs, aut iudicialibus actibus, neque ſint, aut videãtur principales actores, &c. vt latius Cord. hic q. 11. pun. 4. & in cap. 4. pun. 3. §. *Item quoad tertiũ actũ*. Emman. vbi ſupra q. 78. art. 1. fin. Sorb. ſupra, Sanchez dict. cap. 26. n. 63.

Quãdo legatum eſt nullũ nõ poſſunt Syndici tranſigere, &c.

6 Petes: An Prælati Ordinis Minorum, quando Fratribus, vel Conventibus legata aliqua relinquuntur, quorum non ſunt capaces ex vi Regulæ, & ſuæ profeſsionis puritate, poſsint, non per ſe, ſed per Syndicos nomine Eccleſiæ Romanæ tranſigere cum hæredibus, vt certa ſumma pecuniæ ſemel data, liberi à prędicta obligatione in poſterum evadant: & hoc, quia ſic conceſsit eis Clemens 7. in Bulla *Nuper pro parte*. data ann. 1526. quam refert Rod. tom. 2. qq. Reg. quæſt. 126. (alias 127.) art. vlt. Hier. Rod. Reſolut. 88. num. 21. §. *His tamen*, affirmat, poſſe hodie nos Minores vti præfata conceſſione.

7 Portel verò in Dub.

Regul.verb. *Legatum* in Addition. n.2. negat, iure vtiq; optimo. Quod iudico omninò verum. Et ratio eſt clara, quia huiuſmodi legata ſunt caduca, & prorſus nulla, nec vllo modo poſſunt Fratres ea acceptare, cum ſuæ Regulę repugnēt, vt ſupponitur. Nec eorū æſtimationem, ex vi eiuſdem Regulæ poſſunt recipere, vt etiā affirmat Emman. dict. *tom.* 2. *q.* 78. (aliàs 79) art. 2. Hier. Rod. Reſol. 72. n. 11. (vt vidimus ſect. 1. n. 5. & 6.) Ergo Fratres Minores nullo modo poſſunt vti ex vi Regulæ dicta conceſsione.

8 Cæterum, nec Syndici poſſunt cum hæredibus tranſigere nomine Rom. Eccleſiæ, cum huiuſmodi legatorū dominium, penès illā non ſit, ſeruata Regulæ puritate, & abſque illius diſpenſatione, vt patet per Nicol. 3. vbi ſupra ſect. 2. num. 1. &c.

CONTROV. XIX.

De Paupertate Fratrū Minorum quoad vſum.

SECTIO I.

An vſus ſimplex omnium rerū ſit Fratribus licitus?

1 PRo intelligentia tituli ſectionis nota differētiam, quæ verſatur inter vſum iuris, & vſum ſimplicem facti. Primus eſt ius alienis rebus vtendi, &c. Secundus non eſt ius, nec vſus iuris, ſed ſimplex tantùm vſus facti, vel vſus tantùm rei conceſſæ, v.g. equitatio eſt vſus equi, habitatio eſt vſus domus. Vide quæ dixi ſupra Controv. 17. ſect. 1.

2 Sit cōcluſio. Non eſt licitum Fratribus habere omnium rerum ſimplicem vſum. Patet ex Regula, quæ expreſsè prohibet nonnullorum vſum, vt denariorum abſolutè, calceamentorum extra neceſsitatē, &c. vt infra ſectione 2. numero 7.

SECTIO II.

An Fratres teneātur ad vſus ſtrictos pauperes, ſeu moderatos, & ad vitandam pretioſitatem, & ſuperfluitatem rerum ab ipſis vtibilium, & quomodo?

1 PRo tituli intelligentia nota primò, quòd vſus eſt triplex; vnus ſtrictus, arctus, ſeu penurioſus: alius moderatus, ſeu mediocris: tertius abundans, & ſuperfluus.

2 Nota ſecundò, quòd vſus arctus, ſeu tenuis, & penurioſus, & vſus moderatus (propriè de eis loquendo) valde differunt, licèt quando- *Vſus penurioſus, & mediocris diſſerunt.*

que

que à Doctoribus confundantur. Vſus enim arctus, ſtrictus, pauper, erunnoſus, penurioſus, exilis, ſeu tenuis, accipiuntur pro eodem, Clementin. *Exivi* art. 8. §. *Exprœmiſsis*, nimirum, pro quadam ſpeciali auſteritate, ſeu parcitate, in excellenti, & notabili gradu pauperis vſus alicuius rei ſecundum ſtatum ipſius vtentis. Vſus verò moderatus accipitur pro quodam vſu rerum tẽperato virtute temperantiæ, attentis debitis circunſtantijs perſonæ, ſtatus, temporis, &c. vt tradunt Cord. in cap 6. Regulæ q. 13. pun. 1. Polit. ibi. num. 83. Ximenez cap. 4. n. 27. vel 28. & alij. Et patet ex dict. Clementina *Exivi*, §. *Exprœmiſsis*. Et ego ſecundùm propriam acceptionẽ eis vtar ad tollendam æquivocationem de medio, vt ſcilicet vſus arctus, pauper, ſtrictus, &c. ſint idem: vſus verò moderatus ſit alius, vt dictum eſt. Vſus verò ſuperfluus eſt, qui excedit quantitatem, numerum, & qualitatẽ vſus ſtricti, vel vſus moderati reſpectivè, vt infra latius dicetur ſect. 3. concl. 2. His ſuppoſitis.

Vſus ſtrictus nõ includitur ſub voto Minoritanæ paupertatis.

3 Sit prima cõcluſio, vſus pauper, & ſtrictus, (vt dictum eſt ſupra num. 2.) non includitur ſub voto noſtræ Evangelicæ paupertatis. Patet ex Clementin. *Exivi*, (vbi ſupra num. 2.) verſ. *Alijs in contrarium aſſerentibus*. Atquè ita tenent S. Bernardin. (Pater meus) in Epiſt. art. 2. (vide infra num. 6. & 12.) Vener. Gilber. Nicol. in tract. Decẽ plagarum, p. 1. Radio. 5 &c. Cord. hic q. 14 pun. 1. Polit. n 86. & omnes communiter. Quidquid in contrarium dicat Ioann. de Fano in ſuo ſcrupuloſiſsimo *Tract. de Paupert. art. 1. in medio §. Tenemur ad facti vſum pauperem, & arctum*. Vide infra num. 6. & ſect. 3. num. 9. 10. 18. &c.

Vſus moderat. includitur.

4 Secunda concluſio, vſus moderatus pertinet ad eſſentiam noſtræ Evangelicę Paupertatis, & includitur in ea, ſicut riſibilitas in eſſentia hominis. Vnde Fratres Minores ad hunc vſum ſub mortali (ex ſuo genere) obligãtur. Probatur primò, ex S. Bonav. in epiſtol. ad B. Miniſtr. Provintiæ, poſt med. ibi: Quoniam (ait) *paupertas eſt noſtra Religionis prærogativa ſublimis &c.* Et mox: *Sumptuoſitatem, ſcilicet, ædificiorum, librorumquè, veſtium, ac ciborum, ſic ſtudeas amputare*: (nota) *quòd à profeſsionis excellentia, vitæ obſervantia nõ diſcordet. Fœdum eſt enim, profanumque mendatium ſummæ paupertatis voluntarium profeſſorem ſe aſſerere, & rerum* penu-

penuriam pati nolle: interiùs divitum inſtar affluere, & exterius more pauperum mendicare,&c. Hæc D. Bonaven.

5 Secundò probatur, ſicut is, qui vovet caſtitatem, & Obedientiam, non ſolùm ore debet adimplere votum, ſed etiam vſu, & executione: ſic, & qui vovet altiſsimam paupertatem: & ſicut in ore eſſet deriſorium dicere, vovi Caſtitatem, ſed vſum non teneor obſervare: ſic etiam ridiculum eſt dicere, vovi altiſsimam paupertatem, ſed ipſam in vſu non teneor obſervare. Atque ita tenet Rouſſer. in cap. 1. Reg. pag. 111. & poſt hæc ſcripta, inveni Pet. Navarr. hanc concluſionem (doctè quidem) diſputâtem, & defendentē q. 19. in cap. 6. Regulæ.

Fratres Minor. obligantur ad vſus arctos cōtētos in Regula.

6 Tertia concluſio. Fratres Minores, ex vi, & profeſſione ſuę Regulę ad illos vſus arctos, & ſtrictos tantùm obligantur, qui in ipſa Regula cōtinentur expreſsè, (non verò ad alios, qui ibi nō habentur) & eo obligationis modo, quo ibi ponuntur, & exprimuntur. Patet in Clementina *Exivi*, §. E*x præmiſsis*. (ſiue art. 8.) Sic item declaravit, & confirmavit S. Bernardin. (Pater meus) in ſua Epiſtola art. 2. (vide infra n. 12.) & omnes Regulæ Expoſitores.

7 Petes primò: Quarum rerum vſus eſt prohibitus Fratribus Minoribus ex vi Regulæ? Reſpondeo cum Speculo, Cord. pun. 2. vbi ſupra, & alijs, quòd decem rerum vſus per Regulam expreſsè Fratribus Minoribus prohibentur. Primò vſus plurium tunicarum, quàm duarum (extra neceſsitatem) cap. 2. *Habeant vnam tunicam cū caputio, & aliam ſine caputio, &c.* Secundò, (etiam extra neceſsitatē) vſus calceamentorum, ibi: *Et qui neceſsitate coguntur, poſsint portare calceamenta.* Tertiò, vſus veſtimentorum non vilium, ibi: *Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur.* Quartò, equorum, &c. extra caſum manifeſtæ neceſsitatis. cap. 3. *Et non debeant equitare.* Quintò, vſus carnium, &c. tempore Adventus, & Quadrageſsimæ, & in ſextis Ferijs, quia extra neceſsitatē debent ieiunare, vt dict. cap. 3. *Et ieiunent à feſto omniū ſanctorum, &c.* Sextò, vſus Pſalterij, ibidem. *Excepto Pſalterio.* Septimò, abſolutè, & ſine exceptione vſus denariorum, & pecuniæ cap. 4. *Nullomodo recipiant denarios, &c.* Octavò, Procuratorum ad pecunias, eodem cap. 4. *Denarios, vel pecuniam per ſe, vel interpoſitam perſonam.* Vbi *Interpoſita perſona* rationem Procuratoris pro Fratribus gerit.

Hi ſunt decem ex Regula.

No-

Nono, vſus, & etiam diſpoſitio bonorum ingredientium Ordinem, vt cap 2. præcipitur enim ibi, vt Fratres ſe non immiſceant diſpoſitioni bonorũ Ordinem ingredientium, ſiue Novitiorum, & etiam à fortiori. Decimò, prohibitus eſt vſus iuris cuiuſcumq; rei, ſiue in particulari, ſiue in communi, & quæ inde ſequuntur, & generaliter ſimilia in Regula obligatoriè cõtenta, vt notat Cord. dict. pun. 2. & de his decem vſibus loquitur Clem. 5. §. *Ex præmiſsis*.

Decẽ obligatoria ex declarationibꝰ Clem. 5. & Nicolai 3. & Reg.

8 Petes ſecundò: An ad alios vſus arctos, ſeu modos Fratres Minores teneantur? Reſpondeo cum Vener. Gilberto Nicolai in tract. decem plagarum paupertatis capit. 3. Radio primò, & Marchant. in cap. 4. Regulæ in principio *tit. 2. de Paupertate quoad vſum*. q. 3. & alijs, quòd ex declaratione Clem. 5. quinque ſunt ſuperaddita obligatoria ad peccatum mortale in vſu, & modis ſpectantibus ad paupertatem. Sed tu adde alia quatuor ex eadem declaratione *cap. 5. vſque ad* 10. incluſiuè. Primus omnium eſt, *Hæreditates Fratres non acceptare, nec poſſe vllo modo hæredes inſtitui*. Sic ibi cap. 5. §. *Cupientes*. 2. *Nec vti redditibus, nec habere*. ibi verſic. *Cumq; annui redditus*. 3. *Nõ aſsiſtere in curijs, advocatis, nec procuratoribus; cum ipſorum negotia pro rebus temporalibus agitantur, nec aliquo modo ſe talibus curis, aut litigioſis actibus immiſcere*, ibi cap. 7. §. *Amplius*. 4. *Non ſuſcipere executiones vltimarum voluntatum*, nec illis vti, nec ſe intromittere in vſurarum, & male ablatorum reſtitutionibus, vel diſpoſitionibus faciendis, licet poſsint dare conſilium ad ſupradicta, ibi, verſ. *Verum etiam*. 5. *Non habere hortos ſuperfluos, vel vineas ad colendum, vel vt olera, & fructus vendantur, &c.* ibi cap. 8. §. *Licet*. 6. *Non vti granarijs, vel cellarijs abſque neceſsitate vera, & experimento probata*, ibi cap. 9. §. *Rurſus*. 7. *Non habere magna ædificia, vel ſumptuoſa, &c.* ibi cap. 10 §. *Hinc eſt etiam*. 8. *Non habere vaſa, aut paramenta Eccleſiaſtica exceſsiva*, ibi verſ. *Quamvis*. 9. *Non recipere indiſtinctè, & abſque neceſsitate, &c. arma, & eis oblata in funeralibus*. Quibus decimum adde ex Declaratione Nicolai 3. art. 3. §. *Ad hæc cum Fratres* verſ. *Inſuper nec vtenſilia*, nimirum, *nullam rem recipere poſſe Fratres ad theſaurizationẽ, vel copiam, vel ſuperfluitatẽ, nec ſub colore providentiæ in futurum*. Hæc ibi.

9 Sed

Digitized by Google

9 Sed notare debes, quòd ex his decem ſuperadditis obligatorijs ad quatuor priora ſtrictè tenentur Fratres, & ad duo vltima, nempè, 9. & 10. Secùs verò ad reliqua, nimirum, à 5. 6. 7. & 8. horum enim quatuor moderatus vſus Fratribus eſt conceſſus: abnndans verò, & exceſsivus denegatus, vt patet ibi, & ſuis locis dixi, & dicam.

10 Petes tertiò: quo iure decem dicta ſuperaddita, vel dicti decem modi paupertatis obligent? Ratio dubitandi eſt, quia dictæ Declarationes Pontificum non obligant Fratres Minores ad culpã, niſi in quantum ex vi Regulę obligantur, vt Controverſia 22. ſect. 2. dicam. Neq; enim Frater Minor aliter promittit secũdum Declarationes vivere, niſi quatenus Regulæ declarativæ ſunt.

Deci ſupra dicta n.8. quomodo obligent.

11 Reſpondeo, quod ex circunſtantijs, & adiacentibus Regulę, hęc decem prohibentur, & non ex mero præcepto Pontificio. Sic March. tit. 2. vbi ſupra q. 2. Ratio eſt, quia vel eſſentiæ ſtatus contradicunt, vel ſcandalum generare nota ſunt, cõtra paupertatem, vel modos in Regula expreſſos. Ac primum quidèm, hæreditates acceptare Fratres, vel ſubſtinere ſe hæredes inſtitui, directe ſe opponit puritati Regulæ, ac voto paupertatis Minorum. Secundũ, ſcilicet redditus habere, providentiam certam in futurum habet contra ſtatum, vt Clem. 5. vbi ſupra, & dixi Controverſia 17. ſect. 1. & Controv. 18. ſect. 3. num. 7. Tertium, nimirum, aſsiſtere in Curijs pro temporalibus, ius quoddam, & repetitionem iuridicam dicit contra paupertatem, vt Clem. 5. vbi ſupra, & dixi Cõtrover. 17. ſect. 1. Quartum acceptare executiones vltimarum voluntatum, & teſtamentorum, ſi nequeunt Fratres abſque litigio, contrectatione, vel adminiſtratione pecuniæ, vt Clem. 5. vbi ſupra, eſt directè contra Regulã. Quintum, habere hortos, & vineas, vt colantur, vt olera, vel vinum vendantur, repugnat Regulæ puritati, vt Nicol. 3. art. 6. §. *Ad hæc quia Fratribus*, & Clem. 5. vbi ſupra. Sextum, habere granaria, vel cellaria abſque evidẽti neceſsitate experimento probata, repugnat Regulæ paupertati, & mendicitati, vt Clem. 5. vbi ſupra, & dixi Controv. 17. ſect. 5. Septimũ, habere magna, & ſumptuoſa ædificia, & octavum habere vaſa, aut paramenta Eccleſiaſtica exceſsiva, vilitatem paupertatis deturpat, & ſuperfluitatem, curioſitatem, ac pretioſitatem includit, contra Regulam.

Digitized by Google

gulam, vt Nic. 3. art. 3. §. *Ad hæc cum Fratres veri. Inſuper nec vti conſilia*, & Clem. 5. cap. 10. Nonum, recipere indiſtinctè arma, & alia Fratribus oblata, eſt ſuperfluum, & contra Regulam, vt Clem. 5. vbi ſupra. Decimum expreſſè eſt contra Regulam, vt declarat Nic. 3. ibi. Qualiter vero omnia ſupradicta fieri, aut non fieri poſſint, in ſpeciali, ex parte dixi controv. 17. & 18. & dicam hac eadem controverſ.

Vſus moderatus licitus Fratribus Minoribus.

12 Quarta concluſio: vſus moderatus rerum à nobis vtibilium, eſt licitus nobis Fratribus Minoribus. Patet: quia ſic expreſſè eſt declaratum per Nic. 3. art. 2. & iterum per S. Bernardinum, (Patrẽ meum) & B. Ioan. de Capiſtrano, & per alios viros Religioſiſsimos, ac Doctiſsimos magna diſputatione & examinatione elucidatũ de mandato Sum. Pont. (tunc Eugenij 4.) vt liquet in Epiſtola prædicti S. Bernardini (Patris mei) in principio, & ibi artic. 2. vbi ſic dicitur: *Declaratur ſecundò, quòd Fratres non tenentur ex ſua profeſsione ad alium arctum vſum rerũ, quã in Regula particulariter exprimitur, vt ſatis patet per Clem. 5. in ſua declaratione §. Ex præmiſsis. Quinimo vt expreſſè claret ex declaratione Nic. 3. art. 2. § Porrò, ſecundum regulam, & omnimodam veritatem, moderatus vſus rerum ad vitæ ſuſtentationem, & officiorum ſui ſtatus executionem, præterquam de pecunia, conceſſus eſt Fratribus.* Hæc ibi, & concordant omnes Expoſitores.

Omnium rerũ, quæ ad victum & veſtitum &c pertinent.

13 Petes primò: Quæ ſunt res, quibus vti poſſumus? Reſpondeo quòd omnium rerum quæ ad victum, & veſtitum, & ad diuinum cultum, & ſapientiæ ſtudium, ſeu ad officiorũ noſtri ſtatus, & conditionis executionẽ, ſpectãt, (& nõ aliarũ, vt ſunt, pecunia, arma, veſtes ſæculares & nobis non aptatum) harum omnium rerũ vſus moderatus nobis omnino licitus eſt, vt dixi n. 1 . & expreſſè concordat Nic. 3. vbi ſupra. Accedunt Ioan. Pirrinus ſuper diſpenſatione Fratrum Minorum nota 3. 2 Serena conſciẽtia q. 11. & ibi Vbertinus, Cord. in c. 6 Reg. q. 14. pun. 3. & communiter omnes Regulæ Expoſitores.

14 Petes ſecundò: An vſus librorum in particulari licitus ſit Fratribus Minoribus? Negant Ioan. Fanus tract. de paupert. art. 1. fine. Vbertin. in Ser. conſcientia lit. C. Ximenez in c. 6. n. 47. abſolutè negat, licet ibidem num. 48. & cap. 4. num. 26. concedat Fratribus vſum aliquorum librorum in particulari.

15 Sed omnino [illegible]

verum

Vſus librorũ in particulari licitus ex Regula.

verum, Fratres Minores poſſe habere vſum librorum in particulari, licèt non deceat niſi moderatum habere: attentis circunſtantijs ſtatus & perſonarum, vt pote, Confeſſoris, Prædicatoris, Lectoris, &c. Ita ſentit D. Bonavẽtura multis in locis, ſed præcipue in Opuſculo de tribus quæſtionibus ad Magiſtrum Innominatum q. 1. §. De Libris & vtẽſilibus, tom. 7. ibi: *Clamat Regula expreſsè imponens Fratribus officium prædicandi. Si igitur prædicare non debent fabulas, ſed verba divina: & hæc ſcire non poſſunt, niſi legant: nec legere niſi habeant ſcripta, planiſsimum eſt, quòd de perfectione ſic eſt habere libros, ſicut eſt prædicare. Licet igitur libros habere.* Hæc Seraphicus Doctor.

16 Sed dices primò, hoc verum eſſe in communi, nõ verò in particulari. Cõtra, quia paululũ infra inquit idẽ Sanct. *Dico ergo* (ait) *quòd Fratribus horũ cõceſſus eſt vſus, ſed vetatur appropriatio, &* infra poſt quã docuit, quòd proprietas librorũ, à parentibus Fratrum, ſuis filijs, (& noſtris Fratribus) oblatorũ, remanet penes Papã, aut Cardinalẽ Protectorẽ, ait: *Nã ſi librorum proprietas remaneret apud parentes, ſic Miniſtri non poſſent auferre Fratrib' libros, & eſſent quaſi perpetui ad vitã. Nunc autem ordo nihil ſibi appropriat in libris, dum Miniſtri libros nec vendere, nec alienare authoritate propria poſſunt, nec Fratres ſubditi poſſunt, dũ frequẽter reſignant, & eis pro volũtate Miniſtrorũ* (nota) *aſsignantur & auferũtur. Certus ſum quòd hæc eſt cõſcietia Fratrũ.* Hæc S. Bonav. Vide expreſsè in fine dictę Epiſtolæ ad Magiſtrũ Innominatũ. Videatur idem S. Doctor in Speculo ad Novitios parte 2. cap. 4. de rerum cuſtodia. & in Opuſculo de Inſtitutione Novitiorum c. 9. De non habendo res curioſas, ibi: *Nulla curioſa habere cures, vt imagines, tabulas,* &c. & infra: *Si autẽ aliqua volueris habere, vt libros ratione ſtudÿ, & ſcriptoriola, nulla ſuperflua collige, vel curioſa, ſolum contentus ſis ſolis neceſſarÿs in numero & valore.* Hæc S. Doctor. Quid clarius? Similia verba habet ven. Hugo in c. 6. Regulę in principio ante primam quæſtionẽ, & hanc eandem ſentẽtiã docet ibi quæſt. 3. principali, quæ eſt De rerum vſu, & 4. q. quę incipit: Quarto loco *De appropriatione vſus.*

Et ex intentione SS. P. N. Fr.

17 Dices ſecundò: ſaltem non fuiſſe de intentione B. P. N. Frãciſci, quòd Fratres vſum librorũ habuiſſent in ſpeciali. Sic Seren. Cõſcientia, q. 42. &

Vbertin. in dict. Auctore lit. C. Siguenza in cap. 6. tex. 1. §. 33. Sed contrarium eſt omninò verum, ita docet Seraphicus Doctor in epiſtola ad Magiſtrum, vbi ſupra q. 3. ibi: *Dico ergo* (inquit) *quòd Regula non vetat ſtudium litteratis, ſed illiteratis, & laicis: vult enim*(ſupple Sanctiſ. P.N. Franciſcus) *iuxta Apoſt. 1. Corint. 7. quòd vnuſquiſque in ea vocatione, qua vocatus eſt, permaneat, vt ad Clericatum de Laicatu, nullus aſcendat: nec vult, quòd Clerici fiant Laici ſtudium recuſando, &c.* Et poſt: *Vnde vt ſcias quantum ſibi placuerit ſtudium Scripturæ Sanctæ, audivi ego à Fratre, qui vidit, quòd cum Nouum Teſtamentũ veniſſet ad manus ſuas, & plures Fratres non poſſent ſimul habere, dividebat per folia, & ſingulis communicabat, vt omnes ſtuderent, nec vnus alterum impediret.* Hæc Sanctus Doctor. Notá illa verba: *Et plures Fratres non poſſent ſimul habere.* Et illa: *& ſingulis communicabat, &c.*

18 Seraphico Doctori ſubſcribunt omnes Conſtitutiones Generales, tam antiquæ, quàm modernæ. Et primò Conſtit. Gen. quæ cõmuniter Antiquæ appellantur, cap. 6. circa finem, ibi: *Iniungitur Miniſtris omnibus, vt nullũ Fratrem permittant habere librum aliquem duplicatum: nec librum, quo vti non poſſit.* Et poſt: *Si contingat aliquem Fratrem transferri de vna Provincia ad aliam ad morandum, libros ſibi conceſſos ad vſum poſsit habere. Poſt mortem verò ſuam, omnes libri, quos tempore ſuæ tranſlationis habuit, vel poſt modum commutati ad Provinciam illam, à qua tranſlatus fuit, integrè revertantur, &c.* Et infra: *Miniſtri cùm Fratres ſuos viſitant, libros, & res ſuas alias faciant reſignari, & ſi quem libros habere præter neceſſarios, invenerint; diſpenſent cum Diffinitoribus in Capitulo non habentibus, &c.* Hæc in antiquis Conſtitutionibus, quibus præfuit S. Bonav. cum eſſet Miniſter Generalis.

19 Secundò, Conſtitutiones Martini 5. c. 10. § De ſtudio. Tertiò, Cõſtitutiones primæ Barchinonenſes cap. 3. circa finẽ. Quartò, Cõſtitutiones Iulij. 2. c. 6. partic. 8. Quintò, Conſtit. Salmanticenſes anno Dñi. 1553. ſub R. Clem. Monelia, quæ approbatæ fuerunt per Iulium 3. vt videre eſt in Collectione Statutorũ Generalium, quã fecit Revolledus fol. 86 c. 1. fine. Sextò, Cõſt. Toletanæ an. 1583. ſub R. ac Vener. P. Fr. Fran. Gonzaga cap.

cap.3. de Paupertate, §. *de Vſu rerum*, verſ. *de Libris*, vt Revolledus vbi ſupra fol. 138. Septimò, Conſtit. Valliſoletanæ ann. 1593. vt Revolled. fol. 188. col. 1. Octavò, Conſtit. Tolet. an. 1606. vt videre eſt in Revoll. fol. 206. col. 2. Nonò, Conſt. Rom. an. 1612. vt patet in Conſt. Segov. vbi infra. Decimò, Conſtit. Segovien. an. 1621. cap. 3. de Obſervantia Paupertatis, §. *de Libris*, num. 1. ibi: *Quamvis licitum ſit cuicumque Fratri librorum vſum habere, ſuo miniſterio neceſſarium, ex ſui Superioris facultate, &c.* Et poſt: *Ideo ſtatuitur, vt nullus Frater poſſit habere plures libros, quàm ex iudicio Provincialis Miniſtri fuerit ſecundùm qualitatem Fratrum conceſſum, & determinatum.* Hæc ibi.

20 Vltimò, Conſtit. Toletanæ ann. 1633. (14. Maij) §. de Prædicatoribus, fol. 20. verſ. *Ne verò*, ibi: *Ne verò cellarum, ſeu particularium Bibliothecarum libri facilè pereant; ſtatuimus, ſimulque præcipimus, &c.* Et infra: *Quatenus dicti libri iuxta numerum in inventario relatũ coram Conventuum Diſcretis, conſignentur à Guardianis, Fratribus eaſdem cellas habitaturis, &c.* Hæc ibi. Et paulùlum infra: *Liceat Fratribus ex particularibus cellarum Bibliothecis, tot libros ſuis vſibus conceſſos, de Superiorum licentia, tempore tranſmigrationis ſecum de Conventu in Conventũ deferre, quot, ad ſummum vnius equi ſarcina aſportari poſſint, &c.* Hæc ibi.

21 Accedunt etiam omnes ſacræ noſtræ Religionis Generales Miniſtri, præcipuè Seraphicus Doctor vt iam vidimus, Vener. P. Fr. Bonagratia (ſecundus poſt S. Bonaventuram Succeſſor) morum ſanctitate, & vitæ integritate Inſignis, vt ait Auctor Cõformitatũ cõform. 8. pro 2. p. §. De decimo Generali, & Auctor libri Firm. trium Ord. parte 1. in Memoriali Ordinis §. *Vndecimus Generalis*, ſic ait: *Vndecimus Generalis Miniſter fuit Frater Bonagratia de Provincia Bononiæ, vir multùm Religioſus, & iuxta nomen ſuum, morum gratia Prædotatus. Creatus Aſsiſij ann. 1279.* Hic ergo Vener. Generalis Miniſter in epiſtola, quã eodem anno Miniſtris, & Fratribus totius Ordinis deſtinavit pro Regulæ noſtræ ſtrictiori obſervantia (quam epiſtolam invenies in Firm. trium Ordinum p. 1. fol. 23.) in §. *Banè indignorum*, ait: *Quicũque de tali mittendo*, (ideſt de macula criminis notato) *conſulue-*

ſoluerit, vel elegerit ipſum, per Miniſtrum, vel Viſitatorē Ordinis privetur libris omnibus, nec reddantur eidem ſine Provincialis in Capitulo licentia ſpeciali. Hæc Bonagratia. Item alius Generalis Miniſter (cuius, tacito nomine, mētionem facit Auctor Firmam. triū Ord. p. 1. fol. 24. col. 2.) in epiſt. ſtatutoria pro ſancta paupertate, & alijs neceſſarijs diligentiùs ſervandis. Quā refert ipſemet Auctor Firm. vbi ſupra. Ibi vide. Itē P. Fr. Guillielmus Farinerius, *vir profecto* (ait Piſa confirm. 8. pro 2. p. §. de 20 Generali) *graviſſimus ſanctitate morum præcipuus*, in cap. 6. conſtitutionū, quas Farinarias appellavit. Quarum mentionem facit Auctor libri conformitatū vbi ſupra, necnō Auctor libri Firm. p. 1. in Memoriali Ordinis fol. 23. § Vigeſsimus primus Generalis fuit Frater Guillielmus Farinerij, &c. & omnes alij Generales eorum Succeſſores.

Etiā ſancti habuerūt vſum librorum in particulari.

21 Vltimò, vſum particularem librorum Fratribus licitum, probant ipſa facta Sanctorum. Primò B. P. Fran. Fabrianenſis copiam habuit librorum ad vſum particularē, qui floruit ann. 1322. eiuſq; memoria in benedictione eſt; propterea à noſtris Scriptoribus cōmendatus. Auctor libri conformitatum, conform. 8. ita eum laudat: *Cuſtodia Æſina habet locum de Fabriano, in quo iacet Prædicator devotus Franciſcus, miraculis glorioſus*. Marcus Vliſsipponenſis 2. p. lib. 7. cap. 1. *Homo doctiſsimus, & magnus Prædicator*. Ven. Gonzaga 1. p. in Cathalogo Seraphici Ordinis Beatorum fol. 94. *B. Franciſcus Fabrianenſis, miraculis clarus, iacet Fabriani in Piceno*. Et Petrus Rodulphius lib. 1. hiſtor. Seraphicę Relig. fol. 100. *Obijt B. Franciſcus Fabrianen. an. ætatis ſuæ 71. Fabriani, ann. 1322. corpus eius integrum, & incorruptū aſſervatur in Eccleſia S. Frāciſci, vnde ob eximiam vitæ ſuæ ſanctitatem, quam adhuc viuens præſeferebat, colitur præcipua veneratione*. Hæc Rodulph. & lib. 2. fol. 257 §. *Cuſtodia Æſina* (ait) *locus Fabriani, vbi miraculis hodie quoque fulget B. Franciſcus Fabrianēſis*. Hęc Rodulphus.

23 Multa de hoc ſanctiſsimo viro, (& mirabilia) Auctor Ann. Minorū tom. 2. ad ann. 1267 à n. 4. vſque ad 7. incluſivè refert, & inter alia ſequētia habet num. 6. *Vltra pietatem, & orationem, adhibuit etiam literarum humanarū, & divinarum ſtudium ad myſteria enodanda, ad res doctè, & fundatè explicandas. Neque exiguus ei librorū cumulus;*

lus; quippe inter monumenta, quæ morienti ſupererãt, & apud Minores Fabrianenſes ſeruantur, habetur etiam Indiculus librorum, quos emi fecit (nota) *pecunia, à patre ſuo vltimis tabulis in hunc finem legata; graviores quoſque habuit ex Sanctis Patribus, Primos, & notiores omnes Theologiæ Magiſtros, Expoſitores vtriuſque Teſtamenti, Philoſophos plures, & Mathematicos, & ſui ſæculi optimos concionatores.* & infra: *Sancta & nobis germana eſt paupertas, ea videlicet, quæ vniuſcuiuſque ſtatum & functiones decet, videlicet, vt ſimplex, & illiteratus Frater, quæ ad victum tenuem, & pauperem veſtitum ſunt neceſſaria, vt Sacerdos, quæ ad Sacerdotium, & ad confeſsiones excipiẽdas, inſtructorios habeat codices, vt Verbi Dei Concionatores, & Sacræ Theologiæ Lectores, &c. Vt ſuperfluitatem & exceſſum condemno, ita neceſsitatem in his rebus agnoſco.* Hęc Vvaddingus.

24 Secũdò Fr. Raymũdus, Fr. Petrus Maceratenſis, & Fr. Thomas Tolentinas, vſum librorũ habuerũt in ſpeciali, vt conſtat ex Rodulpho in hiſtoria lib. 2. f. 180. vbi dicit, *quod Patres omni librorum vſu eos priuarũt, atq; in vincula conieceruẽt.* Nulla alia de cauſa, niſi quia reſiſtebant relaxationibus contra Sanctam paupertatem, vt ibidem, & fol. 181. affirmat idem Rodulphus: & liquido conſtat ex Annalibus Minorum t. 2. ad an. 1275. n. 2. & ad ann. 1289. n. 24. Ergo ſi Prælati eos privarunt vſu librorum, libros habebant in ſpeciali. At hi erant maximi paupertatis Regulæ Zelatores, vt ex locis relatis conſtat. Ergo &c.

25 Tertiò B. Iacobus à Marchia, paupertatis altiſsimæ, ac ſuæ Regulæ ferventiſsimus Zelator, etiam ad vſum ſuum habuit plures libros. Ita enim de illo Ven. Gonzaga 2. p. in Provincia Marchiæ, Conventu 5. loquens, ait: *In Sacrario* (Supple Conventus montis Prandoni) *B. P. Iacobi à monte Prandone* (ſiue de Marchia) *habitus, caputium, mantellus, quo dæmones ab obſeſſorũ corporibus fugantur, Kalendariũ, diurnale, breviarium, pluresque libri cuſtodiuntur.* Hæc Gonzaga fol. mihi 197. Notentur hæc verba: *Pluresque libri.* Ergo vſus librorum in particulari non eſt illicitus Fratribus Minoribus, licèt (vt dixi num. 15.) debeat eſſe moderatus iuxta qualitatem perſonarum.

26 Itaque vſum moderatũ librorum, etiam in ſpeciali, licitum Fratribus Minoribus,

neç

hoc contra eorum Regulam, nec contra intentionẽ ſanctiſſimi P.N.Franciſci eſſe, ex dictis à n.16.conſtat. Idcircò nõ eſt audiendus Ximenez, qui in cap. 6. Regulę num. 47. pag. 499.affirmat, eſſe contra voluntatem P.N.Frãciſci, quòd Fratres Minores vſum librorũ in particulari habeant : *Eſta concluſion*(ait)*eſtà determinada en las Conſtituciones de Segovia cap.3.tit. de Rerũ vſu, pag.34.*Hæc Ximenez. Latine verò,&c. *Hæc cõcluſio*(ait) *diffinita eſt inCõſtitutionibus Segovienſibus cap. 3. tit. de Rerum vſu,pag.34.* Hæc Ximenez.

27 Immeritò tamen, vt liquet ex ſupradictarum conſtitutionum verbis, quæ veritatis gratia ſubiungo. *Cùm moderatus vſus* (inquiunt ſupradictæ conſtitutiones Segoviẽſes,pag.34.num.6.)*nõ ex arbitrio cuiuſcũque,ſed ex Prælati iudicio ſit liberandus: ideo Miniſtri, & Guardiani ſecundùm neceſsitates occurrentes, & qualitates perſonarum,locorum,& temporũ, moderatè,& non profanè debent vſum rerum Fratribus concedere : ſuper quo eorum conſcientias oneramus, &c.* Et paululum infra. *Nec cuipiã habere permittãt Bibliotecas, oſtentationi magis,quàm vtilitati deſervientes.* Hæc ibi. Et pag.35.n.7. dicitur: *Cùm autem de vno in alium Conventum Fratres transferuntur, ſecum non deferant, niſi libros ſibi neceſſarios, & veſtimenta ſui vſus, &c.* Hæc in dictis Conſtitutionibus Segovienſibus. Ex quibus auſus eſt Ximenez colligere, determinatam eſſe in Conſtitutionibus Segovien. ſuam, contra noſtram, concluſionem, earum verum ſenſum depravando, vt cuilibet legenti perſpicuum eſt, maximè adiũctis alijs verbis ſupra num.19. fine, relatis.

28 Petes tertiò. An vſus, & eſus carnium in Conventu, (vel extra) liceat Fratribus Minoribus? Reſpondeo affirmativè cum S.Bernardino(Patre meo)in ſua Epiſt.art.5.his verbis: *Quintò, quòd in Regula vſus carnium in loco, vel alibi Fratribus non prohibetur, licèt non deceat niſi moderatus, & diſcretus.* Hæc ibi. Concordat B.Ioan. à Capiſtrano, & alij doctiſsimi, & Religioſiſsimi Patres, vt liquet in principio prædictæ Epiſtolę. Quam invenies in Monumen. Ordinis tract. 3. fol. 97. & 89.poſt.explicationem Regulæ editam à ſanctis Patribus Ordinis. *Veſci carnibus licet intra, & extra Cõvẽtũ.*

29 Accedunt Generalia ordinis ſtatuta, Conſtitutiones Generales antiquæ cap.4.

§. de cibis, prima Barchinon. ſtatuta etiam cap. 4. §. de *Vſu carnium*, & alijs circa cibum neceſſarijs, & reliqua ſtatuta Generalia. Demum Statuta Segov an. 1621. facta, etiam cap. 1., de *Modo interius converſandi*, §. de *Vſu carnium & vita communi*.

30. Suffragantur etiã omnes Regulæ expoſitores poſt Sanctum Bernardinum (Patrem meum) rectè ſentientes. Sic Author Defenſorij Obſervantiæ contra deviantes, in reſponſione ad argumentum pro ſecunda poſitione parum ante finem: Vir Illuminatus P. Fr. Ioan. Phil. citatus ibi à dicto Defenſorio, Ven. Guib. Nicol. tract. decẽ plagarum, cap. de plagis denariorum. Cord. in cap. 6. Reg. q. 14. pun. 3. in principio. Politius ibi n. 88. Ximenez in cap. 2. Reg. n. 104. Author Manipuli (ſibi contrarius) 2. part. cap. 8. n. 16. & 23. qui perperam oppoſitum tenet cap. 9. n. 1. vbi ſupra.

31. Sed argues ex Seraphico Doctore cap. 2. in Reg. fine ſuper illa verba: *Non iudicent homines, quos viderint vti cibis & potibus delicatis: Non eſt ergo* (inquit Sanctus) *Fratrum vti cibis & potibus delicatis*, & infra: *vnde certũ eſt, quòd paupertatẽ & pœnitẽtiã profitẽtibus carnes ſunt vitãdæ in ſuis domibus, extra caſum neceſſitatis, duplicis, ſcilicet, vel infirmitatis, vel neceſſitatis manifeſtæ, iuxta quod B. Benedictus inhibet Monachis carnes quadrupedũ, præter illos, qui ſunt omnino debiles, vel ægroti*. Hæc S. Bonav. Secundo argues ex Hugone in cap. 3. Regulæ circa finem: *Abſtinentia Carniũ* (ait) *in locis Fratrum B. Frãciſci tempore dicitur incepiſſe*. Hæc Hugo.

32. Ad primum reſpondeo, ibi non loqui Seraphicũ Doctorem de debito neceſsitatis, vel præcepti ſimpliciter, ita vt contra Regulã faciãt Fratres, qui intra, vel extra domũ carnibus veſcuntur: Imò eſſet cõtra Regulam tale præceptum imponere, vt liquet ex quadã conſtitutione, quam fecit Frater Helias vicarius Generalis, (abſente Beatiſsimo P. N. Frãciſco). Iuſſerat enim Frater Helias, ne, ſcilicet, vllus Frater intra, vel extra Clauſtra poſsit carnibus veſci, vt refert Author Ann. Min. an. 1220. n. 3. & Marcus Vliſsip. 1. p. Chr. lib. 2. c. 3. Quod quidẽ ſtatutũ cõtra Regulã eſt, (quæ cõcedit, *vt liceat mãducare de omnibus, quæ eis apponuntur*) vt liquidò cõſtat ex verbis Angeli (relatis ab Auth. Ann. an. 1220. n. 21. & à Marco Vliſs. vbi ſupra) monentis Heliam, non rectè

veti-

vetitum Fratribus abſtinenere à carnibus. Quibus auditis, Helias, & iratus, indignatione clauſit hoſtiolum in faciem Angeli. *Nihil horum Beatiſſimum P. N. Franciſcum latuit, cui Deus omnia in ſylva monſtravit, & acriter reprehendens Fratrem Heliam, adiecit: Malefacis Frater Helia, ſuperbe repellis Angelos Dei, qui veniunt, vt nos viſitent, & inſtruant, &c. & his dictis ſtatim illud ſtatutum de carnibus non edendis annullavit* Hæc in Ann. num. 12. vt ſupra.

33 Hac ratione motus S. Pater, quod ſupradictũ ſtatutũ, tanquã præceptũ commune ab omnibus in ordine regulariter obſervandũ, proponeret Frater Helias, quod non potuit: nec alius Prælatus Generalis poteſt facere, vt habet S. Bernardinus (Pater meus) ab omnibus receptus in tract. de Obedientia per modũ dialogi, art. 3. argum. 12. c. 4. Quod verum eſt, etiamſi cum maiori parte Capituli Gener. hoc facerẽt Prælati, vt tenẽt Cord. in cap. 10. q. 2. Pol. ibi. n. 49. & alij communiter. Ex quibus omnibus ſequitur, quòd D. Bonavent. non loquitur de debito præcepti, ſeu neceſsitatis ſimpliciter; ſed de debito cõſilij, & cõgruitatis, ſeu neceſsitatis ſecũdum quid, & hoc, nõ quia Regula ſic perfectius obſervetur, ſed quòd abſtinẽtia ſtrictiùs teneatur.

34 Ad illud Hugonis, reſpondeo, verum eſſe abſtinentiam carnium in locis Fratrum tempore B. P. N. Fran. incepiſſe, non tamen ſub præcepto impoſitam omnibus; ſed ſub conſilio volentibus propoſitã eſſe, vt patet ex ipſa Regula cap. 3. quæ omnes cibos concedit omnib9, vt dixi ſupra n. 32. & 33. & etiam ipſemet Seraphicus Pr. admiſit carnes, quibus in Conventu omnes Fratres ipſo præſente veſcerẽtur, vt patet in Ann. an. 1258. n. 14. & in Chron. 1. p. lib. 6. c. 37. de porco, cui præſcidit pede B. Iuniperus, quẽ mox cõditũ ægroto miniſtravit, porcumquè poſtea Dominus gregis occidit; & cõmodè præparatum Fratribus miſit, quẽ receperunt, Beatiſsimo P. N. tunc præſente, & annuente. Idcircò item Hugo vbi ſupra ſubiungit: *Non carnium reprehenditur vſus; ſed concupiſcentia, & abuſus, non cibus in vitio eſt, ſed appetitus carnalis* Hæc Hugo.

35 Quinta cõcluſio. Superfluitas omnis, & pretioſitas in victu, & veſtitu eſt nobis prohibita ex vi Regulæ, patet, eſt quẽ cõcors ſent. tam Põtificũ declarantium, quàm omnium Doctorum (nemine dempto) *Superfluitas in victu, & veſtitu prohibita.*

Regulam exponentium. Sic Nicol. 3. art. 2. §. *Ad hæc cum Fratres*, verſ. *Inſuper*, ibi: *Inſuper nec vtēſilia, nec alia, quorum vſum ad neceſſitatē, & officiorum ſui ſtatus execu tionem: ad vllam ſuperfluitatem, divitias, ſeu copiam: recipiant, &c.* Et paulò inferius: *Semper in eis, & eorum actibus, paupertas ſancta reluceat, prout eis ex eorum Regula invenitur indicta, &c.* Hæc ibi. Et Clem. 5. art. 7. §. *Quamvis etiam.* Quibus accedunt omnes Regulæ Expoſitores. Vide Cord. q. 14. in capit. 6. Reg. pun. 3. §. *Nunc reſtat de ſecunda parte.*

Itē in ædificijs paramētis, & vaſis Eccleſiaſticis.

36. Sexta concluſio. Similiter ſuperfluitas, opulentia, pretioſitas nimia, &c. in ædificijs, & domibus, quibus vtimur, & in paramentis, & & vaſis Eccleſiaſticis, ſeu ad divinum cultum pertinentibus, nobis ex Regula interdicitur, ita quòd Fratres Minores contra Regulam, & profeſſionem ſuam faciunt procurando, vel vtēdo domibus, vel ædificijs, & Eccleſijs ſumptuoſis, vel exceſſivis in multitudine, & magnitudine, vel paramentis, & vaſis Eccleſiaſticis nimis exceſſivis, pretioſis, aut curioſis, &c. vt patet per Clem. 5. art. 7. §. *Hinc eſt etiam*, cui concordant omnes Regulæ Expoſitores. videatur Cord. vbi ſupra pun. 4. & infra dicenda ſect. 4.

Superfluū pretioſū, & curioſum quid?

37. Sed quæres. Quid ſit, aut dicatur reſpectu noſtri ſuperfluum, curioſum, aut pretioſum? Reſpondeo cū Cord. in cap. 6. q. 15. pun. 1. verſic. *Dicitur tertio: Superfluum* (ait Cord.) *eſt id, quo ſublato reliquum commodè ſufficit ad vſum moderatum, vt duo, ſi vnum ſufficit, tunc ſuperfluit alterum, & tria, ſi duo, &c. & hoc pertinet ad virtutem ſufficientia, quæ rerum numeroſitatē virtuoſè ordinat, amputando numerum rerum non convenientem ad vſum moderatum. Curioſum eſt, quod fit ad delectationem ſenſuum immoderatam, vt pictura, cælatura, pulchritudo, & decor, vbi ſimplex ædificium, vel aliud eiuſmodi abſque talibus curioſitatibus picturarum, & pulchritudinum ſufficeret ad vſum moderatum: & contra curioſitatem eſt ſimplicitas, & humilitas, quæ prohibet decorum & ſumptuoſum, & accipit commodam vtilitatem ſufficientem ad vſum moderatum talis rei. Pretioſum eſt, quod vltra valorem rei ſufficientis ad vſum moderatum habet, vt vbi ſufficit crux, aut calix argenteus, quærere aureum; & procurare ampullas, & lampades argenteas, vbi ſufficiunt nobis ſtanneæ, & ide*

Digitized by Google

de candelabris, & huiuſmodi: & contra hoc eſt temperantia, quæ prohibet valorem nimium, ſeu pretioſitatē rei, & accipit valorem rei ſufficientem ad vſum moderatū: Hæc omnia Cord. Vide circa hoc infra dicenda ſect. 3. per totā, præcipuè num. 9. & triplici ſequenti, & ſect 4. num. 4. 7. 8. 9. & 13 vſque ad 17.

SECTIO. III.

Quomodo, & circa quid debeat cōſiderari, aut menſurari prædicta moderatio vſus quoad nos, vt ſit nobis, aut dici debeat vſus moderatus, ſuperfluus, &c.

Moderatio vſus debet attendi ſecundū circunſtantias, &c.

1 QVis autē vſus debeat moderatus cenſeri in quantitate, & qualitate ſecundùm ſtatum, & profeſsionem noſtram, nō poteſt dari certa, & punctualis regula, vt rectè Politius in cap. 6. n. 93.

2 Prima concluſio. Moderatio dicti vſus debet attendi ſecundū qualitatem noſtri ſtatus, & perſonarum, varietatem temporum, locorum conditiones, & alias occurrentes circunſtātias. Sic expreſsè Nic. 3. art. 2. §. *Adhac tum Fratres*, verſ. *Inſuper*; S. Bernardin. (Pater meus) in ſua epiſt. art. 3. ibid. B. Ioan. à Capiſtrano. Sequuntur Cord. in c. 6. q. 15. pun. 1. Polit. n. 93 Ximenez in cap. 4. n. 27. Siguenza ibid. tex. 2. §. 12. fol. 124. & omnes communiter.

Secūdum qualitatē noſtri ſtatus.

3 Dixi: *Secundum qualitatem noſtri ſtatus*; nam conſtat, quòd conditio ſtatus eſt vna de circunſtantijs requiſitis ad actū aliquē eſſe alicui, vel non eſſe convenientē. Et ſimiliter ad hoc, quòd aliquis vſus rei ſit, vel nō ſit ei cōveniens. Igitur vt aliquis vſus ſit nobis moderatus, debemus attendere ſtatū noſtrū, ſeu profeſsionem. Status enim noſter non ſicut aliarū Religionū, ſed maioris paupertatis, & humilitatis eſt, necnon, & maioris pœnitentiæ, vt expreſsè clamant, veſtimentorū vilitas: duarum ad plus tunicarū vſus: nuditas pedū expoſita iniurijs frigoris. Interdicta equitandi poteſtas. Victus mendicata neceſsitas. Acquirendi pecuniam, vel illa vtendi ſublata poſsibilita. Et vocabuli deſpicabilitas: vocamur enim Fratres Minores. Conſentiunt omnes Regulæ Expoſitores, Cord. vbi ſupra, & in cap. 4. q. 7. conditione 1. §. *Notandū ad debitè*, Polit. in c. 4. n. 19. Mirāda in 1. in p. c. 69. §. *Digo lo* 3. & in 2. cap. 50. Ovandi Addit. ad diſt. 38. in 4. prop. 23. Ximen. in c. 4. n. 18. & 41. & in c. 6. n. 37. Siguenza in c. 6. tex. 1. §. 30. fol. 184. March. in cap. 6. tex. 3.

tit. vnico,q.1.& cæteri communiter.

Et perſonarum. 4 Dixi etiã: *Perſonarum.* Quia Confeſſor pluribus indiget ad ſui oficij executionẽ, quàm ſimplex Frater: & Prædicator pluribꝰ indiget pro ſuo officio, quàm Cõfeſſor. Quòd ſimiliter dicendũ eſt de ſacræ Theologię Lectoribus, Prelatis, & alijs reſpectivè: ſemper tamẽ præoculis habẽtes, quòd ſumus in ſtatu Religioſorum pœnitentiũ, & pauperum, præ alijs Religioſis, vt iam dixi. Rurſus nõ debet eſſe idẽ vſus ſanis, & ægrotis, vt Polit. c. 6. n 93. & Ximenez c. 4. n. 27. Siguẽza ibi tex. 2. §. 12. *Seni, & iuueni*, &c. vt Marchant. c. 4 tex. 2. tit. 4. q. 3.

5 Et ſi quæras. Qualis vſus rerum ad victum, & veſtitum conveniat nobis? Reſpondeo, quòd ſtandum eſt rationabili conſuetudini patriæ: rationabilis autem iudicatur, quæ cõmuniter approbatur à viris probis, & à Prælatis, & latius hoc, & pulchrè docetur in tract. Defenſorio contra deviantes, & refert Cord. q. 15. in cap. 6. pun. 1.

Secũdum varietatẽ tẽporis. 6 Dixi: *Varietatẽ temporum.* Tempore enim feſtivo, ſeu alicuius ſolemnitatis, aut magni laboris, & exercitij, reputabitur moderatus cibus, qui aliàs erit delicatus, & lautus; idemq; dicendũ eſt tẽpore convivij, & quando cum Magnatibus comeditur. Sic expreſsè Polit. in cap. 6. n. 93. Poſt ipſum Ximenez in cap. 4. n. 27. & Siguenza §. 12. vbi ſupra, & ante omnes Cord. vbi ſupra q. 15. Item pluribus provideri oportet tẽpore, quo cõtinuo ieiunio vacant Fratres, quàm tẽpore, quo quibuſlibet veſcuntur, tempore hyemis, quàm æſtatis, &c. vt docet March in c. 4 tex. 2. tit. 4 q. 3.

Secũdum loca. 7 Dixi: *Locorum.* Quia hic, vel ille cibus, (vel hæc proviſio) erit vilis, & moderatus in vna Religione, vel loco, ſecus verò in altera, vt Cord, Polit. & alij ſupra citati. Item locus inducit neceſsitatem, (addit March vbi ſup) quia habet incolas aſperos, illiberales, &c.

Et alias circunſtãtias. 8 Dixi: *Et alias occurrentes circunſtantias*: vtpotè actiones, ſiue occupationes perſonarum: pluribus enim indiget, & melioribus, qui eſt ex itinere continuo defatigatus, (& ſingulis diebus ambulare debet) quã qui eſt domi quietus. Item qui ſtudijs gravioribus, prędicationibus, lectionibus, quotidie vacãt quàm qui ſimilibus non occupantur. Sic March in cap. 4. vbi ſupra. Ex quibus pendent plurimorũ dubiorum reſolutiones. *Quæ omnia* (addit Cord. q. 15. vbi ſupra) *ſunt conſideranda, & ſervanda, ad hoc, quòd aliquis*

vſus

vſus aliquarum rerum ſit, & iuſtè cenſeatur moderatus reſpectu noſtri. Nam cùm moderatio vſus ſit virtuoſa, requirit integritatem omnium circunſtantiarum ad eam requiſitarum, quales ſunt omnes ſupradicta. Hæc Cord.

Nõ omne, quod excedit vſum strictum, eſt ſuperfluũ, &c.

9. Secunda concluſio. Nõ omne, quod excedit numero, qualitate, decore, valore, &c. vſum ſtrictum, debet ſtatim iudicari ſuperfluum, curioſum, pretioſum, &c. ſed quando excedit numerum, aut qualitatẽ, vel valorem, & cætera requiſita ad vſum moderatum, qui non ſtat in extremitate, aut penuria vſus, nec in indiuiſibili punctualiter conſiſtit, vt ſupra ſect. 1. dictum eſt.

10. Itaque dupliciter dicitur aliquid ſuperfluum, curioſum, pretioſum, &c. vno modo, quando habet numerum, qualitatem, valorem, &c. plus quam conueniat ad ſtatum ſtrictum, & penurioſum; & hoc ſolum eſt, & debet dici ſuperfluum, curioſum, pretioſum, & illicitum in rebus, quarum vſum ſtrictum, & penurioſum tenemur habere, ſicut in vilitate veſtium, & vſu plurium quàm duarum tunicarum, &c. In vilitate enim veſtium, & c. tunc quod excedit à prædicta vilitate, bene dicitur pretioſum, aut ſuperfluum reſpectu vſus talis ſtricti, licèt non ſit ſuperfluum reſpectu vſus moderati. Alio modo dicitur ſuperfluum, pretioſum, &c. quando ſcilicet habet numerum, & qualitatem, aut valorem, &c. pluſquam conueniat ad vſum moderatum: & hoc ſolum eſt, & debet dici ſuperfluum, aut pretioſum, &c. & illicitum in rebus omnibus, quarum vſum moderatum poſſumus habere, de quibus hic loquimur. In his ergo rebus ſolùm, quod excedit numerum, aut qualitatem, &c. conuenientem ad vſum moderatum, eſt ſuperfluum, aut curioſum, &c. & non quod excedit numerum, aut qualitatem, &c. requiſitam ad vſum penurioſum.

Sed quod excedit vſum moderatum.

11. Et conformiter ad prædicta, magna diſputatione, & examinatione hoc ipſum eſt declaratum per S. Bernardinũ (Patrem meum) & per B. Ioan. de Capiſtrano in prædicta epiſtola; dicitur enim ibi: *Tertiò, quòd ſuperfluitas, & curioſitas, non debet diſcerni reſpectu neceſsitatis certæ, ſeu vſus ſtricti, quoad ſtatum Fratrum Minorum; ſed moderati: cum vſus moderatus non poteſt dici ſuperfluus, & curioſus, & per conſequens, nec vitioſus. Imò ſecundum veritatem om-*

Non omnis exceſſus in vſu eſt mortale.

18 Quinta concluſio. Nõ omnis exceſſus, aut immoderãtia in vſu, eſt mortale peccatum, ſed ſolùm quando eſt talis, ac tanta quòd meritò cenſeri debeat, tãtæ promiſſæ paupertatis ſtatum enormiter lædere. Aliæ autem immoderantiæ peccata venialia erunt. Et ratio eſt, quia præceptum de moderantia habenda in rebus ſecundum ſtatum hominum, ſemper ſic intelligitur, quòd eius tranſgreſsio nunquam eſt mortalis, niſi ſit notabiliter contra ipſam virtutem temperantiæ requiſitã reſpectu talis perſonæ, & ſtatus. Quæ virtus habet multos gradus, & quilibet gradus ſuam latitudinem, intra quam ſeruatur virtus, & gradus virtutis, vt eſt communis doctrina Theologorum, & Philoſophorum. Sic ergo in propoſito eſt dicẽdũ, quod nunquam eſt mortalis trãſgreſſio circa hoc; niſi exceſſus ſit talis, ac tãtus, quod eius vſus ſit notabiliter repugnans virtui moderato. Et in hoc omnes Doctores conueniunt. Sic Serena conſ. q. 11. & ibi Albert. Ioã. Pirrin. in ſuo tract. Not. 2. Cord. vbi ſupra q. 15. pun 4. Polit. n. 94. Ximenez in cap. 4. q. 4. n. 3 fine: & concordant Petrus Ancharran. Federicus & Zabar. in Clem. Exiui, & Capitula Generalia: Imo fuit voluntas Beatiſsimi P. N. Fr. & Nic. 3. vt infra n. 21. & 24. ſequentibus dicetur.

19 Pro quorum maiori declaratione notandum eſt cum Cord. vbi ſupra; (ex quodam tract. De Paupertate ſine nomine Authoris, quẽ ibi refert, & ſequitur) quod tripliciter poteſt dici, quòd poſſumus conuenienter ſine vſu alicuius rei viuere. Primo modo ſic, quod ſine tali vſu talis rei poſſumus qualitercumque viuere, & exercere neceſſaria ad noſtrum ſtatum, & conditionem. Secundo modo ſic, quod ſine tali vſu talis rei poſſumus conuenienter explere omnia decẽtia nobis, & noſtro ſtatui, officijs, & Societati noſtræ, & ita quod ille talis vſus illius rei in nullo eſt nobis decens & vtilis. Tertio modo ſic, quod ſine tali vſu talis rei poſſumus conuenienter explere omnia decentia nobis, & noſtro ſtatui, officijs & Societati noſtræ, ita tamen, quòd vtilitas talis vſus talis rei per aliquid aliud æquivalens æquè bene poteſt ſuppleri.

Sublimi modo non tenemur ad ... cõ...

20 Primo modo non tenemur ſic conuenienter viuere, neque moderantia vſus ſtat in hoc, quod vitetur omne illud, ſine quo poſſimus conuenienter id eſt, qualitercunque viuere, & exercere noſtra officia: nam multa ſunt, ſine quibus poſſumus viuere ſecũdum decentiam ſtatus, & officiorũ: qui-

quibus tamen vtendo non excedimus vſum moderatum, ſed ſunt ad maiorem decentiam, vſus moderati, vt ſunt ædificia, libri, ſtudia literarum, & cætera huiuſmodi, ſecundùm Nicol. 3. Secundò modo benè tenemur vivere convenienter ſine vſu tali illius, qui in nullo nobis eſt decens, & vtilis, &c. quia talis vſus eſt omnino ſuperfluus reſpectu decentis ſtatus noſtri; ideo quando talis vſus ſuperfluus manifeſtè apparet; quòd ſit ſic ſuperfluus, aut immoderatus, ſemper eſt peccatum magnum, vel parvum; ſecundùm proportionem, & magnitudinē, vel moditatem ſuperfluitatis rei, & vſus eius. Tertiò modo non tenemur vivere ſine illo vſu illius rei; qui vſus eſt decens noſtro ſtatui: quamvis benè poſſit per vſum alium ipſius, vel alterius rei æquivalentem ſuppleri, neque ibi eſt aliqua immoderantia, aut ſuperfluitas, aut peccatū niſi illud aliud æquivalens ſimul cum alio habeatur in vſu: tunc enim eſt ſuperfluitas vitioſa, vt dictum eſt. Hæc in prædicto tract. quem refert Cord. vbi ſupra.

Nota valde declarationem de vſu. 21 Secundò nota declarationem, & determinationem Miniſtrorum, & Capitulorum Generalium, & Doctorū Ordinis, explanantem quid ſit vſus pauper, & quomodo accipi debeat, & obliget? *Vſus pauper arctus, ſeu moderatus includitur infra ſubſtantiam Regulæ Fratrum Minorum, & intra votum, ſeu profeſſionem ipſorum, quod ſic explicitum oſtenditur. Vſum pauperem, arctum, vel moderatum, ſic intelligimus includi in voto Regulæ noſtræ, & Evangelicæ paupertatis, quòd quendam vſum rerum ſimpliciter reijcit, & interdicit, quendam ſimpliciter exigit; quendam verò ſub rationabili circumſtantiarum moderamine reſtringit. Reijcit namque ſimpliciter vſum pecuniæ, poſſeſſionem, ac cenſuum, ſiue redditutuum. Exigit vero ſimpliciter in quocumque extraneitatis aſpectum, & affectum, vt illa re, qua vtitur Frater Minor, vtatur ſimpliciter, vt nō ſua. Sicut enim omne ius ſiue omnis iuriſdictio temporaliū eſt nobis in Regula interdicta; ſic vſurpatio, ſiue de facto vendicatio omnis vſus iuris. In his verò, quæ ad veſtitum, & victum, divinum cultum, & ſapientiale ſtudium ſpectant, ſub rationabili circūſtantiarum moderamine vſum arctat, & reſtringit: & hoc tam reſpectu præſentis temporis, quàm futuri; quia perſonarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & officiorum noſtri ſtatus exe-*

executio, & nonnulla aliæ circunſtantiæ plus, minùsve, ac aliter, & aliter provideri requirunt. Hanc autem moderãtiam, quæ nihil aliud eſt, quàm medium paupertatis virtutis, non ſecundùm rem, ſed ſecundum rationis adæquationem ſumptum, non intelligimus ſic præcisè includi in voto Regulæ noſtræ, & Evangelicæ paupertatis, quòd omnis exceſſus, & immoderantia ſit mortale peccatum, ac voti ſubſtantiam interimens, ſed ſolum quando eſt talis, ac tanta, quòd meritò cenſeri debeat enormiter lædere ſtatum Evangelicæ paupertatis. Aliæ autem immoderantiæ, tanquam peccata venialia cenſebuntur, & ad tranſgreſsionem voti non aliter reducuntur, quàm peccata venialia ad tranſgreſsionem præceptorum: nec curamus, an illa reductio ſit per ſe, aut per accidens, ſeu occaſionem.

22 *Præmiſſa autem hæc omnia, credimus eſſe expreſſã intentionem B. Franciſci in Regula ſua, Domini Nicolai Papæ in ſua declaratione, & Fratris Bonavẽturæ, & quatuor aliorum Doctorum, qui fuerunt omnes Solemniores, & Magiſtri Ordinis noſtri, & Fratris Hugonis præclari viri: & ſic credimus ſenſiſſe Chriſtum, & eius Apoſtolos, & B. Franciſcum, & omnes antiquos Patres noſtri Ordinis. Et hæc prædicta eſt explicatio de vſu paupere, facta, & acceptata in Generali Capitulo apud montem Piſulanum, celebrato præſente Reverendiſsimo P. Fr. Matthæo de Aquaſparta Generali Miniſtro, & toto Capitulo. Et ſimiliter poſtea à Fr. Raymundo Gaufredi Generali Miniſtro, & à Generali Capitulo, ſub eo Pariſijs celebrato, fuit repetita, & recepta. Cuius explicatio à prædictis duobus Magiſtris ſolemnibus, & Generalib⁹ Miniſtris multipliciter per Ordinem prædicata fuit; & etiam à Fr. Albo loto prædeceſſore amborum. Et ab omnibus Catholicis, vt credimus, acceptanda, ſalva ſemper determinatione Summi Patris, & Domini noſtri Domini Summi Pontificis.*

Hanc declarationem invenies in lib. Firm. trium Ordinum 4. p. fol. 115. col. 4. & fol. 116. col. 1. Quam, qui ſcrupulis laborat, attentâ conſideratione perluſtret, vt tanto onere levetur, ac liberetur, illius perfecta intelligentia.

(·†·)

Digitized by Google

SECTIO IIII.

An Fratres Minores poſsint magna ædificia habere, vel ornamentis, & paramentis ſericis ad cultum divinum vti?

1 PRo clara, & debita intelligẽtia huius ſectionis, notanda, & præ oculis ſunt ſemper habenda duo decreta Clemen. 5. Clementina *Exivi*, art. 7. de Expropriatione Fratrum cap. 1. §. *Hinc eſt etiam*, & §. *Quamvis etiam*. Quorum primum eſt de Ædificijs ſumptuoſis non recipiendis. Secundum verò de Non habendis paramentis, & vaſis Eccleſiaſticis exceſsivis.

2 Ad ſuum enim examen fuerunt deducta (vt ipſemet ibi ait) inter alia, quæ in Ordine fieri dicebantur, & videbantur voto paupertatis repugnare, hæc duo, nimirum, de Ædificijs ſumptuoſis, & de Paramentis exceſsivis, ſub his verbis. *Item quòd Eccleſias, vel alia ædificia faciant, vel procurant fieri in quantitate, & curioſitate figuræ, & formæ, ac ſumptuoſitate notabiliter exceſsiva, &c. Paramenta etiam Eccleſiaſtica in pleriſque locis tam multa habent, & tam notabiliter pretioſa, quòd excedunt in his magnas Eccleſias Cathedrales*: Hæc Clem. 5. Cupiens ergo ipſe Clem. Fratrum providere conſcientijs, ad quæſita reſpondet, vt ſequitur.

3 Ad primum, de Ædificijs. *Hinc eſt etiam* (inquit Clem. 5.) *quòd cum vir ſanctus Fratres ſuos in paupertate ſumma fundare voluerit*, & poſt. *Convenit ipſis, quòd nullomodo deinceps fieri faciant, vel fieri ſuſtineant Eccleſias, vel alia quæcumque ædificia, quæ conſiderato Fratrum inhabitantium numero, exceſsiva in multitudine, & magnitudine debeant reputari: ideoque volumus, quod vbique in ſuo ordine deinceps temperatis, & humilibus ædificijs ſint contenti, ne huic tantæ paupertati promiſſæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet.* Hæc ibi.

4 Ad ſecundum de Paramentis Eccleſiaſticis pretioſis ſic reſpõdet. *Quamuis etiã paramenta, & vaſa Eccleſiaſtica, &c.* Et infra. *Sufficere debent eis*, (ideſt, Fratribus) *vaſa, & paramenta Eccleſiaſtica decentia in numero, & magnitudine ſufficientia competenter: ſuperfluitas autem*, (nimia, ſcilicet, vt intelligit Politius in cap. 6. num. 87.) *aut nimia pretioſitas, vel quæcumque curioſitas* (etiam ni-

nimia, vt explicat prædictus Politius ibi) *in his, ſeu alijs quibuſcumque non poteſt ipſorum profeſſioni, vel ſtatui cōvenire. Cùm enim hæc ſapiant theſaurizationem, ſeu copiā, paupertati tantæ quoad humanum iudicium derogant maniſeſtè*. Hæc Clem. 5.

5 Ex dictis à num. 2. ſucceſsivè vſque ad quartum incluſivè, liquent quinque. Primum, quòd aliqua ædificia faciebant Fratres in Ordine, vel fieri procurabant, quæ illorum profeſsioni, & paupertatis voto repugnabant, illa, nimirum, *quæ in quantitate, & curioſitate figuræ, & formæ, ac ſumptuoſitate, erant notabiliter exceſſiva.*

Exceſſus ædificiorū debet attendi, reſpectu numeri Fratrū.

6 Secundùm, liquet, quòd huiuſmodi exceſſus (ſumptuoſitatis, ſcilicet, curioſitatis, &c.) tam in Eccleſijs, quàm in quibuſcumque ædificijs, non debet attendi, vel reputari reſpectu ipſius ſumptuoſitatis nudè ſumptæ, latitudinisvè, aut magnitudinis, ſed reſpectu numeri Fratrum inibi habitantium, vt patet ibi: *Quæ conſiderato Fratrum inhabitantiū numero, &c.* Vnde conſtat clariſsimè, (& eſt maximè notandum) quod magni Convētus, in quib⁹ cōmuniter plures cōmorātur Fratres, aptiſsimè cū puritate Regulæ noſtræ, & voto paupertatis cohærent.

7 Tertium liquet, quòd etiam contra Regulam, & ſuā profeſsionem in pleriſquè locis habebant Fratres paramenta, & vaſa Eccleſiaſtica, illa, ſcilicet, *quæ tam multa erant, & tam notabiliter pretioſa, quòd excedebant in his magnas Eccleſias Cathedrales.* Notentur verba zelatorum ad D. Clem. 5. *Tam multa ſunt,* (inquiunt) *& tam notabiliter pretioſa paramenta, & vaſa Eccleſiaſtica, quæ in Ordine habentur, quòd Fratres, eis vtentes, excedunt in his magnas Eccleſias Cathedrales.* Quod eſt contra Regulā. Ergo Fratres, qui nō tam multis paramentis (etiam pretioſis) vtuntur, non ſunt ſuę Regulæ vllo modo tranſgreſſores. Imò ex mente zelatorum, non quilibet exceſſus prætioſorum paramentorum voto noſtræ paupertatis repugnat, ſed notabilis, & magnus.

8 Quartum liquet, quòd paramentorum Eccleſiaſticorum (etiamſi pretioſa ſint) moderatus vſus nobis omnino licitus eſt. Patet dict. cap. 10. §. *Quamvis etiam* ibi: *Quapropter* (ait Clem. 5.) *ſufficere debent eis vaſa, & paramenta Eccleſiaſtica decentia, in numero, & magnitudine ſufficiētia competenter: ſuperfluitas autem, aut nimia pretioſitas,*

non

non poteſt ipſorum profeſsioni, vel ſtatui convenire. Hæc ibi. Ergo ſi nimia pretioſitas, Fratrũ Minorũ ſtatui, nõ convenit: ergo pretioſitas, ſi nimia nõ ſit, ſtatui ipſorũ conveniet.

Nõ omnis ſumptuoſitas ædificiorũ eſt cõtra Regulam.

9 Quintum liquet, quòd non omnis ſumptuoſitas ædificiorũ: vel pretioſitas paramẽtorũ Eccleſiæ repugnant noſtræ Regulæ: ſed ſumptuoſitas notabilis: & notabilis pretioſitas: ideo toties repertũ eſt illud verbũ, *Notabiliter*, in dicta declarat. Clem. 5. vt ſup. n. 2. Et expreſſe advertunt illi noſtræ Regulæ Zelatores, & cũ illis Cord, hic. q. 14. pũct. 4. §. *Et notãdũ*, & q. 15. pũct. etiã 4. Polit. ibi. n. 87. 88. & 94. ſin. Seren. Conſc. q. 11. & Vbert. ibi. & cæteri cõmuniter. Et ratio eſt, quia talis vſus, dũ nõ eſt nimius, cenſetur moderatus, vtì habere ornamenta ſerica, & calices argenteos: & moderata ædificia.

Nec omnis pretioſitas paramẽtorum &c.

10 Et loquẽdo de vaſis Eccleſiaſticis expreſſe declarat S. Bernardinus (Pater meus) in ſua Epiſt. art. 6. ibi. *Sexto declaratur,* (ait) *quod in Calicibus, & patenis argenteis, dũmodo nõ nimiæ, & exceſsivæ magnitudinis, & pretioſitatis ſint, nõ repugnat Regulæ: imò ſatis cõvenit, quòd poſsint haberi* &c. Hæc S. vide infra Cõcordant Cord. q. 14. vbi ſup. Polit. num. 88. & omnes qui iuſtè, & prudenter ſentiunt.

Ædificia nimis ſũptuoſa ſunt cõtra Regulã.

11 His ſuppoſitis, ſit 1. cõcluſ. Ædificia nimis ſũptuoſa, aut *notabiliter* exceſsiva, in latitudine, curioſitate, magnitudine &c. repugnat noſtræ Regulæ, & voto paupertatis. Patet ex dictis ſup. n. 2. 3. & 5. Et cõſentiũt omnes Regulæ Expoſitores. Vide Cord. in cap. 6. q. 14. vbi ſupra pũct. 4.

12 Secũda cõcluſio. Exceſſus ædificiorũ noſtrorũ in latitudine, multitudine &c. nõ debet mẽſurari per reſpectũ ad altitudinẽ parietũ, latitudinẽ ſitus, multitudinẽve, cellarũ, ſive oficinarũ; ſed iudicari debet per cõſiderationẽ ad numerũ Fratrũ inhabitãtiũ. Ita expreſſe Clem. 5. *Ex. vi. §. Hinc eſt,* vt dictũ eſt ſup. n. 3. Et probat S. Bonav. in qq. ſuper Regulã. q. 6. vide dicta n. 6. ſup.

Itaque conventus magnæ molis, aut capacitatis, exceſsivi minimè ſunt, ſi magnus ſit in eis numer. Fratrũ inhabitãtiũ; quin potius humiles, & tẽperati, *cõſiderato Fratrũ numero,* ſunt. Quòd aliqui ſcrupuloſi nõ attẽdentes, aut minus rectè intelligẽtes, cõvẽtus huiuſmodi, ſine delectu, vt exceſsivos reprehẽdũt; aut craſſa Minerva, ũ ſuſpẽdant onere voti paupertatis, & nõ aliter iudicãndũ.

13 Tertia Cõcluſio. Nõ quęlibet ſũptuoſitas, aut quilibet exceſſus in dictis ædificijs, pec

cata mortalia ſunt cōtra noſtrã Altiſsimam paupertatē. Patet ex dictis ſupra. n. 9. vide ſup. ſect. 3. n. 18. & 21.

Paramēta notabiliter pretioſa contra Reg.

14 Quarta cōcluſio. Paramēta, aut vaſa Eccleſiaſtica multa, *notabiliter* magna, aut *notabiliter* pretioſa, repugnant noſtræ profeſsioni. Patet ex dictis ſup. num. 4. & 7. Et conſentiunt omnes Expoſitores.

Nō notabiliter pretioſa minimè.

15 Quinta cōcluſio. Paramēta, aut vaſa Eccleſiaſtica multa, & pretioſa (dūmodo *notabiliter* multa, aut pretioſa nō ſint, vt dictū eſt,) nullo modo repugnāt noſtrę Reg. Patet ex ſupra dictis. num. 9. & 10. Vide Cord. hîc q. 14. pūct. 4.

16 Et inſuper probatur ex verbis. SS. P. N. Fr. in ſuo Teſtamēto prolatis. *Et hæc Sāctiſsima Myſteria* (inquit) *volo ſuper omnia honorare, & venerari, & in locis pretioſis collocari.* Hæc SS. P.

17 Secūdò probatur aliꝭs, eiuſdē SS. P. ad intētū, ſatis aptis verbis, quæ referūt Author Cōformit. lib. 3. Cōformit. 4. (& 32. in ordine) p. 2. nō lōgè à princip. Et Author Chron. Ordinis. 1. p. lib. 2. cap. 63. fini. Cū itaq; in vltima infirmitate cōſtitutus. SS. P. ob oculorū grauiſsimū dolorē, eos, vilibus, facci, pannis coopertos haberet: quidā Frater ei valde familiaris dixit: *Quātū videres* (verba ſunt Authoris Cōformitat. vbi ſup.) *tu domino tuos ſaccos? Multi baldachini, & panni de ſerico* (Marcus Vliſsiponen. vertit Hiſpanè vbi ſup. *Paños de ſeda, i brocado*) *ponētur ſuper corpuſculū tuū, quod modo indutū eſt ſacco. Et reſpōdēs B. Fr. cū magno fervore, & lætitia ſpiritus ait. Tu verū dicis; quoniā ita erit pro gloria & laude Dñi mei.* Hęc ibi. Quæ ſunt valde notāda.

18 Si ergo ad gloriā & laudē Dei pertinet, quòd, pauperrimi S. Fr. altiſsimæ paupertatis ſectatoris & inſtitutoris, corpus: pannis ſericis & auratis ornetur, & cooperiatur, *Vaſculū fictile*, quia, fuit, in quo *abſcōditū habuit Theſaurum ilium*, ſuæ ſanctiſsimæ animę, in Cœlis iam glorificatæ: eadē proſus, & maiori ratione, quin etiam & potiori iure, ad laudem & gloriam Dei ſpectabit: quod altaria ſacra, (ad hoc deſtinata, vt habeant in ſe, & ſupra ſe ſanctiſsimum corpus D. N. Ieſu Chriſti, veri Dei, Cœlorumquè Regni Regis, & in quo *ſunt omnes Theſauri Sapientiæ, & ſcientiæ Dei*) Fratres Minores, Filiꝭ S. Fr. orment, & cooperiant paramētis pretioſis (vt dictū eſt) ſericis ſcilicet, & auratis, nō in hoc Deū offendentes, ac per cōſequens, nec Regulā maculātes; ſed potius Reg. obſervātes, & Deū honorātes & benedicētes.

19 Tertiò probatur factis, & authoritate D.Greg.9. Seraphico P.N.F. coævi, eiquè amicitia cōiunctiſsimi. *Qui*(vt dicit S.Bonav.in Epiſt. ad Magiſt.Innominatū art.1.)*in vtroqè iureperitus, Ordinis noſtri, & perfectionis æmulator, in conditione Regulæ B.Frāciſco adſtitit, & eius plenum intellectū agnovit.* Hæc S.Bonaven. Hic ergo S. Pontifex miſit ad Fratres noſtros ſacri Cōventus Aſsiſsiē.(vbi tranſlatio corporis SS. P. N.F. facienda erat) pretioſa munera adcohoneſtandā translationē, *crucem*, videlicet, *aureā non mediocris ponderis, opere gemmario elaboratā, pretioſis ornatam lapidibus, ſita in medio magna Crucis Chriſti parte: vaſa magna argentea, & mininiſterialia quæquè altaris inaurata, antipendiū* (Hiſpanè *Frontal*)*etiā magni pretij, &c.* Hæc Auctor Annal Minor.ad ann. 1230.n.1. & Auctor Chronic.Ordin.1.p.lib. 2. epiſt. 75. Notentur verba ab ſcrupuloſis.

20 Dices: hæc miſit Greg.9. diſpenſando in Regula. Reſpōdeo, falſiſsimum eſſe anteced. immediatè enim,(ſubiungunt Auctores ſup. num.19.relati) *bis, ſuperaddita litera Pontificis: Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorū in Generali Capitulo Aſsiſsij conſtitutis*: (Cui interfuit S. Antonius, vt affirmat Reboll. 2. p.Chron.lib.1.c 5.) in quib⁹ inter alia ſequentia habentur.

21 *Vos*(ait)*quos idem*(ſcilicet SS.P.F.) *in Chriſto regenerans in abundantia divitiarum altiſsimæ paupertatis reliquit hæredes, gerentes in intimis viſceribus charitatis ad profectū Ordinis veſtri aſpiramus ardenter, &c.* Et poſtea: *Verùm, vt Patrē laudabiliter imitantes pervenire mereamini, quo ipſe pervenit, vniverſitatē veſtrā rogamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, vt quē admodū acceptis Beatiſ.P.veſtro, &c.* Et poſt. *Necnon Regularia ſtatuta Patris prædicti inviolabiliter ſervaturi. Cum enim ſpectaculum factiſitis mundo, Angelis, & hominibus, neceſſe habetis taliter cōverſari, vt benefaciētes, &c.* Et mox: *Bonis operibus glorificetis Deū, & B. Franciſcū dignis laudib⁹ præconizetis, &c.* Hęc ille.

22 Ex quib⁹ ſic arguo: Greg. 9. qui plenū intellectū SS. P. N. F. in cōditione Regulę noſtræ agnovit: (vt ſup. n. 19.) *qui ſe ardēter aſpirare ad noſtri ordinis profectū fatetur.* Qui, Fratribus per Apoſtolica ſcripta mandat, *vt Seraphici Patris ſolerter ſectentur veſtigia. Necnō, vt Regularia*

tit. vnico, q. 1. & cæteri communiter.

Et perſonarum.

4 Dixi etiã: *Perſonarum.* Quia Confeſſor pluribus indiget ad ſui oficij executionẽ, quàm ſimplex Frater: & Prædicator pluribꝰ indiget pro ſuo officio, quàm Cõfeſſor. Quòd ſimiliter dicendũ eſt de ſacræ Theologię Lectoribus, Pręlatis, & alijs reſpectivè: ſemper tamẽ præoculis habẽtes, quòd ſumus in ſtatu Religioſorum pœnitentiũ, & pauperum, præ alijs Religioſis, vt iam dixi. Rurſus nõ debet eſſe idẽ vſus ſanis, & ægrotis, vt Polit. c. 6. n. 93. & Ximenez c. 4. n. 27. Siguẽza ibi tex. 2. §. 12. *Seni, & iuueni*, &c. vt Marchant. c. 4 tex. 2. tit. 4. q. 3.

5 Etſi quæras. Qualis vſus rerum ad victum, & veſtitum conveniat nobis? Reſpondeo, quòd ſtandum eſt rationabili conſuetudini patriæ: rationabilis autem iudicatur, quæ cõmuniter approbatur à viris probis, & à Prælatis, & latius hoc, & pulchrè docetur in tract. Defenſorio contra deviantes, & refert Cord. q. 15. in cap. 6. pun. 1.

Secũdum varietatẽ tẽporis.

6 Dixi: *Varietatẽ temporum.* Tempore enim feſtivo, ſeu alicuius ſolemnitatis, aut magni laboris, &c. exercitij, reputabitur moderatus cibus, qui aliàs erit delicatus, & lautus, idemq; dicendũ eſt tẽpore convivij, & quando cum Magnatibus comeditur. Sic expreſsè Polit. in cap. 6. n. 93. Poſt ipſum Ximenez in cap. 4. n. 27. & Siguenza §. 12. vbi ſupra, & ante omnes Cord. vbi ſupra q. 15. Item pluribus pro videri oportet tẽpore, quo cõtinuo ieiunio vacant Fratres, quàm tẽpore, quo quibuſlibet veſcuntur, tempore hyemis, quàm æſtatis, &c. vt docet March. in c. 4 tex. 2. tit. 4 q. 3.

Secũdum loca.

7 Dixi: *Locorum.* Quia hic, vel ille cibus, (vel hæc proviſio) erit vilis, & moderatus in vna Religione, vel loco, ſecùs verò in altera, vt Cord. Polit. & alij ſupra citati. Item locus inducit neceſsitatem, (addit March vbi ſup) quia habet incolas aſperos, illiberales, &c.

Et alias circunſtãtias.

8 Dixi: *Et alias occurrentes circunſtantias*: vtpotè actiones, ſiue occupationes perſonarum: pluribus enim indiget, & melioribus, qui eſt ex itinere continuo defatigatus, (& ſingulis diebus ambulare debet) quã qui eſt domi quietus. Item qui ſtudijs gravioribus, prędicationibus, lectionibus, quotidie vacãt, quàm qui ſimilibus non occupantur. Sic March. in cap. 4. vbi ſupra. Ex quibus pendent plurimorũ dubiorum reſolutiones. *Quæ omnia* (addit Cord. q. 15. vbi ſupra) *ſunt conſideranda, & ſervanda, ad hoc, quòd aliquis*

vſus

vſus aliquarum rerum ſit, & iuſtè cenſeatur moderatus reſpectu noſtri. Nam cùm moderatio vſus ſit virtuoſa, requirit integritatem omnium circunſtantiarum ad eam requiſitarum, quales ſunt omnes ſupradicta. Hæc Gord.

Nõ omne, quod excedit vſum ſtrictum, eſt ſuperfluũ, &c.

9. Secunda concluſio. Nõ omne, quod excedit in numero, qualitate, decore, valore, &c. vſum ſtrictum, debet ſtatim iudicari ſuperfluum, curioſum, pretioſum, &c. ſed quando excedit numerum, aut qualitatẽ, vel valorem, & cætera requiſita ad vſum moderatum, qui non ſtat in extremitate, aut penuria vſus, nec in indiviſibili punctualiter conſiſtit, vt ſupra ſect. 1. dictum eſt.

10. Itaque dupliciter dicitur aliquid ſuperfluum, curioſum, pretioſum, &c. vno modo, quando habet numerum, qualitatem, valorem, &c. plus quàm conueniat ad ſtatum ſtrictum, & penurioſum: & hoc ſolùm eſt, & debet dici ſuperfluum, curioſum, pretioſum, & illicitum in rebus, quarum vſum ſtrictum, & penurioſum tenemur habere, vt minimum in vilitate veſtium, vt ne ſit plurium quàm duarum tunicarum, &c. In vilitate enim veſtium, vt ergo tunc id, quod excedit à prædicta vilitate, benè dicitur pretioſum, aut ſuperfluum reſpectu vſus talis ſtricti, licèt non ſit ſuperfluum reſpectu vſus moderati. Alio modo dicitur ſuperfluum, pretioſum, &c. quando ſcilicet habet numerum, & qualitatem, aut valorem, &c. pluſquam conveniat ad vſum moderatum: & hoc ſolùm eſt, & debet dici ſuperfluum, aut pretioſum, &c. & illicitum in rebus omnibus, quarum vſum moderatum poſſumus habere, de quibus hic loquimur. In his ergo rebus ſolùm, quod excedit numerum, aut qualitatem, &c. convenientem ad vſum moderatum, eſt ſuperfluum, aut curioſum, &c. & non quod excedit numerum, aut qualitatem, &c. requiſitam ad vſum penurioſum.

Sed quod excedit vſum moderatum.

11. Et conformiter ad prædicta, magna diſputatione, & examinatione hoc ipſum eſt declaratum per S. Bernardinũ (Patrẽ meum) & per B. Ioan. à Capiſtrano in prędicta epiſt. art. 3. dicitur enim ibi: *Tertiò, quòd ſuperfluitas, & curioſitas, non debet diſcerni reſpectu neceſſitatis certæ, ſeu vſus ſtricti, quoad ſtatum Fratrum Minorum; ſed moderati: cum vſus moderatus non poteſt dici ſuperfluus, & curioſus, & per conſequens, nec vitioſus. Imò ſecundùm veritatem om-*

omnimoda, & Regula licitus, vt patet ex præællegato Domino Nic. Hęc quoque concordat Cord. in c. 6. Reg. q. 15. pun. 1. Polit. ibi n. 88. & alij. Quibus bene intellectis, ſtatim quis authoritatibus, & rationibus in contrarium ſolutionem præſtabit.

Moderatio, vel ſuperfluitas per Prælatos debet iudicari.

12 Tertia concluſio. Prædicta moderatio, vel ſuperfluitas, aut exceſſus in vſu noſtro, nõ poteſt, nec debet iudicari per ſubditos, ſed per Miniſtros, & Cuſtodes, vel penes quibus ab ipſis committitur, vt prouideant Fratribus de neceſſarijs; qui de prædictis, eorum conſcientijs oneratis, debent diſtrictè iudicare, vt patet in declaratione Nic. 3. art. 22. §. *Inſuper nec oteſitia*, & art. 4. §. *Et quãquã* & ex Declaratione Clem. 5. §. *Rurſus*. Quod ad iterã habetur declaratu in prædicta epiſt. S. Bernardini (Patris mei) art. 3. & ſuffragantur Cord. vbi ſup. pun. 2. Pol. n. 94. & omnes communiter.

Etiã per Guardianum.

13 Notandũ tamen primò, quòd prædictum iudicium de vſu ſuperfluo, vel moderato, non ſolùm reſidet penès Miniſtrum, & Cuſtodẽ, ſed etiam penès Guardianũ. Ita Cord. in cap. 4. Reg. q. 6. pun. 1. Marchant ibi, tex. 2. tit. 4. q. 5. & alij.

14 Notandũ ſecũdò, quòd ſi ſubditi arbitrarentur, prædictos Prælatos malè circa prædictum vſum habere, nimiũ arctãdo, & ſuperfluum vſum, permittendo, vel cuſtodiendo, & procurari mandando, relaxatè interpretando, & iudicando de moderato vſu, poſſent tũc, & deberent (ſi videritur expedire) ſuum iudicium prædictis Prælatis humiliter notificare. Ita habetur in tract. De ſep. plagarum plaga 2. 3. & 4. & in tract. de Neceſſariorum congrua ſolutione §. *Ex quibus omnibus*. Quibus accedunt Cord. in c. 6. Reg. q. 15. pun. 2. Polit. ibi n. 95. & alij. Quòd ſi eorum ſententiæ, & iudicio non aſſenſerint, ipſorum Prælatorũ determinationi, & pręcepto obediant, & proprio nõ innitantur ſenſui: quia attentis circumſtantijs ſupradictis, non eſt facilè de exceſſu iudicare, vt præclarè dixit S. Bernardinus (Pater meus) *in epiſt. citata art.* 3. Et ideo Prælatorum iudicio proprium ſupponere debent: & patienter expectent viſitationẽ Superioris Prælati, cui propriam ſententiam, & iudicium notificare poterũt. Quòd ſi adhuc Regulam à talibus relaxationibus, eas Superiori Prælato reuelãdo, expurgare non poterunt, relinquãt iudicio diuino, & ſic faciẽdo, tuti erũt ſubditi in cõſcientia; aliàs nõ. Hęc Politius & Cord. & alij ſupra citati.

15 Et

15 Et addunt prædicti, hoc verum eſſe, ſi cum aliqua dubitatione arbitrentur ſubditi, eſſe vſum immoderatum, & ſtatui noſtro indecentem: tūc enim ipſis Prælatis (quorum eſt de his iudicare) debet obedire. Sed ſi certitudinaliter, & manifeſtè abſque dubio, prædictos Prælatos relaxatè contra Regulæ puritatem, de vſu moderato agnouerint interpretari, & iudicare: tunc non deberent in hoc eis obedire. In dubijs enim tantùm, aut in nō apertè manifeſtis, & claris, Prælatis parendum eſt, nō autem in claris, & manifeſtis obediendum eſt Superioribus cōtra profeſsionem & Regulam noſtrām mandātibus, vt patet ex ipſa Regula c. 10. & in cap. *Quid culpatur* 23. q. 1. & annotauit Doctor Subtilis in 4. *diſt.* 3. *q.* 4. & S. Bernard. (Pater meus) in dict. *Epiſtola art.* 7. & cæteri communiter.

In manifeſtis cōtra Regulam non eſt obediēdum.

16 Quarta concluſio. Fratres non maculantur ex vſu immoderato, ſuperfluo &c. ſeu potius ex abuſu Prælatorum, ſeu ex communi abuſu aliorū Fratrum circa prædicta, ſi illa non introducant, vel illis non conſentiant, vt optime determinauit S. Bernardus (Pater meus) in ſua Epiſtola art. 4. his verbis: *Quòd ſi in locis ſit magna ſuperfluitas, vel curioſitas, ex eis non vitiantur Fratres, niſi ſolùm introducētes, vel conſentientes, vel ſi ad eorum officium pertinet, & poſſunt, vel quicunque alij, ſi commodè poſſunt, legitime non reſiſtentes: & non alij: qui dictis rebus vtuntur ob aliquam neceſsitatem, vel ſcandali vitationem, & propterea Clem. 5. licèt decreuerit, ædificia nimis ſumptuoſa non conuenire ſtatui Fratrum Minorum: tamen præcepit ſub pœna excommunicationis, quod dicta loca Fratres nō relinquerent abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali: & excedentia ſuperfluitatis & curioſitatis non eſt ſufficiens cauſa, propter quam Fratres debeāt recedere à loco.* Hæc Sanct. Sequūtur Cord. vbi ſupra q. 15. pun. 3. Polit. n. 96. in cap. 6. & alij.

Subditi nō maculātur ex abuſu Prælatorum, ſi nō cōſentiāt &c.

17 Ex quo facile (vt advertunt Cord. & Polit. vbi ſupra) Fratres agnoſcere poterunt, qui nolunt paucis, & moderatis contentari, & conturbant domum, vel Prælatos, & murmurant, ſi non eis adveniat ſemper victus ordinarius, cuius gratia Prælati ipſi, ne ſubditi murmurent, mouentur ad prædictos abuſus contra Regulam, magis, vel minus eſſe in culpa prædictos Fratres ſubditos, ſecundùm quod magis vel minus ſunt in cauſa taliū abuſuum: & de his latius dicetur infra controv. 24. ſect. 3.

18 Quin-

Non omnis exceſſus in vſu eſt mortale.

18 Quinta concluſio. Nō omnis exceſſus, aut immoderātia in vſu, eſt mortale peccatum, ſed ſolùm quando eſt talis, ac tanta, quòd meritò cenſeri debeat, tātæ promiſſæ paupertatis ſtatum enormiter lædere. Aliç autem immoderantiæ peccata venialia erunt. Et ratio eſt, quia præceptum de moderantia habenda in rebus ſecundum ſtatum hominum, ſemper ſic intelligitur, quòd eius tranſgreſsio nunquam eſt mortalis, niſi ſit notabiliter contra ipſam virtutem temperantiæ requiſitā reſpectu talis perſonæ, & ſtatus. Quæ virtus habet multos gradus, & quilibet gradus ſuam latitudinem, intra quam ſeruatur virtus, & gradus virtutis, vt eſt communis doctrina Theologorum, & Philoſophorum. Sic ergo in propoſito eſt dicēdū, quòd nunquam eſt mortalis trāſgreſſio circa hoc; niſi exceſſus ſit talis, ac tātus, quod eius vſus ſit notabiliter repugnans vſui moderato. Et in hoc omnes Doctores conueniunt. Sic Serena conſc. q. 11. & ibi Vbert. Joā. Pirrin. in ſuo tract. Not. 2. Cord. vbi ſupra q. 15. pun 4. Polit. n. 94. Ximenez in cap. 4. q. 4. n. 3 fine: & concordant Petrus Ancharran. Federicus & Zabar. in Clem. *Exiui*, & Capitula Generalia: Imo fuit voluntas Beatiſsimi P. N. Fr. & Nic. 3. vt infra n. 21. & 24. ſequentibus dicetur.

19 Pro quorum maiori declaratione notandum eſt cum Cord. vbi ſupra, (ex quodam tract. De Paupertate ſine nomine Authoris, quē ibi refert, & ſequitur) quod tripliciter poteſt dici, quòd poſſumus conuenienter ſine vſu alicuius rei vivere. Primo modo ſic, quod ſine tali vſu talis rei poſſumus qualitercumq; vivere, & exercere neceſſaria ad noſtrum ſtatum, & conditionem. Secundo modo ſic, quod ſine tali vſu talis rei poſſumus convenienter explere omnia decētia nobis, & noſtro ſtatui, officijs, & ſocietati noſtræ, & ita quod ille talis vſus illius rei in nullo eſt nobis decens & vtilis. Tertio modo ſic, quod ſine tali vſu talis rei poſſumus convenienter explere omnia decentia nobis, & noſtro ſtatui, officijs & Societati noſtræ, ita tamen, quòd vtilitas talis vſus talis rei ſemper aliquid aliud æquivalens æquè bene poteſt ſuppleri.

20 Primo modo non tenemur ſic convenienter vivere, neque moderantia vſus ſtat in hoc, quod vitetur omne illud, ſine quo poſſumus convenienter id eſt, qualitercunque vivere, & exercere noſtra officia: nam multa ſunt, ſine quibus poſſumus vivere ſecūdum decentiam ſtatus, & officiorū: qui-

quibus tamen vtendo non excedimus vſum moderatum, ſed ſunt ad maiorem decentiam, vſus moderati, vt ſunt ædificia, libri, ſtudia literarum, & cætera huiuſmodi ſecundùm Nicol. 3. Secundò modo benè tenemur vivere convenienter ſine vſu tali illius, qui in nullo nobis eſt decens, & vtilis, &c. quia talis vſus eſt omnino ſuperfluus reſpectu decentis ſtatus noſtri; ideo quandò talis vſus ſuperfluus manifeſtè apparet; quòd ſit ſic ſuperfluus, aut immoderatus, ſemper eſt peccatum magnum, vel parvum, ſecundùm proportionem, & magnitudinē, vel modicitatem ſuperfluitatis rei, & vſus eius. Tertiò modo non tenemur vivere ſine illo vſu illius rei, qui vſus eſt decens noſtro ſtatui: quamvis benè poſsit per vſum alium ipſius, vel alterius rei æquivalentem ſuppleri, neque ibi eſt aliqua immoderantia, aut ſuperfluitas, aut peccatū niſi illud aliud æquivalens ſimul cum alio habeatur in vſu: tunc enim eſt ſuperfluitas vitioſa, vt dictum eſt. Hæc in prædicto tract. quem refert Cord. vbi ſupra.

Nota valde declarationem de vſu. 21 Secundò nota declarationem, & determinationem Miniſtrorum, & Capitulorum Generalium, & Doctorū Ordinis, explanantem quid ſit vſus pauper, & quomodo accipi debeat, & obliget? *Vſus pauper arctus, ſeu moderatus includitur infra ſubſtantiam Regulæ Fratrum Minorum, & intra votum, ſeu profeſsionem ipſorum, quod ſic explicitum oſtenditur. Vſum pauperem, arctum, vel moderatum, ſic intelligimus includi in votò Regulæ noſtræ, & Evangelicæ paupertatis, quòd quendam vſum rerum ſimpliciter reijcit, & interdicit, quendam ſimpliciter exigit, quendam verò ſub rationabili circunſtantiarum moderamine reſtringit. Reijcit namque ſimpliciter vſum pecuniæ, poſſeſſionem, ac cenſuum, ſiue redituum. Exigit vero ſimpliciter in quocumque extraneitatis aſpectum, & affectum, vt illa re, qua vtitur Frater Minor, vtatur ſimpliciter, vt nō ſua. Sicut enim omne ius ſiue omnis iuriſdictio temporaliū eſt nobis in Regula interdicta; ſic vſurpatio, ſiue de facto vendicatio omnis vſus iuris. In his verò, quæ ad veſtitum, & victum, divinum cultum, & ſapientiale ſtudium ſpectant, ſub rationabili circūſtantiarum moderamine vſum arctat, & reſtringit: & hoc tam reſpectu præſentis temporis, quā futuri; quia perſonarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & officiorum noſtri ſtatus exe-*

executio, & nonnulla aliæ circunſtantiæ plus, minùsve, ac aliter, & aliter provideri requirunt. Hanc autem moderãtiam, quæ nihil aliud eſt, quàm medium paupertatis virtutis, non ſecundùm rem, ſed ſecundum rationis adæquationem ſumptum, non intelligimus ſic præcisè includi in voto Regulæ noſtræ, & Evangelicæ paupertatis, quòd omnis exceſſus, & immoderantia ſit mortale peccatum, ac voti ſubſtantiam interimens, ſed ſolum quando eſt talis, ac tanta, quòd meritò cenſeri debeat enormiter lædere ſtatum Evangelicæ paupertatis. Aliæ autem immoderantiæ, tanquam peccata venialia cenſebuntur, & ad tranſgreſsionem voti non aliter reducuntur, quàm peccata venialia ad tranſgreſsionem præceptorum: nec curamus, an illa reductio ſit per ſe, aut per accidens, ſeu occaſionem.

22 *Præmiſſa autem hæc omnia, credimus eſſe expreſſã intentionem B. Franciſci in Regula ſua, Domini Nicolai Papæ in ſua declaratione, & Fratris Bonavẽturæ, & quatuor aliorum Doctorum, qui fuerunt omnes Solemniores, & Magiſtri Ordinis noſtri, & Fratris Hugonis præclari viri: & ſic credimus ſenſiſſe Chriſtum, & eius Apoſtolos, & B. Franciſcum, & omnes antiquos Patres noſtri Ordinis. Et hæc prædicta eſt explicatio de vſu paupere, facta, & acceptata in Generali Capitulo apud montem Peſulanum, celebrato præſente Reverendiſsimo P. Fr. Matthæo de Aquaſparta Generali Miniſtro, & toto Capitulo. Et ſimiliter poſtea à Fr. Raymundo Gaufredi Generali Miniſtro, & à Generali Capitulo, ſub eo Pariſijs celebrato, fuit repetita, & recepta. Cuius explicatio à prædictis duobus Magiſtris ſolemnibus, & Generalib⁹ Miniſtris multipliciter per Ordinem prædicata fuit; & etiam à Fr. Atbo loto prædeceſſore amborum. Et ab omnibus Catholicis, vt credimus, acceptanda, ſalva ſemper determinatione Sum̃mi Patris, & Domini noſtri Domini Summi Pontificis.*

Hanc declarationem invenies in lib. Firm. trium Ordinum 4.p.fol. 115. col. 4. & fol. 116. col. 1. Quam, qui ſcrupulis laborat, attenta conſideratione perluſtret, vt tanto onere levetur, ac liberetur, illius perfecta intelligentia.

(·†·)

SECTIO IIII.

An Fratres Minores poſſint magna ædificia habere, vel ornamentis, & paramentis ſericis ad cultum divinum uti?

1 PRo clara, & debita intelligẽtia huius ſectionis, notanda, & præ oculis ſunt ſemper habenda duo decreta Clemen. 5. Clementina *Exivi*, art. 7. de Expropriatione Fratrum cap. 1. §. *Hinc eſt etiam*, & §. *Quamvis etiam*. Quorum primum eſt de Ædificijs ſumptuoſis non recipiendis. Secundum verò de Non habendis paramentis, & vaſis Eccleſiaſticis exceſsivis.

2 Ad ſuum enim examen fuerunt deducta (vt ipſemet ibi ait) inter alia, quæ in Ordine fieri dicebantur, & videbantur voto paupertatis repugnare, hæc duo, nimirum, de Ædificijs ſumptuoſis, & de Paramentis exceſsivis, ſub his verbis. *Item quòd Eccleſias, vel alia ædificia faciant, vel procurant fieri in quantitate, & curioſitate figura, & forma, ac ſumptuoſitate notabiliter exceſſiva, &c. Paramenta etiam Eccleſiaſtica in pleriſque locis tam multa habent, & tam notabiliter pretioſa, quòd excedunt in his magnas Eccleſias Cathedrales*: Hæc Clem. 5. Cupiens ergo ipſe Clem. Fratrum providere conſcientijs, ad quæſita reſpondet, vt ſequitur.

3 Ad primum, de Ædificijs. *Hinc eſt etiam* (inquit Clem. 5.) *quòd cum vir ſanctus Fratres ſuos in paupertate ſumma fundare voluerit*, & poſt. *Convenit ipſis, quòd nullomodo deinceps fieri faciant, vel fieri ſuſtineant Eccleſias, vel alia quæcumque ædificia, quæ conſiderato Fratrum inhabitantium numero, exceſſiva in multitudine, & magnitudine debeant reputari: ideoque volumus, quod vbique in ſuo ordine deinceps temperatis, & humilibus ædificijs ſint contenti, ne huic tantæ paupertati promiſſæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet*. Hæc ibi.

4 Ad ſecundum de Paramentis Eccleſiaſticis pretioſis ſic reſpõdet. *Quamuis etiã paramenta, & vaſa Eccleſiaſtica, &c.* Et infra. *Sufficere debent eis*, (ideſt, Fratribus) *vaſa, & paramenta Eccleſiaſtica decentia in numero, & magnitudine ſufficientia competenter: ſuperfluitas autem*, (nimia, ſcilicet, vt intelligit Politius in cap. 6. num. 87.) *aut nimia pretioſitas, vel quæcumque curioſitas* (etiam ni-

nimia, vt explicat prædictus Politius ibi) *in his, ſeu alijs quibuſcumque non poteſt ipſorum profeſſioni, vel ſtatui cõvenire. Cum enim hæc ſapiant theſaurizationem, ſeu copiã, paupertati tantæ quoad humanum iudicium derogant maniſeſtè*. Hæc Clem. 5.

5 Ex dictis à num. 2. ſucceſsivè vſque ad quartum incluſivè, liquent quinque. Primum, quòd aliqua ædificia faciebant Fratres in Ordine, vel fieri procurabant, quæ illorum profeſsioni, & paupertatis voto repugnabant, illa, nimirum, *quæ in quantitate, & curioſitate figuræ, & formæ, ac ſumptuoſitate, erant notabiliter exceſſiva*.

Exceſſus ædificiorũ debet attendi, reſpectu numeri Fratrũ.

6 Secundùm, liquet, quòd huiuſmodi exceſſus (ſumptuoſitatis, ſcilicet, curioſitatis, &c.) tam in Eccleſijs, quàm in quibuſcumque ædificijs, non debet attendi, vel reputari reſpectu ipſius ſumptuoſitatis nudè ſumptæ, latitudinisvè, aut magnitudinis ſed reſpectu numeri Fratrum inibi habitantium, vt patet ibi: *Quæ conſiderato Fratrum inhabitantiũ numero, &c.* Vnde conſtat clariſsimè, (& eſt maximè notandum) quod magni Convẽtus, in quib⁹ cõmuniter plures cõmorãtur Fratres, aptiſsimè cũ puritate Regulæ noſtræ, & voto paupertatis cohærent.

7 Tertium liquet, quòd etiam contra Regulam, & ſuã profeſsionem in pleriſquè locis habebant Fratres paramenta, & vaſa Eccleſiaſtica, illa, ſcilicet, *quæ tam multa erant, & tam notabiliter pretioſa, quòd excedebant in his magnas Eccleſias Cathedrales*. Notentur verba zelatorum ad D. Clem. 5. *Tam multa ſunt*, (inquiunt) *& tam notabiliter pretioſa paramenta, & vaſa Eccleſiaſtica, quæ in Ordine habentur, quòd Fratres, eis vtentes, excedunt in his magnas Eccleſias Cathedrales*. Quod eſt contra Regulã. Ergo Fratres, qui nõ tam multis paramentis (etiam pretioſis) vtuntur, non ſunt ſuę Regulæ vllo modo tranſgreſſores. Imò ex mente zelatorum, non quilibet exceſſus prætioſorum paramentorum voto noſtræ paupertatis repugnat, ſed notabilis, & magnus.

8 Quartum liquet, quòd paramentorum Eccleſiaſticorum (etiamſi pretioſa ſint) moderatus vſus nobis omnino licitus eſt. Patet dict. cap. 10. §. *Quamvis etiam* ibi: *Quapropter* (ait Clem. 5.) *ſufficere debent eis vaſa, & paramenta Eccleſiaſtica decentia, in numero, & magnitudine ſufficiẽtia competenter: ſuperfluitas autem, aut nimia pretioſitas, non*

non poteſt ipſorum profeſſioni, vel ſtatui convenire. Hæc ibi. Ergo ſi nimia pretioſitas, Fratrũ Minorũ ſtatui, nõ cõvenit: ergo pretioſitas, ſi nimia nõ ſit, ſtatui ipſorũ conveniet.

Nõ omnis ſumptuoſitas ædificiorũ eſt cõtra Regulam.

9. Quintum liquet, quod non omnis ſumptuoſitas ædificiorũ: vel pretioſitas paramẽtorũ Eccleſiæ repugnant noſtræ Regulæ: ſed ſumptuoſitas notabilis: & notabilis pretioſitas: ideo toties repertũ eſt illud verbũ, *Notabiliter*, in dicta declarat. Clem. 5. vt ſup. n. 2. Et expreſſe advertunt illi noſtræ Regulæ Zelatores, & cũ illis Cord. hic. q. 14. pũct. 4. §. *Et notãdũ*. & q. 15. pũct. etiã 4. Polit. ibi. n. 87. 88. & 94. ſin. Seren. Conſc. q. 11. & Vbert. ibi. & cæteri cõmuniter. Et ratio eſt, quia talis vſus, dũ nõ eſt nimius, cenſetur moderatus, vti habere ornamenta ſerica, & calices argenteos: & moderata ædificia.

Nec omnis pretioſitas paramẽtorum &c.

10. Et loquẽdo de vaſis Eccleſiaſticis expreſſe declarat S. Bernardinus (Pater meus) in ſua Epiſt. art. 6. ibi. *Sexto declaratur,* (ait) *quod in Calicibus, & patenis argenteis, dũmodo nõ nimiæ, & exceſſivæ magnitudinis, & pretioſitatis ſint, nõ repugnat Regulæ: imò ſatis cõvenit, quòd poſſint haberi* &c. Hæc S. vide infra Cõcordant Cord. q. 14. vbi ſup. Polit. num. 88. & omnes qui iuſtè, & prudenter ſentiunt.

Ædificia nimis ſũptuoſa ſunt cõtra Regulã.

11. His ſuppoſitis, ſit 1. cõcluſ. Ædificia nimis ſũptuoſa, aut *notabiliter* exceſſiva, in latitudine, curioſitate, magnitudine &c. repugnat noſtræ Regulæ, & voto paupertatis. Patet ex dictis ſup. n. 2. 3. & 5. Et cõſentiũt omnes Regulæ Expoſitores. Vide Cord. in cap. 6. q. 14. vbi ſupra pũct. 4.

12. Secũda cõcluſio. Exceſſus ædificiorũ noſtrorũ in latitudine, multitudine &c. nõ debet mẽſurari per reſpectũ ad altitudinẽ parietũ, latitudinẽ ſitus, multitudinẽve, cellarũ, ſive oficinarũ; ſed iudicari debet per cõſiderationẽ ad numerũ Fratrũ inhabitãtiũ. Ita expreſſe Clem. 5. *Exivi*. §. *Hinc eſt*, vt dictũ eſt ſup. n. 3. Et probat S. Bonav. in qq. ſuper Regulã. q. 6. vide dicta n. 6. ſup.

Itaque conventus magnæ molis, aut capacitatis, exceſſivi minimè ſunt, ſi magnus ſit in eis numer. Fratrũ inhabitãtiũ; quin potius humiles, & tẽperati, *cõſiderato Fratrũ numero*, ſunt. Quod aliqui ſcrupuloſi nõ attẽdentes, aut minus rectè intelligẽtes, cõvẽtus huius modi, ſine delectu, vt exceſſivos reprehẽdũt; at craſſa Minerva, ũ diſpẽſat onere voti paupertatis, & nõ aliter illos ã[illegible] ituũt.

13. Tertia Cõcluſio. Nõ quęlibet ſũptuoſitas, aut quilibet exceſſus in dictis ædificijs, pec

cata mortalia ſunt cōtra noſtrā Altiſsimam paupertatē: Patet ex dictis ſupra. n. 9. vide ſup. ſect.3.n.18.&.21.

Paramēta notabiliter pretioſa contra Reg.

14 Quarta cōcluſio. Paramēta, aut vaſa Eccleſiaſtica multa, *notabiliter* magna, aut *notabiliter* pretioſa, repugnant noſtræ profeſsioni. Patet ex dictis ſup.num.4.& 7. Et conſentiunt omnes Expoſitores.

Nō notabiliter pretioſa minimè.

15 Quinta cōcluſio. Paramēta, aut vaſa Eccleſiaſtica multa, & pretioſa (dūmodo *notabiliter* multa, aut pretioſa nō ſint, vt dictū eſt,) nullo modo repugnāt noſtrę Reg. Patet ex ſupra dictis. num.9. & 10. Vide Cord. hîc q.14. pūct. 4.

16 Et inſuper probatur ex verbis. SS. P. N. Fr. in ſuo Teſtamēto prolatis. *Et hæc Sāctiſsima Myſteria* (inquit) *volo ſuper omnia honorare, & venerari, & in locis pretioſis collocari*. Hæc SS. P.

17 Secūdò probatur alijs, eiuſdē SS. P. ad intētū, ſatis aptis verbis, quæ referūt Author Cōformit. lib.3. Cōformit. 4. (& 32. in ordine) p.2. nō logè à princip. Et Author Chron. Ordinis. 1.p. lib.2. cap.63. fini. Dū itaq; in vltima infirmitate cōſtitutus. SS. P. ob oculorū graviſsimū dolorē, eos, vilibus, ſacci, pannis coopertos haberet: qui di Frater ei valde fāmiliaris dixit: *Quātū vederes* (verba ſunt Authoris Cōformitat. vbi ſup.) *tu domino tuos ſaccos? Multi baldachini, & panni de ſerico* (Marcus Vliſsipon. vertit Hiſpanè vbi ſup. *Paños de ſeda, i brocado*) *ponētur ſuper corpuſculū tuū, quod modò indutū eſt ſacco. Et reſpōdēs B. Fr. cū magno fervore, & lætitia ſpiritus ait. Tu verū dicis; quoniā ita erit pro gloria & laude Dñi mei*. Hęc ibi. Quæ ſunt valde notāda.

18 Si ergo ad gloriā & laudē Dei pertinet, quòd, pauperrimi S. Fr. altiſsimæ paupertatis ſectatoris & inſtitutoris, corpus: pannis ſericis & auratis ornetur, & cooperiatur, *Vaſculū fictile*, quia, fuit, in quo *abſcōditū habuit Theſaurum illum*, ſuæ ſanctiſsimæ animę, in Cœlis iam glorificatæ: eadē prorſus, & maiori ratione, quin etiam & potiori iure, ad laudem & gloriam Dei ſpectabit: quod altaria ſacra, (ad hoc deſtinata, vt habeant in ſe, & ſupra ſe ſanctiſsimum corpus D. N. Ieſu Chriſti, veri Dei, Cœlorumquè Regni Regis, & in quo *ſunt omnes Theſauri Sapientiæ, & ſcientiæ Dei*) Fratres Minores, Filij S. Fr. ornent, & cooperiant paramētis pretioſis (vt dictū eſt) ſericis ſcilicet, & auratis, nō in hoc Deū offendentes, ac per cōſequens, nec Regulā maculātes; ſed potius Reg. obſervātes, & Deū honorātes & benedicētes.

16 Tert-

19 Tertiò probatur factis, & authoritate D.Greg.9. Seraphico P.N.F. coævi, eiquè amicitia cõiunctiſsimi. *Qui* (vt dicit S.Bonav. in Epiſt. ad Magiſt. Innominatũ art. 1.) *in vtroqè iureperitus, Ordinis noſtri, & perfectionis æmulator, in conditione Regulæ B. Frãciſco adſtitit, & eius plenum intellectũ agnovit.* Hæc S.Bonaven. Hic ergo S. Pontifex miſit ad Fratres noſtros ſacri Cõventus Aſsiſsiẽ. (vbi tranſlatio corporis SS. P. N.F. facienda erat) pretioſa munera ad cohoneſtandã translationẽ, *crucem*, videlicet, *aureã non mediocris ponderis, opere gemmario elaboratã, pretioſis ornatam lapidibus, ſitã in medio magna Crucis Chriſti parte: vaſa magna argentea, & miniſterialia quaquè altaris inaurata, antipendiũ* (Hiſpanè *Frontal*) *etiã magni pretij, &c.* Hæc Auctor Annal Minor. ad ann. 1230. n. 1. & Auctor Chronic. Ordin. 1. p. lib. 2. epiſt. 75. Notentur verba ab ſcrupuloſis.

20 Dices; hæc miſit Greg. 9. diſpenſando in Regula. Reſpõdeo, falſiſsimum eſſe anteced. immediatè enim, (ſubiungunt Auctores ſup. num. 19. relati) *bis, ſuperaddita litera Pontificis: Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorũ in Generali Capitulo Aſsiſsij conſtitutis:* (Cui interfuit S. Antonius, vt affirmat Reboll. 2. p. Chron. lib. 1. c. 5.) in quib⁹ inter alia ſequentia habentur.

21 *Vos* (ait) *quos idem* (ſcilicet SS. P. F.) *in Chriſto regenerans in abundantia divitiarum altiſsimæ paupertatis reliquit hæredes; gerentes in intimis viſceribus charitatis ad profectũ Ordinis veſtri aſpiramus ardenter, &c.* Et poſtea: *Verùm, vt Patrẽ laudabiliter imitantes pervenire mereamini, quo ipſe pervenit, vniverſitatẽ veſtrã rogamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, vt quẽadmodũ acceptis Beatiſ. P. veſtro, &c.* Et poſt. *Necnon Regularia ſtatuta Patris prædicti inviolabiliter ſervaturi. Cum enim ſpectaculum factiſitis mundo, Angelis, & hominibus, neceſſe habetis taliter cõverſari, vt benefaciẽtes; &c.* Et mox: *Bonis operibus glorificetis Deũ, & B. Franciſcũ dignis laudib⁹ præconizetis, &c.* Hæc ille.

22 Ex quib⁹ ſic arguo: Greg. 9. qui plenũ intellectũ SS. P. N. F. in cõditione Regulę noſtræ agnovit: (vt ſup. n. 19.) *qui ſe ardẽter aſpirare ad noſtri ordinis profectũ fatetur.* Qui, Fratribus per Apoſtolica ſcripta mandat, *vt Seraphici Patris ſolerter ſectentur veſtigia. Necnõ, vt Regularia*

eiuſdem SS. P. inviolabiliter obſervent. Miſsit iiſdem Fratribus *Crucem auream, vaſa magna argentea, antipendiū magni pretij, &c.* Ergo non in Regula diſpēſando. Ex quibus fit conſequens, quod Fratres Minor. qui admittunt ornamenta, & vaſa Eccleſiaſtica pretioſa (vt dictum eſt) nō ſint exhæredes patrimonij Seraphici P. nimirum paupertatis altiſsimæ: nec eiuſdem Regularia ſtatuta violent.

23 Vltimo probatur conclusio, ex Cōſtitutionibus Narbonenſibus, quibus adfuit, & præfuit S. Bonav. tunc Miniſter Gener. ibi: *Nec aut ſtigiatos*, (Hiſpanè *Brocados*, vt habet Marc. Vliſsippon. 2. p. Chron. lib. 2. cap. 12.) *aut ſericos pannos, Fratres habeant abſque licentia Miniſtri, & Diffinitorū in Capitulo Provinciali: qui provideant, vt exceſſus in talibus evitentur*. Hæc S. Bonaven. & totum Capitulum Gener. Notētur omnia verba, præſertim hæc vltima, *Qui provideant, vt exceſſus evitentur*. Non dicunt, quod evitentur ipſi *panni ſtigiati, & ſerici*; ſed *exceſſus in talibus*. Ergo.

24 Ex dictis à num. 15. clarè liquet, quod paramenta, & vaſa Eccleſiaſtica pretioſa (dūmodo, *notabiliter* pretioſa nō ſint) abſque vlla Regulæ diſpēſatione poſſunt habere Fratres Minores purè Regulā ſervantes: quidquid in contrariū dicat Ximen. in cap. 6. Reg. n. 45. minus rectè, quam deceat virum prudentem.

25 Iuxta omnia ſupradicta in hac ſect. proportionabiliter intelligi, & limitari debēt, omnes Regulæ Expoſitores, vbicumque dicunt; quòd magni cōventus, ſumptuoſavè ædificia non poſſumus habere; aut quòd paramentis, & vaſis Eccleſiaſticis pretioſis nō poſſumus vti: aliàs minimè ſunt audiēdi. Multi enim, vel ſtrictius quàm par eſt ſentientes, vel non ſatis diſtinctè rem intelligentes, allucinati ſunt, & decepti. Vide in 26. ſequent.

26 Rurſus, etſi Clem. 5. decreverit (vt patet ſup. n. 3) quòd ędificia nimis ſumptuoſa nō cōveniunt noſtrę profeſsioni: tamē ipſe poſtea in Clemētin. *Cupientes de Pœnis*, præcepit ſub excōmunicat. quòd talia loca, non relinqueremus abſq; licētia ſedis Apoſtolicę. Quòd etiā ante pręceperat Bonifac. 8. cap. *Cùm ex eo de exceſsibus Prælatorū in 6.* Vnde fit, quòd ędificia, etiā nimis ſumptuoſa, iā habita licitè poſſumus, imò & neceſſariò debemus habitare, & eis vti; vt etiā declaravit S. Bernardinus (Pater meus) in ſua *Epiſt. art. 4.*

27 Cæterum, præ oculis ſem-

Faciūt ędificia nimis ſūptuoſa. Quintupliciter peccant.

ſemper habere oportet, aurea verba S. Bonav. in qq. ſupra Reg. q. 6. ibi. *Non tamen intendo* (inquit) *in his excuſare, niſi quæ valde neceſſaria ſunt, & rationabilia. Vbi autem, Regulæ, & paupertati noſtræ, derogãtes eſſent ſtructuræ, reprehendo. Qui hæc faciunt: quintupliciter peccant. Primò, contra Regulam. Secundò, propter malum exemplũ, &c. Tertiò, propter inquietudinem Fratrum, &c. Quartò, propter ſpoliationem aliorum pauperum: quia huiuſmodi ſtructuræ fiunt eleemoſynis, quibus illi deberent veſtiri. Quintò, quia quando nimis vrgemus homines ad dandum, perdunt devotionem ad nos, &c.* Hæc S. Bonav.

SECTIO V.

An in rebus vnico vſu conſumptibilibus, vſus diſtinguatur à dominio?

§. I.

1 SEnſus ſectionis eſt. An in rebus, quæ ſuaptè natura, vnico cõſumuntur vſu, vti, in cibo, & potu, diſtinguatur vſus à dominio, nõ ſolùm eſſentia, ſed etiam ſubiecto: ita vt poſsit eſſe in vno vſus, & in altero dominium?

2 Ad cuius intelligentiam, nota, quòd vſus huiuſmodi, duplex eſt, vſus ſcilicet facti, & vſus iuris. Vſus facti eſt vſus in actu, qui eſt ipſa actualis rei conſumptio. (vt dictum eſt ſupra Cõtrov. 17. ſect. 1.) Vſus verò Iuris, eſt vſus in habitu, ſeu ius vtendi huiuſmodi rebus. Et hoc rurſus poteſt eſſe duplex, abſolutum vnum, ſeu independens ab alio: alterum veró limitatum, ſeu dependens. Vſus iuris independens eſt libera, & plena facultas habitualis vtendi re, etiam conſumendo illam. Vſus verò dependens, eſt facultas, ſeu conceſsio veniç vtendi re cum dependentia ab alio, apud quem propriè reſidet dominium. Vide Salonium, 1. tom. *De Iuſtit. & Iure, tract. de Dominio, q. 1. art. 2.*

Vſus duplex, iuris, & facti.

3 In præſenti ergo ſect. nõ loquimur de vſu iuris indepẽdente, hic enim non diſtinguitur à dominio, vt patet. Nec etiam loquimur de vſu iuris, limitato, & dependente à voluntate alterius, apud quem eſt libera facultas revocandi rem antequam actu conſumatur, quia nec hunc habere poſſumus Fratres Minores. Licet enim verum ſit, quod vſus huiuſmodi diſtinguatur à dominio, quia talis dependentia, rationi dominij repugnat, vt optimè adnotavit Bartol. à S.

Rurſus vſus iuris duplex, depẽdens & independens.

Digitized by Google

Fauſto *in Theſauro Religioſ. lib.8 q.45.n.14.* Tamẽ vſus huiuſmodi, & ſi dependens, eſt vſus iuris: quo omninò privati manemus Fratres Minor. ex vi noſtræ profeſsionis: vt liquet ex Nicol. 3. cap. *Exijt*, §. *Porrò*, ibi: *Qui vſus* (inquit) *non iuris, ſed facti, tantummodò nomẽ habens, quod facti eſt tantũ, in vtendo præbet vtentibus, nihil iuris*. Hæc D. Nicol. Sed loquimur de vſu ſimplici facti tãtũ, qui eſt actualis ipſa rei cõſũptio, vt dictũ eſt.

In hac ſectio. tãtũ loquimur de vſu ſimplici facti.

4 In hac perdifficili ſect. eſt duplex ſententia. Prima affirmat, in ſupradictis rebus minimè diſtingui poſſe vſum à dominio. Ita expreſsè *Ioan. 22. in Extrav. Ad conditorem de verbor. ſignific. Bart. tract. Minoricar. lib 2 diſt. 4. c. 2. fin. Sylveſt. in Sum. verb. dominium, q. 2. Aragon. 2. 2. q. 62. tit. de Dominio, dub. 3.* & alij. Citatur pro hac ſententia *S. Tho.* perperam tamen, cum ſecũdã ſentẽ. expreſsè teneat, vt patebit infra num 20.

5 Secunda ſent. omninò vera, docet, poſſe in his reb⁹ ſeparari dominiũ ab vſu, (ac proinde nos Fratres Minores, nec in particulari, nec in cõmuni habere dominiũ harum rerũ, ſed ſolũm vſum) illã expreſsè, & data opera, defendunt Nic. 3. cap. *Exijt art. 2. de Obſervantia paupertatis, §. Porrò, &* §. *Ad hæc de verbor. ſignific. in 6.* Clem. 5. *Exivi* §. *Proinde*, & ibi Gloſſ. *eod. tit. S. Thom. opuſc. 17. contra retrahentes homines ab ingreſſu Religionis cap. 16. Reſpõſ. ad vlt.* Abbas *Cõſil. 63. n. 6. ad 1.* Sotus *lib. 4. de Iuſtit. q. 1. art. 1.* Navarr. *Apologia ad lib. de Redditib. q. 1. & Monito 14. & 16. & Cõment. 1. de Regular. n. 13. & comm. 2. n. 2. Ledeſ. 2. p. 4. q. 18. art. 1. dub. 2. Bañez 2. 2. q. 62. initio, tract. de Dominio, q. 1. dub. 1. concl. 3. & 4. Bellarmin. tom. 1. Cõtrov. Cõtrov. 3. de Sum. Pontif. lib. 4. c. 14. Valencia tom. 3. diſp. 5. q. 10. pun. 1. q. 2* Molin. *de Iuſtit. tom. 1. tract. 2. diſp. 6. col. 2. verſ. His non.* & alij ſex graviſsimi Doctor. quos citat, & ſequitur Thom. Sanch. *tom. 3. Sum. lib. 7. cap 18. num. 5.*

6 Addo S. Hieron. *epiſt. 2. ad Nepotian.* quę incipit *Petis à me, poſt meu. vel cap.* 13. Gloſſ. Ordin. vbi infra n. 18. S. Lauren. Iuſtin. *lib. de Ligno vitæ cap. 4. de virtut. Paupertatis*, & omnes noſtri Ordinis Doctor. Aleſ. S. Bonav. S. Bernardin. (Patrẽ meũ) B. Ioan. à Capiſtr. Ricard. de media villa Aureol. Scot. Alvar. Pelagi. Angleſ. Cord. Emman. Rodrig. Mirad. Villalob. &c.

§. II.

7 Sit cõcluſ. In rebus vnico vſu

In rebus vnico vſu cōſumptibilib• diſtinguitur vſus à dominio.

vſu cōnſumptibilibus, (vti in cibo, & potu) vſus in actu (qui eſt ipſa actualis rei cōſumptio) diſtinguitur à dominio. Probatur primò, authoritate omnium Summorũ Pontificũ, qui noſtrã Minoritanã Regulam, & inſtitutũ, confirmarunt, vel explicarũt, vel approbaverũt. Inprimis Innocēt. 3. (ſub quo cæpit noſter Seraphicus Ordo ann. 1210.) Regulã, & vitam Minorũ Fratrũ intellexit, & vivæ vocis oraculo approbavit, ſicuti illam intellexit, & obſervavit S. S. P. N. F. & in ſe eſt. Eſt ergo, (vt expreſsè habetur cap. 1.) *Regula, & vita Minorum Fratrum; Sanctum Evangeliũ obſervare vivendo in paupertate.* (Hæc ibi) Vtique *Altiſsima*, vt dicitur cap. 6. *non habendo* (ſcilicet) *aliquid proprium, nec domũ, nec locum, nec aliquã rem, nec* in ſpeciali, nec incõmuni, neq; in rebus immobilibus; neque mobilibus etiã, neque in cibo, & potu, vt teſtãtur omnes, qui à principio illam voverunt. *Alexãd. Alenſ. S. Bonav. &c.* & diximus ſupra Controv. 17. ſect. 1. Vide etiã infra à num. 21. vſque ad 24.

Probatur cōcluſio ex ſummis Pōtificibus.

8 Secũdò Honorius 3. an. 1223. candē Regulã, & vitã ſic intellexit; & ſua Bulla confirmavit. Tertiò Greg. 9. (de quo vide ſup. ſect. 4. n. 19. & 22.) ſic ſimiliter noſtrã paupertatē intellexit in ſua declarat. Regulæ noſtræ, quæ incipit *Quo elongati*. Vide inf. n. 22. Sequuti ſunt Innocen. 4. *in declarat. ſuper eadē Reg. data an.* 1246. & incipit *Ordinē veſtrũ* (quē citat Nicol. 3. cap. *Exiit, de verbor. ſignif. art.* 3. §. *Adhæc cum Fratres*) Alexã. etiã 4. qui an. 1257. edidit aliã ſimilis tenoris, declarationē. Arridet Clem. 4. in Bull. *Cum dilecti* dat. ann. 1265.

9 Clariſsimè verò Nic. 3. noſtrã definivit ſent. c. *Exiit*, citato, *art.* 2. §. *Porrò*, vbi poſt quã retulit, & approbavit ſententi. Greg. 9. & nõnullorum ſuorũ Prędeceſſorũ, ſuper intellectu, & obſervãtia noſtræ altiſsimæ paupertatis, ſubdit. *Nec talē abdicationē proprietatis omnimodæ, renuntiationē vſus rerũ, cuiq; videatur inducere. Nã cũ in rebus tēporalibus, ſit conſiderare præcipuũ, proprietatē, poſſeſsionē, vſum fructũ, & ſimplicē facti vſum: & vltimo tanquã neceſſario egeat, (licet primis carere poſsit) vita mortaliũ: nulla prorſ• poteſt eſſe profeſsio, quæ à ſe vſũ neceſſariæ ſuſtētātionis excludat. Verũ cōdecēs fuit ei profeſsioni, quã ſpōte devovit, Chriſtũ pauperē, in tanta paupertate ſectari, omniũ abdicare dominiũ, & rerũ ſibi cōceſſarum neceſſario vſu fore cōtentã. Nec per hoc, quò ppro*

prietatem vſus, & rei cuiuſcū-que dominium à ſe abdicaſſe videtur, ſimplici vſui omnis rei renūtiaſſe cōvincitur, qui, inquam vſus, non iuris, ſed facti tantummodo nomen habet, quòd facti eſt tantum, in vtendo præbet vtentibus, nihil iuris. Quinimò neceſſariarum rerum ad vitæ ſuſtentationem moderatus vſus, ſecundùm eorum Regulam, & veritatem omnimodam conceſſus eſt Fratribus, quibus rebus Fratres licitè vti poſſunt, durante concedentis licētia &c. & infra: *Ex quibus omnibus, ſatis claret ex Regula ad victum, veſtitū, divinum cultum, & ſapientiale ſtudium, neceſſariarum rerum vſum Fratribus eſſe conceſſū.* Hæc ibi, notentur prædicta verba. *Vſus non iuris, ſed facti* &c. & illa. *Ad victum.*

Notaver bū victū & vide in fran. 46. & 47.

10 Et art. 3. §. *Ad hæc eum Fratres ipſi*, ibi. *Nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum ordini poſſint etiam in communi* &c. & infra. *Nec ſit perſona in quam loco Dei congruētiùs huiuſmodi rei dominium transferatur, quam ſedes Apoſtolica, vel perſona Romani Pontificis* &c. & poſt. *Ne talium rerum, ſub incerto videatur eſſe dominium, cum patri filius ſuo modo, ſervus domino, & Monachus Monaſterio, res ſibi oblatas, conceſſas, vel donatas acquirant: omniū utenſilium, & librorū ac corū mobiliū præſentiū, & futurorū, quæ, & quorū vſum (facti ſcilicet) ordini, vel Fratribus ipſis licet habere: proprietatē, & dominium (quod etiā fœlicis recordationis Innocēt. 4. Prædeceſſor noſter feciſſe dignoſcitur) in nos, & Romanā Eccleſiam, Apoſtolica authoritate recipimus &c.* Hæc Nicol. 3.

11 Quæ declaravit Nicol. 3. an. 1279. in dict. cap. *Exijt*, ordinavit poſtea Nicol. 4. (ex noſtro ordine aſſumptus) an. 1288. in *Decretal. Quia nōnulli.* Et Bonifac. 8. non modò approbavit Decret. Nicol. 3. verū etiā, eā inſervit corpori iuris ſub tit. de *Verb. ſignif. in 6.*

12 Clemēs autē 5. an. 1312. *Clemēt. Exivi, tit. de Verb. ſignif.* (quæ in Conc. Viennenſi edita, & promulgata eſt.) decretales Nic. 3. & ſuorū Prædeceſſor. nec nō & noſtrā cōcluſ. expreſſè approbavit; vt liquet (cap. 5. §. *Proinde*, ibi *ſicque declaratū extitit per nōnullos Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in ſpeciali quam etiam in communi: propter quòd, & rerum omnium cōceſſarum, oblatarum, & donatarum Fratribus (quas, & quarum vſum facti ſcilicet; ordini vel ipſis Fratribus licet habere) proprietatem, & dominium in ſe, & Roma-*

Digitized by Google

Romanam Eccleſiam receperunt, dimiſſo ipſis Fratribus in eis tantummodo vſu facti ſimplicis, &c.

(13) Et quòd maxima conſideratione dignũ eſt, ipſe Ioã. 22. ſupradictas Nicol. 3. & Clem. 5. declarationes ann. 1319. expreſsè confirmavit in *Extravag. Quorundã exigit*, ibi, in principio: *Nos* (inquit) *poſt Prædeceſſorum noſtrorũ, & præſertim fœlicis recordationis Nicol. 3. ac piæ memoriæ Clem. 5. Roman. Pontif. ſuper intellectu, & obſervantia Regulæ Ordinis Fratrum Minorum declarationes, ſalubriter editas, ſolidas quidẽ, claras, & lucidas, multaquè maturitate digeſtas: noſtras, Deo favente, indubias, ipſorũ Prædeceſſorum declarationes, declarationibus adiungamus, &c.* Hæc Ioan. 22. Notentur illa verba, *ſuper intellectu, & Obſervantia Regulæ Minorum, &c.*

Ipſe D. Ioan. 22. expreſsè approbat Declarationes, Nic. 3. et Clem. 5.

(14) Ex ſucceſſoribus Ioannis 22. nemo, aut declarationes ſupradictas Nicol. 3. & Clem. 5. improbavit, aut dictam Extravag. Ioan. 22. *Ad conditorem*, approbavit; quinimo Martin. 5. an. 1428. in Decretal. *Amabiles fructus* Extravag. *Ad conditorem*, revocavit, expreſſa eius mentione facta, Euge. 4. an. 1433. in Decretal. *Proviſionis noſtræ* confirmavit *Decretal. Amabiles fructus*. Martin. 5. & iterum *Extravag. Ad conditorem* Ioann. 22. *revocavit*. Idem præſtiterunt Sixtus 4. ann. 1471. in Decret. *Dum fructus vberes*, (& an. 1475. in Bull. *Licet Nos duaum*, quod de ſucceſsione in hæreditatibus conceſſerat, annullavit) Paulus 4. ann. 1551. in Bull. *Exclementi*, ſimiliter, & Pius 4. in Bull. etiam *Exclementi*, ann. 1561. Et Greg. 13. (omitto plures brevitatis gratia) ann. 1575. in Bulla, *Ex benigna ſedis* expreſsè etiã dictam *Extravag. Ad conditorem* revocavit, *cum alijs eiuſdem Ioan. 22. Conſtitutionibus, prædictæ materiam Extravagantis, tangentibus*. Alex. 6. ann. 1494. in Bull. *Vberes fructus* cõfirmavit Decretales Mart. 5. & Eugen. 4. Et Iul. 2. ann. 1504. in Bull. *Hodie à Nobis*. omnia noſtro Ordini conceſſa per Eugen. 4. & Alex. ſimiliter confirmavit.

Succeſſores Ioã. 22. revocant Extrav. Ad conditorem.

(15) Præterea ſupradictus Martin. 5. in ſuis Conſtitutionibus cap. 1. & 4. expreſsè cõfirmavit declarationes Nic. 3. & Clem. 5. Quod ſimiliter fecerunt Clem. 7. in Bull. *In ſuprema militantis*, dat. ann. 1532. Greg 13. in Bull. *Cum illius vicem* an. 1579. Clem. 8. in Bull. *Ex iniuncto nobis*, dat.

dat.

Digitized by Google

dat. an. 1602. Quam approbat SS. D. Vrban. 8. in Bull. *Ex incūbentis*, dat. an. 1630. Et ante hāc, idem D. Vrba. 8. in Bull. *Sacroſanctū*, dat. an. 1625. expreſsè dictas declarat. Nic. 3. & Clem. 5. approbat.

16 Adijcere poſſem plurima Ordinis noſtri ſtatuta Generalia, authoritate Apoſtolica cōfirmata, in quibus expreſsè cavetur, vt memoratæ declarationes Nicol. 3. & Clem. 5. perfectè obſerventur: præſertim in tangentibus paupertatē. Imò Clem 7. Greg. 13. & Clem. 8. vbi ſupra n. 15. relati, expreſsè determināt, illos Fratres Minores *Purius* ſuam *Regulam obſervare, qui iuxta literam declaratam per Nicol. 3. & Clem. 5. illam obſervant*, vt dictum eſt ſup. *Controver. 2. Proœmial. ſect. 3. num. 15. & 16.*

§. III.

Probatur concluſiò ex SS. Patribus.

17 Secundò probatur concluſio SS. Patrum authoritate. 1. S. Hieron. epiſt. 2. (vbi ſup n. 6.) *Turpe eſt* (inquit) *ante fores Sacerdotis Chriſti crucifixi, & pauperis, & qui cibo quoquè veſcebatur alieno, milites excubare.* Notentur illa verba, *cibò veſcebatur alieno.*

18 Secundò, Gloſſ. Ord. ad illa verba D. Paul. ad Rom. 9. (Hæc verba Gloſſæ deſumpta ſunt ex D. Aug tom. 4. lib. 2. qq. Evangeliorū cap. 37. circa fin.) *Etiā cum illo omnia nobis donauit, univerſa* (inquit) *miniſteria cœleſtia noſtra ſūt: non dominio, ſed vſu; ſicut res Domini, famulorū ſunt ad victum, vel ornamētū, vel aliud huiuſmodi.* Quid clarius? Et Gloſſ. Interlin. in illud ad Philippen. 4. *Semel, & bis in vſum miſiſtis. In vſum mihi,* (ait) *miniſtris, præter quem nihil eſt quærendum.*

19 Tertiò, S. Laurent. Iuſtinian. (vbi ſup. n. 10.) *Primus gradus* (inquit) *paupertatis eſt abdicatio affectiunū tēporaliū rerū, retento vſu, tarū què dominio, in quo gradu extitit, de quo dicitur Geneſ. 13. Erat Abrahā dives, &c.* Et infra: *Secundus gradus eſt: quo quis omniū rerū tēporalium, abdicato privato dominio, ſuſtētatur de nō ſuo: ſcilicet non ſibi proprio, ſed cōmuni cum alijs à Collegio poſſeſſo.* Et paucis interiectis: *Tertius autē gradus paupertatis, in quo ipſius virtutis perfectio cōſiſtit, eſt, quo quis abdicato omniū rerū tēporalium dominio, tam proprio, quā cōmuni, ſuſtentatur de nō ſuo, id eſt, nō ſibi proprio, nec ſuo collegio in cōmuni, ſed alieno: piè tamē ab alio ſibi pro ſuſtētatione collato. Hanc ſpecialis paupertatis formā tanū*

quam

quàm perfectam Chriſtus in ſe metipſo ſervavit: & Apoſtolis ſervandam inſtituit: ac etiam ijs, qui ad perfectionem venire deſiderãt, conſulendo ſuaſit &c. Et infra *Quòd patet in Sãctis Patrib. in Ægypto olim commoratis, de quibus ſic dicit Chriſoſtomus: Mundo omnino crucifixi ſunt, ſumentes ad indigentiã cibũ &c.* Hæc, & alia S. Laurẽt. Iuſt. Vide infra. n. 20. & 21. SS. Th. & Bonav.

§. IV.

20 TErtio probatur concl. ex Primarijs, & Celebriorib. Theologis. In primis Doct. Ang. S. Thom. *Opuſculo* 17. *cap.* 14. refert argumẽta impugnantiũ perfectionẽ Religioſorum, non habentiũm poſſeſsiones in cõmuni: quorũ vltimũ eſt: *Dicũt deniq;* (ait S. D.) *eſſe impoſſibile quòd aliquis nihil in cõmuni, vel proprio poſſideat, quia neceſſe eſt, quòd comedant, & bibant; & induantur, quòd facere nõ poſſunt, ſi nihil haberẽt.* Hæc ille. S. verò Doct. reſpondet huic argum. (ibid.) c. 16. circa fin. dicens. *Quòd autẽ vltimo propoſitum eſt* (nota) *omnino eſt frivolum: quia ea, quibus vtuntur Religioſi ad ſubſtentationẽ vitæ, non ſunt eorũ quantũ ad proprietatẽ dominij, ſed diſpẽſantur ad vſus neceſsitatis eorũ, ab his, qui harum rerum dominium habent; quicumque ſunt illi.* Hæc S. Doctor.

Item ex Primarijs Theologis.

21 Secundo Doct. Seraphic. S. Bonav. in Opuſc. *Apologiæ Pauperũ. Reſpõſion.* 4. *cap.* 2. parũ poſt princip. cuiuſdi aduerſarij noſtræ paupertatis, referẽs verba, ait. *Cõſequẽter profeſsionẽ calũniatur pauperũ, dicẽtiũ ſe nullarũ rerũ habere dominiũ, quã vis habeãt vſũ, dicẽs: quòd omnib⁹ videatur hoc eſſe ridiculũ; cũ eorũ, quæ per ipſũ vſũ penitus cõſumũtur, ab vſu dominiũ inter homines nullatenus diſtinguatur* &c. & mox. *Vt igitur præfatis, & his ſimilibus cavillationib⁹ malignis, & ſubdolis imponatur ſilẽtiũ, intelligẽdũ eſt: quod cũ circa res tẽporales quatuor ſit cõſiderare: ſcilicet proprietatẽ poſſeſsionẽ* &c. vt in n. 9. præcedẽti ex Nic. 3. vſquè ad illa verba; *omniũ abdicare dominiũ* & poſt: *Artoq; rerũ alienarũ: & ſibi cõceſſarũ vſu eſſe cõtẽtam. Vnde & in ipſorũ Regula cõtinetur. Fratres nihil ſibi approprient, nec domum nec locum nec aliquam rem.*

Calũniatur profeſsionẽ Minorũ, qui cõcedũt eos habere poſſeſ quã vſũ facti &c.

22 *Porrò ne quis forte proprietatẽ interdictã in his verbis, credat nõ collegio, ſed privatis perſonis, audiat, quid ſuper hoc Greg.* 9. *Fratrũ cõſultationi reſpõdet. Dicimus, inquit quòd nec in cõmuni, nec in ſpeciali debent proprietatẽ habere, ſed vtẽſiliũ, & librorũ*

&

& eorum, quæ licet habere, Ordo vſum habeat, & Fratres ſecundum quòd Generales, vel Provintiales Miniſtri diſpo nendo duxerint, his vtantur. Nec debent vendi mobilia, vel extra ordinem commutari, aut alienari quoquomodo; niſi Eccleſiæ Rom. Cardinalis, qui fuerit Ordinis gubernator, Generali, vel Provincialibus Miniſtris, authoritatem ſuper hoc præbuerit, vel aſſenſum. Hac verba reſcripti Papalis. In quibus ſapiens, & pius Antiſtes, proprietatem ſeparavit ab vſu: illam ſibi, vel Eccleſiæ retinens, hunc autem Fratrum neceſsitati concedens; ſanciè quidem, ſapienter, & piè. &c. Hæc, & alia ibi S. Doctor. Vide illum, in opuſc. de *Paupertate Chriſti cõtra Mag. Guilielmum*, & in *cap. 6. Reg. p. 1. Reſp. ad* 5.

23 Tertiò. Doct. Irrefragabilis Vener. Alex. Alenſis, *4. p. q.* 106. *Memb.* 1. *&* 2. Paupertatem Minoritanã doctiſsimè defendit, & inter alia *Memb. 1. à diſt. 2.* ita fatur. *Habere igitur vſum alimenti, & tegumenti, dominio relicto, benè licet, & meritoriũ eſt. Qui autem ſic abÿceret temporalia, quòd nec dominium; nec vſum vellet habere, minus diſcretus: imò & fatuus eſſet, &c.* Hæc, & alia, Alenſ.

24 Quartò Doct. Subtil. Ioan. Duns. Scot. in 4. *diſt. 30. q. 2. art. 2. lit. F. Exẽplũ iſtius*, (inquit) *poteſt haberi, Extravag. de Verbor. ſignificat. Exÿt, & eſt hodie in 6. lib. vbi dicitur ſententialiter, quòd, retento dominio, concedere alÿs vſum, non eſt inutile; quia vſus ille neceſſarius eſt vtentibus.* Hæc Scotus

25 Quintò Doct. ſolemnis Henric. de Gandavo quodlib. 7. q 29. citans Decretal. *Exÿt* Nicolai 3. tenet noſtram cõcluſionem, cuius verba, brevitatis gratia, omitto.

26 Non tamen omittã recentiorum quorundam verba, Soti nimirum, Ledeſmæ, & Bellarmini. In primis Sotus *art.* 1. (vbi ſupra num. 5.) *circa finem. Nequè multum* (inquit) *movere debet verbum Ioan. 22. dicentis ſe abdicaſſe tale dominium. Primum, quia id non fecit legitimè, & ſi fas eſt dicere, nec iuſtè: ſed certè in odium forſan Ocham, & aliorum ſui Ordinis, qui fuerunt ei infeſtiſsimi. Deinde quia ſuam renuntiationẽ, ſucceſſores eius in eadem ſede nondum approbarunt: ſed exemplo ſuorum anteceſſorum idem retinent dominiũ.* Hæc Sotus ex ſacra Dominicanor. familia. Similiter Ledeſma *art.* 1. (vbi ſupra num. 5.) ait:

Eum

Digitized by Google

tum laceſsitum ab Occhamo, & quibuſdã alijs Fratribus, minus legetimè proceſsiſſe. Hæc ille.

27 Cardinal. Bellarmin. cap. 14. (vbi ſupra num. 5.) ante med. verſic. *De prima. Dices,* (inquit) *ergo erravit Ioannes. Reſpondeo, verum eſt, ſed non in re fidei:* Hæc ille. Eodem modo reſpondet Leſsius *de iuſtitia lib. 2. cap. 3. dub. 8. num. 38.*

§. V.

28 QVartò probatur concluſio: Fratres Minores animum acquirendi dominium in rebus vnico vſu conſumptibilibus minimè habet, nec habere poſſunt, eorum Regula, & paupertatis profeſsione obſtantibus. (Quinimò voluntatem habent contrariam.) Ergo nullum, in dictis rebus, quando illis offeruntur, vel conceduntur, dominium acquirunt. Igitur illis vtuntur abſque omni dominio, ſeu iure cibili. Suffragatur antecedenti, & primæ conſequentiæ, *Legis naturalis dictamẽ,* (verba S. Bonavent. vbi ſup. *num.* 21. tranſcribo) *evidententer explicatum per iura civilia. Nam lege cavetur, quòd non poteſt libertas nolenti acquiri. Et quòd beneficium invito non datur. Et quòd nemo donatum aſſequi, & damnoſam, ſeu lucroſam hæreditatẽ, nemo adire compellitur.*

Probatur cõcluſio ex iure civili.

29 *Inſuper, ſicut hæreditas ſolo animo acquiritur, ita ſolo animo contrario repudiatur,* (Ad quòd facit, quòd notatur Extravag. de Reſtitut. ſolutio. Olim. 3. in Gloſſ. *Vt ſcias*) *& ſicut nudâ voluntate extraneus hæres ſit; ita ex cõtraria deſtinatione ſtatim ab hæreditate repellitur. Propter quod, & Iuriſconſultus Iulianus, ait.* (ff. de Acquirẽda hæreditate L. *Pro hærede* circa principium). *Pro hærede gerere non tam facti, quã animi eſt. Cui & alius Iuriſconſultus* (ſcilicet Paulus. ff. de Acquirenda poſſeſsiõ. L. 1. §. Furioſus) *conſonat dicens: Furioſus, & pupillus, ſine tutoris authoritate non poſſunt incipere poſsidere, quia affectionem tenendi non habent, licet res ſuo corpore contingant; ſicut ſi dormienti aliquid in manũ ponatur. Patet igitur per hæc verba legis expreſſa, neminem poſſe proprietatem ſive dominium: imò nec poſſeſsionem acquirere, niſi verè, vel interpretativè animum habeat acquirendi. Cum igitur Fratres Minores animum acquirendi non habeant, quin potius voluntatem contrariam, & ſi res corpore contingant, nec dominium, nec poſ-*

poſſeſsionem acquirunt. Hæc S.Bonaventura.

30 Confirmatur primò, quia ſine animo nihil fit. Ita Imperator in §. *In fraudem inſtitut. Quibus cauſis manu mittere non licet. Et in §. Placuit inſtit. de Actionibus, quæ ex delicto naſcuntur.* In his verbis. *Quia furtum ſine affectu furandi non committitur. L. 1. ff.* ad L. *Corneliam de Sicarijs.*

31 Confirmatur ſecundò, ex *L. Obligationum ſubſtantia. ff. de Actionib*°, & Obligation. ibi: *Obligationũ ſubſtantia non in eo ſolo conſiſtit, vt aliquod corpus noſtrum, aut ſervitutem noſtram faciat: ſed vt alius nobis obſtringat ad dandum aliquod, vel faciendum, vel præſtandum: non ſatis autem eſt, dantis eſſe nummos, & fieri accipientis, vt obligatio naſcatur: ſed hoc animo dari, & accipi oportet.* Hæc ibi.

32 *His autem* (addit S. Bonaven. vbi ſupra) *robur præbet Pontificalis authoritas, quæ tam eminens eſt, vt omnia iura humana tranſcendat, vt Extra. de Maioritate, & Obedientia. cap. Solitæ. Ad firmamentum cœli, ideſt, univerſalis Eccleſiæ fecit Deus duo luminaria magna, ideſt, duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Põtificalis authoritas, Regaliſquè poteſtas. Sed illa quæ præeſt diebus, ideſt, ſpiritualibus, maior eſt: quæ autẽ noctibus, ideſt, carnalibus, minor: vt quanta eſt inter Lunam, & Solẽ, tanta, & inter Reges, & Pontifices differentia cognoſcatur. Cũ igitur tanta ſit authoritatis, poteſtas Imperialis vt nõ arctetur legibus, ſed ipſa ſit legis origo, & in tantũ poſsit, vt ea quæ fuerunt, pro non factis habenda ſtatuerit, vt patet in L. Poſtliminij, qua bello captus, & ſervus effect°, decernitur ſemper fuiſſe liber, & præſens. Et ea quæ nõ fuerunt pro factis habenda decernit; ſicut patet Cod. de Inofficioſo teſtamento, in quo de poſthumo nulla fit mentio, & tamen iudicatur mentio facta:* (Mutat etiam ſubſtantiam rei Imperator, & de nihilo facit aliquid ſecundum iura Cod. *de Rei vxo. actio. L. 1. & not. Extrav. de ſtatu Monachor. Cum ad Monaſteriũ* in Gloſ. *Et ita.*) *Si, inquam, tantum poteſt Regalis poteſtas: multo fortius Pontificalis authoritas, quantumcumquè vſus; & dominium in aliquibus rebus ſecundum ius civile cenſeantur eſſe coniuncta, decernere poterit in perſonis aliquibus eſſe ſeparata. Quòd circa ordinem prædictorum Fratrum Minorũ Chriſti Vicarius, ſua authoritate confirmans ſic eſſe de-*

Robur præbet cõcluſioni ius canonicum.

decrevit, cuius diffinitioni cōtrahire nullatenus licet. Hæc S. Bonaventura.

33 Rurſus, nulla lex legē imponit Eccleſiæ Romanæ, ſed ipſa omnibus ſancit legē. 10. *diſt. cap.* 1. & 3. Et quælibet poteſtas humana etiā Imperialis ei iure ſubditur, 63. *diſt. cap.* 33. *Tibi Domino.* Et 96. diſt. *cap.* 10. *Duo ſunt*, & *cap. Cōſtantinus* 15. *q.* 6. *cap. Alius.* Item ordine poteſtatū, aut legibus ab ipſis poſitis non coarctatur, 9. *q.* 3. *cap. Nemo*, & *cap. Cuncta.* Summo enim Pontifici data eſt poteſtas non ad menſuram, ſed in quadam immēſitate, *Extra. de Maioritate, & Obedien. cap. Solitæ.* Sic ipſa poteſtas Vicarij Chriſti ſine menſura, imponit, & determinat poteſtatibus alijs, numerum, & menſuram, 11. *q.* 1. *Pervenit.*

34 *Nulla igitur* (ſubiungit S. Bonav. vbi ſupra) *poſſunt ad huius ſtatus* (dico ego, & ad huius cōcluſionis) *impugnationē allegari iura civilia, nulla etiā iura Canonica, &c.* Et paucis interiectis. *Et hæc quidē dicta ſufficiant ad cavillationes hominū revellēdas. Nam quantū ad teſtimoniū veritatis, ſummi legiſlatoris Chriſti, Soliſq; iuſtitiæ, exēplum ſufficit, atque conſilium. Qui cum ſit iuris naturalis, civilis, Canonici, ac Divini, principalis origo, ſacro ſuo ſanxit eloquio tēporalium rerum dominium adijciendū eſſe perfectis; cum tamē ſufficientiā quantum ad vſum eiſdē conceſſerit, promiſerit, atq; perſoluerit. Inſuper vt quod docebat verbo, confirmaret exēplo, alieno cibo voluit ſuſtētari, ſicut Evāgelica narrat hiſtoria. Et Hieronymus ad Nepotianum dicit, & evidentius patet ex præcedēti reſpōſione.* Hucuſq; S. Bonav.

35 Quinto probatur concluſ. quia prædictā *Extravag. Ad Conditorē.* Ioan. 22. editā contra Fratres Minores, ac Nicol. 3. (in qua tanquā irrefragabili, & immobili fundamento nituntur Adverſarij) Ioan. 22. Succeſſores, nimirū, Martin. 5. Eugē. 4. Sixtus 4. Paul. 4. Pius etiā 4. Greg. 13. Alex. 6. & Iulius 2. ſuis Decretalib. caſſarunt, & abrogarunt, ipſius Extravag. factamentione, vt dictum eſt ſupra num. 14. vide etiam num. 15. Ergo.

§. VI.

36 ET dato, & non conceſſo, quod illā non abrogaſſent. In aliquibus obſcura, aut inſufficiens, aut inintelligibilis videtur. Primò (alijs brevitatis gratia omiſſis) verba ſic. *Quod autē quoad res, quæ vſu*, dicitur: *Quod conſtituere in rebus vſu conſumptibilibus, vſum facti ſeparatum à pro-*

Extravagans Ad conditorē in multis eſt obſcura, & videtur inſufficiēs.

à proprietate rei, ſeu dominio, repugnat iuri, & obviat rationi. Hæc ibi. Quibus patet reſponſio ex dictis à num. 9. vſquè ad 13. & à num. 20. vſque ad 34. in quibus clarè patet, quòd nec repugnat iuri, nec obviat rationi ſupradicta vſus à dominio ſeparatio. Et ad maiorem abundantiam videatur dict. cap. *Exijt*, §. *Nec quicquam*, verſ. *Nec his obviare dignoſcitur, quòd civilis providentia, &c.* Vbi expreſſè contrarium deciditur.

37 Cæterum, admiſſo, (& non conceſſo) quòd iuri civili repugnaret; minime repugnat iuri naturali: & quamvis manus Imperatorum, & humanæ poteſtatis, ius civile liget, vel ligaret: (quòd eſt impoſsibile) non tamen ligat, nec ligare poteſt manus ſummorũ Pontif. & Summæ Eccleſiaſticæ potentiæ, vt patet ex his, quæ de authoritate Pontificia dicta ſunt ſupra n. 32. & 33.

38 Additur in dict. Extravag. *Ad conditorem. Nec Prædeceſſoris noſtri* (ſcilicet Nicol. 3.) *prædicta fuiſſe videtur intentio Romanæ Eccleſiæ, talium bonorum dominiũ reſervare.* Quibus, reſpondeant ipſa verba Nicol. 3. ſup. *num.* 9 & 10. relata.

39 Additur etiam in dict. Extravag. *Quis enim ſanæ mentis credere poterit, quod intentio fuerit tanti Patris, vnius ovi, ſeu caſei, aut fruſtri panis, & aliorũ vſu conſumptibilium, quæ ſæpe Fratribus ipſis ad conſumendum è veſtigio* (Gloſſ. ideſt, *de proximo*) *conferuntur, dominium Romanæ Eccleſiæ, & vſum Fratribus retinere?*

Reſpondeo, quòd plurimi Doctiſsimi, Graviſsimi, & Sãctiſsimi viri, ita crediderunt, & affirmarunt. Ita Innocen. 3. Honori 3. Greg 9. Nicol. 3. Clem. 5. & alij 14. Summi Pontifices (omiſsis pluribus alijs) ſupra à num. 8. vſque ad 15. relatis. Sanctis. P. ac Dominus meus Franciſcus Altiſſimæ huius paupertatis, poſt Apoſtolos, inſtitutor. S. Hierony. S. Laurent. Iuſtinian. Gloſſ. Ordinar. & Interlineal, vt patet ſupra à num. 17. vſq; ad 19. S. Thom. S. Bonaven. S. Ludovic. Epiſcop. S. Bernardinus, Alenſ. Ricard. Aureolus, Scotus, & omnis ordo Minorum. Item omnes Doct. relati (omiſsis multis) ſupra num. 5 imò & ipſe Dom. Ioã. 22. in *Extrav. Quorundam*, vt patet ſupra *num.* 13.

40 Et ratio eſt clara: Dominus namquè Nicol. 3. dum eſſet Summus Pontifex, veriſſimè habebat dominium, vnius ovi, fruſtri panis, & vnius ſinapis grani, &c. & dum comedebat, & etiam diebus aliquot ante-

antequam ſupra dicta cõſumerentur. Similiter vnius botri, (imò vnius vvæ) ſuarũ vinearum, ac vnius pomi ſuorum arborum, antequã hæc, ſuis ſervis conſumenda concederentur, quamvis apertè ſciret, non ſe, ſed ſervos ea eſſe comeſturos; etiam ſi eſſet, & cum eſſet tantus Pater, quia in hoc derogaretur eius ſummę potentię, aut in modico ipſius eminẽtia minueretur; quod quilibet ſanæ mentis poteſt, & debet credere. Ergo ſimiliter credere poterit, quòd habuerit dominium ovi, fruſtri panis, & id genus alia, oblatorũ Fratri. Minoribus ſpeciali Regulæ præcepto pedibus S. Rom. Eccleſ. ſubiectis, eiuſdẽ verè filijs, & pro Chriſto in extrema paupertatis linea libentiſsimo animo conſtitutis, quamvis eſſet tantus Pater, &c.

41 *Profectò* (additur in dict. Extrav.) *probabile nõ videtur*. Hæc ibi, *Cum per tantum Patrẽ* (dicit ibi Gloſſ.) *de tam modicis curandũ verſimiliter nõ fuerit*. Verùm huiuſmodi Gloſſæ dictũ ineptũ, & inſulſum videtur. Patet argumento à maiori ad minus. Deus enim infinitè Summus in magnitudine, excellentia, & authoritate, omniũ creaturarum eſt veriſsimè Dominus, nõ ſolùm Angelorũ, & cœlorum, ſed etiã, vermiũ, & muſcarum, vti, de fide eſt credẽdũ. *Tu Domine* (2. Machab. 14.) *univerſorũ es, &c.* Similiter eſt omniũ creaturarũ magnarum, & minimarũ viſibiliũ, & inviſibiliũ, ſolus, & vnus creator, *Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt*. Vbi D. Auguſtin. *tract. 1. Dicã Fratres* (ait) *vt intelligatis, ab Angelo vſquè ad vermiculum. Quid præclarius Angelo in creaturis? Quid extremius vermiculo? Per quẽ factus eſt Angelus, per ipſum factus eſt vermiculus*. Hæc S.

42 Et ęquè magnus eſt in creatione, minimarũ creaturarum, quam in maximarũ. Pulchrè D. Auguſt. in Pſal. 148. in illud. *Laudate dominum, dracones, & omnes abyſsi. Magna* (inquit) *quædam ſunt animantia dracones, maiora non ſunt ſuper terrã, &c.* Et mox. *Quid putamus? Quia laudãt Deũ dracones? Abſit. Sed vos conſiderantes dracones, attendite artificẽ draconum, & creatorẽ: & cum miramini dracones, & dicitis: Magnus Deus qui hac fecit, dracones laudant Deũ de vocibus veſtris, &c.* Et paucis interiectis. *Attendat* (ait) *charitas veſtra: Quis diſpoſuit mẽbra pulicis, & culicis, vt habeant ordinem ſuum? Vnam beſtiolam brevem minutiſsimam conſidera, quam volueris, Si conſideres ordinem* mem-

Deus tã magnus eſt in creatione rerũ minimarum, quam in maximarum.

Digitized by Google

membrorum ipſius, &c. Et mox. *Quis dedit aculeum culici, quo ſanguinē ſugat? Quā tenuis fiſtula eſt, qua ſorbet! Quis diſpoſuit iſta? Quis fecit iſta? Expaveſcis in minimis, lauda magnum. Qui fecit in cœlo Angelū, ipſe fecit in terra vermiculum. Totum attende, totum lauda, &c.* Hæc S.

Deus æquè gubernat minima, & maxima.

43 Similiter omnes creaturas minimas, & maximas æquè conſervat, & ad illarum gubernationem attendit. Vnde Sap. 6. *Puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus.* Præclarè D. Auguſt. 5. *de Civitate Dei cap. 11 fin. Deus non ſolùm* (ait) *cœlum, & terram, nec ſolùm hominem, & Angelum, ſed nec exigui, & contemptibilis animantis viſcera, nec avis pennulam, nec herbæ floſculum, nec arboris folium, ſine ſuarum partium convenientia derelinquit.* Hæc Sanctus. Videatur S. Thom. 1. *p. q.* 103. *art.* 5. *& q.* 44. *art.* 1. *& opuſcul.* 15. *quod eſt de ſubſtātijs ſeparatis, cap.* 14. *Quòd divina providentia ad minima ſe extendit, &c.*

44 Si ergo Deus (etiamſi ſit omnipotens, & ter Maximus) omnes creaturas (etiam culices, pulices, & infimos vermiculos) gubernat, & de illis ſpecialē curam gerit, abſquè, ſuæ omnipotētiæ, vel ſummæ magnitudinis, aut excellētiæ; minima iactura: Pōtifex Summus Rom. qui tametſi ſit omniū Suprem⁹ Paſtor, & Pater, eſt creatura nihilominus, & *ante Deū tanquā nihilū*, cōpertum eſt, quòd abſque vllo, ſuæ authoritatis, vel excellētiæ detrimēto, poterit curam gerere, & habere dominium etiam rerum minimarum, quibus Fratres Minores vtuntur, nimirum, ovi, caſei, & leguminum.

45 Additur etiam in dict. Extrav. verſ. *Nec obviat*, ibi. *Nec obviat ſupra dictis, quòd idem Prædeceſſor noſter* (ſcilicet Nicol. 3.) *in ordinatione prædicta* (nimirum cap. *Exijt*) *etiam illorum, quæ ad vitæ ſuſtentationem pertinent ſibi, & Romanæ Eccleſ. dominium reſervaverit: hoc enim de rebus illis dumtaxat debet intelligi, quæ vſu non ſunt conſumptibiles, ſine quibus humana vita non eſt ſuſtentabilis. Quæ vtiquè non ſunt pauca.* Hæc Domin. Ioan. 22.

46 Quibus expreſsè refragatur Dom. Nicol. 3. dict. Ordinat. *Exijt art.* 2. §. *Porrò*, cuius expreſſa verba retuli ſupra *num.* 9. vide ibi, ſed præſertim illa, *Satis claret ex Regula ad victum, & veſtitum, &c. neceſſariarum rerum vſum, Fratribus eſſe conceſſum.* Hæc Nicol. 3. Notentur illa ver-

Digitized by Google

verba: *Satis claret ex Regula, ad victum*, ideſt, ex *cap*.5. Regulæ vbi dicitur, *de mercede verò laboris corporis neceſſaria recipiant*. (vt in dict.§. *Porrò*, palàm liquet.) Hæc autem verba Regulæ, ſcilicet, *corporis neceſſaria*, omnes Expoſitores, qui à cōdita Regula, illa explicarunt, etiam de neceſſarijs corporis, *in cibo, & potu*, vnanimes intellexerunt, & intelligunt. Idcircò in prima Reg.cap.7. ſcriptum erat. *Nam ait Propheta, labores manuum tuarum, quia manducabis*. Et Apoſt. *qui non vult laborare, non manducet, &c.*

47 Ad hæc, Vlpianus ff. de Verbor.ſignific. L.(43.) *Verbo victus*.(ait) *Verbo victus cōtinentur, quæ eſui, potui, cultuiquè corporis, quæque ad vivendum homini neceſſaria ſunt*. Hæc ille. Ex quibus manifeſtè apparet, quòd Nicol.3. debet quoquè intelligi de rebus, quæ ſunt vnico vſu conſumptibiles.

48 Illud autem, quòd in dict. Extrav. parum poſt principium dicitur, nimirum, *quòd Fratres Minores actus, & contractus, vſuario, contrarios facerent. Et quòd de retento dominio rerum, quibus Fratres vtuntur, nulla Romana Eccleſiæ provenit vtilitas, nec in futurū provenire ſperatur, quin potius ipſa habebat nudum dominium, & Fratres vſum, veſtitum, &c.*

49 Hæc (inquā) omnia, & id genus alia, (loquendo cum reverentia) ad quæſtionem de ſeparatione vſus à dominio non pertinent, factū enim reſpiciunt, & nō iura. Eſto enim, quòd actus contrarios ſimplici, & nudo vſui facerent perperam aliqui Fratres Minores, non erat propterea communitas infamanda: nec Decretalis Nicol.3. repudianda. Pulchrè S.Tho.3. *contra Gentes cap*. 135. *ante med*. § *Nec etiam*, ibi. *Non eſt autē* (ait) *propter defectum, qui in paucioribus accidit, aliqua ordinatio repudiāda*. Hæc Sanct. Corrigatur ergo in Fratribus Minoribus, ſi aliqua eſt prævaricatio, & ſancta profeſsio non vituperetur.

50 Licèt inſuper S. Rom. Eccleſ. de tali retento dominio, vtilitatem non habuerit temporalē, quia noluit, nec indiguit, ſed Fratribus Minoribus tanquam ſuis peculiaribus filijs, (cap. *Exijt*, §. *Ad hæc cū Fratres*) dimiſerit ad vtendū. Si tamen vellet habere eorum vtenſilia, etiam panē, vinum, &c. poſſet ea, ſine iuris iniuria, ac ſi ſua propria eſſent (cùm verè ſint) vendicare, quia iure ſuo ſingulari, & proprio vteretur.

§. VII.

51 SEd contra concluſionē arguunt adverſarij. Primò, quia ille vſus facti, vel eſt iure conceſſus, vel nō. Si iure conceſſus, ergo vſus iuris. Si non. Ergo eſt iniuſtus, & illicitus. Reſpondeo diſtinguendo, eſt conceſſus iure divino, concedo; civili vel humano, nego: vt enim dixi ſupra *Controv. 17. ſect. 1.* duplex eſt ius, divinum, & humanum, vel naturæ, & cōſtitutionis. *Diſt. 8.* §. 1. Ad conſequent. ergo eſt vſus iuris humani, nego. Vſus namquè hic rerum, quem Fratres Minores habemus, eſt vſus facti tantum; nihilquè habet iuris, vti cum Nicol. 3. dixi ſupra *num.* 3.

Aliud eſt habere ius vtendi, aliud licentiā vtendi.

52 Sed pro maiori declaratione nota, quòd aliud eſt habere ius vtendi, aliud licentiā vtendi. Qui habet ius vtendi, habet ius ad rem, qua vtitur. Qui verò tantùm habet licentiam vtendi, nullum habet civile ius, ſed ſolùm iuſtum titulum vtēdi: & ideo quamvis vſus, abſquè iure, & licentia vtendi, eſſet illicitus: vſus tamen abſquè iure civili vtendi, cum licentia vtendi, non eſt iniuſtus. Licentia enim hæc vtendi, tribuit vtenti iuſtum vtendi titulum; quapropter eiuſmodi vſus minimè erit illicitus. Et de hac licentia loquitur cap. *Exijt*, §. *Porrò*, verſ. *Nec talem abdicationē*, ibi: *Quibus rebus Fratres licitè vti poſſunt, durante conceſſione licētia, & iuxta quod in præſenti ſerie continetur.* Hæc ibi.

53 Patet igitur, quòd aliud eſt licentiam habere rebus vtendi, & res dādi: & aliud ius: quia de licentia Prælati poteſt dare quilibet Religioſus rem, & tamen ibi proprium nō habet, nec ius dandi, vt eſt expreſſum. 12. *q.* 1. *cap. Non dicatis*. Alioquin cum ſemper vtantur omnes Religioſi rebus de licentia Prælati (ſi hæc non ſufficit ad iuſtum vſum) erunt ſemper proprietarij, & domini rerum illarum. Quod nefas eſt dicere.

54 Arguunt ſecundò: ſi in rebus vſu cōſumptibilibus poteſt ſeparari vſus à dominio, non eſſet vſurarium, ſed omnino licitum, pretium recipere pro mutuo pecuniæ. Poſſent enim triticum, pecunia, & id genus alia, dupliciter alicui tradi. Primò modo per verum mutuum, transferendo dominium omninò independenter à dante. Secundò modo quoad vſum ſolùm facti dependēter à voluntate dantis, & vtroquè modo poſſet dari cum onere eiuſdem rei reddendę, vel ſimilis in ſpecie.

55 Reſ-

Digitized by Google

55 Reſpondeo cum Sanch. *tom. 3. Sum. lib. 7. cap. 18. n. 22.* negando inde ſequi, licere pretium recipere pro mutuo. Cùm enim valor rei vſu conſumptibilis non ſit alius, quàm vtilitas percepta ex eo vſu, quo res ipſa conſumitur: nefas eſt accipere pretiũ vnũ æquale pro re, (v.g. tres aureos, pro totidem mutuo datis) & aliud pro illius, (ſeu illorum) vſu. Rurſus, vſurarius ei, qui mutuo dat pecuniã, cõcedit illius dominiũ, & totalẽ vſum, cum poteſtate irrevocabili, & pleniſsima, vt independẽter vtatur illa pecunia, etiã diſtrahendo, & conſumẽdo illam: (alioquin non erit verum mutuũ) idcirco illa pecunia nullomodò amplius pendet à volũtate vſurarij, ac percõſequens, nec vſus eius. Atquè adeò pro vſu eius non poteſt quidquã accipere, præter æqualem ſummã mutuo datam. Et quando concederetur pecunia ad merum vſum, reſervato dominio, vel facultate revocandi apud dantem, tunc non eſſet verum mutuum, quia in mutuo, vt dictum eſt, transfertur dominium.

Ex noſtra concluſione nõ poteſt vſuris accerſiri patrocinium.

56 *Ex quo evidenter apparet,* (verba ſunt Valẽciæ *tom. 3. diſp. 5. q 10. de Furto, & Rapina ante fin. pag. mihi 1088.*) *non niſi imperitè, ac impiè, poſſe accerſiri patrocinium vſuris, ex iſta opinione Nicol. 3. & aliorũ Theologorum, qui ſentiunt, vſum rei vſu conſumptibilis poſſe diſtingui, & ſeparari ab eiuſdẽ rei dominio. Quaſi hinc ſit conſequens, vſurariũ, retento apud ſe dominio pecuniæ, quam mutuo dat, poſſe pro illius vſu, quem duntaxat alteri concedat, accipere aliquid vltra ſortem. Hoc eſſe cõmentum vaniſsimum manifeſtè patet iam ex dictis, &c.* Hæc ille.

57 Demum, adverto D. Ioan. 22. in fine dictæ Extrav. *Ad conditorẽ,* nobiſcum ſentire. Dicit enim, *Per hoc autem dicti Ordinis Regulæ in aliquo non intendimus derogare.* Ergo neq; in abdicatione omnium rerũ, etiã vnico vſu conſumptibiliũ, quoad omnẽ vſũ iuris, retẽto ſolùm vſu ſimplici facti: cum huiuſmodi abdicatio eſſentialiter ſpectet ad altiſsimam dicti Ordinis paupertatem, vt dictũ eſt ſupra *num. 7. & 22.* Ac per conſequens, in non derogando in aliquo Regulam noſtram concordat D. Ioann. 22. cum Dominis Nicol. 3. & Clem. 5. Secùs verò ſtandum eſt, dictis Nicol. 3. & Clem. 5. Declarationibus, quia per ſucceſſores Ioan. 22. Sæpius ſunt confirmatæ, vt dictum eſt ſupra à numero 14. vſquè ad 16.

§. VIII.

Appendicula explicatio præcepti, de ſervitio infirmis Fratribus præſtando.

58 Circa hoc præceptum, dico primò, quod tenemur ex Regula, non solùm *infirmos Fratres curare*, ſed etiam *illis inſervire*, *ſicut vellemus nobis metipſis*, rationabiliter, in ſimili neceſsitate *ſerviri*, vt doctè, ac piè docet Cord. in cap. 6. Reg q. 19. circa fin. Quamvis, alijs, hoc vltimum, conſilium Regulæ videatur, non præceptum.

59 Dico ſecundò, quòd obliget ſemper, ſed nō pro ſemper (eſt enim præceptum affirmativum) ſed pro loco, & tēpore, quando ſcilicet eſt neceſſarium tale ſervitium à nobis præſtandum: vnde ſi per alios, infirmis debitè ſervitur, & providetur; non eſt neceſſe, quòd omnes Fratres eis inſerviant; niſi quando alij negligunt notabiliter hoc facere: tunc enim quilibet, qui cōmodè poteſt, tenetur eis ſervire, ſeu providere.

60 Dico tertiò, quòd *Prælati tenentur* (verba ſunt conſtitut. Generali cap. 4. §. *Pro infirmis num. 3.*) *arctiſſimo Regulæ præcepto curam ſollicitam gerere circa infirmos Fratres*, tum ex hoc præcepto, tum ex alio, eis ſpecialiter impoſito cap. 4. ibi: *tamen pro neceſſitatibus infirmorū, &c.* Tum ratione Prælationis, vt benè Cord. vbi ſupra.

61 Nota tamen ex Venerab. Hugon. hic, circa fin. cap. *quòd debent Fratres ſervire alterutrum, ſicut pro exigentia noſtri ſtatus, ægritudinis, vel perſonæ, rationabiliter vellent ſibi ſerviri. Infirmus patientiam debet ſervare, medicinas non nimis curare. Infirmus ſi pauper voluntarius eſt, penſet non quæ divites, ſed quæ pauperes decent. Pauperis eſt modicis eſſe contentum, & in neceſſarijs ſæpe deficere. Sobrius erubeſcit ſuperfluus eſſe, vel improbus in petendo, &c.* Hæc ille. *Infirmus ſi pauper eſt voluntarius debet modicis eſſe cōtentus.*

62 Valde ad propoſitum pertinent verba SS. P. N. F. in 1. Regula Fratrum *cap. 10.* ibi: *Si infirmus* (inquit) *turbabitur, ſive iraſcetur, contra Deum, ſive contra Fratres: vel ſi fortè ſollicitè poſtulaverit medicinas, nimis deſiderans liberare carnem citò morituram, quæ eſt animæ inimica: à malo ſibi evenit, & carnalis eſt, & non videtur eſſe de Fratribus, quia plus diligit corpus, quam animam.* Et in ſecunda quam modo profitemur, *cap. 10. Super omnia*

de:

deſiderare debent, habere ſpiritum Domini, &c. & habere patientiã in infirmitate, &c. Et in 1. Regul. ſororum S. Claræ *cap.* 8. ibi: *De infirmis ſororibus in cibarijs, & alijs neceſſarijs, quæ earum requirit infirmitas, teneatur firmiter Abbatiſſa ſollicitè per ſe, vel aliàs inquirere, & iuxta poſſibilitatem loci charitativè providere. Quia omnes tenentur providere, & ſervire ſororibus ſuis infirmis, ſicut vellent ſibi ſerviri, ſi ab aliqua infirmitate tenerentur.* Hæc Soraphic. Pater.

63 *Neque enim,* (vt benè adnotat Cordub. vbi ſupra cũ Ioan. Philip.) *more redditua riorum poſſumus communiter provideri.* Hæc ille.

De Pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda.

CAPVT VII.

Textus: *Si qui Fratrum, inſtigante inimico mortaliter peccaverint pro illis peccatis de quibus ordinatum fuerit inter Fratres, vt recurratur ad ſolos Miniſtros Provinciales, &c.*

De manifeſtis peccatis reſervatis, eſt hic ſermo, non de occultis, vt omnes fatentur Expoſitores. Et licet Regula de ſolis publicis peccatis loquatur; poſſunt tamen Miniſtri Generales, & Provintiales reſervare caſus, vt mox dicam, etiam occultos. Idcircò cum omnibus Expoſitoribus, de pecatis reſervatis occultis in præſenti cap. 7 tractare decrevi,

CONTROV. XX.

De Caſuum reſervatione, & eorum abſolutione.

SECTIO I.

Penès quos ſit poteſtas in Ordine Minorum, caſus reſervandi?

1 PRo maiori declaratione præmittenda ſunt verba Sſ. Concilij Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. (& can. 11. de Pœnit. ead. ſeſſ.) ibi. *Magnopere vero ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere, ſanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, vt atrociora quædam, & graviora crimina non à quibuſvis, ſed à ſummis dumtaxat Sacerdotibus abſolverentur. Vnde meritò Pontifices Max. pro ſuprema poteſtate, ſibi in Eccleſia univerſa tradita, cauſas aliquas criminũ graviores ſuo potuerunt peculiari iudicio reſervare. Nequè dubitandum eſt: quin hoc idem Epiſcopis omnibus in ſua cuiquè Diœceſi, in ædificationem tamen, non in deſtructionem, liceat, pro illis in ſubditos tradita ſupra reliquos inferiores Sacerdotes authoritate, &c.* Et mox: *Nõ tantũ in externa politia, ſed etiam coram Deo, &c.* Hæc ibi.

2 Sit concluſio. Ex vi muneris Paſtoralis, Generales in toto Ordine, & Provinciales in ſuis Provintijs habent poteſtatem reſervandi caſus. Ratio eſt, quia dicti Prælati habent poteſtatem Epiſcopalẽ, vel quaſi Epiſcopalem in ſuos ſubditos, vt omnes Doctores communiter docent. Sed Cõcil. Trident. definit (vbi ſupra num. 1.) quòd Epiſcopi non ſolùm in foro exteriori contentioſo, ſed etiam in foro interiori cõſcientiæ, poſſunt caſus reſervare. Ergo. Vide Emman. Rodri. *in qq. Regularib. tom. 1. q. 21. art. 8.* *Miniſtri Generales & Provinciales poſſunt reſervare caſus.*

3 Petes: An poſsint Generales, ſive Provinciales quoſcumquè caſus reſervare? Reſpondeo, ſecundum ius cõmune poſſe. At ſecundùm ius particulare, ſeu novam Conſtitutionem Clem. 8. non poſſunt, niſi caſus in prædicta Conſtit. expreſſos, per ſe reſervare, vt ibidem habetur. *Sed non quoſcũq; per ſe.*

4 Dixi. *Per ſe*, quia vt ibidem Põtifex: *Si quod* (inquit) *aliud præterea peccatum grave pro Religionis conſervatione, aut pro conſcientiæ puritate reſervandum iudicabitur, id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provintia matura diſcuſſione, & aſſenſu.* Hæc ibi. Vnde quamvis alios caſus ſoli reſer- *Sed in Capitulis Generalibus, vel Provintialibus.*

vare

Digitized by Google

vare non poſsint, cum aſſenſu tamẽ Capituli, reſervare alios poſſunt.

Caſus cõtenti in decreto Clem. 8. ſunt vndecim.

5 Caſus, qui in dicto decreto comprehenduntur, ſunt vndecim. Primus, Veneficia, incantationes, & ſortilegia. Secundus, Apoſtaſia à Religione, ſiue habitu dimiſſo, ſiue retento, quando eò pervenit, vt extra ſepta Monaſterij, ſeu Conventus fiat egreſsio. Tertius, Nocturna, ac furtiva è Monaſterio, ſeu Conventu egreſsio. 4. Proprietas cõtra votũ paupertatis, quæ ſit peccatum mortale. 5. Lapſus carnis voluntarius opere conſummatus. 6. Occiſio, aut vulneratio, ſeu gravis percuſsio cuiuſque perſonæ. 7. Malitioſum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores. 8. Iuramentum falſum in iudicio Regulari, ſeu legitimo. 9. Procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fœtũ, etiã effectu non ſecuto. 10. Falſificatio manus, aut ſigilli officialium Monaſterij, aut conventus. 11. Furtum de rebus Monaſterij, aut Conventus in ea quantitate, quæ ſit peccatũ mortale.

Nõ ſunt reſervati omnes.

6 Petes ſecundò. An omnes ſupradicti caſus ſint in Ordine noſtro reſervati? Reſpõdet affirmativè March. in *cap. 7. Reg. tit. 2. q. 1.* in concluſione *fol.* 402. Cui minimè accedo. Ratio patebit ex infra dicendis, *ſect.* 2. Idcircò reſpondeo cum Ioãne à Trinitate in *Expoſitione Caſuum reſervatorum, dub. 1. n. 3.* hos vndecim caſus non eſſe de facto reſervatos, ſed reſervabiles. *ſed reſervabiles.*

SECTIO II.

Qui ſunt caſus in Ordine Fratrum Minorum communiter reſervati?

1 MArchant vbi ſupra, *ſect. 1. num. 6.* citatus, dicit, quòd *ſunt omnes illi, & ſoli, qui in decreto Clementis 8. comprehenduntur, ſuntque vndecim.* Ita ille.

2 Sed minimè eſt audiendus. Idcircò ſimiliter tenendum eſt cum omnibus Expoſitoribus cõmuniter, quatuordecim eſſe tantum pro toto Ordine ſecundùm ſtatuta Generalia, Provintialibus, Miniſtris caſus reſervatos.

Caſus reſervati Ordine Minorũ ſunt 14

3 Dixi: *Pro toto Ordine ſecundùm ſtatuta Generalia*: quia diverſæ in Ordine Provintiæ, (& etiam Reformationes) ſive ex ijs, qui in decreto Clem. 8. continentur, ſive ex ijs, qui Capitulorum iudicio, & aſſenſu determinantur, ſive ſuperadduntur, plures, vel

vel pauciores caſus reſervant, vt ait March. vbi ſupra dict. *quæſt. 1. in principio.* Videatur etiam Martin. à S. Ioſeph, in nova edit. *cap. 13. num.* 45, vbi affirmat, tredecim tantum eſſe in ſua Sancti Pauli Provincia caſus Miniſtris Provincialibus reſervatos.

4 Igitur 14. caſus in Ordine ſervati ſunt, vt ſequuntur. Primus eſt, Peccatum inobedientiæ contumacis. Secundus, Proprietaria rerum detentio. Tertius, Lapſus carnis. Quartus, Tactus impudici, & enormes. Quintus, Solicitatio ex certa ſcientia ad peccatum carnis. Sextus, Furtum rei notabilis, ſeu frequenter iteratum. Septimus, Violenta manuum iniectio. Octavus, Crimen falſum in infamiã cuiuſcumque. Nonus, Falſum teſtimonium in iudicio. Decimus, Compoſitio, vel proiectio, aut publicatio libelli famoſi. Vndecimus, Falſificatio literarum, aut ſigilli quorumcumque Prælatorum noſtri Ordinis; aut alterius perſonæ in dignitate conſtitutæ. Duodecimus, Apertio literarum Prælatorum, vel malitioſa earum retentio. Decimus tertius, Deponere falſò, & ſcienter coram quocumq; iudice, ſeu viſitatore, contra Religioſum aliquem, vel ad hoc faciendum aliam perſonam inducere. Decimus quartus. Procurare, vt revocentur ea, quæ verè depoſita ſunt coram iudice, ſeu Viſitatore.

5 Ita ex generalibus Ordinis ſtatutis, Toletanis, & Segov. cap. 6. referunt prædictos caſus, tantùm, & cum eodem tenore verborum, Ioannes à Trinitate vbi ſup. *dub.* 2, Antonius à S. Maria in fine ſuę expoſitionis *fol. mihi* 148. rectè quidem: cuius ſententia omninò tenẽda eſt. Ratio eſt, quia ponit, & aſsignat caſus in Ordine reſervatos eiſdẽ, forma, modo, ratione, ſenſu, & verborum tenore, quibus aſſignantur, ponuntur, & reſervantur caſus prædicti in novis ſtatutis Generalibus, Tolet. ann. 1606. & in Segovienſib. ann. 1621. *cap. 6. de Correctione deliquentium tit. de Caſibus reſervatis num.* 2.

6 Hinc liquet, quòd non ſunt audiendi Cord. hic *q.* 4. *pun.* 1. Ortiz *fol.* 138. Mirand. *in 1. impr. cap.* 95. *& in 2. c.* 69. Ximenez hic *num.* 31. *&* 32. (ſequentes Speculum *fol.* 44.) licèt enim 14. caſus reſervatos in Ordine aſsignent, in duodecimo, & 13. variant: *Duodecimus caſus* (inquiunt) *eſt, cum accuſati inquirũt ſciẽter denominib⁹ ipſos accuſantiũ. Tertius decimus caſus eſt, Revelatio nominũ accuſantiũ accuſatis*: licet in Speculo hic com-

computetur in loco quarti decimi caſus. Supradicti itaque duodecimus & tertiodecimus caſus, & in antiquis ſtatutis Generalibus Ordinis reſervati manebant, modo in Generalibus ordinis novis ſtatutis minimè ſunt reſervati, vt legenti liquidò conſtat. Idcirco huiuſmodi caſus non ſunt vt reſeruati ad mittendi, nec Authores, iuxta tenorē antiquorum ſtatutorum eos aſsignantes, audiendi. Quod maximè notare debent Patres Confeſſores, vt iuxta ſuum officium, & obligationem poſsint rectè diſcernere inter lepram, & lepram.

Vt ſit caſus reſervatus debet eſſe peccatū mortale.

7 Nota primo, quod ad hoc vt aliquis ex ſupra dictis 14. caſibus cenſeatur reſervatus, non ſufficit, vt ſit peccatū veniale; ſed neceſſariò debet eſſe mortale. Ita Doctores omnes. Ratio eſt, quia Eccleſiæ Dei mos ſemper fuit, ſola graviora & atrociora crimina reſervare, vt ait Trid. *Seſſ.* 14. *c.* 7. At peccata venialia hanc gravitatem, & atrocitatem nō habent: Ergo. Nec diſputo: An peccata venialia poſsint reſervari? Cum hoc non ſit præſentis inſtituti: Sufficiat pro certo ſcire, nullum peccatum veniale de facto reſervari.

Et quòd clare cōſtet eſſe mortale.

8 Nota ſecundò, quòd non ſufficit ad reſervationem dubitare, an peccatum ſit veniale, vel mortale, ſed requiritur, quod clare, & apertè cōſtet, peccatum commiſſum eſſe mortale, vt reſervationem incurrat. Ita doctè Portel in quadam expoſitione, edita ſuper vndecim caſus in decreto Clem. 8. reſervabiles *præludio 4. concluſ.* 1. cū alijs apud ipſum Ioannes à Trinitate *dub.* 2. *n.* 6. & alij communiter.

Requiritur etiam quòd opus ſit externum.

9 Nota tertiò, ad reſervationem etiam requiri, quòd opus ſit externum (nec ſententiæ affirmanti, peccata purè interna poſſe reſervari, auferro ſuam probabilitatē: in noſtro tamē Ordine certum apud omnes eſt, peccata tātum externa reſervari.) Neque quodcumque opus externum, etiamſi à prava volūtate procedat, efficit peccatum reſervatum; ſed ſolum illud opus externum, quod in effectu reali ponit malitiam præcōceptam, & rem in caſu reſervato prohibitā. Vnde media diſpoſitiones, māda tum, auxilium, cōſilium, aut ſi vor nini expreſſe reſervētur, per generalem, & abſolutam reſervationem nō reſervātur. Ita Rod. *tom.* 1 *ſum. cap.* 55. *num.* 3. Portel *prælud. citato num.* 2.

10 His ſuppoſitis, dictorū quatuordecim caſuum reſervatorum nō longam, ſed brevem & ſuccinctam elucidationem ſubiungo. In votis enim

habeo

habeo (Deo mihi auxiliũ præbente,) ſpecialem & copioſum de caſibus reſervatis tractatum ſcribere.

Primus caſus reſeruatus.

11 Primus caſus reſervatus eſt, *peccatum inobedientiæ contumacis*. Pro intelligentia huius caſus oportet ſcire, in quibus teneatur Frater Minor obedire ſuis Prelatis. Expreſſo enim mandato præcipimur Fratres Minores *cap.* 10. *Regulæ* obedire Prælatis noſtris in omnibus, quæ Domino promiſimus, & in ijs, quæ Regulæ, vel animæ non aduerſantur. De quibus latè infra Controv.24.

12 Eſt tamen advertendũ, quòd ſi Prælatus præcipiat ſubdito aliquid, aliàs contrarium animæ, aut Regulæ, aut Conſtitutionibus, in quo poteſt diſpenſare, tenetur ſubditus facta huiuſmodi diſpenſatione, Prælato obedire. Nam facta tali diſpenſatione nõ cẽſetur, nec eſt cõtrariũ animę, Regulæ, aut Conſtitutionibus. Ex.gr. vt ſi præcipiat Guardianus Fratri non ieiunare, vel equitare ob veram cauſam, & neceſsitatem, &c. de quibus infra.

Quid ſit inobediẽtia contumax.

13 His ſuppoſitis, dico, quòd tunc erimus inobedientes, quando Prælato nolumus obedire in ijs, quæ tenemur iuxta prædicta. At non omnis inobedientia, & ſi ſit peccatũ mortale, eſt reſervata; ſed ſolùm illa, quę dicitur cõtumax: & eſt ea ſecundùm ſtatutum Tolet. *c.* 6. §. *de caſibus reſervatis*, quæ per ſpatium vnius diei naturalis viginti quatuor horarum perſeverat, præmiſſis tribus monitionibus ſubdito inobedienti per congrua intervalla, factis. Vnde ſi tres monitiones cum debitis intervallis nõ præmitantur, & ſpatium viginti quatuor horarũ non excedat, inobedientia nõ erit contumax, nec reſervata. Ita Cord. Mirãd. Ortiz, Xim: Ioan. à Trinitate vbi ſupra, & omnes Expoſitores.

Secũdus caſus.

14 Secũdus caſus, *proprietaria rerum detentio*. Circa hunc caſum Siguenza *hic*. §.7. affirmat, omnem proprietatis actum, videlicet, donandi, vẽdendi, commutãdi, alienandi, &c. in iſto ſecundo caſu reſervari.

Solũ proprietaria detentio, reſervatur in hoc ſecundo caſu.

15 Sed nimis rigidè & ſcrupuloſè loquitur. Ideo hac ſententia relicta, tenẽdum eſt, ſolum actum proprietariæ detẽtionis in hoc caſu ſecundo reſervari, vt apertè habetur in ſtatutis Generalibus Tolet. & in *Segov.* §. *de caſibus reſervatis* latinè impreſsis. Notanter dico: *Latinè impreſsis*: quia horum ſtatutorum, verſio Hiſpana abſolutè reſervat proprietatem. Sed lectioni Latinæ debemus ſtare, eo quòd origi-

originalis eſt, quæ non omnẽ proprietatis actum abſolutè reſervat, ſed *tantum* verbis expreſsis *proprietariam detētionem*. Et ita docent Cord. Ortiz, Mirand. Ximen. Mart. à S. Ioſep. ſuper hunc caſum.

Quæ dicatur proprietaria detētio.

16 Detentio ergo proprietaria, quæ tantum in hoc caſu reſervatur, eſt *quando Religioſus habet aliquam rem, vel etiam occultat, contra voluntatem ſui Prælati, vel eſt paratus, etiamſi Prælatus eam petat, non tradere, ne illa re privetur.*

17 Dixi: *Quando Religioſus habet aliquam rem*: & hoc intelligi debet, ſive eam habeat in ſua poteſtate, ſive in alterius cuſtodia, vel depoſito. Dixi: *Vel etiam occultat*: vnde quando Fratres alicubi abſcondunt, ſeu deponunt apud aliam perſonam, libros, tunicas, ſeu alia quæcumque ſupellectilia, quibus vtuntur, eo animo ne videantur, & ne tollantur per Prælatos, eorũ cellas viſitantes: tales, inquã, Fratres ſic abſcondentes, ſunt in peccato reſervato proprietariæ detentionis. Ita Cord. & alij vbi ſupra.

18 Dixi etiam: *Contra voluntatem ſui Prælati, vel eſt paratus, etiamſi Prælatus eam petat, non tradere*? Quia, etſi Religioſus contra votum paupertatis peccet, vtendo ſuperfluis: ſi illa non retinet contra voluntatem Prælati, vel eſt paratus, ſi à Prælato petantur, tradere, non cadit in reſervationem. A contrario, ſi res, qua vtitur, ſit Religioſo neceſſaria, eam tamen retineat contra voluntatem Prælati, vel cum animo eam non manifeſtãdi, etiam requiſitus, reſervationem iſtam incurrit.

19 Tandem additur: *Ne re illa privetur*: quia ſi Religioſus celat aliquam rem, & non tradit ſuo Prælato, ne ignominiam, aut confuſionem patiatur, ſi Prælatus ſciat, vel videat: vtpotè ſi quis abſcondit cibos, aut cartas luſorias, &c. vel quia in conſcientia requirit ſecretum, quod abſcondit: tunc huiuſmodi occultatio non eſt reſervata. Similiter ſiquis abſondit ſermones, quos ipſe fecit, ne aliquando ſciantur à Prælato eorum fabricæ, &c. Quamvis ergo in prædictis, & ſimilibus ſit aliquando peccatũ gulæ, inobedientiæ, &c. non tamen reſervantur in iſto ſecundo caſu. Ita Cord. Ortiz, & alij.

20 Sciendum tamen eſt, dupliciter poſſe Prelatum aliquid inhibere, vel quantum ad vſum, vel quantum ad modum acquirendi. Quantum ad vſum; quia non vult abſolutè inferiorem habere talem rem, vel ea vti. Quantum ad modũ in-

inquirendi; quia non vult, vt tali modo eam acquirat, vel vtatur. Priori itaque modo contra voluntatem Superioris rem detinere, eſt proprietaria detentio in hoc caſu reſervata. Non autem poſteriori, qui magis eſt contra obedientiam: & etiam erit mortale contra obedientiã iuxta materiæ gravitatem.

21 Sed petes: Quæ quantitas ſit neceſſaria, vt eam retinens dicatur incurrere pœnam reſervationis huius ſecundi caſus? Reſpondeo, eam eſſe, quæ conſtituit peccatum mortale in materia furti reſpectu ſæcularium, ita, vt quantitas: quæ in furto ſæcularium cauſat mortale peccatum, in Religioſorum proprietaria detentione ad mortale æſtimetur, & erit in hoc ſecundo caſu reſervata. Ita omnes communiter. Vnde q[u]ùm quãtitas triũ, vel quatuor Regalium argenteorum communiter ſit materia peccati mortalis in ſpecie furti: (vt infra *in 6. caſu* dicã) ſic, eademmet quantitas proprietariè detenta in re permanenti erit reſervata. Secus in rebus vſu conſumptibilibus, in quibus maior quantitas requiritur, vt in cibo, & potu, &c. Vide infra *caſu 6.*

Quãtitas triũ, vel quatuor Regaliũ reſervata &c.

Tertius caſus.

22 Tertius caſus, *lapſus carnis*. Cenſetur lapſus carnis in hoc tertio caſu reſervatus, quæcumque copula, ſive coitus carnalis, ſive copula ſit naturalis, vel fiat ſecundùm naturam, vt in fornicatione, adulterio, inceſtu, ſacrilegio: ſive copula ſit contra naturam, vt in ſodomia, beſtialitate, & id genus nefandis, & fætidiſsimis criminibus, & ſive interveniat ſeminatio in ea, ſive non. Ita cõmuniter Expoſitores. Ioan. à Trinit. vbi ſupra, & March. pag. 414.

Quartus caſus.

23 Quartus caſus, *tactus impudicus, & enormis cũquacũmque perſona, etiam cum ſe ipſo factus*. Sed notãdũ, quòd, vt tactus reſerventur, duo requiruntur. Primum, vt impudici, ac inhoneſti ſint. Secundum, vt ſint etiam enormes. Hæc autẽ enormitas in tactu impudico non eſt conſideranda penès aliquam circunſtantiam ipſi tactui extrinſecã, vt ratione loci ſacri, aut ratione ſcandali, &c. vt ait Cord. ſed eſt conſideranda penes intrinſecam, & formalem rationem tactus, vt quando fit turpiter, & laſcivè in verendis, vel non lõgè ab eis (quia quòd parũ diſtat, nihil diſtare cenſetur) ſupra nudam carnem, aut ſolùm coopertam linteo.

24 Dixi: *Quando fit turpiter, & laſcivè*; nã ſi cauſa medicinæ, munditiæ, vel alia ſimili, quæ cenſeatur neceſſaria,

aut

Digitized by Google

aut rationabilis, vel etiamſi fiat talis tactus leviter ex ludo, non erit reſervatus, licèt ex huiuſmodi tactibus aliqua delectatio (involũtariè tamẽ) ſuboriatur. Ita Ioan. à Trinit. Mirand. in prima edit. cap. 95. poſt princip. & in 2. cap. 69. poſt med. Ximenez hic num. 24. Et alij.

25 Credo, etiam eſſe tactus enormes, & reſervatos, quando quis veſtitus ſuper veſtitam incumbit aliquos motus fœdos immiſcendo, quos ſcribere non licet. Et ſimiliter, quando quis ipſe ſolus motibus libidinoſis, & obſcœnis, ita turpiter movetur, ac ſi verè, & realiter coiret quamvis manibus verenda non tangat. Ita Ioan. à Trinitate. Sed de his dicta ſufficiant; nam talia cogitare, mens abhorret, & ea ſcribere, manus tremet. Obſerva tamen, quòd ſemper ſunt reſervati dicti tactus, & ſi nulla pollutio in eis interveniat.

5. Caſus. Solicitatio ad peccatũ carnis.

26 Quintus caſus, *Solicitatio ex certa ſcientia ad peccatum carnis*. Et hoc quomodocumque fiat, ſive per literas amatorias, ſeu requiſitorias provocantes, aut inducentes ad peccatum carnis conſumatum, ſeu ad copulam carnalẽ, tacitè, vel expreſsè, ſive per nuntium, ſiue alium, ſiue per verba, nutus, ſigna, per frequentem viſitationẽ, per dona, aut munuſcula, quomodocumque ergo fiat. Si tamẽ fiat dicta ſolicitatio, vel incitatio ſcienter, & cum intẽtione determinata inducendi aliã perſonam quamcumque ad coitũ carnalem committendum cum ipſomet inducente, ſeu cum alia, vel pro alia perſona, ita quòd hoc non faceret ipſe niſi ad talem finem, eſt ſolicitatio reſervata in hoc quinto caſu.

27 Petes: An vt ſolicitudo ſit reſervata requiratur, quòd perſona ſolicitata cognoſcat, ſe ipſam ſolicitari, & ad peccatũ carnis induci? Reſpondeo affirmativè. Ita Ioan. à Trinitate, Cord. &c.

6. Caſus. Furtum rei notabilis.

28 Sextus caſus, *furtũ rei notabilis, ſeu frequenter iteratum*. Res notabilis dicitur calix argenteus, Crux, vel aliud notabilis valoris, ideſt, duorum, aut trium aureorum. Ita Cord. hic Ximen. *num* 25. Siguenza verò §.9. & Martin. à S. Ioſeph. *cap.* 17. *in* 2. *imp. num.* 14. dicũt, notabilẽ quãtitatem reſervatã debere eſſe valoris trium, aut quatuor aureorum. Quorum ſententia mihi omnino placet. Diſplicet verò Ioannis à Trinitate ſententia! hic enim dicit, quantitatem vnius aurei ad reſervationem ſufficere. Ita in noua impr. *caſu*. 6. *num.* 2.

29 Tunc

Digitized by Google

Quando frequenter iteratum.

29 Tunc verò dicetur furtum frequenter iteratū, & reſervatum, quando intra duos, vel tres menſes quis commiſerit ſex, aut octo furta, pervenientia ad ſupradictam notabilem quantitatem, vel etiam ſi infra tres dies, aut quatuor dictam quantitatem ſubriperet. Ita Mart. à S. Ioſ. vbi ſupra *n.* 17. & quoad frequentationē idem afirmat Ioan. à Trinit. *n.* 5.

30 Ceterùm, vt furtū frequenter iteratum cēſeatur ob frequentem iterationem reſervatum, debet eſſe mortale, id eſt, ſingula furta iterata debēt eſſe peccata mortalia ratione quantitatis in quolibet furto ablatæ. Ita Siguenza, Ioan. à Trinit. & Mart. à S. Ioſeph. vbi ſupra cum alijs apud ipſos.

Quātitas quatuor Regaliū requiritur in furto ad mortale.

31 Præterea licet de quātitate furti requiſita ad mortalē culpam tot ſint ſententiæ, quot capita: veriùs iudico, quātitatem quatuor Regalium requiri, vt res, quæ ſubripitur, ſit peccatū mortale. Ita Mart. à S. Ioſ. c. 17. n. 6. cum alijs apud ipſū, & etiā n. 14. Hoc furtum cōmittere convincuntur, qui res de facto, communi vſui in communi Officina, vel oficio, applicatas, ſubripiunt furtim, & ſibi applicant, vel cōſumunt, vel vt extra Ordinem dent, vt libros ex Bibliothecis, inſtrumenta ex Officinis, pannum ex ſartorio, &c. Item qui res Fratrum vſibus de facto applicatas, ſibi furtim vſurpant, (vt veſtes, libros, manuſcripta. &c.) vel vt foris ſæcularibus, aut alijs donent. Item qui res ſæcularium, vel aliorū, etiam ſibi, vel alijs, furantur.

32 Advertendum tamen eſt circa eſculenta, & poculenta, (vel res comeſtibiles, & potabiles) quòd de ipſis aliud ſit iudicium, quàm de alijs rebus mobilibus, & immobilibus: requiritur namque maior quantitas, vt quis peccati mortalis condemnetur in dictis eſculētis: ita March. hic pag. 422.

33 Dicta n. 32. vera exiſtimo, ſi cōventus, vbi prædictę maioris quantitatis ſubreptiones fiunt, dictis eſculentis abundent: aut communitas grave detrimentum nō patiatur. Secus vero, idem iudicium, de rebus comeſtibilibus, quam de alijs rebus mobilibus, & immobilibus, fieri debet in quātitate requiſita ad mortale.

Ablatio vſus rei, eſt furtū.

34 Inſuper notandum valde eſt, quòd licèt dominium bonorum, aut rerum, quibus Communitas, Conventus, aut Fratres in particulari vtuntur, ſint Sedis Apoſtolicæ: nihilominus Religioſus aliquid ex dictis rebus ſubripiens (ſi adſint cæteræ conditiones ſupra poſitæ) committit furtum reſervatum: quia ablatio rei quātum

tum ad vſum eſt propriè, & in rigore furtum. Imò furta hoc ſolùm in ſe habēt: nam latro, qui pallium furatur, tantum à Domino aufert vſum pallij, & illum ſibi applicat. Sed qui à Conventu, vel à Fratre particulari, ſubripit aliquam rem, eam quantum ad vſum ab illis aufert, & ſibi applicat. Ergo.

35 Quod dictum eſt de ablatione rei, idem dicendum eſt de alijs actibus proprietatis, nempe, vendendi, donandi, commutandi, &c. Cùm enim dominium omnium rerum, quibus vtitur Ordo, ſit Summ. Pontificis, Religioſus illicitè donans extra Ordinem, contra voluntatem Potificis, ac veri Domini, donat, & ita furtum committit. Sic Ioan. à Trinit. vbi ſupra, *num.*28. relatus, & Mart. à S. Ioſ. *cap.*17.*num.*18.

7. Caſus.

Violenta manuum iniectio.

36 Septimus caſus, *Violenta manuum iniectio*. Quę tunc dicitur, cum quis aquam, vel pulverem, vel ſalivam proijcit per modum iniuriæ: & quando percutit medio aliquo inſtrumentò: & quando furioſè ita aliquem perſequitur, vt cogat ſe præcipitare in flumen, aut aliud damnum perſonale ad ſe liberandum pati, ſecundùm Navarrum in Summ. cap. 27. num. 76. & 77. Imò detentio violenta (non autem caſualis, & præter intentionem facta) etiam ſine vlla læſione, eſt iniectio manuum, vt habetur cap. *Nuper de ſententia excommun.* Ita omnes Doctores verbo *Excommunicatio*. Videatur Bonacina, *tom. 3. diſput.* 2. *de Excommun. in part. &c. pun.* 6. *ſect.* 1. *&* §. 1. *per totum*, & Ioann. à Trinit. ſuper hunc caſum *numero* 1.

37 Hæc violenta manuum iniectio, ſi fiat in Clericum, aut Monachum, aut in gaudētem privilegio Clericali, annexam habet excommunicationem, vt habetur 17. *q.* 4. *cap. Siquis ſuadente diabolo*. Quæ excommunicatio, ſi percuſsio, aut læſio levis ſit, aut mediocris, eſt Epiſcopo reſervata, cap. *Pervenit de ſententia excomm.* Si verò ſit enormis, reſervatur Papæ *cap. Cùm illorum eod. tit.* Enormis dicitur, quando procedit ad membri mutilationem, vel effuſionem ſanguinis, quando eſt copia, & abundantia, non è loco vnde facilè egreditur, vt è naribus, ſed aliunde. Etiam ratione perſonæ dicitur enormis, vt quando in Epiſcopum, aut Abbatem, violenta manus injicitur.

38 Eandem excommunicationem incurrunt, qui prædictam manuum iniectionē man-

dant: cap. *Mulieres de ſent. ex com.* qui conſuluere, auxiliantur, vel favorem dant, vt cap. *Quanto, eodem tit.* & qui ratificant, dummodo eorum nomine iniectio ſit facta. Videatur Toletus in *ſum. lib. 1. à cap. 31. vſque ad 34.*

39 His ſuppoſitis, dico, quòd omnis, & quæcumque violenta manuum iniectio, (ſi ſit mortaliter culpabilis) ſivè fiat in perſonam Eccleſiaſticã, ſive ſæcularem, reſervatur in iſto *7. caſu*: Ita Gord. vbi ſup. & omnes Expoſitores. Notãdum tamen, quòd licèt violẽta iniectio in perſonam Eccleſiaſticam habeat annexam excommunicationem: tamen in *hoc caſu 7.* excommunicatio non reſervatur, ſed peccatum, & culpa iniectionis tantùm. Ita Ioannes à Trinitate hic *num. 3.*

Quis poteſt abſolvere &c. in foro exteriori.

40 Sed petes: Quis poſsit abſolvere Religioſum noſtri Ordinis, qui in alium Religioſum violentas manus iniecit? Reſpondeo, diſtinguendo: Poſſumus enim loqui, vel in foro exteriori, vel in foro interiori. Si loquamur in foro exteriori, poſſunt Prælati Generales, & Provinciales ſuos ſubditos abſolvere, etiamſi læſio fuerit enormis. *Ita Rod. t. 1. q. Reg. q. 20 art. 12.* Ioan. à Trin. *num. 4.* & alij; Addit Rod. in *Addit. ad expoſitionẽ Cruciatæ §. 9. num. 36.* quòd virtute Bullæ Cruciatæ poteſt quilibet Confeſſor ab Ordinario approbatus ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis intra annum publicationis Bullæ, abſoluere ab eadẽ excommunicatione ob læſionẽ enormem, ſatisfacta tamen parte læſa. Quem ſequitur Ioan. à Trin. Hic Confeſſor ab Ordinario approbatus ſufficit, quòd ſit à ſuo Ordinario; ideſt, à ſuo Provinciali, & ſi non ſit ab Epiſcopo: Ita Rod. in Bulla Cruc. §. 9. *num. 12.* Mart. à *S. Ioſ. in 2. imp. c. 17. num. 28.* & fuſiùs num. 30. ibi videatur cum multis ab eo citatis.

Quis in foro interiori.

41 Si loquamur in foro interiori conſcientiæ, dico, quòd non ſolùm Prælati Generales, & Provinciales, ſed etiam Prælati Conventuales, vt Guardiani, poſſunt ſuos ſubditos abſolvere, quamvis læſio fuerit enormis. Ita Rod. *t. 1. q. 17. art. 4.* Ioan. à Trin. vbi ſupra *num. 5.* Idem Rod. eodem tit. *q. 20. art. 2. & 3.* Mart. à S. Ioſ. num. 26. Virtute privilegiorum noſtri Ordinis poſſunt abſolvere Confeſſores approbati tantũ à Provincialibus ab huiuſmodi excõmunicatione ob læſionem enormẽ in foro cõſcientiæ. Ita Mart. à S. Ioſ. *vbi ſup. n. 27. & 28.* ſi eligãtur à Pænitẽtibus Relig. Videantur citati Auth.

42 Octa-

8.Caſus. Crimen falſũ in infamiã cuiuſcumquè.

41 Octavus caſus, *crimen falſum in infamiam cuiuſcũque*. Ideſt, peccatum à Religioſo cõmiſſum, eo quòd falſò, & cum mendacio affirmavit de aliqua perſona, ſiue Regulari, ſiue ſæculari, eam graviter deliquiſſe, & cecidiſſe in crimen infamatorium, vt in hæreſim, ſimoniam, homicidium, (& ſi eſt Religioſus in fornicationẽ, ſi Frater Minor in receptionem pecuniæ, &c.) vel in aliud ſimile peccatum dignum depoſitione, degradatione, privatione officij, aut actus honorifici, vel in peccatum irregularitatem inducens.

43 Neque intereſt, quòd perſona ſic falſò infamata non puniatur tali pœna. Quamvis enim pœnæ punitio non ſequatur, dictum crimen falſum, erit reſervatum. Neque ſecundò, intereſt, quòd perſonæ ſic falſò infamatæ non ſequatur infamia. Ratio eſt, quia tale crimen ex ſua ratione eſt falſum, & infamatorium, & directè fuit impoſitum, vt famam proximi tolleret, licèt per accidens non ſit effectus ſequutus. Ita Cord. in caſu 9. Ioann. à Trin. hic, & alij.

Imponere ſibi ipſi crimẽ, reſervatum eſt.

44 Petes primò: An ſit peccatum reſervatum imponere ſibi ipſi quis crimen infamatorium? Reſpondeo affirmativè: Ita Ioan. à Trin. hic num. 3. & Martin. à Sancto Ioſ. cap. 7. vbi ſupra num. 35. Ratio eſt, quia ablatio famæ in re gravi potiùs Religioni, quàm Fratri particulari nocumentum affert.

Et falſò affirmare aliquem eſſe Iudæũ, &c.

45 Petes ſecundò: An ſit peccatum reſervatum falſò affirmare, aliquem eſſe genere maculatum, vtpotè ex genere Iudæorum, Maurorum, &c. Reſpondeo affirmativè. Ita Ioan. à Trin. num 5. Nec obſtat, quòd iſta reſervatio ponitur ob crimen: at naſci ex Iudæis, vel ex eis trahere originem, non eſt crimen; quia nullus propter propria demerita naſcitur ex infami progenie. Hoc inquam non obſtat, quia etſi in ſe non ſit crimen, eſt tamen in radice. Rurſus ille ſic falſò infamatus privaretur dignitatibus, & officijs eminentibus. Ergo cum reperiatur falſitas, & infamia in hac impoſitione, erit culpa reſervata. Ita Ioann. à Trinit. caſu octavo fine.

9.Caſus. falſũ teſtimoniũ in iudicio.

46 Nonus caſus eſt *falſum teſtimonium in iudicio*. Vnde in hunc caſum incurret Religioſus, qui à legitimo iudice requiſitus, vt ferat teſtimonium in alicuius rei probationem, falſò ex certa ſcientia aliquid affirmat, ſive teſtimonium ſit in honorem, ſive in infamiam. Nec

ſolùm eſt falſum teſtimoniũ, quando teſtis id, quod nõ eſt, poſitivè affirmat, ſed etiã quãdo iuridicè in iudicio requiſitus veritatem tacet, aut negat. Et ſimiliter, quando rem dubiam, vt certam teſtatur. Teſtis enim tenetur in iudicio iuridicè requiſitus verum teſtificari, nec addendo, nec minuendo; & in illo gradu certitudinis, aut dubij, in quo rem quæſitam agnoſcit. Ita Ioan. à Trinitate *hic* Mart. à S. Ioſ. *num.* 33.

Aliquando tenetur ſubditus teſtimonium ferre iuxta mentẽ Superioris.

47 Eſt tamen advertendũ, in quibusdam caſibus teneri ſubditum teſtimonium iuxta mentem Superioris ferre, poſito præcepto: Primò ſi Author delicti laborat infamia. Secundò ſi delictum vergit in detrimentum publicum, aut in notabile damnum tertiæ perſonæ; neque alia ratione, quàm per Iudicem averti nequit: & in hoc caſu etiam charitas obligat abſque præcepto Iudicis ad teſtandum: imò ad denunciandum. Tertiò ſi de authore delicti eſt ſemiplena probatio. Quarto ſi procedatur via accuſationis, & delictum plenè probari poſsit, teſtis citatus tenetur teſtari. Ita Ioan. à Trinitate.

In aliquibus verò caſibus nõ tenetur.

48 In alijs verò caſibus non tenetur ſubditus teſtari. Primo ſi novit delictum (quamtumvis grave ſit) ex confeſsione Sacramentali. Secundò ſi delictum ſub ſecreto patefactum eſt, conſilij, vel auxilij petendi cauſa ad ſalutem animæ, aut corporis ipſius delinquentis, quamvis de authore eſſet infamia, vel ſemiplena probatio. Tertio, ſi Author non laborat infamia, nec timetur damnum in futurum, (vt ſi ſperatur emendandus privatis monitionibus) quando Iudex procedit per viam inquiſitionis, etiam ſi teſtis cum alijs duobus, vel tribus ſciat delictum. Quartò quando proceditur via accuſationis, ſi teſtis videt, rem probari non poſſe, eo quòd ipſe ſolus, & accuſator ſciant, non tenetur teſtari. Quintò ſi ex teſtificatione aliquod notabile damnum teſti immineret, niſi bonum publicum neceſſariò illud poſtulet. Sextò ſi teſtis cognovit ab ijs, qui fide digni non ſunt. In his tamen caſibus reſpondere debet cum interna reſtrictione actuali, vel virtuali. Ita Ioan. à Trinit. Vide illum.

10. caſus Compoſitio, &c. libelli famoſi.

49 Decimus caſus eſt, *compoſitio, vel proiectio, aut publicatio Libelli famoſi.* De Libellis famoſis agitur toto tit. De *Iniurÿs, & Libellis famoſis* in *ff. Nov.* (*lib.* 47.) maximè in *L. Cornelia. §. Siquis librũ*

cum

cum L. ſequent. & L. vnica Cod. eodem, & in Decret. 5. q. 1. Etiam agunt Summiſtæ, verbo *Libellus famoſus*, & alibi. Ex quibus omnibus dico, quòd *Libellus famoſus eſt ſcriptura abſque proprio nomine Authoris, cõtinens proximi in famiam in publico iactata, vel in loco vbi poſsit inveniri*. Notentur ſingulæ particulæ: in eis enim continentur cõditiones ad libellum famoſum requiſitæ.

50 In hoc ergo decimo caſu reſervatur compoſitio, vel proiectio, vel publicatio illius ſcripturæ, quæ iuxta definitionem traditam, dicitur Libellus famoſus. Notanter dicitur diſiunctiuè: *Compoſitio, vel proiectio*, &c. quia qui componit libellum famoſum, etiam ſi illum per ſe nõ proijciat, nec publicet, ob ſolam cõpoſitionem committit peccatum reſervatum. Similiter qui illum proijcit in loco publico ob ſolam proiectionem, & qui publicat ob ſolam publicationem, quando primo fit dicta publicatio. Si verò aliquis, poſtquam iam prima publicatio facta eſt, narret, (etiam omnino ignorantibus) vt novum caſum, & eventum per modum converſationis, non incurrit caſum reſervatum. Quoniam facta priori publicatione: iam manet vt caſus, & eventus publicus. Ita Ioan. à Trinitat. *hic num.* 2.

51 Advertunt tamen D. Antonin. 3. *parte Theologal. titulo* 24. *capite* 70. Navarrus in *Manuali capite.* 18. *numer.* 35. Tolet. *libro* 5. *capite* 64. Quòd ſi Libellus famoſus, ſeu infamatorius ſit contra Religiones, & inſtituta Seraphici Patri Noſtri Franciſci, & Beatiſsimi Patri Noſtri Dominici, annexam habet excommunicationem Sedi Apoſtolicæ reſervatam. Non verò ſi ſit contra Fratres in particulari.

52 Vndecimus caſus eſt, *falſificatio literarum, aut ſigilli quorumcumque Prælatorum noſtri Ordinis, aut alterius perſonæ in dignitate conſtituta*. *Prælati ſunt*, Generalis, Provincialis, Cuſtos, Guardianus. *Perſonæ in dignitate conſtitutæ* ſunt omnes alterius cuiuſcumque Ordinis Prælati. Etiam Archiepiſcopi, Epiſcopi, & in vniverſum Iudices omnes, ſive Eccleſiaſtici, ſive ſæculares. 11. *caſus falſificatio ſigilli &c.*

53 Literæ in hoc caſu non ſunt quælibet literæ, ſeu Epiſtolæ, quæ à Prælatis emanant, ſeu illæ tantum, quæ ſcriptæ ſunt à Prælatis, vt Prælati ſunt, & quæ dignitatem, & præfecturam concernunt;

nunt: non quæ emanãt à Prælatis vt perſonæ particulares ſunt, quia ſcribũt aliqua, quę ad ſuam præfecturam non pertinent. Nomine ſigilli intelligitur etiam ſubſcriptio. Hinc, qui falſificat literas Prælatorum, aut perſonæ in dignitate conſtitutæ ſigillum, aut ſubſcriptionem, quando pertinentia ad ſuam præfecturam aliqua continent, reſervationem incurrit. Secus qui literas, ſigillum, aut ſubſcriptionem alicuius Prælati, vt perſonæ particularis falſaret, ſcribendo aliqua, quæ ad ſuam iuriſdictionem, aut præfecturam non pertinebant: tunc enim non committeret peccatum reſervatum.

12. caſus Apertio literarũ Prælatorum, &c.

54 Duodecimus caſus eſt, *apertio literarum Prælatorũ, vel malitioſa earum retentio*, vel Superiorum ad inferiores, vel inferiorum ad Superiores; quia tam iſtæ, quàm illæ, dicuntur literæ Prælatorum, vel ab eis, vel ad eos miſſæ. Et tunc iſta apertio eſt caſus reſervatus, quando quis ſciens, & volens malitioſè aperit, detinet, aut retardat dictas literas: & hæc in materia gravi, & ſufficienti ad peccatum mortale, quæ ſcilicet, mittenti, aut ei, ad quem mittitur, inferat aliquod nocumentum, aut putatur illatura. Hinc in materia levi non incurritur caſus reſervatus, aut ſi aperiantur literæ, & non legantur, nec occaſionem dat (qui aperit) alteri legendi, aut probabile periculum. Ita March. *in capit. 7. titul. 2. quæſtion. 1. dub. 7.* Ioannes à Trinitate *hic*.

13. caſus deponere falsò &c.

55 Tertius decimus caſus, *deponere falsò, & ſcienter coram quocunque Iudice, ſeu Viſitatore, contra Religioſum aliquem; vel ad hoc faciendum aliam perſonam inducere*. Depoſitio (in ſenſu, quo præſens caſus loquitur) nihil aliud eſt, quàm delatio, ſeu manifeſtatio alicuius criminis facta Superiori, vt iudici, non vt Patri. Hinc in præſenti caſu ſolùmmodo reſervatur falſa denunciatio, ſeu accuſatio iudicialis coram Iudice, ſeu Viſitatore, vt Iudex, ſeu Viſitator eſt, contra Religioſum facta, necnon inductio, & ſollicitatio ad huiuſmodi falſam depoſitionem faciendam. Ita Ioan. à Trinit. *hic. num. 2. circa finem*. Mart. à S. Ioſ. *cap. 17. caſu 12. num. 46.*

56 Advertendum tamen eſt, quòd quamvis falſa denunciatio fraterna, ſeu Evangelica Superiori, non vt Superiori, ſed vt Patri facta in hoc *caſu* 13. non reſervetur, nihilominus poterit in *caſu* 8. reſer-

reſervari, ſi infamatoria ſit, & in ea concurrant conditiones neceſſariæ ad reſervationem falſi teſtimonij infamatorij extra iudicium, vt ibi dictũ eſt. Rurſus advertendum, quòd ſub nomine Religioſi hic intelligitur Religioſus noſtri Seraphici Ordinis, non alterius: & ſub nomine Iudicis, ſeu Viſitatoris ille, qui talis eſt reſpectu Religioſi, aut Religioſorum noſtri Ordinis, ſive ſit Ordinarius, ſive delegatus. Ita Ioannes à Trinitate, & alij.

57 Decimusquartus caſus, & vltimus, eſt, *procurare, vt revocentur ea, quæ verè depoſita ſunt coram Iudice, ſeu Viſitatore.* Procurare, (inquam) vel ſupplicationibus, donationibus, minis, importunis precibus, vel quolibet alio modo, vt revocentur ea, quæ verè, & iuridicè ſunt depoſita, dummodò talis procuratio ea intentione, & animo, fiat, vt accuſati, aut denuntiati delicta impunita maneant. Si verò nõ dicta intentione facit, ſed ea intẽtione, vt maiora mala evitentur, vel propter aliquam iuſtam cauſam, hæc procuratio caret reſervatione. Quam incurrit quilibet ſubditus correctionem, aut punitionem debitam (vt dictum eſt) impediens: & etiam inferior Iudex, aut Prælatus, vt Viſitator, aut

14. Caſ.

Guardianus reſpectu Provintialis, in cauſis ſibi a Provintiali commiſſis, & Provintialis reſpectu Commiſſarij Generalis, aut Generalis, etiam in comprobatione aliquarũ cauſarum criminalium ab illis Generalibus Commiſſarum.

SECTIO. III.

Quis poſsit à ſupradictis caſibus reſervatis abſolvere?

1 Dico primò, quòd iuriſdictione, & authoritate ordinaria poſſunt Prælati noſtri Generales abſolvere Fratres totius Ordinis à prædictis 14. caſibus reſervatis; Commiſſarij Generales Fratres ſuæ familiæ, & Miniſtri Provintiales Fratres ſuæ Provintiæ: iuriſdictione verò delegata poſſunt abſolvere, qui à prædictis Prælatis ad id habent authoritatem, & licentiam. Ita omnes Auctores.

2 Dico ſecundò, Guardiani ex vi ſui officij non poſſunt ab eiſdem caſibus abſolvere, niſi aliter eis fuerit cõmiſſum. In Cõſtitutionibus tamẽ Generalibus Tolet. & Segov. *cap. 6. §. de Caſibus reſervatis num. 6.* conceditur Cuſtodibus, & Guardianis authoritas activa, paſsiva, & commiſſiva, eo ipſo quo electi fuerint,

Guardiani habent authoritatẽ activã, paſſivã, & cõmiſſivã.

rint, quoad omnes 14. caſus prædictos, vt poſsint abſolvere ſuos ſubditos, & Fratres hoſpites.

Vicarij in abſentia Guardianorũ habent authoritatẽ activã, et paſsivã.

3 Vicarij Conventuũ, Præſidentes, & Vicariorum Vicarij, abſentibus Guardianis, habent authoritatem activam, & paſsivam, vt Guardiani. Ita in Conſtitutionibus Segov. *vbi ſupra num. 7.*

Nõ verò cõmiſsivam.

4 Addunt verò Marcb. *cap. 7. tit. 2. tit. vnic. de Abſolutione reſervatorum q. 1. concl. 3. fol. 431.* Mart. à S. Ioſ. *cap. 16. n. 8.* & ante ipſos Gord. *hic q. 2. punct. 2. dicto 4.*

5. *Tertio notandum*, quòd ſi Guardianis ex vi ſui officij cõcedatur authoritas commiſsiva, illam etiam habebunt Vicarij, Vicariorum Vicarij, & Præſidentes in abſentia Guardianorum. Ita illi. Verùm dicendum eſt, Vicarios, & Præſidentes ſupra dictos tantum habere authoritatem activam, & paſsivam, non verò cõmiſsivam: cum hæc (duabus alijs conceſsis) nõ cõcedatur à ſtatutis Generalibus vbi ſupra.

5. Circa abſentiam Guardianorum notat Rod. *tom. 1. Sum. cap. 32. concluſ. 4.* quòd tunc dicitur, Guardianũ abeſſe, quando intra ſpatium 24. horarum non habetur eius præſentia.

6 Dico tertiò Fratres ſubditi, illi ſcilicet, quibus ſpecialiter conceſſa eſt authoritas, quoad caſus reſervatos, poſſunt ea vti vbicumque fuerint: ea tamen ratione, ac modo, quòd ſi authoritas fuerit activa, & cõceſſa à Miniſtro Generali, poſſunt abſolvere Fratres totius Ordinis: ſi à Cõmiſſario Generali, Fratres totius Familiæ; etſi à Provintiali Fratres tantum illius Provintiæ. Ita Ioan. à Trin. dub. 3. n. 2. & dub. 4. n. 10. Martin. à S. Ioſ. cap. 16. vbi ſupra n. 11. & addit Rod. tom. qq. Reg. q. 21. art. 3. quòd habens authoritatem activam à Provintiali, poteſt abſolvere Fratres hoſpites totius Ordinis. Imò Portel in expoſitione caſuum vbi ſupra. *Prælutio* 5. & alij cum ipſo affirmant, Confeſſorẽ habentem authoritatẽ à ſuo Provintiali poſſe abſolvere Fratres totius Ordinis ad illum accedẽtes pro abſolutione reſervatorum.

Authoritate paſſiva poſſunt Fratres vbicũq; vti.

7 Si verò authoritas fuerit paſsiva, etiãſi à ſolo Provintiali ſit cõceſſa, cũ non pẽdeat ex aliqua aſsiſtẽtia locali, poſſunt ea vbicũque vti, & virtute ipſius eligere quẽlibet Cõfeſſorẽ approbatũ, qui eum abſolvat à reſervatis. Nec eſt neceſſarium, quòd Confeſſor eligendus ab habente dictã paſsivam authoritatẽ, ſit eiuſdẽmet Provintiæ, ſed ſufficit, quòd ſit per aliquẽ Superiorem, ſeu Pro-

Provintialē Ordinis approbatus: nā approbatus in vna Provintia, manet in toto Ordine approbatus. Ita Ioan. à Trin. *dub. 3. n. 2. & dub. 4. n. 10.* Martin. à S. Ioſ. *cap. 16. n. 12.* Portel. *in dubijs Reg. verbo Caſus reſervati n. 16.* Et ante ipſos Rod. *tom. 1. qq. Reg. q. 21. art. 3.*

8 Et adverte, quòd quādo Prælati Superiores cōcedunt ſuā authoritatē, vel ſpecialiter alicui Religioſo, vel generaliter omnibus abſq; aliqua declaratione, cōcedunt authoritatē activā, & paſsivam. Ita Ioan. à Trin. *dub. 3. n. 2.* Villalobos. *1. p. Sum. trac. 9. dif. 64. n. 4.*

Prælati debent cō cedere authoritatē quoties ab ipſis petitur.

9 Petes: an omnes Superiores, quibus caſus reſevantur, teneantur authoritatē abſolvendi delegare deputatis Cōfeſſoribus quoties eam ſibi concedendam iudicaverit ipſe Cōfeſſarius poſtulans pro pœnitente? Reſpondeo affirmativè. Ita Dominus Clem. 8. in *Decreto de caſibus reſervatis,* vt teſtatur Marchant. *tex. 2. vbi ſupra q. 1. concluſ. 4.*

10 Quòd ſi aliquis illorum aliquādo dictā authoritatē huiuſmodi cōfeſſario nō cōceſſerit, poterit vti illa, quā conceſsit Paulus 5. & pro vna vice abſolvere pœnitentē: & eſt vt ſequitur: *Sāctitas Domini noſtri Pauli Papæ 5. deinceps declaravit, & declarat, quòd ſi huiuſmodi Regulariū Confeſſarijs caſus alicuius reſervati facultatē petētibus, Superiores dare noluerint; poſsint nihilominus Confeſſarij illa vice, pœnitentes Regulares, etiā non obtenta à Superiore facultate, abſolvere.* Hęc ibi. Tranſumptum huius decreti extractum eſt ad literā ex decretis Generalibus ad Regulariū reformationē, &c. factis, & publicatis S. D. N. Pauli 5. iuſſu, &c. Vide Coriolanū *pag. 84.* Ximen. *hic n. 35. circa finem,* & Mart. à S. Ioſ. *cap. 16. n. 29.*

SECTIO IIII.

An Fratres abſolventes prædictos caſus abſque authoritate, aliquas pœnas incurrant?

Nota. Abſolutio à non habēte authoritatē eſt nulla.

1 RÉſpondeo affirmativè, & in primis ſemper præoculis habere debent Fratres Confeſſores verba S. Concil. Trid. *ſeſſ. 14. c. 7. in principio,* ibi: *Perſuaſum ſemper in Eccleſiā Dei fuit, & veriſsimum eſſe Synodus hæc cōfirmat; nullius momenti, abſolutionē eam eſſe debere, quam Sacerdos in eū profert, in quē ordinariā, aut ſubdelegatā nō habet iuriſdictionē.* Hęc Trid.

Abſolvētes ſine authori-

2 Dicti Cōfeſſarij ex certa ſcientia abſolventes à prædictis reſervatis ſine commiſſa

ſibi

tate ſunt ipſo facto excõmunicati. ſibi authoritate, remanent ipſo facto excommunicati. Quæ pœna eis ponitur in cap. *Religioſi de Privilegijs, in Clement.* Ita Rod. *tom.5. q.21. art.3.* Hæc excommunicatio eſt Summo Pontifici reſervata, ſi Confeſſarij ſint noſtri Ordinis, vt patet ex Bull.4. Alexand. 6. quæ incipit *Intelleximus.* Vide Martin. à S. Ioſ. vbi ſupra *cap.16. num.38. fol.* 248. Rurſus ſunt ipſo facto ſuſpenſi à confeſſionibus audiendis, vt ait Cord. *hic q.4. pun.2. dicto etiam 2.* Vnde Cõſtitutiones Generales Carpenſ. ann. 1521. Salmant. an. 1553. cap.7. Tolet. an. 1583. & Segov. ann. 1621. *cap.6. tit. de Reſervatis,* determinant, quòd *quicumque Confeſſor, qui ex certa ſcientia præſumpſerit abſolvere à prædictis, ſuſpenſus ſit ipſo facto à confeſſionibus audiendis; nec reſtitui poſſit, niſi per Provincialem Miniſtrũ, & quicumque in hoc vitioſus legitimè fuerit deprebenſus, pœna carceris puniatur.* Hæc ibi. Vide in Compendio privileg. verbo *Abſolutio.*

Et ſuſpẽſi à confeſſionibus audiẽdis.

(.†.)

SECTIO V.

An Prælati Ordinis poſſint abſolvere à caſibus Papæ reſervatis?

1 SVppono, multos caſus Summo Pontifici reſervatos eſſe, vt patet ex Bulla Cœnæ Domini, & alijs decretis, & ſacris Canonibus. Reſpondeo ergo, quòd omnes Prælati Ordinis (in quibus cõprehenduntur Vicarij in abſentia Guardianorum) ex indultis, & privilegijs Summorum Pontificum poſſunt abſolvere ſubditos ab omnibus caſibus (etiam Bullæ Cœnæ) reſervatis, necnon ab omnibus ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quovis modo latis, etiam eidem Sedi Apoſtolicæ reſervatis, exceptis caſibus, pro quibus meritò ad Sanctam Sedem Apoſtolicã deſtinandi eſſent.

Omnes Prælati Ordinis poſsũt abſolvere ſubditos à peccatis Papæ reſervatis, &c.

2 Hi caſus ſunt quatuor, & à Sixto 4. referuntur: nimirum, primò, ſi hæretici relapſi. Secũdò, ſi ſchiſmatici. Tertiò, ſi literas Apoſtolicas falſificaſſent. Quartò, ſi ad infideles prohibita detuliſſent. Pro quibus omnib⁹ vide Rod. *tom.1. qq. Reg. q.20, art.9. & aliquot antecedentibus, & ſequentibus.* Et Martin. à S. Ioſ. *cap.7. in fin. q.3.*

Quatuor exceptis.

3 Nec

Non obſtant publicationes Bullæ Cœnæ. 3 Nec obſtant proceſſus, & publicationes annuæ Bullæ Cœnæ, privilegia, ſive per Clem. 4. ſive per Sixtum 4. vt Rod. *vbi ſupra art.* 9. doctè probat. Videantur etiã Hier. Rod. in *comp. qq. Reg. Reſol.* 3. *num.* 3. Mirand. *tom.* 2. *Man. q.* 9. *art.* 10. Portel in dub. Reg. verb. *Abbas n.* 12. *& in Addit. num.* 10. & 11. Martin. à S. Ioſ. in fine ſuæ expoſitionis in 2. edit. §. *Autoridad de los Provinciales, numero* 7. *&* 8. *fol.* 525. *&* 526. *&* §. *Guardianes pueden abſolver, n.* 1. 2. *&* 3. *fol.* 543. *&* 544.

CAPVT VIII.

De Electione Generalis Miniſtri huius Fraternitatis.

Textus: *Vniverſi Fratres vnum de Fratribus iſtius Religionis teneantur ſemper habere Generalem Miniſtrum, & ſervum totius Fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire, &c.*

CONTROV. XXI.

De vnico Fratrum Minorũ Miniſtro Generali ex cap. 8. Regulæ. Et de Prædicatoribus ex cap. 9.

SECTIO I.

An ex vi Regulæ Fratres Minores vnicum totius Ordinis Miniſtrum Generalẽ teneantur habere, vel an poſsint ex Regula eſſe plures?

1 PRo meliori ſectionis intelligentia notandũ eſt primò, cum S. Bernardino (Patre meo) *tom.* 3 *ſerm. de Summ. perfect. Evangelicæ obedientiæ art.* 1. *cap.* 2. (& habetur etiam in Cathecifmo Fratrum Minorum iuſſu Reverendiſsimi P. Fr. Franciſci Gonzaga Miniſtri Generalis edito *cap.* 4.) quòd noſtra ſacra Minoritana Religio, non ſolùm eſt perfectionis ſtatus, ſed

ſed etiam eſt Reſpublica Monarchica, vt ex eadem Regula palàm colligitur. Videatur etiam Alvarus Pelag. *lib. 1. de Planctu Eccleſiæ art. 62. fol. mihi 60. lit. C. & D.*

2 Dixi: *Monarchica.* Nam Monarchia ſecúdùm Ariſt. 3. *Polit. cap. 10. & 8. Ethic. capit. 10. Eſt communitas plurium Civitatum, quæ ſub vno Principe regitur, & gubernatur.* (videatur Simancas de Republica *lib. 2. cap. 3.* & Bobadilla in ſuis Politicis *lib. 1. capit. 1. num. 13.*) Sicut Democratia eſt, quæ à popularibus regitur: Ariſtocratia autẽ, quæ à præcipuis, & Magnatibus gubernatur.

3 Verùm inter has tres gubernationis ſpecies, Monarchica optima eſt, & quę primatum tenet, vt eleganter S. Thom. in Opuſculo *de Regimine Principũ lib. 1. cap. 2.* & S. Bernardinus (Pater meus) *tom. 3. vbi ſupra cap. 2.* Alvarus Pelag. vbi ſupra, videatur Bobad. *tom. 1. Polit. lib. 1. cap. 1. à n. 13. vſque ad 16.* Quo circa ſicut vnam Eccleſiam Catholicam militantem voluit Chriſtus Dominus ab vno Summo Pontifice tanquam à Supremo, & vnico Principe, gubernari, vt perelegauter Bonif. 8. in *Extrav. Vnam ſanctam de Maiorit. & obedient.* eodem modo Seraphicus Pater ſuam Religionẽ (quę ſancta, & Evangelica eſt, cap. *Exijt.*) Rempublicã Monarchicam eſſe voluit, nõ Democraticam, nec Ariſtrocaticam; quia ab vno Generali Miniſtro, tanquam à Supremo Prælato, veròque ſuo Succeſſore voluit dirigi, & gubernari, vt expreſsè affirmant S. Bonaventura, & B. Ioan. Pecham *hic*, S. Bernardinus (Pater meus) *tom. 3. cap. 2.* & alij Expoſitores communiter. Et liquidò conſtat *ex 1. & 8. Regulæ cap. Alij Fratres* (dicitur in primo) *teneãtur Fratri Franciſco, & eius ſucceſſoribus obedire.* Et in 8. capit. *Vniverſi Fratres vnum de Fratribus, &c.*

4 Notandum eſt ſecundò, hunc Regulę textum deſumptum eſſe ex illo Ioan. *cap. 10. Fiet vnum ovile, & vnus paſtor,* & ex illo *Matth. 17. Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.* Ita Auctor *Conformit. lib. 1. Conformit. 9. pro 2. p.* Enchiridion Fratrum Minorum, & alij relati ſupra *Controver. 1. ſect. 1. num. 5.*

5 Notandum eſt tertiò, quòd *vniverſitas eſt multorũ in vnum congregatio eidem capiti ſubiectorum*, vt egregiè Oldradus (vel Oldraldus) conſil. 315. verſ. *Circa iſtud*, & tradit Cardin. Tuſch. Practicar. cõcluſion. iuris tom. 8. con-

concl. 355. fol. 357. Videatur idem Oldradus conſil. 204. & Rainald. in eius additionibus ibid. vbi ad intentum referunt plura, & pulchra iura.

Ex vi Regulæ non poſſũt eſſe plures Generales.

6 His notatis, ſit prima cõcluſio. Ex vi Regulæ, & mente S. P. N. Franciſci, non poſſunt eſſe plures Miniſtri Generales Ordinis Fratrum Minorum; ſed vnus tantum totius Ordinis. Patet ex Regulæ verbis hic: *Vniverſi Fratres vnum de Fratribus iſtius Religionis teneantur ſemper habere Generalem Miniſtrũ, & ſervum totius Fraternitatis, &c.* Hæc ibi. Quæ tam clara ſunt, vt aliam reſpuant interpretationem, ſeu expoſitionem. Rurſus ex prima Regula cap. 1. etiam liquet; ibi: *Frater Franciſcus, & quicũque erit caput iſtius Religionis, promittit obedientiã Domino Innocentio Papæ, &c.* Non dicit: & *quicumque* erũt capita iſtius Religionis promittunt. Videatur ibidẽ *cap. 5. & cap. 18.*

Probatur ex omnibus ſanctis PP. & DD. Ordinis.

7 Hanc concluſionem vno ore fatentur omnes Sanctiſsimi PP. & DD. Ordinis. Vnde S. Bonaventura in hunc locum: *In nomine* (inquit) *generalitatis tangit eius authoritatem, tangit etiam humilitatem, cum dicit, quòd ſit ſervus totius Fraternitatis. Tangẽdo autem eius authoritatem, & humilitatem, notat etiam vnitatem dicens: vnũ de Fratribus. Vnum enim Apoſtolum Dominus præfecit cæteris, &c.* Hæc Doctor Seraphicus.

8 Et S. Bernardinus (Pater meus) vbi ſupra *num.* 1. relatus: *Obedientia Evangelica* (ait) *eſt in ſummo vnitiva, &c.* Et infra hic: *Hinc Religio illa, quæ ſummè eſt vna, vnum habet Generale caput ſuper omnes, omnibus Præſidens ordinariè, & immediatè. Sicut enim Apoſtoli tenebantur obedire Chriſto, & poſt mortem eius Petro: ſic omnes Minores vni Generali Miniſtro, &c.* Hæc ille. Subſcribunt S. Ioan. à Capiſtrano in ſuis Conſtitutionibus cap. 8. & S. Iacobus à March. apud Gonzagam 1. p. *de Origine Seraphicæ Religionis fol.* 35. §. *De Tertio Capitulo Generaliſsimo*, & Vener. Hugo hic: *Voluit Sanctus* (inquit) *vnitatis amator, vt Familia ſua poneret ſibi caput vnum, & totius ovilis ſui fieret paſtor vnus, &c.* Hæc ille. Et Ven. Pecham: *Omnis multitudo* (ait) *ad vnum primum vnicũ caput reſpicit. Sic Eccleſia ad Petri verticem terminatur: ſic totus Ordo Minorum vni Miniſtro Generali ſubijcitur.* Hæc ille. Invenies hanc expoſitionem in lib. Firmam. *Trium ordinum* 4. *p.* Et Ven.

Piſan. *hic: Vniverſi Fratres vnum teneantur habere Generalem Miniſtrum. Non dicit Generales Miniſtros, vt vnitatē inſinuet capitis, &c.* Hæc ille. Vide antecedentia. Concordant reliqui Expoſitores, vel Obſervantes, vel Excalceati, vno dempto Martino, vt infra *num.* 12.

9 Sed & Capucini, & Conventuales ſimiliter cōveniūt. Vnde Reverendiſsimus Politius, quondam Patrum Capucinorum Vicarius Generalis in *cap. 8. Regulæ num. 1. Mandat* (inquit) *univerſis Fratribus eos omnes ſub præcepto concludens, quòd ſemper vnū iſtius Religionis Fratrem profeſſum in caput univerſale, & Generalem Miniſtrum totius Ordinis teneãtur habere, &c.* & Pater Sanctes Roman. (etiā Capucinus) *hic. Intentio* (ait) *Seraphici Patris in hoc cap. 8. eſt, quòd totus Ordo non habeat niſi vnum Generalem: ſicut enim in tota Eccleſia Dei tantum eſt vnum caput primum, & ſupremum, à quo omnes fideles pendent. Ita ſimiliter voluit Seraphicus Pater, vt in tota ſua Religione vnum tantum caput fuiſſet, & vnū ſolum ſupremum, &c.* Hæc ille.

10 Et Reverēdiſsimus Petrus Rodulphus Conventualis *lib. 2. hiſtoriæ Seraphicæ,* in Expoſitione Regulæ (fol. mihi 167.) *Vnum eſt* (inquit) *neceſſarium caput: quia monſtruoſum eſt in vno corpore aſsignari duo capita. Quare dicit: teneantur ſemper habere vnum Miniſtrum Generalem.* Hæc ille.

11 Probatur vlteriùs noſtra cōcluſio, clariſsimè ex triplici notabili in principio huius ſectionis poſito. Eſt enim noſtra ſacra Religio Reſpublica Monarchica, &c. Ergo. Rurſus hoc præceptum deſumptū eſt ex illo Ioan. 10. *Fiet vnū ovile, & vnus paſtor, &c.* Cęterùm ex vi Regulæ vniverſitas Provintialium, & Cuſtodum totius Ordinis tenetur eligere Miniſtrum Generalē; vt patet in hoc cap. At vniverſitas eſt multorū in vnum congregatio eidem capiti ſubiectorum, vt ſupra in 3. notabili. Ergo.

12 Sed contra hanc concluſionē arguunt aliqui, quos tacito nomine refert Martin. à S. Ioſeph. in vtraque impr. *cap. 18. num. 2. & 3.* & ipſe cum illis (vel forſam potiùs ipſe, quàm illi) arguit primò: *Seraphicus Pater non dixit in textu: habeant vnum ſolum Miniſtrum Generalem, vel vnum tantùm, aut vnum, & non alium.* Secundò: *nec poſuit ly vnum, alios excludendo.* Tertiò: *nec expreſsè dicit,*

ctu, aut declarat, quòd iſte vnus ſit vnus reſpectu omnium. Hæc Martin. à S. Ioſ. & illi.

Affirmãtes poſſe ex vi Regulæ eſſe in Ordine plures Generales, vere mittunt Gloſſas in Regula.

13 Verùm enim verò hæc prædicti præcepti de vno Generali Miniſtro expoſitio clariſsima Gloſſa, verum Regulæ ſenſum extorquens, eſt; & alienus eſt eiuſmodi interpretandi modus prorſus à mente Sanctiſsimi Legislatoris, & à verò ſenſu literali Regulæ, vt liquidò conſtat ex Sanctorum Patrum, & Doctorum authoritatibus, necnon & ex notabilibus prȩallegatis: *Non enim dubium eſt,* (vt dicitur Cod. de legibus. L. *Non dubium*) *in legem committere eum, qui verba legis amplectens, contra legis nititur voluntatem.* Videãtur dicta ſupra *Controv.* 1. *ſect.* 3. de verò ſenſu literali, &c. Itaque ad triplex argumentum contra concluſionem reſpondeo cum Sanctis, Bonaventura, Bernardino, (Patre meo) & reliquis præallegatis à *num.* 7. *vſque ad* 10. negando firmiſsimè: cùm oppoſitum conſtanter affirment omnes Sancti, & D. D. Ordinis, tam antiqui, quàm moderni.

14 Quòd ſi obijcias (addit Martinus cum ſuis Conſortibus) quòd illud verbum, *vnũ de Fratribus,* relatũ ad aliud, nimirum, *vniverſi Fratres habeant, excludit alium, vel alios Generales.* *Reſpondetur, quòd S. Pater ſupponit in omnibus vnum, & eundem modum vivendi, eiſdem mores, & ſtatuta: ex eo quòd præcipit, quòd vniverſi Fratres,* (*ſcilicet, eodem modo viventes*) *vnum habeant Generalẽ Miniſtrũ, &c.* Hȩc illi, & ille.

15 Cæterùm prædicta obiectio, omnino firma, & vera eſt, vt patet ſupra à *n.* 7. *vſque ad* 10. & eiuſmodi reſpoſio prorſus explodenda. Tum primò; quòd falſum aſſumit: affirmat enim, quòd S. Pater, non abſolutè, & generalitȩr præcipit vniverſis Ordinis Fratribus, vt vnum habeant Miniſtrum Generalem, ſed reſtrictè, & in particulari, *vniverſis Fratribus ſcilicet, eodem modo, moribus, & ſtatutis viventibus:* Hoc, inquam, falſiſsimum eſt, & directè, & clarè contra Regulam, vt liquidò conſtat ex 4. *cap.* ibi: *Præcipio firmiter Fratribus vniverſis, vt nullo modo denarios recipiant, &c.* Iterum ex cap. 11. ibi: *Præcipio Fratribus vniverſis ne habeant ſuſpecta conſortia, &c.* Interrogo nunc Martinum, num hæc duo præcepta *vniverſis Fratribus* data, Fratribus *vniverſis* totius Ordinis generaliter imponantur? An verò tantùm dentur Fratribus eodem mo-

modo, & iiſdem moribus, & ſtatutis viventibus? Si primum, ergo etiam præceptum de vno Generali, dabitur omnibus totius Ordinis Fratribus Generaliter, non reſtrictè: cum ad vniverſos Fratres ſe extendat, ſicut, & duo ſupra dicta. Dicit enim expreſsè, *vniverſi Fratres iſtius Religionis vnum teneantur ſemper habere Generalem, &c.* Affirmare ſecũdùm, de duobus ſupradictis præceptis, vniverſis Fratribus datis, eſt expreſsè contra Regulam: ergo & affirmare de hoc præcepto vnius Generalis vniverſis Fratrib⁹ iniuncto.

16 Tùm ſecundò, quia plures ſunt Provintię in Ordine, quæ diverſos mores, & ſtatuta, ab alijs Ordinis Provintijs, habent, & obſervant; vt patet in Diſcalciatis, Obſervantib⁹, & Recollectis: ergo illę Provintiæ, quæ inter ſe eoſdem mores, & ſtatuta tenentes, diverſum vivendi modum, & ſtatuta, ab alijs Provintijs habent, non ſolùm poſſunt, verũ etiam ex vi Regulæ tenentur (ex Martino, & Conſortibus) habere miniſtrum Generalem diſtinctum, & diverſum, ſecundum mentem SS. P. N. Franciſci Patet: ex vi Regulæ debet in Ordine eſſe vnus Generalis, at S. Frãciſcus (per te) *ſupponit in omnibus vnum, & eundem modum vivendi, eaſdem mores, & ſtatuta, ſuppoſito, quòd præcipit, quòd vniverſi Fratres (ſcilicet eodẽ modo viventes) vnum habeãt Generalem, &c.* (vt patet ſupra num. 14.) ergo ij Fratres, eodem modo viventes, tenentur habere vnum Generalem. Et alij Fratres, qui inter ſe habent eundem modum vivendi diſtinctum ab ijs, tenentur ſimiliter habere vnum Generalem, ideſt, alium diſtinctum, cum modus vivendi, & ſtatuta ſint diverſa. Quod maximum abſurdum eſt. Fieret enim cõſequens ex his, quòd vniverſi Fratres Diſcalciati, vel eſſent diſpenſati in hoc pręcepto, vel viverent in cõtinua illius trãſgreſsione, cum habentes diverſum modũ vivendi, & ſtatuta, à Fratribus Obſervãtiæ, non habeãt alium Generalem diverſum, ſed vnum ſimul cum illis.

17 Nec valet dicere, quòd de facto ſint tres Generales in Ordine Minorum, quia duo ſunt ex diſpoſitione Summi Põtificis, (non ex vi Regulæ, vt patet ſupra à num. 6. vſque ad 10.) qui cum ſit ſuper omnes Regulas, & Religiones, poteſt in eis addere, alterare, &c. vt ſecunda concluſione dicam.

18 Addit Martin. quòd ſi Summus Pontifex alicui Ordinis congregationi, alium gene-

generalem daret, commutaret quidem hoc præceptum, at hæc commutatio non eſſet formalis obedientiæ, à Seraphico P. præſcriptæ, ſed purè materialis, reſpectu perſonæ Generalis, in cuius locum alter generalis, alijs Fratribus ſufficitur. Sed non eſt audiendus: certū enim eſt, quòd hoc præceptum, (vt dictum eſt à num. 6. vſquè ad 10.) tantùm admittit vnum Generalē, id eſt, vnam perſonam ſupremam in toto Ordine; *vnam*, inquam, *numero*. Vnde ſi duæ perſonæ ſupremæ eſſent, variatio non modò fieret, circa huius præcepti (vnius numero perſonæ) materiam, ſed etiam veriſsimè circa formam; quia forma, & eſſentia huius præcepti, *vnius numero perſonæ*, totaliter deſtrueretur, & evaneſceret, quando duæ perſonæ ſuperiores, & ſupremæ in Ordine eſſent. Vti (v.g.) evaneſceret præceptum *de non equitando*, ſi commutaretur in jejunijs, aliavè re æquali.

19 Rurſus hic vnus Generalis, cui ex vi Regulæ, omnes Ordinis Fratres obedire tenentur, debet eſſe Succeſſor SS. P. N. F. vt infra ſect. 3. patebit, (vide etiam ſect. 4.) Ergo.

20 Secunda concluſio: Ex diſpoſitione Summi Pontificis poſſunt eſſe in Ordine Minorum plures Generales. Ratio eſt clara, quia Regulæ Minorū approbator eſt Summus Pontifex: vnde neceſſariò approbatoris iudicio, & diſpoſitioni, Regula debet ſubijci; integrumque Sedi Apoſtolicæ eſt, Regulas, & etiā Religiones in Eccleſia Dei approbare, cōfirmare, vel infirmare, declarare, limitare, &c. vt proculdubio eſt certū, & dixi latiùs ſupra Controv. 3. ſect. 1. Ergo in pluribus Miniſtris Generalibus iure optimo poteſt diſponere Summus Pontifex aliter, quā Regula ipſa diſponit.

SECTIO. II.

An omnes Fratres totius Ordinis ex vi Regulæ teneantur, vni ſoli totius Ordinis Miniſtro Generali obedire?

1 Reſpō. affirmativè. Patet ex Regulæ verbis in hoc cap. ibi: *Vniverſi Fratres vnū, &c. teneātur habere Generalē: & ei teneantur firmiter obedire.* Vnde S. Bernardinus (Pater meus) tom. 3. ſerm. de Perfectione Evangelicæ obedientiæ art. 1. cap. 2. *Sicut enim* (inquit) *Apoſtoli tenebantur obedire Chriſto, & poſt mortem eius Petro: ſic omnes Minores vni Generali Miniſtro, &c.* Et Ven. Hugo *Concluſio eſt affirmativa.*

KK *hic:*

hic: *Tenentur* (ait) *Fratres vnum, cui ſemper obediant, Miniſtrum Generalem habere*. Et Ven. Ioan. Pecham *hic*: *Eccleſia ad Petri verticem terminatur; ſic totus Ordo vni Miniſtro Generali ſubijcitur*.

2 Et Vener. Auctor Conform. in cap. 1. Reg. ſuper Ly *Teneantur Fratri Franciſco, & Succeſſoribus, &c. Verum quia omnis Communitas, & corpus vnum, non plura capita debet habere, vnum caput in hoc Ordine, ſicut in Eccleſia militante, præcipitur: cui parendum eſt ſine rebellione: & cum ſubiectione, & reverentia obſequendum, &c.* Hęc Piſanus. Videatur, & Politius in hunc locum num. 1. & 3. & alij relati ſupra ſect. 1. à n. 8.

Non obediendũ in omnibus indiſtinctè. 3 Petes primò: An indiſtinctè vni Miniſtro obediendum ſit in omnibus, quæ præceperit? Reſpondeo negatiuè, ſed in omnibus tantum, quæ non fuerint contra animam, vel Regulam, vt latius infra Controv. 22. ſect. 3. & Controv. 24. ſect. 1.

4 Petes ſecundò: Quid ſubditis faciendum, quando præceperit aliquid contra animã, vel Regulam, caſu quo contingat? Reſpondeo, quòd ei Fratres minimè debent obedire (niſi in caſibus, in quibus poteſt diſpenſare; de quibus infra Controv. 22. & 24.) & licèt ei non obediant, tamen ipſum non debent dimittere.

5 Ita expreſsè Seraphicus P.N. Franciſcus in Verbis ſacræ admonitionis ad omnes Fratres ſuos *cap. 3. de Perfecta Obedientia*, prout referunt Author Conformit. *libr. 1. Confor. 12. pro 2. parte cap. etiam 12.* Vuaddingus in Memoriali Opuſculorum eiuſdẽ Sanctiſsimi Patris *tom. 1. epiſt. 17. cap. 3. & alij*, ibi: *Si verò Prælatus præcipiat aliquid ſubdito contra animam ſuam, licèt ei non obediat: tamen ipſum non dimittat. Et ſi ab aliquibus perſecutionem inde ſuſtinuerit, magis eos diligat propter Dominum. Nam qui potius velit perſecutionem ſuſtinere, quàm à ſuis Fratribus ſeparari, verè permanet in perfecta Obedientia: quia ponit animam ſuam pro Fratribus ſuis. Sunt enim multi Religioſi qui ſub ſpecie videndi meliora, quàm quæ ſui Prælati præcipiunt, aſpiciunt retro, & ad vomitum propriæ voluntatis redeunt, &c.*

Hæc Seraphicus Pater.

SE-

SECTIO III.

An is vnicus, cui ex Regula obedire tenentur omnes totius Ordinis Fratres, debeat eſſe Succeſſor verus B. P. N. Franciſci?

Cõcluſio eſt affirmativa.

1 RESpõdeo affirmatiuè, vt liquidò conſtat ex ipſo Regulæ textu cap. 1. ibi: *Et alij Fratres teneantur Fr. Franciſco, & eius Succeſſoribus obedire.* Hinc S. Bonavẽt. hîc: *Vt catenæ aureæ* (inquit) *vncinis medijs diſponũtur, ſic inferiores à ſupremo vertice per gradus medios deducũtur.* Hæc Seraph. Doctor, & Ven. Hugo: *B. Franciſco vivente* (ait) *hæc Obedientia ſibi debebatur; & debetur cuilibet Succeſſori in officio miniſterij exiſtenti.* Hæc Hugo.

2 Sed clarè, & Præclarè Ven. Petrus Ioannes, quẽ citat, & ſequitur Politius in cap. 1. Regulæ n. 13. explicans verba ſupra n. 1. relata: *Nõ quòd Obediẽtia* (ait Politius) *debeatur tantũmodò Miniſtris Generalibus, ipſi B. Patri in officio Generalatus ſuccedentibus* (*cùm & omnibus alijs Prælatis Ordinis ſit debita, vt patet ex 10. cap. Reg.*) *Sed vt tota Ordinis ſucceſsio continuaretur ad ipſum tanquã ad caput principale. Vnde ſi aliqua fieret Cõgregatio in Ordine, quæ reliqua omnia huius Regulæ inſtituta ſervaret, & tantum ſibi pro ſupremo, & præcipuo capite aliquẽ conſtitueret, qui de Regulari, non eſſet obſervãtia*, (vel potius de *Regulari ſucceſsione* B. Frãciſci, vt ait, & melius Expoſitio ſine titulo apud Cord. cap. 1. in textu) *eo ipſo à ſuo ſtatu, & Ordine in vno notabili ſubſtantiali differret; quia non obediret ſucceſſori Beati Franciſci.* Hæc Politius ex Pet. Ioã. Videatur Cord. c. 1. *in textu*, ad id referens Expoſitionem ſine titulo.

3 Ex dictis duo liquent. Primum, quòd omnes Fratres totius Ordinis tenentur ex vi Regulæ obedire vni Miniſtro Generali, qui ſit Succeſſor Beatiſsimi P. N. Franciſci. Secundùm, quòd ſi aliqua fieret in Ordine Congregatio, quæ reliqua omnia huius Regulæ inſtituta ſervaret, & tantum ſibi pro ſupremo, & præcipuo capite, vel Miniſtro Generali aliquem conſtitueret, qui de Regulari non eſſet ſucceſsione B. P. N. Franciſci, eo ipſo à ſuo ſtatu, & Ordine in vno notabili ſubſtantiali differret, &c. Ita Expoſitio ſine titulo, Ven. Petrus Ioannes, Politius, &c.

SECTIO IIII.

Quæ conditiones requirantur in Miniſtro Generali, vt verus Succeſſor SS. P. N. Franciſci dicatur, & ſit?

1 PRo meliori ſectionis intelligentia notandũ eſt primò, quòd in præſentiarum in noſtro Seraphico Ordine tria capita omnino diviſa, & tres Prelati Superiores, abſoluti, & independentes exiſtunt; Miniſter, nimirũ, Generalis totius Ordinis Minorũ, qui regit Obſervantiam cum membris ſuis, quæ ſunt Recollecti, Diſcalciati, & Reformati nuncupati. Vicarius (ſeu Miniſter) Generalis Minorũ Capuccinorum, qui tantum regit Capuccinos. Et Magiſter (ſeu Miniſter) Generalis Minorum Cõventualium, qui ſolummodò præeſt Minoribus Conventualibus.

Octo conditiones in Miniſtro Generali totius Ordinis, &c.

2 Notandum eſt ſecundò, quòd octo neceſſariò debent concurrere conditiones in Miniſtro Generali totius Ordinis: (verò, ac legitimo Succeſſore B. P. N. Franciſci) ſeptẽ ex parte Regulæ, & vna ex Decretis Apoſtolicis. Ex parte Regulę. Prima, quòd ſit vnus, Secũda, quòd ſit Frater de noſtro Ordine profeſſus. Tertia, quòd ſit Prælatus, ac Superior totius Fraternitatis, ideſt, Religionis. Quarta, quòd in tota Fraternitate, ſeu Religione non habeat Superiorem, aut æqualem. Hæ omnes habẽtur in hoc 8. cap. ibi: *Vniuerſi Fratres vnum de Fratribus iſtius Religionis.* Ecce prima, & ſecunda. *Teneantur ſemper habere Generalem Miniſtrum, & ſervum totius Fraternitatis.* Ecce tertia. *Et ei teneãtur firmiter obedire.* Ecce quarta. Et idem habetur *cap. 1.*

3 Quinta conditio, quòd *ſit ſufficiens ad ſervitium, & communem vtilitatem Fratrum.* Ita hoc capit. 8. vtpotè, quòd non ſit infirmus in perſona, &c. vel onerosus in expenſis, vel notorius ſuæ Regulæ transgreſſor; &c. vt patet ex Piſano, & Serena Conſcientia *quæſt.* 93. Videatur Cord in *hoc cap. q.* 2. Sexta conditio eſt, quòd *eligatur à ſolis Miniſtris Provincialibus, & Cuſtodibus.* Septima, quòd *electio fiat tantum in Pentecoſte in loco Capituli Generalis, vbicumque à Generali Miniſtro fuerit ordinatum.* Ita hoc capitulo octavo.

4 Octava conditio ex decretis Apoſtolicis eſt, quòd *ſit reformatus ex Reformatis aſſumptus, & pro Reformatu à Communitate Refor-*

mata-

[Refor]matorum habeatur. (omitto alias ad intentum non attinentes) Ita Leo 10. in *Bulla vnionis*, quæ incipit: *Ite, & vos in vineam.* dat. an. 1517. & in Bulla Concordiæ, *Omnipotens Deus*, dat. eod. an.

Qui ſint, & dicãtur Reformati in Ordine Minorũ.

5 Qui verò ſint Reformati, declarat in dicta Bulla. *Ite & vos*, dicens poſt medium: *Volumus, & declaramus ſub nomine Reformatorum, ac purè, ac ſimpliciter Regulam obſervantium, comprehendi omnes, & ſingulos infraſcriptos, videlicet, Obſervantes tam de Familia, quàm Reformatos ſub Miniſtris, ac Fratris Amadæi, de Colletanis, Clarenis, de Sancto Evangelio, ſeu de Caputio, ac Diſcalciatos nuncupatos, aut alios ſimiles quocunque alio nomine nuncupentur, & Regulam ipſam B. Fr. purè, & ſimpliciter Obſervantes: ex quibus omnibus ſupradictis vnum corpus inſimul facientes ad invicem perpetuò vnimus. Ita quòd de cætero, omiſſa diverſitate nominum ſupradictorum, Fratres Minores Sancti Franciſci Regularis Obſervantiæ, vel ſimul, vel disiunctivè nuncupentur, & nuncupari poſsint, & debeãt.* Hæc ibi.

6 Notandum tertiò, in præſens, etiam in Religione Minorum eſſe tres Familias, Obſervantium; nimirum, cum membris ſuis, Capuccinorum, & Conventualium. Ex quibus Familiæ Obſervantiũ, & Capuccinorum ſervare Regulam, ſervareque debent ſine vllis diſpenſationibus, aut privilegijs paupertatem relaxantibus. De Obſervantibus patet ex Concilio Conſtantienſi, ex Decretalibus Leonis 10. numero 4. relatis, & ex alijs eiuſdem Leonis 10. vna, *Et ſi ſane intelligentibus* data anno 1518. in Supplemento fol. 36. alia *Celebrato nuper*, data anno 1518. in eodem Supplemento; necnon, & ex omnibus Capitulis Generalibus. De Capuccinis patet ex Clemente 7. in Bulla *Religionis zelus* data anno 1526. & alijs plurimis. Et de vtriſque liquet ex Tridentino Seſsione 25. *de Regularibus capite 3.*

7 Conventuales verò à temporibus Leonis 10. profitentur Regulam Fratum Minorum, illamque obſervant, mitigatam tamen à Summis Pontificibus in multis præceptis, & præcipue in tangentibus paupertatem, vt conſtat ex Decretalibus Leonis 10. ſupra n. 4. citatis, & ex alijs Diplomatib. Põtificijs, & demũ ex Cõſtitutionibus Generalibus Romanis an. 1625.

Vrbanis nuncupatis eorundẽ Conventualium.

Obſervãtiũ Familia à condita Regula in eius obſervantia perſeverat.

8 Notãdũ eſt quartò, quòd ſacra Obſervantium Familia, continua, & non interrupta ſerie à Sanctiſsimo P.N.Fr. deſcendit, & à tempore conditæ Regulæ vſque ad præſens in obſervantia Regulæ, vt liquet ex Leone 10. in Decret. *Et ſi ſanè intelligentibus* Supra n. 6 relata, ibi: *Motu proprio,* (inquit Leo) *& ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernimus, & declaramus: quòd ſicut dicti Fratres Regularis Obſervantiæ, ſeu Reformati, locum digniorem inter omnes alios Fratres dicti Ordinis Minorum tenere debent,* &c. & mox. *Eoſque veros, & indubitatos Fratres Ordinis B. Fr. & eius Regulæ obſervatores, & non de novo Ordine fuiſſe, aut eſſe: ac ſine aliqua interruptione, ſeu diviſione à tempore B. Fr. vſque ad præſens tempus continuè ſub dicta Regula B. Franciſci militaſſe, & militare, mãdantes, &c.* Hęc Leo 10. Aliam ad intentum eiuſdem Leonis 10. Decretalẽ quæ incipit. *Licèt alias ſtatueramus*, citat Marchant in cap. 1. *Regula text. 3. quæſt. vnic. concl.* 1.

9 Cæterùm Ordinem, & continuationem egregiè perſtringit idem Leo 10. in citata Decretal, *Ite, & vos in vineam meam*, in qua, & veros huius vineæ (id eſt Religionis Minorum) cultores agnoſcit, & à cæteris ſeparat, ibidemque inter alia dicit: *Ad hanc vineã primo manè oriente iam Sole miſit ipſe Pater Familias Angelum illum aſcendentem ab ortu ſolis habentem ſignũ Dei vivi, Sanctum Franciſcum, qui comitantibus miræ Sanctitatis viris, prima huius vineæ iecit fundamẽta. His ſucceſſerunt viri Religioſi, quidu ce B. Bonaventura, muros huius vineæ reparavere. Poſt hos velut hora 9. prodierunt Spiritu ferventes: qui à S. Viennens. Conc. &c. Hora verò nona: ſuſcitauit Dominus Spiritum adoleſcentis, paucorum videlicèt Fratrum, qui ſignifero nominis Ieſu B. Bernardino ductore, & Præſide languentem: imò pene mortuum, per Orbem vniverſum, Ordinem vivificarunt. Noviſsimè diebus iſtis quaſi vltima hora apparuerunt viri alij,* &c. Hæc Leo 10.

10 Et infra: *Ea propter: ordinamus, provt in dicta Regula Beatiſsimi Franciſci continetur, vnum Miniſtrum Generalem totius Ordinis de caterò omnibus, & ſingulis Fratribus eiuſdem Ordinis cum plenaria poteſtate, quæ ex Regula ſibi compe-*

competit, præfici, &c. Et infra: *Quo verò ad electionem futuri Miniſtri Generalis in proximo feſto Pentecoſtes in Conventu de Aracali de Vrbe iuxta aliam noſtram ordinationem, celebrandam, ſtatuimus, omnes Miniſtros, & Cuſtodes, Reformatos, ac Vicarios, & Diſcretos Fratrum de Obſervantia, ſeu Familia, dictam electionem debere celebrare, &c.* Et mox: *Quam quidem electionem à præfatis Fratribus de huiuſmodi Generali Miniſtro faciendam, Canonicam ſecundùm Minorum Fratrũ Regulam, ac formam à B. Frãciſco in Regula traditam eſſe, diffinimus, & etiam declaramus, &c.* Hæc Leo 10. In qua electione Canonicè electus eſt Reverendiſsimus P. Fr. Chriſtoforus de Forlibio ex Familia obſervantium, & confirmatus eſt ab eodẽ Leone 10. totius Ordinis Minorum Sancti Franciſci Miniſter Generalis, & eiuſdem Sanctiſſimi Patris ſecundùm Regulam verus, ac legitimus Succeſſor, vt liquidò conſtat in Decret. *Omnipotẽs Deus* eiuſdem Leonis 10. ſupra num. 4. relata.

11 Præterea hæc S. Familia Obſervantium ſecundùm puritatem Regulæ reformata permanſit, ac perſeveravit cõtinuè à tẽporibus Leonis 10. vſque ad præſens, vt palàm cõſtat ex quàm plurimis diplomatibus Pontificijs. Primò ex Decret. Adriani 6. immediati Leonis 10. Succeſſoris, quæ incipit, *Exponi nobis*. dat. an. 1522. Item ex Decret. *Dum fructus vberes*, Clem. 7. dat. ann. 1525. die 30. Maij, ibi. *Dum fructus vberes, quos Ordo ſacer, dilectorum filiorum Fratrum Minorum Regularis obſervantiæ, in agro militantis Eccleſiæ cum propagatione Religionis, ac defenſione, & augmento fidei Catholicæ de ſalute Chriſti fidelium produxit hactenus, & in dies producit, &c.* Hæc ibi (& eſt ſecunda in Bullario Rod.) Itẽ ex Decret. *Exponi nobis* Pauli 3. dat. ann. 1540. die 30. Maij, (& eſt prima in Rod. ſub hoc Pontifice) in qua etiam expreſsè confirmat Bullã Concordiæ Leonis 10. *Omnipotens Deus*; necnon, & Vincẽtium Lunellum Obſervantiũ Miniſtrum generalem, & ex alia eiuſdem Pauli 3. Decret. *Exhibita nobis*, (& eſt quinta in Rod.) dat. eodẽ an. 1540. die 17. Octobris, in qua de novo confirmat Bullam Leonis 10. *Ite & vos*, & aliam, *Omnipotens Deus*. Et ex alia eiuſdem Pontific. quæ incipit *Romani Pontificis*, data ann. 1546. ibi: *Nos igitur*

(inquit) *qui Ordinem præfatum* (ſcilicet Obſervãtię) *propter vberes fructus quos in agro militantis Eccleſiæ attulit, & indies afferre non ceſſat, ſpeciali dilectione proſequimur, &c.* Hæc ibi.

12 Itẽ optimè ex Decret. *Dum Regularis vitæ*, Iulij 3. data an. 1550. (& eſt ſecunda in Rod.) ibi. *Dum Regularis vitæ ſtudium, & exemplares, atque vberes fructus, quos dilecti filij Ordinis Fratrũ Minorum Regularis Obſervantiæ profeſſores, tanquam vitis abundans, & minuta germina, qui quaſi quadrangularis columna univerſalis Eccleſiæ ſuſtinere firmamentum, in vineas indies, Domini producere dignoſcuntur, paterna meditatione penſamus: inducimur, vt illa eis favorabiliter concedamus, &c.* Hæc ibi. Item ex Bulla, *Ex Clementi*, Pauli 4. data ann. 1555. (& eſt prima in Rod.) in qua de novo etiam confirmat nobis conceſſa per Leonem 10. & Prædeceſſores. Item ex Bulla etiã *Ex Clementi*, Pij etiam 4. data an. 1561. (& eſt ſecunda in Rod.) Hi duo Summi Pontifices Paulus, nimirum, 4. & Pius etiam 4. in ſupradictis Bullis, iiſdem verbis, approbant, & laudant Ordinem, & Fratres Regularis Obſervantiæ, quibus, Sixtus 5. in Bull. *Etſi Mendicantium*, infra numero 14. referendis: idcircò ea omitto. Vide ibi.

13 Favent ſimiliter Pius 5. in Bull. *Maximè cuperemus*, (& eſt 16. in Rod.) data ann. 1566. in qua num. 2. *Præcipit Eccleſiarum Prælatis, vt aſſumptis Regularis Obſervantiæ Provincialibus Miniſtris, & aliquibus Fratribus, reforment, ac reducant modum vivendi Fratrum Conventualium ad modum vivendi Obſervantium, &c.* Et in Bull. *Ea eſt officij noſtri*, data ann. 1568. pro reformatione Tertiariorum in Communitate viventium. (& eſt 33. in Rodr.) Et Gregor. 13. in Bull. *Ex benigna*, data ann. 1575. (& eſt prima in Rodriguez.) Vide infra num. 14. verba Sixti 5. ijs, quę dicit Greg. 13. ſimilia.

14 Item Sixtus quintus (ex Franciſcano Conventuali ad Summum Pontificatũ aſſumptus) in Bull. *Et communis cura*, data ann. 1587. & eſt 7. in Bull. Rodr. ibi. *Ac adeò Fratrum eiuſdem Ordinis Minorum, qui de Obſervantia dicuntur, pietas, & Eccleſiæ Dei vtilis, & fructuoſa opera, quàm aſſiduè præſtant iure optimo nos inducunt, &c.* Sed perelegan ter in Bull. *Etſi Mendicantium*, data eodem ann. (& eſt 14. in Rod.) ibi:

ibi: *Etſi Mendicantium Ordines*, (inquit) *& præſertim Sacer Ordo Minorum de Obſervantia, qui ſedulò ad vineam Domini Sabbaoth Dei gratia Ordo ipſe magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum ſalutis fructus ſemper olim* (notetur) *attulerit, & quotidie afferre ſumma diligentia conatur, in eaque immenſum exhibere non ceſſat famulatum: ſummo ſemper ſtudio* (*etiam cum in Minoribus conſtituti eſſemus*) *amplexi fuimus, &c.* Et mox: *Pro ſuis Sanctis, honeſtiſque laboribus, ac pro animarum ſalute, ab Apoſtolica Sede* (*cuius continuè pacem, & dignitatem Ordo ipſe de Obſervantia fortiter tutatus eſt*) *tam ſpiritualia, quàm temporalia ſubſidia, ornamentaque acceperint, & accipient: quibus & ſancta ſua officia, ac vitam ſuam Regularem faciliùs, atque expeditius exequi, & tranſigere poſſint, & cæteræ Religioſæ perſonæ, Ordineſque alij exemplo ipſorũ, promptiores, alacrioreſque ad ſua officia perſolvenda reddantur, &c.* Hæc Sixtus quintus.

15 Nec minùs egregiè Clemen. 8. in Bull. *Ratio paſtoralis*, data ann. 1597. (& eſt prima in Rodr.) ibi: *Ratio paſtoralis officij noſtri exigit, atque efflagitat, ut quorum Religionem, ac virtutem Sedi Apoſtolicæ, totique Eccleſiæ non modò illuſtrem, & præclaram, ſed utilem etiam, ac neceſſariam eſſe animadvertimus, eoſdem noſtris, & eiuſdem Sedis Apoſtolicæ honoribus, ac beneficijs libenter proſequamur. Cùm verò ex bonis, & commodis Spiritualibus Ordinum Mendicantiũ, ea longè, latèque patent, ſemperq; patuerint, quæ à ſacro Ordine Fratrum Minorum de Obſervantia* (nota ſequentia) *ab ipſis fundatæ Religionis initijs, in omnes Chriſtianæ Reipublicæ Provintias profluxerunt, quotidieque profluunt, & promanant, &c.* Hæc Clemen. octavus.

16 Suffragantur Paulus 5. in Bull. *Iniuncti nobis* (quam penès me habeo) dat. an. 1609. & ſui Pont. 5. S. Vrban. 8. in Bul. *Sacroſanctum Apoſtolatus*, dat. an. 1625. & in Bull. *Iniuncti nobis*, data ann. eod. 1625. die 18. Novemb. Quas invenies in tabul. Cap. Gener. Rom. an. 1625.

17 Rurſus conſtat ex omnibus Capitulis Generalibus, præſertim ex 15. ſupra Controverſia 2. ſect. 3. num. 7 citatis. Vide ibi, & infra Controverſia 22. ſect. 4.

18 Notandum eſt quintò, quod triplici de cauſa (inter alias) *Miniſtri Genera-*

lis officiũ Cõvẽtualib' adeptum, propter inobſeruantiã Regulæ.

lias) Leo. 10. potiſsimùm motus fuit, vt adimeret Miniſteriatum Generalem Fratribus Conventualibus, & daret FratribusRegularis Obſervantiæ, ſeu Reformatis. Prima, Patrum Conventualium Regulæ in obſervantia, & præcipuè circa ſanctiſsimam paupertatem, &c. vt liquet ex eodem Leone 10. in Bull. *Celebrato nuper*, dat. an. 1518. (& habetur in Supplem. fol. 39.) ibi: *Celebrato nuper authoritate noſtra Capitulo Generaliſsimo omnium Fratrum Ordinis B. Franciſci in domo de Aracæli de Vrbe ad humiles, & inſtantiſsimas Regum, & Principũ Chriſtianitatis preces, vnum Fratrem Regularis obſervantiæ in Miniſtrum Generalem totius dicti Ordinis per Fratres Regulam obſervantes eligi præcepimus, & mandavimus: ad cuius electionem cum deſideraremus, Fratres Conventuales dicti Ordinis convenire, ſuaſimus eiſdem Fratribus Conventualibus, vt dimiſsis proprietatibus, poſſeſsionibus, & alijs directè contra præcepta dictæ Regulæ militantibus, ad electionem huiuſmodi Miniſtri celebrandam, ſicuti, & cæteri Fratres reformati accederent: quibus dictam noſtram oblationem conſtanter refellentibus, tandem pro pace, & vnitate, &c.* Hæc Leo 10. Vide alia ibidem.

19 Secunda cauſa motiva fuit pura, & perfecta obſervantia Regulæ, & reformata vivendi vita Fratrum Regularis Obſervantiæ, & aliorum Fratrum Reformatorum, vt ex parte conſtat ex dictis ſupra num. 18. & clariſsimè ex Bul. *Ite & vos*, ſupra num 4. citata. Vide ibi, & num. 5. & 6. & ex dictis ſupra num. 8. 9. & 10. *Datũ Obſervãtib' propter Regulæ obſeruãtiã.*

20 Tertia cauſa fuit, dare, non modò ſaniori, ſelectiorique membrorum parti Religionis Beatiſsimi P. N. Franciſci, verùmetiã maiori, Prælatum Generalẽ totius Ordinis ſecundũ Regulam, vt idẽmet Leo 10. affirmat in Bull. *Etſi pro iniuncta nobis*, dat. ann. 1521. & ſui Pontif. 8. (& habetur in Supplem. fol. 57. inſerta in literis Cardinalis de Aracæli) ibi: *Sanè accepimus, quòd ab eo tempore, citra quo dilectis filijs Fratribus Ordinis Minorum de obſervantia nuncupatorum pro eo quod ad eos, iam multo maior pars membrorum, & ſuppoſitorum Ordinis Minorũ Sancti Frãciſci actualiter fuerat converſa: Miniſtrum illis Generalem de ſua portione ſemper eligendum conceſſerimus, in eoque iuriſdictionẽ Ordinis Minorum in capite, in Capitulo Ge-* *Et quia maior numerus, &c.*

Generaliſsimo Ordinis Minorum tempore Generalis Concilij Lateranenſis tranſtulerimus, &c. Hæc Leo 10.

Generalis Cõvẽtualiũ nõ eſt verus ſucceſſor SS. P. N. F.

21 His notatis ſit prima cõcluſio: Magiſter, ſeu Miniſter Generalis Conventualiũ non eſt verus, aut legitimus Succeſſor Seraphici P. N. Franciſci, nec ſecundùm Regulam, nec ſecundùm decreta Apoſtolica. Patet, quia non eſt Prælatus totius Religionis Minorum, vt conſtat, nec vnquam à tempore Leonis 10. fuit, vt liquet ex Bull. vnionis, *Ite & vos*, & ex Bull. Concordiæ, *Omnipotens Deus*. ſupra num. 4. relatis, & ex alijs innumeris Apoſtolicis decretis. Imò verus, ac legitimus eius Superior eſt Miniſter Generalis Obſervantium, vtpotè totius Ordinis. Vt ex ſupradictis Bullis apertè conſtat.

22 Rurſus, nec eſt eiuſdẽ profeſsionis cum Obſervantibus, ſeu Reformatis. Patet expreſsè, quia omnes obſervantes, ſeu Reformati, (ac etiam Capuccini) profitentur Regulam ſimpliciter, non mitigatã, ſed provt illam confirmavit Honorius 3. Quorum omniũ profeſsionis formula eſt tenoris ſequentis: *Ego Frater N. voveo, & promitto Deo, B. M. ſemper Virgini, B. Franciſco, & omnibus Sanctis, & tibi Pater toto tempore vitæ meæ ſervare Regulam Fratrum Minorum confirmatam per D. Papam Honorium, vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.*

23 Profeſsionis verò Cõventualium formula eſt, vt ſequitur, *Ego Frater N. voveo, & promitto Deo omnipotenti, B. M. ſemper Virgini, B. Franciſco, & omnibus Sanctis, & tibi Pater toto tempore vitæ meæ ſervare Regulam Fratrum Minorũ per D. Papam Honorium confirmatam, & à pluribus Summis Pontificibus declaratam, iuxta privilegia Ordini Minorũ Conventualium ab Apoſtolica Sede conceſſa, (& Conſtitutiones Vrbanas) vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.* Hæc itaque eſt formula profeſsionis Fratrum Conventualium, vti habetur in Conſtitutionibus Vrbanis (factis, & editis Romæ in Capitulo Generali ann. 1625. impreſſ. verò Romæ ann. 1628.) in *cap. 2. Reg. tit. 21 fol. 02.* Vbi notanda ſunt verba: *Iuxta privilegia Ordini Conventualiũ conceſſa, & Conſtitutiones Vrbanas.* In quibus conceditur Minoribus Conventualibus, vt habeant proprium in commum, ac etiam immobilia bona, vt patet *cap. 6. tit. 2. n. 5. & tit. 5 num. 1 & alibi.* Item vt pecuniam in communi habeant,

beant, per ſe adminiſtrent, &c. vt conſtat ex *cap.4.tit.2.per totum.* Item, & calceamenta ibid. *num.14. &c.* Nec Magiſter Conventualium, eſt Reformatus. Nec electus ab vniverſitate Miniſtrorum totius Ordinis, in loco à Miniſtro totius Ordinis deſignato, &c. vt patet ex dictis. Ergo.

Generalis Capuccinorũ nõ eſt verus Succeſſor SS. P. N.F.

24 Secunda concluſio. Vicarius (ſeu Miniſter) Generalis Capuccinorum non eſt verus, ac legitimus Succeſſor Sanctiſsimi P. N. Franciſci. Patet, quia, & ſi habeat primam, & ſecundam conditionem ſupra num. 2. memoratas; (nimirum quòd ſit *vnus.* Et *Frater de Ordine Minorũ*) quintam etiam, & octavam, relatas ſupra *num. 3. & 4.* (quòd *ſit*, ſcilicet, *ſufficiens, &c.* Et *Reformatus, & ex Reformatis.*) caret nihilominus tertia, & quarta vt ſupra *num. 2.* quia *non eſt Prælatus, ac Superior totius Ordinis Minorũ*: quin potius immediatũ Superiorem Magiſtrum Generalem Conventualium: mediatum verò Miniſtrum Generalem (Obſervantem) totius Ordinis, multos annos habuit. Vt conſtat ex Bull. Clemen. 7. *Religionis zelus*, data ann. 1526. quam refert Boverius *tom.1. Annal. Capuccinorum, ad ann. 1528. num.4.* Ac etiam ex Bull. Paul. 3. *Exponi nobis*, data an. 1536. (& alijs) cuius meminit dictus Boverius vbi ſupra *ad ann. 1536. num.32.* Quòd ſi in præſentiarum non eſt ſubiectus Miniſtro Obſervanti, totius Ordinis Minorum Generali, id ex diſpoſitione ſummorum Pontificum factum eſt.

25 Cæterùm non eſt electus dictus Vicarius Generalis (ſeu Miniſter) ſecundùm Regulam *ab vniuerſitate* (id eſt, à maiori parte) *Miniſtrorũ Provincialium, & Cuſtodum totius Ordinis.* Nec *in loco aſſignato à totius Ordinis Miniſtro Generali*, vti Regula expreſsè præcipit; ſed eſt electus ſecundùm diſpoſitionem Summorum Pontificum (meritò quidem) à Vocalibus Capuccinis tantùm, & in loco aſſignato à ſuo Superiori Capuccino. Ergo.

Miniſter Generalis Obſervãtiũ eſt verus, ac legitimus Succeſſor SS. P. N.F.

26 Tertia concluſio. Verus, ac legitimus Succeſſor Sanctiſsimi P. N. Franciſci in Generalatus officio ſimpliciter eſt ſolus Miniſter Generalis Obſervantium, qui eiuſmodi Fratres Regularis Obſervantiæ cum omnibus ſuis membris Reformatis (vti dictum eſt num. 1.) gubernat. Patet primò concl. ex ſecũdò notabili: quia tantũmodò concurrunt in eo omnes, & ſingulæ conditiones, tùm ex parte Regulæ; tùm etiam ex decretis

cretis Apoſtolicis requiſitæ. Eſt enim *vnus*. Secundò, *profitetur Regulam ſimpliciter, prout à D. Papa Honorio 3.* fuit approbata, vt ſupra num. 22. Tertiò; *eſt Prælatus totius Ordinis Minorum*, vt liquet ſupra num. 10. 18. & 20. & infra num. 29. Quartò, *in tota Religione* à temporibus Leonis 10. (Vide ſupra num. 10. 18. & 20.) *nunquã habuit Superiorem, aut æqualem*, vt patet ſupra dict. n. 18 & 20. & alibi; ac etiam infra num. 29. Quintò, *eſt ſufficiens, & ſemper fuit ad ſervitium, & communem vtilitatem Fratrum*. Sextò, quia *electus ab vniverſitate, ſeu maiori parte Miniſtrorum, & Cuſtodum totius Ordinis*. Septimò, *in loco aſſignato à Miniſtro Generali totius Ordinis: & in feſto Pentecoſtes*. Octavò, quia *modò eſt, & ſemper fuit Reformatus*, vt patet à n. 11. vſque ad 17.

27 Secundò patet concluſio, ex quinto notabili; quia eædem met cauſæ motivę Leonis 10. vſque modò perſeverant, vt liquet pro Cõventualibus ſupra n. 23. & pro Obſervantibus à n. 11. vſque ad 17.

28 Hinc conſtat, quòd ratio principalis huiuſmodi ſucceſsionis, non ſolùm ſumenda eſt, à facto Pontificis, & velut favore Apoſtolico: ſed tũ primò, quia ſoli Miniſtro Generali Minorũ Obſervantiũ veriſsimè, & in rigore cõpetunt omnes conditiones neceſſariò requiſitæ ex Regula, & Decretis Apoſtolicis. Tum ſecũdò, quia cõtinua, & non interrupta ſerie à SS. P. N. Franciſco deſcendit, vt liquet ex dictis ſupra à num. 8. vſque ad 11.

29 Denique ſecundùm noſtram concluſionem iudicavit ſacra Rituum Congregatio, cauſa acerrimè diſcuſſa, anno Domini 1631. vt conſtat ex decreto ſequenti.

Decretum Religionis Sancti Franciſci.

C*Vm Procurator Generalis Fratrum Minorum Conventualium Sancti Franciſci, ſex ab hinc annis ægrè ferret, Miniſtrũ Generalẽ de Obſervantia, in præteritum vſum fuiſſe, & in præſentiarũ vti, titulo, & ſigillo cum inſcriptione Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorũ: recurſum habuit ad Sanctiſsimum ſupplicans mandari reformari huiuſmodi titulum, tanquã non legitimè dicto Miniſtro Generali de Obſervantia cõpetentem. Et ſupplicatione per Sanctiſsimum ad hanc ſacram Rituum Congregationem remiſſa: Eadem S. Congregatio diſcuſsionem huius negotij ad referendum vſque de anno 1625. commiſit*

miſit Eminentiſsimo, & Reverendiſsimo D. Cardin. Muto, quorum quo firmato dubio, de conſenſu ambarum partiũ. An titulus Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, quo inſignitur Miniſter Generalis Obſervantium, ſit reformandus? Vtraque parte ſæpeſæpius in facto, & iure deſuper informante, & audita, ad relationem eiuſdem Eminentiſsimi Cardinalis Muti. Cauſa acerrimè in plena Congregatione diſcuſſa, S. Rituum Congregatio reſpõdit: Nihil innovandum, & Miniſtrum Generalem de Obſervantia legitimè vſum fuiſſe, & vti poſſe titulo, & ſigillo cum inſcriptione Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, & ita ſervari mãdavit die 22. Martij 1631. C. Epiſcopus Portuen. Card. Pius. Locus † ſigilli: T. Tegrìmius Epiſcopus Aſsiſiens Secretar. Ergo, &c.

CAPVT IX.

De Prædicatoribus.

Textus: *Et nullus Fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi à Miniſtro Generali huius Fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, &c.*

SECTIO V.

An Frater Minor poſsit populo prædicare niſi ſit, examinatus, & inſtitutus, & per quem debet inſtitui, & examinari?

Frater Minor non poteſt prædicare niſi ſit approbatus, &c.

1 RESpondeo ad ſectionem perſequẽtes cõcluſiones. Prima concluſio: Nullus Frater Minor *poteſt prædicare populo, niſi ſit examinatus, approbatus*, & inſtitutus Prædicator. Patet ex Regulæ textu, qui ſub præcepto hoc prohibet dicens: *Et nullus Frater populo, &c.* Præceptum enim eſt ex æquipolentibus, vt expreſsè Clem. 5. & omnes Expoſitores.

2 Secunda concluſio: Nullus Frater Minor in Eccleſijs, quæ

Nec in Eccleſijs quæ non ſunt ſui Ordinis, niſi ſit Approbatus ab Epiſcopis

quæ non ſunt ſui Ordinis, prædicare poteſt, niſi ſit examinatus à ſuis Superioribus de morum honeſtate, doctrina, prudentia, &c. & etiam approbatus ab Epiſcopis. Ita præcipitur, & ordinatur in *Concilio Lateranenſi ſub Iulio 2. & Leone 10.* & in *S. Conc. Trid.* In Concilio ergo Lateranenſi Seſsione 11. parũ poſt principium ſequentia habẽtur verba: *Sacro A. Concilio ſtatuimus, & ordinamus, vt nullus tam Clericus Secularis, quàm cuiuſcunque etiam Mendicantium Ordinis Regularis, & c. ad huiuſmodi officium* (prædicandi ſcilicèt) *exercendum admittatur, niſi prius per Superiorem ſuum reſpectiuè diligẽter examinatus* (*in qua re conſcientiam ipſius Superioris oneramus*) *ac morum honeſtate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate, ad illud aptus, & idoneus reperiatur. Et hic quocumque poſtea prædicaturus acceſſerit, de huiuſmodi examine, & idoneitate ſua per litteras authenticas, ſeu alias ſui examinis approbatoriſque, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs fidem legitimam faciat.* Hæc ibi.

3 Et Trident. Seſſ. 5. c. 2. de Reformatione, §. *Regulares.* Sequentia præcipit ibi: *Regulares verò cuiuſcumque Ordinis, niſi à ſuis Superioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, & approbati fuerint ac de eorum licentia, etiam in Eccleſijs ſuorum Ordinum, prædicare non poſſint: cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiãt. In Eccleſijs verò, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur, ſine qua in ipſis Eccleſijs non ſuorum Ordinum nullo modo prædicare poſſint.* Hæc ibi. Quod decretum citant, & amplectuntur ſtatuta Barchinon. Segoviæ recognita *capite 5.* titulo de *Prædicatoribus, numer. 2.*

4 Et Innocentius 3. in Concilio Generali ita fatur: *Quia verò nonnulli ſub ſpecie pietatis virtutem eius* (iuxta quod Apoſtolus ait) *abnegantes, authoritatem ſibi vendicant prædicandi; cum idem Apoſtolus dicat* (Ad Roman 1. *Quomodo prædicabunt niſi mittantur? omnes, qui prohibiti, vel non miſſi, præter authoritatem ab Apoſtolica Sede, vel Catholico loci Epiſcopo ſuſceptam, publicè, vel privatim prædicationis officium vſurpare præſumpſerit, excommunicationis, vinculo*

innodentur: & niſi quàm citius reſipuerint, alia pœna cõpetenti plectantur. Hæc ille. Et habetur *Extra de Hereticis, cap 13. Excõmunicamus itaque §. Quis vero.*

5 Nec valet dicere, quòd dicti ſufficienter ſunt docti, & inſtructi: hoc, inquam, nihil valet, vt eruditè probat, & concludit Angelicus Doctor. Quodlib 12. q. 18 art. 27. vbi iſtam quæſtionem movet, & materiam determinat dicens: *An ſcilicet liceat prædicare cuicumque abſque licētia Prælati Superioris?* Et reſpondendo dicit, *quòd nullus quantũcumque Doctus, vel Sãctus debet prædicare abſque Prælati autoritate: quia nullum agens natum eſt agere, niſi ſuper determinatam materiam ſibi miniſtratam: Prædicatio autem publica reſpicit totam Eccleſiam. Tota autem Eccleſia, & cura publica Eccleſiæ, Prælatis eſt commiſſa.* Et ideo *nullus debet exercere quod requirat autboritatem publicam, niſi autboritate Prælati.* Hæc Sanctus Thom.

6 Præclarè etiam Seraphicus Doctor tom. 7. ſuorũ operum, in Opuſculo Apologetico, *In eos, qui Ordini Fratrũ Minorum adverſantur, q. 4.* Vbi inter alia, ſequentia dicit, *Vnde vt diligenti examinatione indiget, qui debet eſſe Doctor in Medicina Corporum: ita multa conſideratione opus eſt, ſi ſit idoneus qui debet eſſe Doctor, & Medicus animarum:* & mox: *Illi verò, qui ſe ad bæc officia impudenter ingerũt, &c. eo ipſo ſe ad boc oſtẽdunt, & reddunt indignos. Nam ſi digni fuerint, & idonei, non debent ſe ad boc ingerere; ſed modeſtè expectare quouſque per inſpirationem Dei à Prælatis ſuis, & Fratribus ad boc ſuo tempore aſſumantur.*

7 *Si autem indigni, vel nondum idonei, tunc ſi ſe ingerunt, primò quidem temerarij ſunt, quòd antequam vocētur, ad tantum officium currere præſumũt. Vnde Ieremias 23. Ipſi currebant, cum ego non mitterem eos, ſcilicet, prædicare. Et Paulus ad Rom. 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? Et Chriſtus dicit in Ioan. cap. 7. Neque enim à me ipſo veni, ſed ille me miſit, ſcilicet Pater. Secundò ſuperbi, quia ſe ipſos reputant dignos, & idoneos, &c. Sicut Chore Num. 16. qui voluit ſibi Sacerdotium vendicare. Tertiò ſtulti, quia cum talia officia ſunt occaſio tentationis per inanem gloriam, avaritiam, noxiam libertatem, & interna devotionis extinctionem, qui ſe ingerunt, nimis ſtultè ſe tantis periculis exponunt,* &c.

Digitized by Google

&c. Hæc & alia S. Bonaventura. Videantur Cord. *hic, q. 2. pun. 1. & 2.* & Miranda in *1. edit. cap 91. fine, & in ſecunda cap. 71. §. Tambien aduierto.* Videantur, *6. q. 3. Scriptum eſt. 16. q. 1. Si Clericatus, & 37. diſtinct. cap. Relatum.*

8 Tertia concluſio: Ex vi Regulæ, ordinaria poteſtate ſolus Miniſter Generalis poteſt Prædicatores examinare, & approbare. Patet ex textu: *Niſi à Miniſtro Generali fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo ſibi officium prædicationis conceſſum.* Dixi: *Ordinaria poteſtate.* Potuit enim ſemper Miniſter Generalis commiſsionem alicui dare, ſeu delegare, ad huiuſmodi approbationem. Ita Sanctus Bonaventura *hic*, Hugo, & communiter omnes Expoſitores.

Miniſtri Provinc. cũ Diffinitoribus poſſunt inſtituere Predicatores, &c.

9 Quarta concluſio: Ampliato Fratrum numero, conceſſa eſt poteſtas approbandi Prædicatores Miniſtris Provincialibus, cum Diffinitoribus in Capitulis Provincialibus. Ita Nicol. 3. art. 9. Adverte tamen, hoc non licere ſolis Provincialibus, neque ſolis Diffinitoribus, ſed ſimul cõgregatis, Miniſtro Provinciali, & Diffinitoribus in Capitulis (vel Congregationibus) Provincialibus. Et hoc ita conceſsit Nicol. 3. vbi ſupra. Quã, quidẽ Miniſtri Generales revocare, arctare, & ſuſpendere poſſunt, poteſtatẽ Provincialium, & Diffinitorum in admiſsione Fratrum ad prædicationes. Ita expreſsè Nicol. 3. vbi ſupra.

10 Quinta concluſio: Tam Miniſter Generalis, quàm alij, quibus admiſsio Fratrum ad prædicationes eſt commiſſa, tenentur dictos Fratres de idoneitate examinare. Conſtat ex Concilio Lateranen. & Trident. vbi ſupra *num. 2. & 3.* & ex Regulæ textu, & ſupponit Nicolaus 3. art. 9. vbi ſupra. Non tamen eſt neceſſarium, vt ſupradicti per ſe Fratres examinent, ſed ſufficit, vt per alios. It expreſsè S. Bonavent. *hic.*

Quinque conditiones in prædicatione Fratrum Minorũ.

11 Petes primò: Qualiter Fratres debeant prædicare? Reſpondeo, quòd quinque conditiones petit Seraphicus P. N. Franciſcus in Fratrum Minorum prædicatione. Prima, *vt ſint examinata eorum eloquia*, ideſt, *non ex improviſo, temerè, aut ſine deliberatione prolata: non nova, aut ſuſpecta.* Ita S. Bonaven. *Non erronea, aut incauta.* Ita Hugo. Secunda conditio, *vt ſint caſta*, ideſt, *non impudica, nec laſciva, non ſcurrilia, non otioſa, non riſum provocantia, non fucata, non ſuſpecta de hæreſi,*

aut errorij. Ita S. Bonaven. Hugo, & alij. Tertia conditio, *ad vtilitatem, & ædificationem populi*, non autem *ad vtilitatem temporalem, aut quæſtum prædicantis, neque ad faſtum, vanãgloriam, &c.* vt ait Expoſitio ſine titulo, & Cord. Quarta, *vt annũtient vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam*. Vt ſcilicet, *vitia vitentur, virtutes proſequantur, pœna timeatur, gloria ſperetur*, & ea omnia quæ ad vitam benè inſtituendam pertinent. Quinta conditio, *cum breuitate ſermonis. Hæc breuitas* (inquit S. Bonaven. hic) *excludit verborum ambages, & ſententias involutas, verba etiam ardua ſuper capacitatem audientium. Item breuitas eſt charitas quæ continet in ſe totam legem. Ad literam etiam ſtudendum eſt breuitati: quia prolixitas, generando faſtidiũ, auditores pluries retrahit ab auditu.* Hæc Sanctus Bonaventura, & vt ait Expoſitio ſine titulo: *Per breuitatem ſermonis, intelligitur præciſio omnis ſuperfluitatis, & pompoſi, curioſi, & infructuoſi ſermonis, &c.* Hęc ibi.

Quales debeant eſſe Prædicatores ex intentione SS. P. N. F.

12 Petes ſecundò: Quales debeant eſſe Prædicatores ex intentione Sanctiſsimi P. N. Franciſci? Reſpondeo, quòd agens idem Seraphicus Pater de conditionibus boni Prędicatoris, dicebat: *Volo, Fratres cariſsimi, Miniſtros verbi Dei tales eſſe, vt ſtudijs intendentes ſpiritualibus, nullis alijs officijs impediantur. Hi enim à magno illo Rege electi ſunt ad edicta, quæ ex eius ore procedunt, populis demandanda. Prius ergo Prædicator haurire debet ſecretis orationibus, quod poſtea ſacris oſtẽdat ſermonibus; prius intus caleſcere, quàm extra verba proferre. Reverendum certè eſt hoc officium: & qui illud adminiſtrant, ab omnibus reverendi. Iſti vita ſunt corporis, impugnatores dæmonum, mundi lucerna: laudandi ſunt Prædicatores illi,* (Nota.) *qui pro tempore ſibi ſapiunt, ſibique guſtant. Illi verò malè ſciunt dividere, qui Prædicationi totum, devotioni verò nihil impendunt. Alij etiã plangendi ſunt, qui vendunt ſæpè quod faciunt oleo vanæ laudis.*

13 *Officium Prædicationis, Fratres, Patri miſericordiarum omni ſacrificio eſt acceptius, maximè, ſi ſtudio fuerit charitatis impenſum, vt ad id laboret Prædicator magis exemplo, quàm verbo, magis lacrymoſa prece, quàm loquaci ſermone. Plangendus proinde Prædicator, tanquam*

quam vera pietate privatus, qui in prædicatione non animarum ſalutem, ſed propriam laudem quærit; ſiue qui pravitate deſtruit vitæ, quod ædificat veritate doctrinæ. Præferendus eſt huic Frater ſimplex, & elinguis, qui bono exemplo alios provocat ad bonum: Donec ſterilis peperit plurimos) inquit Profetiſſa 1. Reg. 2.) & quæ multos habebat filios, infirmata eſt. Sterilis eſt pauperculus Frater, qui generandi in Eccleſia filios, non habet officium. Hic pariet in iudicio multos; quia quos nunc privatis orationibus convertit ad Chriſtum, ſuæ gloriæ tunc Iudex adſcribet: Quæ multos habet filios, infirmabitur, quia Prædicator vanus, & loquax, qui multis nunc quaſi ſua virtute genitis, gaudet, cognoſcet tunc, ſe nihil proprij habere in eis. Hæc Seraphicus Pater. Habetur hæc Collatio apud Marcum in 1. part. Chron. *lib.* 1. *cap.* 40. & apud S. Bonaven. in legenda cap. 8. ex illis verbis: *Officium Prædicationis, &c.* Ex quo eam tranſcripſit Piſanus lib. 1. Conf. 12. capit. 21.

14 *Ex iſto capitulo Regulæ* (inquit S. Bonaven. *hic* in fine) *patet, quòd Fratribus ex intentione B. Franciſci incumbit ſtudere, quia ſine ſtudio non poſſunt verba modo debito examinare. Patet etiã quòd Fratres ex ſua profeſsione habent prædicare. In quorum Regula inter omnes, ſpecialis tractatus de Prædicationis officio cõtinetur. Vnde certiſsimè conſtat, quòd nullis alijs Religioſis, plus competit prædicare ex ratione ſtatus ſui, quàm ijs, qui hanc Regulam profitentur.* Hæc Sanctus. Vide infra Controv. 24. ſect. 5. à num. 8. vſque ad 12.

CAPVT X.

De Admonitione, & Correctione Fratrum.

Textus: *Fratres, qui ſunt Miniſtri, & Serui aliorum Fratrum, viſitent, & moneant Fratres ſuos, &c. Non præcipientes eis aliquid, quod ſit contra animam ſuam, & Regulam noſtram.*

CONTROV. XXII.

De Officio, & Authoritate Prælatorum Ordinis.

SECTIO I.

Quæ ſint Officia Superiorum Ordinis.

Quatuor actus Superiorum 1. Viſitare.

1 RESpondeo, quòd quatuor in textu huius capitis officia, & actus Superiorum annotantur, nimirum; viſitare, monere, corrigere, & præcipere: Primũ viſitare: *Viſitent* (inquit) ideſt, *frequenter videant & inquirant, & circunſpiciant diligenter mores, & Fratrũ conditiones*; vt ait Expoſitio ſine titulo, vel *viſitent, ad cognoſcendum ſi quid ipſorum corporis expediat neceſſitatibus, vt eis valeant ſubvenire*, vt ait Piſa., vt ſciat Paſtor quid cum grege toto, quid cum ſingulis ovibus agitur, quid eis proſit, quid noceat, quid deſit, quid ſuperfluat, &c. Ipſorum eſt vigilare, *tanquam pro animabus rationem reddituri*. Heb. 13. &c.

2 Et ſi agnoverint ſubditũ non agere decenter, & debitè, prout ex profeſsione tenetur, *Moneant*: Monitio dicit exhortationem ad defectuoſos, & ad tepidos: *Neque enim* (vt inquit Piſan.) *debent Prælati, ſi cognoſcant ſubditos defectuoſos, eos ſtatim pœnitentia vrgere, vel percutere; ſed iuxta Evangelium* *2. Monere.*

gelium inter ſe, & ipſum benignè, & humiliter monere, vt dimittat quæ egit, & ad virtuoſa agenda aſſurgat. Hæc ille. Ruſſus vbi *crimē eſt occultum, vel tale, quod abſque ſcandalo aliorum diſsimulare poteſt, non debet Prælatus defectuoſum ſubditum ſtatim detegere; ſed paterno affectu benignè admonere,* vt bene Polit. Frequenter ſanè vinum, & oleum piæ monitionis prodeſt ſauciato Samaritano, cui ferrum duræ correptionis noceret: & priùs ſubditi ſunt monendi, quàm graviùs increpandi.

3.Corrigere. 3 At vbi monitionis non eſſet locus; quia nullus ex eâ, ſperari poſſet profectus, vel forte abſque ſimplicium ſcandalo delictum diſsimulari non poteſt: debent Prælati *Corrigere*. Correctio fit verbis, vel pœnitentiarum, ſive pœnarum mulctis. Quæ vt ſit medicinalis, & proſit, *humiliter, & charitativè,* (vt ait Beatiſsimus Pater) eſt facienda: *Debet eſſe* (inquit Hugo) *in verbo humilitas. Charitas in affectu. Pater ſpiritualis, & ſi conſtanter, & rigidè interdum debeat agere, modum tamen humilitatis, & compaſsionis affectum nec in ipſo rigore debet deſerere: vſque adeò ſaltem debet eſſe correctio humilis, vt contumelia careat: adeò charitatiua, vt odio, vel indignatione nihil agat. Itaque humilitatis, & charitatis ratio non excludit zelum, ſed feſtum, quem ſtulta ſolet indignatio, & contumelia comitari. Omnis correctio carere contumelia debet. Correctioni multum eſt deferendum, licèt fortè corrigens excedere videatur. Tenentur autem qui præſunt corrigere Inſolentes: ſtatum enim Ordinis diſciplina conſervat. Perit Religio vbi correctio deficit. Quod Præſidentibus maximè imputatur: facientis procuidubio culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Prælatus vitia dum non corrigit, Ordinem diſſolvi patitur, & deſtruit.* Hæc Hugo.

Tria genera delinquentiū quidam, vt peccāt mox reſipiſcunt. 4 Circa lapſorum correctionem maxima in Prælatis diſcretio debet vigere: Sicut enim tria ſunt genera delinquentium, ſic triplex eſt eis continentia neceſſaria. Quidam quum deliquerint, mox aut intus moti à Spiritu Sancto, aut foris correpti ab homine, ad pœnitentiæ remediū cōfugiunt: his ita ſpiritualis Medicus clemēter tēperata, ſatisfactionis remedia adhibere debet, quibus & ſatiſfaciat Deo de offenſis, & proximis

de ſcandalis, vt cæteri peccare pertimeſcant.

Alij palliant peccatum.

5 Alij cum delinquunt, tegunt, palliant, defendunt: & virus intus latet, nec erumpit exterius, vel per evidens teſtimonium, vel per voluntariam confeſsionem. Cum ergo Rector tunc aliud congrue facere non poſſet, oportet, vt diſsimulet; & quod arguendo non valet, orando laboret obtinere, vt demum, aut Deus citiùs corrigat, aut latentem peccantis malitiam detegat, vt aliquod remedium apponatur.

Alij obſtinati manent.

6 Alij tertiò offendunt graviter apertè, nec debitam correptionem recipiunt, vel fictè recipiunt; quia verè non emendantur, & infirmi ex eis fiunt deteriores, vel ſcandalizantur de ipſis, vel imitari eos incipiunt, dum vident eos impunè peccare, volentes etiam ſibi parci, ſicut, & illis parcitur. Vbi enim iſta quatuor conveniunt, nimirum, apertè peccare, & graviter; & non eſſe ſpē correctionis, propter obſtinationem, ſeu inveteratam mali conſuetudinem, & alios infici eorum malo exemplo, vel ſcandalizari, quia talia tolerantur: quid reſtat niſi ovem morbidam abijcere, & membrum putridum præcidere, ne ſana inde inficiantur, & corrumpantur?

4. Actus Superiorum præcipere.

7 Quartum officium Prælatorum Ordinis, eorumque actus eſt *præcipere*. Præceptum tangit regimen, & miniſterium, vt qui monitionibus non ducuntur, præceptorum, vel prohibitionum legitimarum loris, & contineantur, & trahantur. De quibus latiùs infra Controverſia 23.

Qui intelligantur in ordine nomine Miniſtri

8 Notandum tamen eſt, quòd nomine *Miniſtri hìc*, intelliguntur omnes Ordinis Prælati, curam animarum, & regimen in Ordine habentes, iuxta rationem curæ, ac regiminis ſibi competentis, authoritate ordinaria, vel delegata. Quamvis enim vocabulum *Miniſtri* frequentiùs ſupponat pro Provinciali; in hoc capitulo (& alibi in Regula) ad omnes alios Ordinis Superiores extenditur, vt dicunt Sanct. Bonaventura, Hugo, Piſa, & omnes Expoſitores communiter.

Quare dicãtur Miniſtri.

9 *Dicuntur autem Miniſtri, & ſervi: Miniſtri in ſpiritualibus, Servi in temporalibus.* Ita Sanctus Bonaventura, & vt ait Piſa *capite 7.* & habetur in Serena Conſcientia *quæſtione 97.* & in Hugone *capite 10. In nomine Miniſtri miniſterium, & humilitas: in nomine ſervi vtilitas oſtenditur.* Et etiam vt dicit Hugo: *Servis labor,*

bor, & humilitas competit. Nam Miniſtri debent eſſe ſervi, non Domini Fratrum, miniſterium quidem non dominium habentes: quia vtilitate, labore, & miniſterio ſervire, & miniſtrare debent, vt dicunt Hugo, & Piſa, & addit Piſa: *Hac obimentis Præſidentium in hoc Ordine iugiter per meditationẽ adeſſent, non ſuperbirent, nec Prælationes ambirent, vti fit.* Hæc Piſa. Quę ſunt valde notanda.

10 Rurſus Miniſtri, & Servi vocantur, vt nomen *Servi* amplius declaret actum Miniſtri. quia Prælati Ordinis tam humilitate, quàm vitæ imitatione Chriſto debent eſſe cõformes, qui ait *Matth.* 20. *Filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare: & vt oſtendatur, quòd non in ſolo nomine Prælati glorientur, ſed in re ſui officij, quæ per nomen Miniſtri, & Servi ſignatur,* vt ait Expoſitio ſine titulo.

Ex vi Regula non tenentur Prælati viſitare, monere, &c.

11 Petes: An ſuperiores Ordinis teneantur ſub peccato mortali ſubditos viſitare, monere, corrigere, &c. Reſpondeo, ex vi Regulæ non teneri. Patet ex Clem 5. qui in ſua Declaratione huius præcepti non meminit. Et ita affirmant omnes Expoſitores. Tamen iure divino, & naturali tenentur. Patet, quia Paſtor tenetur agnoſcere vultũ pecoris ſui, & curare, & providere ei ratione ſui officij, cui annexa eſt cura animarum, vt de hoc latius D. Tho. 2. 2. *q.* 83. *art.* 2. & communiter Doctores in Materia de *Correct. Fraterna.* Vnde Superiores Ordinis tenentur (vt dictum eſt) ſubditos viſitare, monere, corrigere, præceptis dirigere, ita vt ſi ex horum actuum, & officiorum defectu, vel eorum negligentia, malum aliquod grave ſubdito, vel relaxatio Ordinis eveniat, aut immineat, iuxta rationem mali, & periculi peccant mortaliter.

Benè tamen iure divino.

12 Legantur terribiles cõminationes adverſus ſpeculatorem conſtitutum ſuper domum Iſrael Ezech. 3. & ſimiliter maledictiones, quæ cap. 24. conferuntur contra Paſtores Iſrael: & vnuſquiſque Prælatus, & Superior ſciat ſe, & ſpeculatorem domui ſuæ conſtitutum, & Paſtorem, eaſque maledictiones eos manere, ſi ſua negligentia, oſcitantia, vel puſillanimitate Fratres pereãt, & diſciplina Regularis, & Regulę obſervantia detrimentum patiatur. Vt benè advertit Marchant hìc.

(†)

SECTIO. II.

An Superiores poſſint ſubditis imponere aliquod præceptum ad mortale obligans, præter ea, quæ in Regula continentur?

Cõcluſio eſt affirmativa.

1 Reſpõdeo affirmativè. Ratio ſumenda eſt, ex poteſtate Regiminis, & obedientia voventis, eſtque communis, & irrefragabilis doctrina omnium, qui de legibus tractant. Videantur Suarez *lib. 3. cap. 27. & lib. 4. cap. 18.* Caſtro *lib. 1. de Poteſtate legis pœnalis capit. 5.* Clavis Regia 1. *p. lib. 3. cap. 7. per totũ*, Reginald. *lib. 15.* Bonacina *tom. 2. diſp. 1. q. 1. pun. 3.* & alij apud ipſos. Cordub. *hic, q. 3. pun. 1.*

Vt præceptum obliget ad mortale requiritur materia gravis.

2 Notandum tamẽ, quòd ad hoc, vt Superiores talia præcepta imponant, requiritur materia gravis, vt affirmant ſupra dicti Authores, & omnes communiter. Videatur Bonacina vbi ſupra *punčto 7. §. 4.* Materia gravis in Superiorum præceptis illacenſenda eſt, quæ refertur primò, ad avertendum aliquod grave malum vel perſonale, vel Religionis, aut alicuius communitatis. Secundò, vel ad conſervandum neceſſarium bonum perſonæ, vel Religionis.

3 Non tamen poteſt præcipere Prælatus ſub mortali (vltra obligationes Regulę) quod tantum reſpicit liberam promotionem boni. Et ratio diſcriminis eſt: quia Prælatus ex vi paſtoralis ſolicitudinis, tenetur avertere mala ab ovibus, & ovile ſuum integrum ſervare: promotio autem boni alterius, ſequitur ovium puram libertatem, iuxta quam *Nemo invitus cogitur creſcere.* Ita Marchant *hìc, tex. 2. tit. 3. quæſt. 2. concluſ. 1.* Et in hoc ſenſu intelligit illud S. Bernard. lib. de Præcepto, & diſpenſatione: *Nihil præcipiat mihi Prælatus eorum, quæ non promiſi, nihil prohibeat eorum, quæ promiſi, nec augeat, nec minuat votum meum.*

Materiæ gravitas cognoſcitur ex circũſtãtijs.

4 Advertendum etiam, ad materiæ gravitatem diſcernendam, non ſolùm expectandam eſſe materiam abſolutè, & ſecundùm ſe ſolam: ſed primò inſpiciendum eſſe finem, vel circunſtantias, quibus adductus eſt Superior ad ferendum præceptum: nam res, quæ in ſe levis eſt, aliquando fit gravis ratione finis, vtpote ſi valde conducat res præcepta ad finem à Legislatore intentum, vel

valde

valdè repugnet fini à Legiſlatore intento: ſecùs quando parùm ad eum finem conducit.

5 Secundò etiam fit gravis ratione circunſtantiarum, mali videlicet, à quo præceptum avertit, qualis eſt ratio vitandi ſcandali, etiam ſi illud non eſſet ex ſe mortale: aut ratione iacturæ, & damni boni communis Religionis, periculi (etiam non proximi, dicit Sanchez) tranſgreſsionis votorum. Ita Suarez *lib. 3. de Legibus capit. 25. num. 4.* Clavis Regia vbi ſupra *num.* 14. Sanchez *lib. 1 Sum. cap. 4. num. 2. 3. &* 6. Bonacina vbi ſupra à *num. 15. vſque ad* 22. & alij apud ipſos.

Poteſt Prelatus præcipere ſilentium ſub mortali &c.

6 Hinc patet primò, Prælatũ poſſe aliquando ſub mortali præcipere ſilentium, hoc aut illo tempore, ſi ratione alicuius circunſtantiæ iudicaverit, ſilentium eſſe neceſſarium. Ita Valentia *p. 2. diſp. 7. q. 5. pun 6.* Sanchez vbi ſupra *num.* 3. Salas *de Legibus diſp. 10. ſect. 10. num. 72.* Reginald. *lib. 15. cap. 6. ſect. 2. num. 43.* Caſtro vbi ſupra *cap. 5. Documento* 2. Sayrus in Clavi Regia *lib. 3. cap. 7. num.* 14. Bonacina vbi ſupra *num.* 21. Portel in Dubijs *Verb. Lex in Addition. num.* 3. & alij apud ipſos.

Et quòd non accedat Frater ad hortum communem.

7 Addit etiã Caſtro, quod poteſt Prælatus præcipere ſub obligatione ad culpam mortalem, ne aliquis Religioſus accedat ad hortum communẽ Conventus, aut alias ſimiles leves cauſas, non quidem propter ipſas, quæ revera tanti momenti nõ ſunt, ſed propter gravem circunſtantiam illis ex accidenti adiunctam. Conſentiunt Sayrus, Reginaldus, Sanchez vbi ſupra, & alij.

Et quòd Fratres nõ comedant in domibus ſæcularium.

8 Patet ſecundò, quòd licet Superiori ſub peccato mortali prohibere, ne Fratres bibant, aut comedant in domibus ſæcularium, etiam ſi per ſe levis materia videatur, ſi ex communi libertate bibendi, & comedendi in Civitatibus Fratres Religioſam diſciplinam relaxarunt, viles facti ſunt, & deſpecti ob notas inutiles converſationes, ſenſualitates, libertates Religioſis non convenientes, &c. Propter has, & ſimiles cauſas poterit Prælatus præcipere ſub mortali, ne quis bibat, aut comedat in Civitatibus.

9 Similiter prohibere poteſt aliquas cum mulieribus cõverſationes, ingreſſum domus (imò cellæ alterius) ob periculũ aliquod grave, quod novit. Item libidinoſo Religioſo imponere ieiunium ſub mor-

mortali ad avertendam ſibi cognitam laſciviam, &c. Ita March. hic *tex.2. tit.3. q.2.*

SECTIO III.

Quæ requirantur, vt præceptum Superioris cenſeatur obligare ad peccatum mortale?

1 RESpondeo, quòd duo requiruntur, intẽtio, nimirum, præcipientis cognita, & materia gravis. Eſt communis ſententia: ſi enim vnum horum deficiat, non obligabit tale præceptum ad mortale. Dixi: *Intentio præcipientis cognita.* Quandiù enim intentionem Superioris quoad obligationem non novi, aut noſſe non debeo, tandiu non obligor: quia melior eſt conditio poſsidentis ſuam libertatem. Ita March. *hic, tex.2. tit.3. q.3.* Saytus in Clavi Regia, *lib.3. cap.7. num.* 17. Navarr. *in Man. cap.23. n.* 49. Caſtro vbi ſupra *cap.5. Documen.* 4. & cõmuniter omnes.

Intentio præcipientis cognoſcitur ex quatuor.

2 Petes primò: Vnde cognoſcet ſubditus intentionem Superioris obligare ad peccatum mortale? Reſpondeo, ex quatuor præcipuè poſſe colligi. Primò, ſi expreſsè id ſignificet. Secundò, ex verbis præceptivis, aut præcepto æquipollentibus, quæ ſunt, præcipio, mando, iubeo, inhibeo, veto, interdico, in virtute ſanctæ Obedientiæ, ſub interminatione, aut obteſtatione divini iudicij, aut mortis æternæ, ſub indignatione Dei, aut Beatorum Petri, & Pauli, ſub maledictione æterna. Verba autem præcepto æquipollentia ſunt, debeant, teneantur, neceſſariò, neceſſe eſt, non licet, non poteſt. Ita Caſtro vbi ſupra, & Bonacina *tom.2. diſp. 1. de legibus, q.1. pun.7. §.4. num.6.7. & 8. cum alijs 12. DD. graviſsimis*, & Cord. *hic q.3. pun.1. § Sed ſi quæratur, verſ. Secundo modo.* Vbi advertit, & benè, *quòd non poteſt ſemper, & infallibiliter ex dictis verbis hoc colligi, ſed ex alijs conditionibus poſitis, & ponendis, & circunſtantijs alijs ſimul.* Hæc ille. Vide Caietanum, *2.2. q. 186. art. 9. poſt med.*

3 Tertiò colligitur ex pœnis appoſitis Eccleſiaſticis, vel cenſuris, etiam ex pœnis corporalibus, vel temporalibus, vt ſub pœna excommunicationis maioris, aut alterius gravis cenſuræ: ex pœnis corporalibus, & temporalibus, vt ſub pœna damnationis ad triremes, perpetui carceris, ſub pœna infamiæ, aut privationis officij publici, ſub pœna exilij, &c. Ita Bonacina vbi ſupra *num.27. & 30.* cum alijs apud ipſum.

ipſum. Quartò colligitur ex nimia gravitate materię, cuius præceptio ferè ex natura ſua talem intentionē Prælati pręcipientis ſupponat. Ita Doctores citati.

4 Petes ſecundò: Vtrùm quando dubitatur: An præceptum obliget ſub mortali, vel tantummodò ſub veniali, iudicandū ſit obligare ſub mortali? Reſpondeo, probabiliter ſuſtineri poſſe; obligare tantummodò ſub veniali, ſi attentis Regulis traditis dubitetur, an præceptū obliget ſub mortali. Ita Bonacina vbi ſupra *num.* 31. cum Navarr. Suarez, & alijs apud ipſum. Quamquā Salas *diſp.* 13. *ſect.* 1. *num.* 23. *& diſp.* 10. *ſect.* 2. *num.* 12. ad finem; Caſtro vbi ſupra; Sayrus loco citato *num.* 29. & alij, putant, illum, qui hoc modo dubitat, teneri legis obligatione, ac ſi lex obligaret ſub mortali.

5 Petes tertiò: Quid ſi dubitetur de materiæ gravitate? Reſpondet March. vbi ſupra, in hoc præſumendum ſemper eſſe de iudicio ſufficiente Prælati præcipientis, qui non præciperet ſub tanto rigore, niſi materiam gravem iudicaret. Plura enim frequenter in materia præceptorum novit Prælatus, quàm omnes inferiores, quibus nec poteſt edicere anxietates animi ſui. Quamvis ſæpè inferiores in contrarium præcepta interpretentur, iuxta illud Proverb. 26. *Sapientior ſibi piger videtur, ſeptē viris loquentibus ſententias.* In dubijs ergo, vbi manifeſtè contrarium non conſtat, Prælatis ſemper eſt obediendum, vt erudite S. Bernardinus (Pater meus) in ſua *Epiſt. art.* 7. ſequentibus Cord. hic, q. 2. pun. 3. ibi. Navarr. in marg. Portel. in Dub. verb. Obedientia num. 3. & in Addition. num. 8. & alij infra *Controv.* 24. *ſect.* 1. *num.* 1. citandi.

SECTIO IIII.

An Papa poſsit diſpenſare in præceptis Regulæ Fratrum Minorum?

1 RESpond. affirmativè. Ratio eſt, quia omnem Regulæ obligationem tollere poteſt, & vt Regulæ approbator eam infirmare poteſt, vt dixi ſupra Controv. 3. proœm. ſect. 1. Ita communis opinio.

2 Notandum tamen eſt primo, etſi Pontifex in Regula diſpenſaret, Fratres Minores non tenerentur acceptare diſpēſationem. Ratio eſt, quia diſpenſatio privilegium eſt: nemo autem tenetur privilegio vti. Et hac ratione frequenter Patres Ordinis, & Re-

Diſpenſatio ſi additur præceptū Papæ obligat.

Reformati recuſaverunt nonnulla privilegia Regulæ diſpẽſativa. Si verò diſpenſationi Pontifex adderet præceptum, tunc Fratres Minores tenerentur obedire, quos Seraphicus P. N. F. pedibus S. Rom. Eccleſiæ per omnia ſubiecit. Ita March. *ubi ſupra q. 2. concl. 2. pag. 553.*

Obſervãtia nullã vnquam admiſit.

3 Notandum ſecundò, nullam diſpenſationem in præceptis Regulæ, modò in Ordine eſſe receptam, nec vnquam ſacrã Obſervantiũ Familiã admiſiſſe. Patet ex Capitulis, & ſtatutis Generalibus Ordinis. Ex Rom. ann. 1587. ex Tolet. 1606. ex Rom. 1612. ex Barchin. Segoviæ recognitis, ann. 1621. *cap. 8. tit. de Diſpenſatione Regulæ num. 1.* ibi: *Veſtigijs Sanctorum Patrum eiuſdem Obſervantiæ maximè zelatorum inhærentes firmiter decernimus, ac declaramus, in nullo præcepto noſtræ Regulæ haſtenus nobiſcum diſpenſatum eſſe, atque omnia, & ſingula in eadem Regula contenta, à nobis obſervanda eſſe, & obſervari debere, iuxta Declarationes Summorum Pontificum Nicolai 3. & Clemen. 5. prout in alijs comitijs Generalibus decretum, ac declaratum eſt, &c.* Hæc ibi. Vide ſupra *Controverſiam 3. Proœmial. ſect. 3. num. 5. & quadruplici ſequenti, & Controv. 21. ſect. 4. à num. 8. vſque ad 17.*

SECTIO V.

An Superiores Ordinis poſſint diſpenſare in præceptis Regulæ?

1 PRo clariori intelligentia Nota, valde differre interpretationem alicuius legis, ſeu præcepti, & eius diſpenſationẽ, vt aſſerunt cõmuniter Doctores, S. Bonavent. *in 4. diſt. 38. art. 2. q. 3.* Ricard. *art. 9. q. 1.* Paludan. *q. 4. art. 4.* Scotus in *3. diſt. 37. q. vnic. ſub lit. A. §. Sed iſtæ expoſitiones*, ibi Tataretus Aureol. *q. 2.* Pitigianus, *art. 5. §. Tertia ſeſt.* Lorca *2. 2. tom. 2. tract. de Legib. diſput. 27.* Legem vel præceptum interpretari eſt conſideratis rebus, & rerum omnibus circunſtãtijs, declarare rationabiliter, legem, vel præceptum in ſingulari caſu non obligare, nullam legis obligationem minuendo, aut remittendo, ita DD. citati, præſertim Lorca, & Pitigianus, *ſicut interpretamur* (addit Pitigian.) *quòd ieiunium Quadrageſimæ non obligat pueros impuberes, nec graviter infirmos, nec propter hoc tollitur aliqua obligatio ab illis, qui huic præcepto ſubduntur.* Quomodo Mathatias

(ad-

(addit Vazquez. 1.2. *tom.* 2. *q.*96. *Diſputat.* 176. *cap.* 1. *num.*4) *lib.*1. *Machab. cap.*2 declaravit legem de Sabbato ſervando non obligare, quominus pugnare poſſent cõtra inimicos eo die inſurgentes, videantur Aureol. & Tataret. vbi ſup. Suarez de *Legibus libr.* 2. *cap.* 16. *num.* 11. *Et* Cord. ſup. *Reg. q.* 5. *Introductoria, Notabi.* 3.

Diſpenſare in lege quid.

2 Diſpenſare vero in lege, ſeu præcepto *ſtrictè, & propriè loquendo*, eſt per authoritatem legitimam, legem ſive præceptum relaxare, ſive mitigare in caſu, & quoad aliquid. Et diſpenſatio propriè reſpicit eos qui legi ſubduntur, *eximitquè aliquem* (ſeu aliquos) *a legis obligatione, qui alias lege tenebatur, & legis virtutem ex parte ſolvit*, vt ait Lorca. *Sicut ſi diſpenſaretur cum aliquo* (ait Pitigian.) *quòd non ieiunet in Quadrageſima*. Videantur DD. citati, & Gloſſ. in *cap. Requiritis* 1. *q.* 7. §. *Niſi rigor, verſic. Vt pleriſquè*, & Eman. Rodri. *tom.* 1. *qq. Regul. q.* 22. *art.* 1. vbi citat Bald. & alios. Vnde hæc eſt diſtinctio inter diſpenſationem, & interpretationem; quòd Diſpenſatio, præceptum obligans relaxet ſive mitiget: Interpretatio autem declaret non obligare. Item, interpretatio, eſt declaratio ſenſus dubij: Diſpẽſatio vero permiſsio & facultas agendi, qua ſingularis perſona lege ſolvitur.

3 Dixi, *ſtrictè, & propriè loquendo*, largè enim, & impropriè Diſpenſatio etiam vocatur iuris declaratio, ſeu interpretatio, ita S. Bonavent. Ricard. Scotus, & DD. ſup. num. 1. relati. Quando ergo cauſa ſeu neceſsitas eſt manifeſta, ſeu evidẽs, fit præcepti interpretatio, ſeu declaratio: Quãdo autem, eſt dubia, ſeu non arcta neceſsitas, præceptum diſpenſatur vide ſup. Controverſ. 7. *ſect.* 5. *num.* 1. *& Controverſ.* 8. *ſect.* 2. *num.* 5 *Controverſ.* 9. *ſect.* 4. *num.* 6. *& Controv.* 10. *ſect.* 2 *num* 3. *Et ſect.* 3. *num.* 6 *&* 7.

4 His notatis ſit prima cõcluſio: Licet Superioribus præcepta Regulæ Fratrũ Minorum interdum interpretari, vt incertis caſibus non obligantis. Ratio eſt clara: quia ſunt Prælati: & omnibus Prælatis ex vi ſui Superioratus hoc licet, vt Lorca vbi ſup. *num.* 1. relatus. Valentia *tom.* 2. *Diſp.* 7. *q.* 5. *Punct.* 9. *Et* omnes affirmant Doctores in materia *de Legibus*. *Licet Prælatis præcepta Regulæ interpretari.*

5 Porrò hæc interpretatio debet fundari in æquitate. Vnde David dicit Deo Pſ. 118. *Omnia mandata tua æquitas*. Cauſæ verò huiuſmodi æquitatis (ſeu iuſtæ interpretationis) *Interpretatio debet fundari in æquitate.*

nis) duę potiſsimum ſunt. Prima neceſsitas perſonæ operantis: Sic ſi Frater Minor inter Infideles, & Barbaras nationes ſine vſu, & receptione pecunię non inveniens victũ, periclitaretur, interpretari poteſt Superior eum mittens, non obligari præcepto de non recipiẽdo pecuniã. Similiter interpretatur Superior, Fratrẽ morbo laborantẽ nõ teneri ad officiũ divinum, pluribus tunicis vti poſſe, calciari, & equitare, &c. Qui enim hæc in tali caſu faciunt, Diſpenſatione propriè, & in rigore loquendo, non vtuntur, ſed largè, & impropriè, cum neceſsitas ſit clara, nõ dubia, vt dictum eſt ſupra *n*. 3.

Maiora præcepta debẽt præponi minoribus, &c.

6 Secunda æquitatis cauſa eſt, concurrentia alterius præcepti. Vbi enim duo præcepta concurrunt, quæ ſimul executioni mandari non poſſunt, maiora debent præponi minoribus, naturalia poſitivis, Divina humanis ex æquitate. Vnde Frater Minor ex præcepto charitatis, aut iuſtitiæ, obligatus hic, & nunc, ſuccurrere proximo, cui non poteſt ſuccurrere, ſalvo aliquo Regulæ præcepto, nimirum, ieiunio, officio divino, pedeſtri itineratione, imò, & pecuniæ vſu: non tenetur *hic, & nunc*, dictis, ſuæ Regulę preceptis, ſed tenetur proximo ſubvenire, & ſatisfacere præceptis charitatis, ſive iuſtitiæ: quia hæc ſunt præcepta divina, illa humana. Eſt communis ſententia Theologorum.

Licet ſubditis aliquãdo vti EpijKia, ſeu EpiKeia.

7 Secunda cõcluſio. In anxietate, vbi Superior nõ adeſt, & neceſsitas vrget operandi, poteſt quilibet ſubditus vti EpijKia, ſiue legis interpretatione. Ita S. Tho. 1. 2. *q.* 96. *ibid.* Caiet. Videantur etiam Sanchez *lib.* 1. *de Matrimonio diſp.* 9. & *lib.* 2. *diſp.* 41. *num.* 32. & in Sum. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. Bonacina *tom.* 2. *tract. de Legibus diſp.* 1. *q.* 1. *pun. vlt.* §. 2. *propoſit.* 2. *n.* 10. & ibid. *tract. de Reſtitut. diſput.* 1. *q.* 2. *pun.* 2. & plures apud ipſos. Dixi: *In anxietate.* Si enim nulla ſit anxietas, nec videtur ſubeſſe interpretationis ratio. Dixi: *Vbi Superior non adeſt.* Si enim commodus daretur ad eum recurſus, neceſſario ad eum recurrẽdũ eſt. Dixi: *Et neceſsitas vrgit operandi.* Si enim nulla ſit operandi neceſsitas, tunc oportet potius actionem dimittere, quàm ex legis interpretatione operari. Ita D D. citati.

Licet Prælatis diſpenſare, &c.

8 Tertia cõcluſio: Poſſunt etiam Superiores in aliquibus Regulæ præceptis *ex cauſa rationabili diſpenſare* Eſt cõmunis ſentẽtia. Dixi: *Ex cauſa rationabili.* Sunt enim diſpẽſatores: nõ diſsipatores. Diſsipare verò convincuntur, qui ſine ratio-

rationabili cauſa diſpēſant, vt ait D. Bernardus, *lib. de Præcepto, & diſpēſatione*. Videatur Cord. *hic q. 4. 2. nota*. Vide etiam ſupra *Cōtrov. 3. ſect. 3.* & alias Controverſias ſupra num. 3. relatas.

Cauſæ ad diſpenſandum.

9 Etſi quæratur: Quæ cauſe cenſendæ ſunt iuſtæ, & rationabiles ad diſpenſandum? Reſpondeo ſecundùm Hugonem *cap. 3. in Reg. non longè à principio*, Sylu. & Angel. verbo *Diſpenſatio* §. 1. Cord. *hic quæſt. 4. nota. 2.* & alios communiter: duas eſſe potiſſimas. Prima ſpiritualis vtilitas diſpenſati, vel communis aliorum ex tali diſpenſatione ſperata. Secūda neceſsitas corporalis diſpenſati, vel communis imminens, vel probabilis aliorum. Spiritualis vtilitatis exemplum in diſpenſato: v.g. videt Superior Religioſum nimis ſcrupuloſum, qui pluries in die ex ſua ſcrupuloſitate vinctus oficiū divinū repetit, & in cęteris totus (abſquè culpa ſua) turbatur: poteſt Superior ob vtilitatem ſpiritualem eius, cum illo diſpēſare in officio divino, vt ad quietem redeat, & interiorem pacem.

10 Quoad vtilitatem verò ſpiritualem aliorum, poteſt Superior diſpenſare cum Fratre ne legat horas: quia à mane vſque ad veſperam debet vacare concionibus, Confeſlijs, confeſsionibus audiendis, quibus ſi non vacaret, animæ plurimorum iacturam paterentur.

11 Exēpla neceſsitatis corporalis indiſpenſato, vt ſi diſpenſet Superior cum Fratre, vt Horas non legat, quia corporali valetudini officiunt. In alijs vero, vt ſi Superior cum Fratre Infirmario diſpenſet in ieiunio, calceamentis, equitatione, &c. non quia perſonaliter indiget, ſed vt infirmorū neceſsitatibus, planè ſatisfacere poſsit. Hæc March.

Non poſſunt diſpēſare in omnibus Regulæ præceptis

12 Petes ſecundo: An in omnibus Regulæ præceptis poſsint diſpenſare Superiores? Reſpondeo negativè. In caſu ergo particulari, & ex rationabili cauſa poſſunt in aliquibus Regulæ præceptis Prælati diſpenſare. Hæc communiter ab Expoſitoribus duodecim enumerantur, Sancti Bonaventuræ veſtigijs inhærentibus, quæ ſunt. Primò; quòd non habeant Fratres plures tunicas duabus. 2. Quòd vilibus induantur. 3. De non portando calceamenta. (*Hæc tria ſunt in capit. 2. Regulæ.*) 4. De divino officio. 5. De ieiunio. 6. De non equitando (*hæc in cap. 3.*) 7. De ſolicita cura Miniſtrorum circa infirmos, & induendos Fratres (*in capit. 4.*) 8. Quòd nullus Frater prædicet, niſi

exa-

examinatus à Miniſtro Generali (*in cap*. 8.) 9. De recurſu ad Miniſtros pro pura obſervantia Regulæ (*in cap*. 10.) 10. De recipiendo Novitios ad Ordinē (*in cap*. 2.) 11. De recurſu ad Miniſtros pro abſolutione à caſibus reſervatis (*in cap*. 7.) 12. Quòd Miniſtri Provinciales teneantur ire ad Capitulum Generale. Ita S. Bonavent. & Expoſitio ſine titulo Cord. *hic q*. 4. Polit. *num*. 79. Ximen. *in cap*. 12. *Reg. num*. 8. Mart. à S. Ioſ. *in* 2. *impr. cap*. 27. *num* 3. & alij communiter.

Diſpenſatio nō finitur expirāte diſpēſante, ſi neceſſitas manet.

13 Petes tertiò: An diſpēſatio facta pro ſupradictis neceſſitatibus corporalibus, vel ſpiritualibus, finiatur expirante illo Prælato diſpenſante, ſi tales neceſſitates adhuc manent? Reſpondeo negativè. Durat ergo dicta diſpenſatio, quòd durat neceſſitas, etiamſi ſint multi Prælati ſucceſſores. Ita Portel *in Dubijs verbo Licentia, num*. 1. Imò durante cauſa non poteſt revocari à Prælato concedente. Ita ille, vt ſupra in *Addit. num*. 5.

Regulæ ad diſpenſandu pro Prælatis.

14 In calce huius ſectionis, aliquas diſpēſationum regulas pro Prælatis decrevi ſcribere ex Gerſon. *in tract. de Perfect. ac moderamine Religionis deſumptas*, quem citat, & ſequitur Marchant, *hic textu* 2. *tit*. 1. *à pag*. 563. *vſque ad* 565. Prima, Prælatus niſi exiſtente cauſa rationabili non diſpenſet. Secunda, nec niſi in caſu certo, & in particulari, ne legem tollat, & confuſionem pariat. Tertia conſideret perſonam, cum qua diſpenſat. Si enim perſona eſt nimis fervens, cui & fervor novitius, & zelus vehemens, ſed non ſecundùm prudentiā, cogenda eſt, etiam invita, interdum, vti diſpenſationibus. Sin perſona nimis flaccida, & tepida eſt, non niſi cum magna diſcretione, & attentione ei diſpenſatio eſt concedenda. Quarta, verecundos interdum diſpenſatione præveniat: nimis audaces ad petendas diſpenſationes retundat. Quinta, oculum duplicem habeat, alterum ad commune bonum, alterum ad particulare eius, qui diſpenſatur.

15 Sexta, cōmune bonū Religionis ſemper præferatur, particulari bono ſubditi. Vnde ſi diſpenſatio noceat graviter cōmuni bono Religionis, & deordinationem gravem cauſet, denegetur. Sine gravi detrimento boni communis poterit cōcedi. Septima, in dubio, de periculo perſonæ quærentis diſpenſationem, vel de aliqua de ordinatione Religionis; potius condeſcendat fragilitati perſonæ, quàm diſpenſationē neget timore relaxationis

tionis Ordinis. In dubio enim pars benignior eſt eligenda, vt *L. in ambigua, ff. de legibus* Octavam, & Nonam, vide ſupra Cōtrov. 7. ſect. 5. n. 1. Decima, Prælatus nō in ſua confidat prudentia, ſed per orationem ſedulam, commendet gregem divinæ gratiæ, & confidat, quòd divina vnctio docebit eum de omnibus.

16 Poſtremò advertendū, quòd Miniſter Generalis poteſt diſpenſare in omnibus ſupradictis 12. præceptis. Provinciales non ita, ſed in non tangentibus ad Miniſtrū Generalē, vti ſunt 8. & 10. Guardiani vero in ijs, quæ ad Provinciales non pertinent ex vi Regulæ in caſu, & ex cauſa vt affirmat Cord. *hic q. 4. poſt med. §. Secundum quod eſt, hic enucleandum*, & alij communiter. Facit etiam pro Guardianis privilegium Pij 2. ſupra relatum *Controv.* 10. *n.* 6. Vide etiam circa hanc materiam diſpenſationum quæ dicta ſunt ſupra *Controv. 6. ſectione 2. num. 5. & 6. Controverſia 7. ſect. 4. à num. 2. & ſect. 5.* per totam, *Controv. 8, ſect. 2. Controv. 9 ſect. 4. & Controv. 10. ſect. 2. n. 3 & ſect. 3. n. 6. & 7.*

(·†·)

CONTROV. XXIII.

De Præceptis in ſpecie Fratrum Minorum, & eorum obligatione.

SECTIO. I.

Quotuplex ſit præceptum Fratres Minores ſpecialiter concernens?

1 MVltiplicia *hic* debēt diſtingui præcepta, vt hoc capitulum Regulæ meliùs intelligatur. Alia enim ſūt præcepta Regulę. Alia Declarationū, & Cōſtitutionū Papalium. Alia ſunt præcepta Superiorū per modū ſimplicis mādati. Alia per modū ſtatuti, Cōſtitutionis, ſiue Legis. Alia ſūt præcepta ſecundùm Regulā. Alia contra Regulā. Alia ſupra Regulam. Alia denique præter Regulam.

2 Pręcepta Regulę dicuntur, quę in Regulæ litera, ſeu textu cōtinentur, ſiue ſint formalia, & inhibitoria, ſiue ęquipollētia, ſiue ea quę dicuntur habere vim pręcepti, de quibus ſupra in principio. Quę omnia ſine dubio Fratres pro materię qualitate, & gravitate obligant ad peccatū mortale. Vide *Seren, Conſcien. q. 5.* *Præcepta Regulæ.*

Digitized by Google

Præcepta Declarationum.

3 Præcepta Declarationũ ſive Conſtitutionum Papaliũ ſunt ea, quæ in Declarationibus Pontificũ Nicolai 3. Clement. 5. & Ioan. 22. *Quorundam exigit*: (quæ ſolæ ſunt in vigore, & viridi obligatione, vt *Cord. q. 6. Introductoria in principio. Polit. præludio 3. num. 7.* & alij communiter) aut quæ in Conſtitutionibus aliquibus factis, vel fiendis pro Ordine, imponuntur.

Præcepta ſimplicis mandati.

4 Præcepta Superiorum ſimplicis mandati illa dicuntur, quæ à ſolo Superiore fiũt propria authoritate ſine depẽdentia à conſenſu, vel acceptatione inferiorum: & hæc tandiu durant, quandiù durat officium Superioris, niſi ante revocet, vel aliàs conſtet, cũ certo actu tranſire, vel ad certum tempus limitari. Expirante autẽ officio, aut limitatione poſita, ſtatim ſine alia declaratione expirant. Hugo *in capit. 1. Regulæ, Cord. hic, q. 3. pun. 1. circa finem, §. tertia particula* Eman. Rodr. tom. 1. qq. Reg. q. 10. art. 1. & q. 68. art. 1. Lorca 2. 2. tom. 2. diſp. 2. de Legib. circ. fin.

Per modũ legis, aut ſtatuti.

5 Præcepta per modũ Legis, aut Statuti ſunt, quę in Capitulo, vel Cõgregatione fiũt, & tabulis inſcribuntur. Quæ vt vim habeant, requirunt acceptationẽ maioris partis Capituli: aliàs non obligant. Hugo, Cordub. Eman. vbi ſupra, & *Lorca*.

Secũdum Regulã.

6 Præcepta ſecũdùm Regulam dicuntur, quæ vel in Regula continentur explicitè, vel ad eorum quæ in Regula ſunt obſervantiam omnino diriguntur, & pertinent, & ideo implicitè continentur *Cord. quæſtione 2. punct. 1. in princip.* Vide *Serenã Conſcientiã q. 5.*

Contra.

Contra Regulam vero illa ſunt, quæ adverſantur præceptis Regulæ, & ijs, quę ſecundùm Regulam præcipiuntur. Cord. *hic, q. 2. punct. 2. & 7.*

Supra.

7 Præcepta ſupra Regulam ſunt, quæ in ſui rigore obligationem omnem Regulæ excedunt. *Cordub. hic, q. 2. punct. 6.*

Præter.

Et præter Regulam illa dicuntur quæ ex genere ſuo ſunt indifferentia ad Regulæ obſervantiam, poſſunt tamẽ ad illam ordinari. *Cord. q. 2. punct. 5.*

Infra Regulam.

Hic addunt aliqui præcepta Infra Regulam, quæ minus perfecta videntur, quàm ea, quæ per Regulam ordinantur, vt comedere, corpus reficere, recreari. Sed hæc cum illis, quæ præter Regulã ſunt, computantur. *Cord. quæſtione 2. punct. 4.* Vide *Serenã Conſ. quæſt. 5.*

(42.)

SEC-

SECTIO II.

An ſint aliqua præcepta in Declarationibus Pontificum, vel in ſtatutis Regulæ, quæ Fratres Minores obligent ad peccatum mortale?

1 RESpondeo, & dico primo: Nullũ eſt præceptũ particulare in dictis Declarationibus, quæ Fratres Minores obligẽt ad peccatũ mortale; *præter ea, quæ purè explicãt Regulæ obligatoria, vel in eis virtute cõtinentur.* Vide ſup. *Cont.* 2. *ſect.* 3. *n.* 20. & *Cont.* 3. *ſect.* 1. *n.* 6. & 7. & *Cõt.* 4. *ſect.* 1. *n.* 10. & *Cõtr.* 19 *ſect.* 2. *n.* 10. & 11. Nec modi ad meliorẽ præceptorũ obſervãtiã à Põtificibus in Declarationibus additi, obligãt ad mortale peccatũ, ſi aliàs ſubſtãtia præcepti ſervetur, vt optimè *Cord. q.* 6. *Introductoria,* & hoc, *c. q.* 3. *pũct.* 4. Pol. *in c.* 4. *n.* 55. & *in c.* 10. *n.* 77. & alij, quos retuli ſupra *Controv.* 2. *Prœm. ſect.* 2. *n.* 2.

Modificationes circa pecuniam non obligant, ſi Fratres aliàs &c.

2 Hinc patet, quòd trãſgreſſio cõditionum, aut Modificationum circa pecuniam in Declaratione Nic. 3. poſitarũ, nõ obligat ad peccatũ mortale: imò nec ad veniale, ſi Fratres aliàs ſic ſe habeant circa pecuniam, quòd non faciant contra Regulæ præceptum *de nõ recipiendo pecuniam.* Quod vtiquè caveri poteſt ſervatis alijs licitis modis in Declarationibus Innocentij 4. & Alex. 4. &c. poſitis: aut etiã alijs modis licitis. Sicut boni Religioſi in Ordine ſe habebant ante vllam Pontificiam declarationem; licèt non tam facilè, & expeditè id fieret, ſicut nunc ſecundùm dictam Declarationem Nicolai 3.

3 Et ratio eſt clara, quia communis eſt Regula Theologorum, quòd quãdo à Deo, vel ab homine aliquid præcipitur ſolùm in Ordine ad aliquem finem, aut propter aliquẽ finẽ, illius præcepti, tunc habito fine illo per alium modum licitum, iam non manet obligatio ad illum modũ præceptum, vt de *Correctione Fraterna* communiter dicunt Doctores. Cùm ergo Nicolaus 3. ſtatuerit prædictas Conditiones, & Modos, vt ſervetur à Fratribus præceptum Regulæ de *Cavenda receptione pecuniæ,* ſi abſque iſtis Modificationibus, benè ſervatur dictũ præceptũ Regulę ſub alijs modis, iam non videtur vlla culpa, illas cõditiones Nic. 3. non ſervare: etiãſi ſub præcepto eas nobis impoſuiſſet (quòd non fecit.) Ita Cord. & Polit. vbi ſup. *n.* 1. Vide ſup. *Cõtrov.* 2. *Prœm. ſect.* 2. *n.* 2. 3. & 4.

4 Dixi in concluſion. *Præter ea quæ purè explicant Re-*

Statuta facta ante Sixtū 4. non obligant, &c.

gulæ obligatoria, &c. omnia nanque è præcepta ſeu ſtatuta etiam Pontificia, vltra, ſeu præter obligationē Regulæ, quæ ante Sixtum 4. obligabant ad culpam: ab eo revocata fuere, in Bull. *Circunſpecta ſedis*, ita Cord. in *Addition. ad Compēl. Privileg. verb. ſtatuta Ordinis* §. 1. Emman. Rodrig. *tom. 1. qq. Reg. q. 10. art. 8.* *Hieron. Rodr. Reſolut. 90. num. 40.* Polit. *hic num. 55.* Marchant *pag. 574.* Portel in *Dubi. Verb. ſtatutum, num. 11. & in Addition.* ibid. Martin. in 2. edit. cap. 21. num. 32. & alij communiter.

Facta poſt Sixt. 4. obligant.

5 Si tamen aliqua ſimilia præcepta, vel ſtatuta poſtea emanaverint, & ſub poſteriori-bus aliquibus revocationibus nō contineantur, proculdubio obligabūt; cum Sixt⁹ 4. poſterioribus Pōtificib. manus Paſtoralis poteſtatis ligare nō potuerit: Ita DD. ſup. num. 4. relati, & omnes cōmuniter. Imò Portel in *Addit. ubi ſup. in fine* dicit: *Qua propter contra oppoſitum dicentes quaſi contra temerarios inſiſte, puto procedendum.* Hæc ille.

Nullum ſtatutum Ordinis ex ſuo genere obligat, &c.

6 Dico ſecūdo: Nullū Ordinis ſtatutum obligat ad culpā mortalem, vel venialē, *ex ſe, & ex ſuo genere*, niſi per verba explicita, vel æquipollētia exprimatur: vt quādo in virtute S. Obediētiæ, aut ſub pœna excōmunicationis latæ ſētētiæ præceptū imponitur; *aut niſi aliàs per ius divinū, aut humanū Fratres ſint obligati.* Ita habetur expreſſum in Generalib⁹ Statutis, cap. 8. §. De Conſtitutionibus. num. 8.

7 Dixi, *ex ſe, & ex ſuo genere*, ita quod ſēſus Statuti nō obligātis ad culpam eſt, quòd ſtatuit actū illum eſſe extra genus culpæ, nō qualitercūq; ſed ex ſuo genere; hoc eſt, nō ex parte operātis, ſed ſecūdū ſuā naturam. Qua propter multifariā poteſt ex parte operātis ingredi genus culpæ actus qui ſecūdum ſe, extra genus culpæ, á lege ſeu ſtatuto poſitus eſt. Ita S. Th. 2. 2. *q. 186. art. 9. ad 1. & ad 3.* ibid. Caiet §. *Ad 4. dubiū.* Cord *hic q. 3. Pūct. 3.* §. *Tertio dubitatur.* Navarr. ibi. *in marg.* Polit. *à n. 74. vſque ad 77.* Valētia *tom. 3. Diſput. 10. q. 4. Punct. 5.* & omnes communiter.

Bene vero ex parte operantis.

8 Numerat autē S. Th. vbi ſup. tres modos quibus ex parte operātis actus huiuſmodi fit culpa. Primus eſt *ex cōtemptu* & tunc ait S. Th. (*vbi ſup. ad 3.*) *trāſgreditur aliquis ex cōtēptu, quādo voluntas eius renuit ſubijci legi, nulla exiſtēte cauſa; & ex hoc procedit ad faciēdū cōtra legē*, & tūc peccat mortaliter, quia cōtemnit legē: vt oēs DD. fatētur. Vide Caiet. vbi ſup. & Cord. vbi ſup. *pū. 2.*

Ex contemptu.

9 Li-

9 Limitat autem Caiet. *Omnem conteptum legis eſſe mortale*, & bene ſi ſpernatur lex, vt lex eſt, & authoritas qua fertur; non verò ſi ſpernatur lex, vt in tali materia, quæ cenſetur non eſſe magni momenti. Ita Lorca 2. 2. *tom.* 2. *diſp.* 22. *de Legibus*, nõ lõge à princip. *verſ. Tertia ſent. fin.*

Ex cupiditate.

10 Secundus modus eſt, *ex cupiditate*, ſeu ex nimia affectione, aut cõplacentia. Patet, quia actus neceſſarius, vt comedere, eſt peccatũ, ſi ex cupiditate exceſsiva fiat, ergo. Tertius modus eſt, *ex negligẽtia*, ideſt, quãdo trãſgreditur quis legem, *nulla alia cauſa quam ex torpore quodam animi, & negligentia craſſa*, (vt ait Valent. *vbi ſupra.*) *Nam non eſt humanum moveri ad aliquid ex animi torpore ſine alia cauſa, vel ſine rationabili.* Hæc ille. Vide Caiet. vbi ſup. num. 7. relatum.

Ex negligentia.

11 Apte ſatis, & eleganter S. Bernar. *lib. de Præcepto, & Diſpenſat.* Longiuſculè à princip. *Colu.* (mihi) 8. *Licet namquè* (inquit) *ipſa per ſe iniuncti operis qualitas innoxia ſit, adiunctæ tamen authoritatis pondus, obnoxiũ mandato, mandatumquè peccato abnoxium facit, non magno tamen ſi contemptus defuerit. Hæc ergo generalis Regula ſit univerſorum, quæ per ſe, aut propter ſe, nec bona, nec mala ſunt: aut divina inſtitutione, aut propria cuiuſq; profeſsione fixa nõ ſunt: vt nõ iuſſa quidem, licitè vtrũlibet, vel admittãtur, vel omittãtur: iuſſa verò ſine culpa nõ negligãtur, ſine crimine nõ contemnãtur. Vbiq; enim & culpabilis neglectus, & cõtẽptus damnabilis eſt. Differunt autẽ, quòd neglectus quidẽ languor inertiæ eſt: contemptus verò ſuperbiæ tumor. Porrò contẽptus in omni ſpecie mandatorũ pari pondere gravis, & cõmuniter damnabilis eſt: neglectus autem in fixis gravior, tolerabilior in mobilibus mandatis, &c.* Hæc & alia, Sanctus.

SECTIO III.

An præcepta contra Regulã, vel animam obligent Fratres Minores.

1 RESpond. non obligare niſi in caſu quo Prælatus præcipiens poſsit rationabiliter diſpenſare in Regula, aut in alio iure, cõtra quod præcipit. Prima pars patet ex Regu. textu ibi: *Non præcipiẽtes eis aliquid, quod ſit contra animã ſuã, & Regulã noſtrã.* Et infra: *Et nõ ſunt cõtraria animæ & Regulæ noſtræ.* Et in hoc nulla eſt Cõtrov. nec difficul.

Præcepta cõtra Regulã, aut animã nõ obligant niſi, &c.

2 Petes: Quid dicatur cõtra animam, & quid contra Regulam? Respondeo, quòd contra animã dicitur, nõ totùm omne pec-

Quid dicatur cõtra animam.

peccatum mortale, aut veniale, verùm etiam, & omne illud, quod eſt, aut inducit de propinquo in periculum peccati mortalis, ſeu quod eſt incentivum, aut proximum ad peccatum. Ita expreſsè S. Bernardinus (Pater meus) *tom. 3. in ſerm. vel Diſp. de Obediētia per dialogum facta. art. 3. cap. 4. in ſolut. ad 12. arg. limitibus 1. 2. & 3.* Quatuor Mag. *cap. 10. in Reg.* Ibi Hugo, Piſa, Expoſitio ſine titulo & cæteri Reg. Expoſitores, vt etiam habetur in *Querimonijs Obſervantium ad S. Conc. Conſtant. p.* 1. Et etiam Doctor Angel. *Quodlib. 11. artic. 3.* docet; *quòd potius debet homo præeligere mortē, quàm venialiter peccare.* Vide ſupra Controv. 2. Procem. ſect. 4. num. 3.

3 *Proinde* (ait S. Bernardinus, Pater meus, vbi ſupra limit. 2.) *audire mulierum confeſsiones, peccatum nō eſt; & tamen in patiente fragilitatem carnis poſſet incentivū eſſe ad malum. Si igitur Frater inclinaretur ſic, quòd dubitaret ne caderet in peccatū, & ob hoc nollet talium audire confeſsiones, ſecundùm quatuor Magiſtros Prælatus non poſſet ipſum cogere audire tales confeſsiones.* Hæc S. Conſentiunt Piſa, Cord. *q. 2. punctio, 2. &c.*

4 Rurſus etiam peccatum veniale eſt contra animam, ob idquè illud non poteſt Prælatus præcipere, nec ſubditus debet, aut poteſt obedire. Hinc idem S. Bernardinus (Pater meus) vbi ſupra limit. 1. in med. *Quis* (inquit) *ſanæ mentis dicet, quod homo debet aſpicere mulieres aliquātulùm impudicè, aut turpia aliquātulùm cogitare, vel dicere verba ſcurrilia, aut primos motus carnis in ſe ſuſtinere, vel ad modicum excitare, & conſimilia, propter obedientiæ bonum?* Hæc Sanctus. Pulcherrimè vtiquè.

5 Contra Regulam *autem eſt non ſolùm id, quod eſt contra præceptum Regulæ; ſed quod eſt contra Statuta Ordinis ad ſervandam Regulæ puritatem.* Ita expreſsis verbis quatuor Magiſtri, Hugo, Piſa, Serena Cōſcien. *q. 4.* Cordub. *hic, q. 2. pun. 2.* & omnes Expoſitores. Vtpotè ſi præciperetur, quòd Frater vadat ad quærendum pecunias contra modos Ordinis, & Declarationum, & Statutorum. Sic Authores citati. Aut ſi præcipiatur, quòd in negotijs ſæcularibus ſe exerceat Frater contra decentiam Religionis noſtræ: Ita Alenſis apud Seren. Conſcien. *q. 5.* & Cord. vbi ſupra.

Quid contra Regulam.

6 Dixi in principio ſect. omnis:

Digitized by Google

nis: *Niſi in caſu, quo ipſe Prælatus poſſet rationabiliter diſpenſare.* In eo enim caſu, ſi etiam ſubſit cauſa legitima ad talem diſpenſationem, tunc exiſtentibus iſtis duabus conditionibus, præcepta Prælati contra Regulam, aut aliud jus, Fratres obligabunt. Ita S. Bernardinus (Pater meus) vbi ſupra *limit. 1. parũ ante med. verſ. Patet igitur, quòd nullum peccatum.* Et omnes Expoſitores communiter.

7 Ratio eſt clara, quia licèt talia opera ſint illicita ex Regula, ſeu ex alio iure ſimpliciter: tamen Prælatus per prædictam ſuam diſpenſationem rationabilem poteſt facere licita, & facit, ſi diſpenſat, vt dictum eſt. Et iam non ſunt contra Regulam, nec contra animam cum tali diſpenſatione, auferente ex cauſa rationabili, vinculum Regulæ, aut alterius iuris. Hinc ſi Prælatus præcipiat ſubdito in caſu, & ex rationabili cauſa, *quòd tali die non ieiunet*, aut *Horas nõ legat*, aut *calciamenta portet*, aut *quòd iter equitãdo faciat*, & id genus alia, in quibus poteſt diſpenſare, tenetur ſubditus obedire. Similiter ſi præcipiat, *vt tali die feſto laboret, &c.* Ita omnes Expoſitores communiter.

SECTIO IIII.

An præcepta ſupra, Præter, vel Infra Regulam obligent?

1 PRima concluſio: Præcepta ſupra Regulam abſolutè non obligant, v. g. quando ſimpliciter præcipitur ſtrictior vita, quàm promiſſa eſt, aut quãdo præcipitur recipere martyriũ. Ratio eſt, quia ad id ſubditus nõ ſe obligavit vllo modo, ſed ſolũ ad obediẽtiam nõ excedentẽ limites ſuę Regulæ, & profeſsionis. Ita Seren. Conſ. *q. 5.* cum alijs apud ipſum. Cord. *hic q. 2. pun. 6.* Polit. *n. 36. & 44.* Ximenez *num. 29. & 30 fin.* & omnes communiter. *Præcepta ſup. Regulã abſolute, nõ obligant.*

2 Secunda concluſio. Præcepta ſupra Regulã ſecundùm quid, & in caſu, & ex cauſa obligant Fratres Minores. Vnde ſi ex cauſa alicui præciperet Prælatus aliquid ſtrictius ſuper Regulam, teneretur tunc obedire. Ita Cord. *hic q. 2. pun. 6.* aliquantulũ poſt principium, *verſ. Dictũ eſt ſemper.* Mirand. *in 1. impr. cap. 102. fin. & in 2. cap. 72. fine.* Marchant. *hic, tex. 2. tit. 5. q. 2.* & omnes communiter. *In caſu, & ex cauſa obligant.*

3 Itaq; præcepta ſuper Regulam ſi imponantur ad malũ Religionis, vel particularis

perſonæ avertendũ, vel bonũ Religionis, ſive etiam particularis perſonæ conſervandum, &c. vt pote ſi præcipiant Prælati, vt ter Fratres in hebdomada ſe flagellis cædant, aut quòd aliquis (vel aliqui) tot diebus ieiunet in pane, & aqua in pœnam peccati, vel ad remedium alicuius tentationis, & alia huiuſmodi ſtrictiora, iuxta qualitatem materiæ, & intentionis Superioris: hæc, & ſimilia ex cauſa rationabili obligant. Et ratio eſt, quia, & ſi ſimpliciter non teneantur ad ea, quæ *ſunt ſupra Regulam*, poſſunt tamẽ à Superioribus ita ordinari, quòd ad ipſius Regulæ neceſſariã obſervantiã, aut aliquod grande bonum ſalutis ſpiritualis, tẽporalisvè, aut pacis, &c. ſint adminicula, ita vt ratione iuſtitiæ, aut charitatis, in præceptũ imponi poſsint à Prælatis, vt eleganter S. Bern. (Pater meus) *vbi ſup. in Reſp. ad* 12. *t.* 4. Concordant omnes Expoſitores.

Præcepta præter Regulam obligant, niſi, &c.

4 Tertia concluſio: *Præter Regulam, ſeu indiferentia* obligant, niſi manifeſtè cõſtet, talia eſſe vana, fictilia, ſeu fatua omnino ex genere, & ex circũſtantijs. Ratio eſt, quia huiuſmodi res indifferentes poſſunt ordinari ad Regularem vitam, ſeu Religioſam converſationem. Vnde S. Th. 2. 2. *q.* 186. *art.* 5. (& eſt communis ſententia) docet quòd *votum obedientiæ ſe extendit ad diſpoſitionẽ totius humanæ vitæ quãtũ ad Regularẽ converſationẽ*, &c. Vid. Caiet. 2. 2. *q.* 88. à 8.

5 Dixi in concluſione: *Niſi manifeſtè conſtet, talia eſſe vana*, &c. Quando enim manifeſtè conſtat ſubdito id, quòd præcipitur, ſic eſſe indifferens ex ſuo genere, quòd nullo modo ex ſe, vel ex circunſtantia aliqua; nec directè, nec aliqualiter ſpectat, aut ordinatur ad Regularem vitam, ſeu Religioſam cõverſationem: *Sicut eſt* (inquit D. Th. 2. 2. *q.* 186. *art.* 5. *ad* 4.) *confricatio barbæ, ſpuere in parietem, levare feſtucam, reſpicere aves volantes*, &c. In his, & ſimilibus nõ tenetur ſubditus obedire: quia tale pręceptum (niſi vt dictum eſt, ex cauſa rationabili) eſt omnino vanum, nugatorium, & irriſorium. Ita idem S. *Th. vbi ſupra* Cord. *vbi ſup. pũct.* 5. & eſt communis ſententia.

Infra Regulam obligant.

6 Quarta concluſio: Præcepta infra Regulam (vt pote ſi præcipiatur reficere corpus, recreari, &c.) quæ nec Regula prohibet, nec alio iure prohibentur, obligant, niſi conſtet certitudinaliter, quòd in notabile corporis nocumentum, vel in peccatum vergũt. Ratio eſt, quia talia poſſunt ordinari ad Regularem vitam, &c. vt dictum eſt, Ita Cordub. *hic*,

quæ-

Digitized by Google

quæſt. 2. *pun.* 4. & alij communiter.

Bonum quod non eſt neceſſariũ ad vitã æternã debet omitti propter obedientiam.

5 Quinta concluſio: Bonũ, quod non eſt neceſſarium ad ſalutem æternam, debet omitti propter obedientiam: vtpotè ieiunia, abſtinentiæ, corporis flagelatio, &c. vt habetur 11. q. 3. cap. Quid ergo, ibi: *Sciendum tamen eſt, nunquam per obedientiam malum fieri: aliquando autem per obedientiam debet bonum, quod agitur intermitti.* Hæc ibi. (Videatur Gloſſa) Quãdo ſcilicet ex cauſa rationabili, etiamſi ſubdito non exprimatur; aliquod bonum huiuſmodi prohibetur.

8 Hinc præclarè vtiquè Seraphicus Pater N.S. Franciſcus ſerm. 5. (illorum, quos refert Vuaddingus in opuſculis Sanctiſſ. Patris *tom. 3. fin.*) cuius titulus eſt *de Perfecta Obedientia*, ibi: *Perfecta Obedientia* (inquit) *eſt illa, qua Religioſus facere omittit, quod ſibi melius, & conſultius videtur, vt quod minus rectum, aut conſonum iudicat, compleat propter ſolum Superioris præceptum, in quo magnum acquirit meritum, dum propriæ, vale dicit opinioni, non ſuæ, ſed alienæ obtemperans voluntati.* Et mox: *Summa obedientia eſt illa, in qua nihil ſuum caro cognoſcit, aut ſanguis, &c.*

9 Iterum Seraphicus Pater in ſuis exhortationibus cap. 3. (aliàs 12.) *Quando ſubditus* (inquit) *viderit meliora, & vtiliora animæ ſuæ, quàm ea, quæ ſuus Prælatus præcipiat, ſuam voluntatem ſacrificet Domino: quæ autem ſunt Prælati opera, ſtudeat adimplere. Nam hæc eſt charitatiua obedientia: quia Deo, & proximo ſacrificium ſe ipſum facit.* Et infra: *Sunt enim multi Religioſi, qui ſub ſpecie videndi meliora, quàm quæ ſui Prælati præcipiunt, aſpiciunt retro, & ad vomitum propriæ voluntatis redeunt.* Hæc Seraphicus Pater.

10 Et ratio omnium horũ eſt, quia talis omiſſio ieiuniorum, abſtinentiarum, &c. ordinari poteſt ad regularem vitam, & ne indiſcrete ex nimio fervore à ſubditis fiãt: aut quia Prælatus vult ſubditum occupare in aliquo labore, aut alio exercitio, à quorum expeditione impediunt dicta ieiunia voluntaria, &c. & tunc bonum obedientiæ ſupplet excellentiam boni omiſſi cum maiori lucro, & emolumento virtutis. Advertere tamen valde debet Prelatus, quomodo ſupradictorum omiſſionem præcipiat, &c.

(.†.)

examinatus à Miniſtro Generali (*in cap*. 8.) 9. De recurſu ad Miniſtros pro purá obſervantia Regulæ (*in cap*. 10.) 10. De recipiendo Novitios ad Ordinē (*in cap*. 2.) 11. De recurſu ad Miniſtros pro abſolutione à caſibus reſervatis (*in cap*. 7.) 12. Quòd Miniſtri Provinciales teneantur ire ad Capitulum Generale. Ita S. Bonavent. & Expoſitio ſine titulo Cord. *hìc q*. 4. Polit. *num*. 79. Ximen. *in cap*. 12. *Reg. num*. 8. Mart. à S. Ioſ. *in* 2. *impr. cap*. 27. *num* 3. & alij communiter.

Diſpenſatio nõ finitur expirãte diſpẽſante, ſi neceſſitas manet.

13 Petes tertiò: An diſpẽſatio facta pro ſupradictis neceſſitatibus corporalibus, vel ſpiritualibus, finiatur expirante illo Prælato diſpenſante, ſi tales neceſsitates adhuc manent? Reſpondeo negativè. Durat ergo dicta diſpenſatio, quòd durat neceſsitas, etiamſi ſint multi Prælati ſucceſſores. Ita Portel *in Dubijs verbo Licentia, num*. 1. Imò durante cauſa non poteſt revocari à Prælato concedente. Ita ille, vt ſupra in *Addit. num*. 5.

Regulæ ad diſpenſandu pro Prælatis.

14 In calce huius ſectionis, aliquas diſpẽſationum regulas pro Prælatis decrevi ſcribere ex Gerſon. *in tract. de Perfect. ac moderamine Religionis deſumptas*, quem citát, & ſequitur Marchant, *hìc textu* 2. *tit*. 1. *à pag*. 563. *vſque ad* 565. Prima, Prælatus niſi exiſtente cauſa rationabili non diſpenſet. Secunda, nec niſi in caſu certo, & in particulari, ne legem tollat, & confuſionem pariat. Tertia conſideret perſonam, cum qua diſpenſat. Si enim perſona eſt nimis fervens, cui & fervor novitius, & zelus vehemens, ſed non ſecundùm prudentiã, cogenda eſt, etiam invita, interdum, vti diſpenſationibus. Sin perſona nimis flaccida, & tepida eſt, non niſi cum magna diſcretione, & attentione ei diſpenſatio eſt concedenda. Quarta, verecundos interdum diſpenſatione præveniat: nimis audaces ad petendas diſpenſationes retundat. Quinta, oculum duplicem habeat, alterum ad commune bonum, alterum ad particulare eius, qui diſpenſatur.

15 Sexta, cõmune bonũ Religionis ſemper prǽferatur, particulari bono ſubditi. Vnde ſi diſpenſatio noceat graviter cõmuni bono Religionis, & deordinationem gravem cauſet, denegetur. Sine gravi detrimento boni communis poterit cõcedi. Septima, in dubio, de periculo perſonæ quærentis diſpenſationem, vel de aliqua de ordinatione Religionis; potius condeſcendat fragilitati perſonæ, quàm diſpenſationẽ neget timore relaxationis

Digitized by Google

tionis Ordinis. In dubio enim pars benignior eſt eligenda, vt *L. in ambigua, ff. de legibus* Octavam, & Nonam, vide ſupra Cõtrov. 7. ſect. 5. n. 1. Decima, Prælatus nõ in ſua confidat prudentia, ſed per orationem ſedulam, commendet gregem divinæ gratiæ, & confidat, quòd divina vnctio docebit eum de omnibus.

16 Poſtremò advertendũ, quòd Miniſter Generalis poteſt diſpenſare in omnibus ſupradictis 12. præceptis. Provinciales non ita, ſed in non tangentibus ad Miniſtrũ Generalẽ, vti ſunt 8. & 10. Guardiani vero in ijs, quæ ad Provinciales non pertinent ex vi Regulæ in caſu, & ex cauſa vt affirmat Cord. *hic q. 4. poſt med. §. Secundum quod eſt, hic enucleandum*, & alij communiter. Facit etiam pro Guardianis privilegium Pij 2. ſupra relatum *Controv.* 10. *n.* 6. Vide etiam circa hanc materiam diſpenſationum quæ dicta ſunt ſupra *Controv. 6. ſectione 2. num. 5. & 6. Controverſia 7. ſect. 4. à num. 2. & ſect.* 5. per totam, *Controv. 8. ſect. 2. Controv. 9 ſect. 4. & Controv. 10. ſect. 2. n. 3 & ſect. 3. n. 6. & 7.*

(+)

CONTROV. XXIII.

De Præceptis in ſpecie Fratrum Minorum, & eorum obligatione.

SECTIO I.

Quotuplex ſit præceptum Fratres Minores ſpecialiter concernens?

1 MVltiplicia *hic* debẽt diſtingui præcepta, vt hoc capitulum Regulæ melius intelligatur. Alia enim ſũt pręcepta Regulę. Alia Declarationũ, & Cõſtitutionũ Papalium. Alia ſunt precepta Superiorũ per modũ ſimplicis mãdati. Alia per modũ ſtatuti, Cõſtitutionis, ſiue Legis. Alia ſũt pręcepta ſecundum Regulã. Alia contra Regulã. Alia ſupra Regulam. Alia denique præter Regulam.

2 Pręcepta Regulę dicuntur, quę in Regulæ litera, ſeu textu cõtinentur, ſiue ſint formalia, & inhibitoria, ſiue ęquipollẽtia, ſiue ea quę dicuntur habere vim pręcepti, de quibus ſupra in principio. Quę omnia ſine dubio Fratres pro materię qualitate, & gravitate obligant ad peccatũ mortale. Vide *Seren, Conſcien. q.* 5. *Præcepta Regulæ.*

Præcepta Declarationum. 3 Præcepta Declarationū ſive Conſtitutionum Papaliū ſunt ea, quæ in Declarationibus Pontificū Nicolai 3. Clement. 5. & Ioan. 22. *Quorundam exigit*: (quæ ſolæ ſunt in vigore, & viridi obligatione, vt *Cord. q. 6. Introductoria in principio. Polit. præludio 3. num. 7.* & alij communiter) aut quæ in Conſtitutionibus aliquibus factis, vel fiendis pro Ordine, imponuntur.

Præcepta ſimplicis mandati. 4 Præcepta Superiorum ſimplicis mandati illa dicuntur, quæ à ſolo Superiore fiūt propria authoritate ſine depēdentia à conſenſu, vel acceptatione inferiorum: & hæc tandiu durant, quandiù durat officium Superioris, niſi ante revocet, vel aliàs conſtet, cū certo actu tranſire, vel ad certum tempus limitari. Expirante autē officio, aut limitatione poſita, ſtatim ſine alia declaratione expirant. Hugo *in capit. 1. Regulæ, Cord. hic, q. 3. pun. 1. circa finem, §. tertia particula* Emm. Rodr. tom. 1. qq. Reg. q. 10. art. 1. & q. 68. art. 1. Lorca 2. 2. tom. 2. diſp. 2. de Legib. circ. fin.

Per modū legis, aut ſtatuti. 5 Præcepta per modū Legis, aut Statuti ſunt, quę in Capitulo, vel Cōgregatione fiūt, & tabulis inſcribuntur. Quæ vt vim habeant, requirunt acceptatione maioris partis Capituli: aliàs non obligant. Hugo, Cordub. Eman. vbi ſupra, & *Lorca*.

Secūdum Regulā. 6 Præcepta ſecūdùm Regulam dicuntur, quæ vel in Regula continentur explicitè, vel ad eorum quæ in Regula ſunt obſervantiam omnino diriguntur, & pertinent, & ideo implicitè continentur *Cord. quæſtione 2. punct. 1. in princip.* Vide *Serenā Conſcientiā q. 5.* *Contra.* Contra Regulam vero illa ſunt, quæ adverſantur præceptis Regulæ, & ijs, quę ſecundùm Regulam præcipiuntur. Cord. *hic, q. 2. punct. 2. & 7.*

Supra. 7 Præcepta ſupra Regulam ſunt, quæ in ſui rigore obligationem omnem Regulæ excedunt. *Cordub. hic, q. 2. punct. 6.* *Præter.* Et præter Regulam illa dicuntur quæ ex genere ſuo ſunt indifferentia ad Regulæ obſervantiam, poſſunt tamē ad illam ordinari. *Cord. q. 2. punct. 5.* *Infra Regulam.* Hic addunt. aliqui præcepta Infra Regulam, quæ minus perfecta videntur, quàm ea, quæ per Regulam ordinantur, vt comedere, corpus reficere, recreari. Sed hæc cum illis, quæ præter Regulā ſunt, computantur. *Cord. quæſtione 2. punct. 4.* Vide *Serenā Conſ. quæſt. 5.*

(42.)

SEC-

SECTIO II.

An ſint aliqua præcepta in Declarationibus Pontificum, vel in ſtatutis Regulæ, quæ Fratres Minores obligent ad peccatum mortale?

1 RESpondeo, & dico primo: Nullũ eſt præceptũ particulare in dictis Declarationibus, quæ Fratres Minores obligẽt ad peccatũ mortale; *præter ea, quæ purè explicãt Regulæ obligatoria, vel in eis virtute cõtinentur.* Vide ſup. *Cont.* 2. *ſect.* 3. *n.* 20. *&* *Cont.* 3. *ſect.* 1. *n.* 6. *&* 7. *&* *Cõt.* 4. *ſect.* 1. *n.* 10. *&* *Cõtr.* 19 *ſect.* 2. *n.* 10. & 11. Nec modi ad meliorẽ præceptorũ obſervãtiã à Põtificibus in Declarationibus additi, oblıgãt ad mortale peccatũ, ſi aliàs ſubſtãtia præcepti ſervetur, vt optimè *Cord. q.* 6. *Introductoria,* & hoc, *c. q.* 3. *pũct.* 4. Pol. *in c.* 4. *n.* 55. *& in c.* 10. *n.* 77. & alij, quos retuli ſupra *Controv.* 2. *Proœm. ſect.* 2. *n.* 2.

Modificationes circa pecuniam non obligant, ſi Fratres aliàs &c.

2 Hinc patet, quòd trãſgreſſio cõditionum, aut Modificationum circa pecuniam in Declaratione Nic. 3. poſitarũ, nõ obligat ad peccatũ mortale: imò nec ad veniale, ſi Fratres aliàs ſic ſe habeant circa pecuniam, quòd non faciant contra Regulæ præceptum *de nõ recipiendo pecuniam.* Quod vtiquè caveri poteſt ſervatis alijs licitis modis in Declarationibus Innocentij 4. & Alex. 4. &c. poſitis: aut etiã alijs modis licitis. Sicut boni Religioſi in Ordine ſe habebant ante vllam Pontificiam declarationem; licèt non tam facilè, & expeditè id fieret, ſicut nunc ſecundùm dictam Declarationem Nicolai 3.

3 Et ratio eſt clara, quia communis eſt Regula Theologorum, quòd quãdo à Deo, vel ab homine aliquid præcipitur ſolùm in Ordine ad aliquem finem, aut propter aliquẽ finẽ, illius præcepti, tunc habito fine illo per alium modum licitum, iam non manet obligatio ad illum modũ præceptum, vt de *Correctione Fraterna* communiter dicunt Doctores. Cùm ergo Nicolaus 3. ſtatuerit prædictas Conditiones, & Modos, vt ſervetur à Fratribus præceptum Regulæ de *Cavenda receptione pecuniæ,* ſi abſque iſtis Modificationibus, benè ſervatur dictũ præceptũ Regulæ ſub alijs modis, iam non videtur vlla culpa, illas cõditiones Nic. 3. non ſervare: etiãſi ſub præcepto eas nobis impoſuiſſet (quòd non fecit.) Ita Cord. & Polit. vbi ſup. *n.* 1. Vide ſup. *Cõtrov.* 2. *Proœm. ſect.* 2. *n.* 2. 3. *&* 4.

4 Dixi in concluſion. *Præter ea quæ purè explicant Regula*

Digitized by Google

Statuta facta ante Sixtũ 4. non obligant, &c. *gulæ obligatoria, &c.* omnia nanque præcepta ſeu ſtatuta etiam Pontificia, vltra, ſeu præter obligationẽ Regulæ, quæ ante Sixtum 4. obligabant ad culpam; ab eo revocata fuere, in Bull. *Circunſpecta ſedis*, ita Cord. in *Addition. ad Compẽd. Privileg. verb. ſtatuta Ordinis* §. 1. Emman. Rodrig. *tom.* 1. *qq. Reg. q.* 10. *art.* 8. *Hieron. Rodr. Reſolut.* 90. *num.* 40. Polit. *hic num.* 55. Marchant *pag.* 574. Portel in *Dubi. Verb. ſtatutum*, *num.* 11. *& in Addition.* ibid. Martin. in 2. edit. cap. 21. num. 32. & alij communiter.

Facta poſt Sixt. 4. obligant. 5 Si tamen aliqua ſimilia præcepta, vel ſtatuta poſtea emanaverint; & ſub poſterioribus aliquibus revocationibus nõ contineantur; proculdubio obligabũt; cum Sixt⁹ 4. poſterioribus Põtificib. manus Paſtoralis poteſtatis ligare nõ potuerit. Ita DD. ſup. num. 4. relati, & omnes cõmuniter. Imò Portel in *Addit. vbi ſup. in fine* dicit: *Quapropter contra oppoſitum dicentes quaſi contra temerarios in fide, puto procedendum.* Hæc ille.

Nullum ſtatutum Ordinis ex ſuo genere obligat, &c. 6 Dico ſecũdo: Nullũ Ordinis ſtatutum obligat ad culpã mortalem, vel venialẽ, *ex ſe, & ex ſuo genere*, niſi per verba explicita, vel æquipollẽtia exprimatur vt quãdo in virtute S. Obedientiæ, aut ſub pœna excõmunicationis latæ ſẽtẽtiæ præceptũ imponitur; *aut niſi aliàs per ius divinũ, aut humanũ Fratres ſint obligati.* Ita habetur expreſſum in Generalib⁹ Statutis, cap. 8. §. De Conſtitutionibus. num. 8.

7 Dixi, *ex ſe, & ex ſuo genere*, ita quod ſẽſus Statuti nõ obligãtis ad culpam eſt, quòd ſtatuit actũ illum eſſe extra genus culpæ, nõ qualitercũq; ſed ex ſuo genere; hoc eſt, nõ ex parte operãtis, ſed ſecũdũ ſuã naturam. Quapropter multifariã poteſt ex parte operãtis ingredi genus culpę actus qui ſecũdum ſe, extra genus culpæ, à lege ſeu ſtatuto poſitus eſt. Ita S. Th. 2. 2. *q.* 186. *art.* 9. *ad* 1. *& ad* 3. ibid. Caiet §. *Ad* 4. *dubiũ.* Cord. *hic q.* 3. *Pũct.* 3. §. *Tertio dubitatur.* Navarr. ibi. *in marg.* Polit. à *n.* 74. *vſque ad* 77. Valẽtia *tom.* 3. *Diſput.* 10. *q.* 4. *Punct.* 5. *&* omnes communiter. *Bene vero ex parte operantis.*

8 Numerat autẽ S. Th. vbi ſup. tres modos quibus ex parte operãtis actus huiuſmodi fit culpa. Primus eſt *ex cõtemptu* & *tunc* ait S. Th. (*vbi ſup. ad* 3.) *trãſgreditur aliquis ex cõtẽptu, quãdo voluntas eius renuit ſubijci legi, nulla exiſtẽte cauſa; & ex hoc procedit ad faciẽdũ cõtra legẽ*, & tũc peccat mortaliter, quia cõtemnit legẽ: vt oẽs DD. fatentur. Vide Caiet. vbi ſup. & Cord. vbi ſup. *pũ.* 2. *Ex contemptu.*

9 Li-

9 Limitat autem Caiet. *Omnem contẽptum legis eſſe mortale*, & bene ſi ſpernatur lex, vt lex eſt, & authoritas qua fertur; non verò ſi ſpernatur lex, vt in tali materia, quæ cenſetur non eſſe magni momenti. Ita Lorca 2. 2. *tom.* 2. *diſp.* 22. *de Legibus*, nõ lõge à princip. *verſ. Tertia ſent. fin.*

Ex cupiditate.

10 Secundus modus eſt, *ex cupiditate*, ſeu ex nimia affectione, aut cõplacentia. Patet, quia actus neceſſarius, vt, comedere, eſt peccatũ, ſi ex cupiditate exceſsiva fiat, ergo. Tertius modus eſt, *ex negligẽtia*, ideſt, quãdo trãſgreditur quis legem, *nulla alia cauſa quam ex torpore quodam animi, & negligentia craſſa*, (vt ait Valent. *vbi ſupra.*) *Nam non eſt humanum moveri ad aliquid ex animi torpore ſine alia cauſa, vel ſine rationabili.* Hæc ille. Vide Caiet. vbi ſup. num. 7. relatum.

Ex negligentia.

11 Apte ſatis, & eleganter S. Bernar. *lib. de Præcepto, & Diſpenſat.* Longiuſculè à princip. *Colu.* (mihi) 8. *Licet namquè* (inquit) *ipſa per ſe iniuncti operis qualitas innoxia ſit, adiunctæ tamen authoritatis pondus, obnoxiũ mandato, mandatumquè peccato abnoxium facit, non magno tamen ſi contemptus defuerit. Hac ergo generalis Regula ſit vniverſorum, quæ per ſe, aut propt er ſe, nec bonã, nec mala ſunt: aut divina inſtitutione, aut propria cuiuſq; profeſsione fixa nõ ſunt: vt nõ iuſſa quidem, licitè vtrũlibet, vel admittãtur, vel omittãtur: iuſſa verò ſine culpa nõ negligãtur, ſine crimine nõ contemnãtur. Vbiq; enim & culpabilis neglectus, & contẽptus damnabilis eſt. Differunt autẽ, quòd neglectus quidẽ languor inertiæ eſt: contemptus verò ſuperbiæ tumor. Porrò contẽptus in omni ſpecie mandatorũ pari ponderegravis, & cõmuniter damnabilis eſt: neglectus autem in fixis gravior, tolerabilior in mobilibus mandatis, &c.* Hęc & alia, Sanctus.

SECTIO III.

An præcepta contra Regulã, vel animam obligent Fratres Minores.

Præcepta cõtra Reguiã, aut animã nõ obligant niſi, &c.

1 Reſpond. non obligare niſi in caſu quo Prælatus præcipiens poſsit rationabiliter diſpenſare in Regula, aut in alio iure, cõtra quod præcipit. Prima pars patet ex Regu, textu ibi: *Non præcipiẽtes eis aliquid, quod ſit contra animã ſuã, & Regulã noſtrã.* Et infra: *Et nõ ſunt cõtraria animæ & Regulæ noſtræ.* Et in hoc nulla eſt Cõtrov. nec dificul.

Quid dicatur cõtra animam.

2 Petes: Quid dicatur cõtra animam, & quid contra Regulam? Reſpondeo, quòd contra animã dicitur, nõ totùm omne

peccatum mortale, aut veniale, verùm etiam, & omne illud, quod eſt, aut inducit de propinquo in periculum peccati mortalis, ſeu quod eſt incentivum, aut proximum ad peccatum. Ita expreſsè S. Bernardinus (Pater meus) *tom. 3. in ſerm. vel Diſp. de Obediētia per dialogum fact. 1. art. 3. cap. 4. in ſolut. ad 12. arg. limitibus 1. 2. & 3.* Quatuor Mag. *cap. 10. in Reg.* Ibi Hugo, Piſa, Expoſitio ſine titulo & cæteri Reg. Expoſitores, vt etiam habetur in *Quærimonijs Obſervantium ad S. Conc. Conſtant. p.* 1. Et etiam Doctor Angel. *Quodlib.* 11. *artic.* 3. docet; *quòd potius debet homo præeligere mortē, quàm venialiter peccare.* Vide ſupra Controv. 2. Proœm. ſect. 4. num. 3.

3 *Proinde* (ait S. Bernardinus, Pater meus, vbi ſupra limit. 2.) *audire mulierum confeſſiones, peccatum nō eſt; & tamen in patiente fragilitatem carnis poſſet incentivū eſſe ad malum. Si igitur Frater inclinaretur ſic, quòd dubitaret ne caderet in peccatū, & ob hoc nollet talium audire confeſſiones, ſecundùm quatuor Magiſtros Prælatus non poſſet ipſum cogere audire tales confeſſiones.* Hæc S. Conſentiunt Piſa, Cord. *q.* 2. *punctio* 2. *&c.*

4 Rurſus etiam peccatum veniale eſt contra animam, ob idque illud non poteſt Prælatus præcipere, nec ſubditus debet, aut poteſt obedire. Hinc idem S. Bernardinus (Pater meus) vbi ſupra limit. 1. in med. *Quis* (inquit) *ſanæ mentis dicet, quod homo debet aſpicere mulieres aliquātulùm impudicè, aut turpia aliquātulùm cogitare, vel dicere verba ſcurrilia, aut primos motus carnis in ſe ſuſtinere, vel ad modicum excitare, & conſimilia, propter obedientiæ bonum?* Hæc Sanctus. Pulcherrimè vtique.

5 Contra Regulam *autem eſt non ſolùm id, quod eſt contra præceptum Regulæ; ſed quod eſt contra Statuta Ordinis ad ſervandam Regulæ puritatem.* Ita expreſsis verbis quatuor Magiſtri, Hugo, Piſa, Serena Cōſcien. *q.* 4. Cordub. *hîc, q.* 2. *pun.* 2. & omnes Expoſitores. Vtpotè ſi præciperetur, quòd Frater vadat ad quærendum pecunias contra modos Ordinis, & Declarationum, & Statutorum. Sic Authores citati. Aut ſi præcipiatur, quòd in negotijs ſæcularibus ſe exerceat Frater contra decentiam Religionis noſtræ. Ita Alenſis apud Seren. Conſcien. *q.* 5. & Cord. vbi ſupra.

Quid contra Regulam.

6 Dixi in principio ſectionis;

nis: *Niſi in caſu, quo ipſe Prælatus poſſet rationabiliter diſpenſare.* In eo enim caſu, ſi etiam ſubſit cauſa legitima ad talem diſpenſationem, tunc exiſtentibus illis duabus conditionibus, præcepta Prælati contra Regulam, aut aliud jus, Fratres obligabunt. Ita S. Bernardinus (Pater meus) vbi ſupra *limit. 1. parũ ante med. verſ. Patet igitur, quòd nullum peccatum.* Et omnes Expoſitores communiter.

7 Ratio eſt clara, quia licèt talia opera ſint illicita ex Regula, ſeu ex alio iure ſimpliciter; tamen Prælatus per prædictam ſuam diſpenſationem rationabilem poteſt facere licita, & facit, ſi diſpenſat, vt dictum eſt. Et iam non ſunt contra Regulam, nec contra animam cum tali diſpenſatione, auferente ex cauſa rationabili, vinculum Regulæ, aut alterius iuris. Hinc ſi Prælatus præcipiat ſubdito in caſu, & ex rationabili cauſa, *quòd tali die non ieiunet*, aut *Horas nõ legat*, aut *calciamenta portet*, aut *quòd iter equitãdo faciat*, & id genus alia, in quibus poteſt diſpenſare, tenetur ſubditus obedire. Similiter ſi præcipiat, *vt tali die feſto laboret, &c.* Ita omnes Expoſitores communiter.

SECTIO IIII.

An præcepta ſupra, Præter, vel Infra Regulam obligent?

1 PRima concluſio: Præcepta ſupra Regulam abſolutè non obligant, v. g. quando ſimpliciter præcipitur ſtrictior vita, quàm promiſſa eſt, aut quãdo præcipitur recipere martyriũ. Ratio eſt, quia ad id ſubditus nõ ſe obligavit vllo modo, ſed ſolũ ad obediẽtiam nõ excedentẽ limites ſuę Regulæ, & profeſsionis. Ita Seren. Conſ. *q. 5.* cum alijs apud ipſum. Cord. *hic q. 2. pun. 6.* Polit. *n. 36. & 44.* Ximenez *num. 29. & 30 fin.* & omnes communiter. *Præcepta ſup. Regulã abſolutè nõ obligant.*

2 Secunda concluſio. Præcepta ſupra Regulã ſecundùm quid, & in caſu, & ex cauſa obligant Fratres Minores. Vnde ſi ex cauſa alicui præciperet Prælatus aliquid ſtrictius ſuper Regulam, teneretur tunc obedire. Ita Cord. *hic q. 2. pun. 6.* aliquantulũ poſt principium, *verſ. Dictũ eſt ſemper.* Mirand. *in 1. impr. cap. 102. fin. & in 2. cap. 72. fine.* Marchant. *hic, tex. 2. tit. 5. q. 2.* & omnes communiter. *In caſu, & ex cauſa obligant.*

3 Itaq; præcepta ſuper Regulam ſi imponantur ad malũ Religionis, vel particularis

perſonæ avertendũ, vel bonũ Religionis, ſive etiam particularis perſonæ conſervandum, &c. vt pote ſi præcipiant Prælati, vt ter Fratres in hebdomada ſe flagellis cædant, aut quòd aliquis (vel aliqui) tot diebus ieiunet in pane, & aqua in pœnam peccati, vel ad remedium alicuius tentationis, & alia huiuſmodi ſtrictiora, iuxta qualitatem materiæ, & intentionis Superioris: hæc, & ſimilia ex cauſa rationabili obligant. Et ratio eſt, quia, & ſi ſimpliciter non teneantur ad ea, quæ *ſunt ſupra Regulam*, poſſunt tamẽ à Superioribus ita ordinari, quòd ad ipſius Regulæ neceſſariã obſervantiã, aut aliquod grande bonum ſalutis ſpiritualis, tẽporalisvè, aut pacis, &c. ſint adminicula, ita vt ratione iuſtitiæ, aut charitatis, in præceptũ imponi poſſint à Prælatis, vt elegãter S. Bern. (Pater meus) *vbi ſup. in Reſp. ad* 12. *c*. 4. Concordant omnes Expoſitores.

Præcepta præter Regulam obligant, niſi, &c.

4 Tertia concluſio: *Præter Regulam, ſeu indiferentia* obligant, niſi manifeſtè cõſtet, talia eſſe vana, fictilia, ſeu fatua omnino ex genere, & ex circũſtantijs. Ratio eſt, quia huiuſmodi res indifferentes poſſunt ordinari ad Regularem vitam, ſeu Religioſam converſationem, Vnde S. Th. 2. 2. *q*. 186. *art*. 5. (& eſt communis ſententia) docet quòd *votum obedientiæ ſe extendit ad diſpoſitionẽ totius humanæ vitæ quãtũ ad Regularẽ converſationẽ*, &c. Vid. Caiet. 2. 2. *q*. 88. à 8.

5 Dixi in concluſione: *Niſi manifeſtè conſtet, talia eſſe vana*, &c. Quando enim manifeſtè conſtat ſubdito id, quòd præcipitur, ſic eſſe indifferens ex ſuo genere, quòd nullo modo ex ſe, vel ex circunſtantia aliqua; nec directè, nec aliqualiter ſpectat, aut ordinatur ad Regularem vitam, ſeu Religioſam cõverſationem: *Sicut eſt* (inquit D. Th. 2. 2. *q*. 186. *art*. 5. *ad* 4.) *confricatio barbæ, ſpuere in parietem, levare feſtucam, reſpicere aves volantes*, &c. In his, & ſimilibus nõ tenetur ſubditus obedire: quia tale præceptum (niſi vt dictum eſt, ex cauſa rationabili) eſt omnino vanum, nugatorium, & irriſorium. Ita idem S. *Th. vbi ſupra* Cord. *vbi ſup. pũct*. 5. & eſt communis ſententia.

Infra Regulam obligant.

6 Quarta concluſio: Præcepta infra Regulam (vt pote ſi præcipiatur reficere corpus, recreari, &c.) quæ nec Regula prohibet, nec alio iure prohibentur, obligant, niſi conſtet certitudinaliter, quòd in notabile corporis nocumentum, vel in peccatum vergũt. Ratio eſt, quia talia poſſunt ordinari ad Regularem vitam, &c. vt dictum eſt, Ita Cordub. *hic*,

qua-

quaſt. 2. *pun.* 4. & alij communiter.

Bonum quod non eſt neceſſariũ ad vitã æternã debet omitti propter obediẽtiam.

7 Quinta concluſio: Bonũ, quod non eſt neceſſarium ad ſalutem æternam, debet omitti propter obedientiam: vt potè ieiunia, abſtinentiæ, corporis flagelatio, &c. vt habetur 11. *q.* 3. *cap. Quid ergo*, ibi: *Sciẽdum tamen eſt, nunquam per obedientiam malum fieri: aliquando autem per obedientiam debet bonum, quod agitur intermitti.* Hæc ibi. (Videatur Gloſſa) Quãdo ſcilicet ex cauſa rationabili, etiamſi ſubdito non exprimatur; aliquod bonum huiuſmodi prohibetur.

8 Hinc præclarè vtiquè Seraphicus Pater N.S. Franciſcus ſerm. 5. (illorum, quos refert Vvaddingus in opuſculis Sanctiſſ. Patris *tom.* 3. *fin.*) cuius titulus eſt *de Perfecta Obedientia*; ibi: *Perfecta Obedientia* (inquit) *eſt illa, qua Religioſus facere omittit, quod ſibi melius, & conſultius videtur; vt quod minus rectum, aut conſonum iudicat, compleat propter ſolum Superioris præceptum, in quo magnum acquirit meritum, dum propriæ, vale dicit opinioni, non ſuæ; ſed alienæ obtemperans voluntati.* Et mox: *Summa obedientia eſt illa, in qua nihil ſuum caro cognoſcit; aut ſanguis, &c.*

9 Iterum Seraphicus Pater in ſuis exhortationibus cap. 3. (aliàs 12.) *Quando ſubditus* (inquit) *viderit meliora, & vtiliora animæ ſuæ, quàm ea, quæ ſuus Prælatus præcipiat, ſuam voluntatem ſacrificet Domino: quæ autem ſunt Prælati opera, ſtudeat adimplere. Nam hæc eſt charitatiua obedientia: quia Deo, & proximo ſacrificium ſe ipſum facit.* Et infra: *Sunt enim multi Religioſi, qui ſub ſpecie videndi meliora, quàm quæ ſui Prælati præcipiunt, aſpiciunt retro, & ad vomitum propriæ voluntatis redeant.* Hæc Seraphicus Pater.

10 Et ratio omnium horũ eſt, quia talis omiſsio ieiuniorum, abſtinentiarum, &c. ordinari poteſt ad regularem vitam, & ne indiſcrete ex nimio fervore à ſubditis fiãt: aut quia Prælatus vult ſubditum occupare in aliquo labore, aut alio exercitio, à quorum expeditione impediunt dicta ieiunia voluntaria, &c. & tunc bonum obedientiæ ſupplet excellentiam boni omiſsi cum maiori lucro, & emolumento virtutis. Advertere tamen valde debet Prelatus, quomodo ſupradictorum omiſſionem præcipiat, &c.

(.†.)

Digitized by Google

SECTIO V.

An transgreſsio quorumlibet præceptorum, vel æquipollentium Regulæ ſit ſemper mortalis?

Trāſgreſſio cuiuſlibet præcepti eſt mortalis niſi, &c.

1 PRima concluſio: Omnis deliberata trāſgreſſio quorumlibet præceptorum formalium, vel æquipollentium, ſiue vim præcepti habētium, in Regula Fratrum Minorum, ſi fiat extra totam latitudinem præcepti eſt mortalis, niſi levitas materiæ excuſet. Eſt communis ſententia. Dixi: *Si fiat extra totam latitudinem præcepti.* Quod fieri cenſetur, quando & cōtra præceptum fit inexcuſabiliter, & contra totum finem præcepti. Pro quibus duas Regulas notatu digniſsimas ponit perdoctus Cord. *hìc, quæſt. 3. pun. 1. poſt med. §. Etſi rurſus quæratur.*

Qui trāſgreditur præceptū bono animo nō peccat putans, &c.

2 Prima Regula eſt. Quādo quis tranſgreditur præceptum bono animo, putans ſe habere cauſam probabilem, & ſufficientem excuſantem eum ab obſervatione præcepti, aut ſaltem à tranſgreſsione mortali, non peccat mortaliter, v. g. Putat quis ſe habere ſufficientem neceſsitatem, & cauſam equitandi, portandi calceamenta, non ieiunandi, &c. etſi in rei veritate talis omnino non ſit, ad excuſandum omnino à peccato, ſine diſpenſatione, vel cum diſpenſatione, non peccat mortaliter. Ratio eſt, quia poteſt ſequi iudicium probabile in præceptis iſtis, non minus quàm in alijs humanis, & divinis, maximè, quia exiſtimat ſe habere cauſam ad excuſandum ſufficientem.

3 Adverte tamen, tria requiri, vt ex tali opinione quis poſsit ſecure procedere. 1. Vt opinio illa ſiue exiſtimatio nō proveniat ex ignorantia craſſa mortali, vel negligētia, in inquirēdo quòd tenetur ſub mortali ſcire: ſed ſit moralis, & probabilibus rationibus innitatur. 2. Vt ille talem voluntatem, ſeu animum paratum habeat, quòd ſi peccatū adverteret, nullo modo tranſgrederetur illud præceptum, nec periculo tranſgreſsionis ſe exponeret. 3. Vt de ſua probabilitate iudiciū practicū ſibi formet, quod his verbis explicari poſſet: *Licet mihi, hìc, & nunc, hanc opinionem probabilem ſequi.* Tunc enim in ſua operatione liberè procedere poteſt, etſi nōnullæ dubitationes ſpeculativæ in intellectu remaneāt. Ita colligo ex Cord. vbi ſupra videātur DD. in materia de peccatis, & de Actib. humanis, tract. de *Conſcientia dubia*

S. Th. 1. 2. *q.* 19. *art.* 5. *ibid.* Caiet. Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 5. *num.* 4. Granados *Controv.* 2. *de Actibus humanis, tract.* 12. *diſp.* 6. *num.* 2. & 3. D. Antonin. 1. *part. Theol. titul.* 3. c. 10. §. 10. *poſt.* 6 *Reg.* Navarr. *de Pœnitentia diſt.* 7, *c. Si quis autem num.* 62. Sanchez *lib.* 2 *de Matrimonio diſp.* 41. & 1. *tom. Sum. lib.* 1. *capit.* 10. *num.* 3. *Azor* 1. *tom. lib.* 2. *cap.* 19. *q.* 13. Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 2. *de peccatis q.* 4. *pun.* 7. *num.* 12. Et 9. Licèt quoad dubium practicum, & ſpeculatiuum aliter ſentiat Lorca 1. 2. *q.* 19. *diſp.* 38. & *Monteſin.* 1 *tom ibid. diſp.* 29. *q.* 4. §. 1. *num.* 78.

Quādo nō tollitur finis præcepti &c.

4 Secunda regula: Quando per contrariam operationē non tollitur finis præcepti, aut eius ſubſtantia, aut circunſtantia eſſentialis, ſeu ſubſtantialis licèt quis operetur contra verba præcepti, aut contra aliquā ſeu aliquas circunſtantias præcepto adiacentes, vel accidentales; non peccat mortaliter. Ratio eſt, quia obligatio legis ſumitur ex intentione legiſlatoris; non cenſetur autem legiſlator intendere ita præcisè obligare ad literam præcepti; ſi alio modo finis præcepti acquiri poſſit, vt omnes communiter affirmāt Doctores in Materia de Legibus.

5 Quod, & in lege diuina clarum eſt: Sic enim præceptū de dolore de peccatis, ſuppletur interdum per actum ſuperiorem amoris Dei ſuper omnia. Et præceptum de correctione fraterna ſufficienter impletur, ſi alijs modis ab ijs, qui in Euāgelio requiruntur, procuretur emendatio Fratris: nimirum, per ablationem occaſionis, per vinculum alicuius neceſſitatis, &c. abſquē amaritudine correptionis. Videatur Caiet. 2. 2. *q.* 33. *art.* 2. & in ſum. *tit. Correctio fraterna.* Et omnes communiter.

6 Eodem modo in Regulæ præceptis, vt v. g. præcipitur cap. 8. Prædicatoribus vt *nullus penitùs prædicet, niſi fuerit examinatus à Miniſtro Generali*, vbi S. Bonav. *Qui examinatione* (inquit) *non indigent, non ſunt ad Generalē Miniſtrum cauſa officij prædicationis mittendi.* Hæc S. & Hugo: *Alij* (ait) *qui examinari non egent, pro eo quòd in Theologiæ facultate, & prædicationis officio ſunt inſtructi, & alias idonei reputantur,* &c. Hæc Hugo. Hos non tenetur Miniſter Generalis ex vi Regulæ examinare, cū aliunde illi conſtet, abſque examine prædicare poſſe.

7 Dixi *Quando non tollitur finis præcepti, vel eius ſubſtantia*: Propter aliquos modos adiacentes præceptis, qui inter-

interdum ſine gravi detrimẽto præcepti, relinqui poſſunt abſque peccato. Vnde circunſtantiæ, ſeu modi adiacentes præcepto, *de non recipiendo pecuniam*, nõ obligant, ſi ſervetur præceptum quoad ſubſtantiam, vt dictum eſt ſupra ſect. 2. num. 1. 2. & 3. Similiter multi modi quoad paupertatem, vt docent Cord. vbi ſupra, & March. *hic, tex. 2. q. 1. pag. 552.* & omnes communiter.

CONTROV. XXIV.

De Obedientia ſubditorum, De recurſu ad Miniſtros pro Regulæ obſervantia. De Fratrum recurrentium receptione per Miniſtros. Et de ſtudio literarum, & Oratione.

SECTIO I.

In quibus teneantur Fratres Minores Superioribus obedire?

In dubijs tenetur ſubditus ſtare iudicio Prælati.

1 PRima cõcluſio: In omnibus dubijs tenetur ſubditus ſtare iudicio, & determinationi ſuorum Prælatorum, & eorum præceptis obedire; modò tale dubium proveniat à perplexitate materiæ; modò à ſimplicitate ipſius ſubditi. Hęc concluſio diffinita eſt. 23. *q.* 1. *cap. Quid culpatur, fine*, ibi: *Vir iuſtus ſi fortè etiam ſub Rege, & homine ſacrilego militet, rectè poteſt illo iubente bellare, ſi quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel vtrùm ſit certum non eſt, ita vt fortaſſè reum faciat Regem iniquitas imperãdi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſerviendi.* Hæc ibi. Præclarè S. Bernardinus (Pater meus) in ſua Epiſt. art. 9. ibi: *Septimo, quod in omnibus dubijs, quæ non poſſunt indubitanter declarari, ſubditi tenẽtur ſtare iudicio Prælatorum ſuorum, & obedire 23. q. 1. cap. Quid culpatur. Et præterea agentes contrarium, ſunt tranſgreſſores obedientiæ, & digne à ſuperioribus cenſura Eccleſiaſtica, aut alia decenti pœna caſtigentur.* Hæc S. Aſſentit B. Ioan. à Capiſtrano ibid. Hieron. Rod. *Reſolut.* 110. *num.* 32. Lorca 2. 2. *tom.* 2. *diſp.* 22. *de Legibus Prima Regula.* & omnes Regulæ Expoſitores. Videantur etiam Sanchez *in Opere morali tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 3. Fauſtus *in Theſaur. Religioſorum lib.* 6. *q.* 59. & alij quã plures apud ipſos. Iterum S. Bernardinus (Pater meus) *tom.* 3. *ſer. diſp. De Obedientia in ſolution.*

tion. ad 12. capit. 4. limit. 1. Vide ſupra Controv. 22. ſect. 3. num. 5.

In omnibus quæ Superiores legitimè præcipiunt tenētur ſubditi obedire.

2 Secunda concluſio: Tenentur Fratres Minores obedire in omnibus, quæ Superiores legitimè præcipiunt, ſiue præcipere poſſunt, & eo modo, quo præcipiunt. Hæc concluſio patet ex ſup. adictis, *Controv. 23. ſect. 4.* Ratio eſt, quia præcipere, & obedire, ſunt correlativa. In his ergo, vel in illis, quæ præcipere poſſunt, ſi actu præcipiant, ſubditus obedire tenetur. Obedientia igitur Fratrum Minorum duobus tantum clauditur terminis, nimirum, ſi contra animam, aut contra Regulam ſit, vt dixi ſupra *Controv. 23. Sect. 3.* ibi videatur.

Notent Prælati.

3 Cæterùm Superiores ſemper præ oculis habeant verba, quæ ipſos alloquens profert Seraphicus Pater N. S. Franciſcus Epiſt. 9. *In regimine veſtro* (inquit) *Fratres Miniſtri duo vos deprecor. Primum, quòd non ſitis perſonarum acceptatores. Secundùm, quòd non præcipiatis facilè per Sanctam Obedientiã, quia hoc eſt ſtatim gladium evaginare, quod non debet fieri niſi matura conſideratione, & magna occaſione. In mandatis moderati, in peccatores miſericordes, in condõnando faciles, in victu abſtinẽtes, in veſtitu pauperes, in verbis manſueti, Deo, & officijs veſtris fideles eſtote. Ex operibus verba, & præcepta eruite, ſi vultis quòd ſubditi ex verbis veſtris facienda depromant, & quòd ore præcipitis, illi opere compleant.* Hæc S. P. F. Vid. Vuaddingũ *tom. 1. Opuſc. Sanctiſſimi Patris circa principium.*

Advertant ſubditi.

4 Inferiores verò vnicum attendant, quod in hoc cap. 10. Regula dicit: *Fratres verò, qui ſunt ſubditi, recordentur, quòd propter Deum abnegaverunt proprias voluntates.* Hęc Regula. Iterũ Seraphicus Pater in ſerm. 5. de Obedientia vbi ſupra Cõtrov. 23. ſect. 4. num. 8. *Non deſideremus* (*Fratres*) *alijs præeſſe, ſed omnibus ſubeſſe creaturis propter verum amorem Creatoris. Qui ita fecerint, & perſeveraverint, requieſcet ſuper illos ſpiritus Dei, & in illis ſuam faciet manſionem, &c.*

5 Et infra: *Dixit Dominus in Evangelio* (Luc. 9.) *Qui voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam, quaſi dicat, ille animam ſuam perdendo ſalvat, qui illius à ſe abdicat dominium, & totum, quod eſt, Prælati ſubijcit imperio. Quidam ſunt ſubditi proprij ſenſus errore decepti, qui quodcumque Superioris præ-*

præceptum, quod indomitæ voluntati repugnat, ſtatim Regulæ, & animæ indicant eſſe contrarium, &c. Et infra: *Qui celeriter non obedit, nec Deū timet, nec homines reveretur, dummodo ſufficientem non habeat cauſam retardandi, &c.* Hæc Seraphicus Pater.

SECTIO II.

An Regulæ libertates, & diſpenſationes ſub præcepto imponi poſſint? Et an impoſita obligent Fratres Minores?

1 Prima concluſio: Aliquæ ſunt Regulæ Libertates, quæ ſubiacent imperio, & arbitrio Prælatorum: quæ in caſu, & ex cauſa, poſſunt prohiberi, & imperari: aliquæ autem ſunt, quæ non ſubſunt arbitrio, nec imperio Prælatorum; & hæ nec imperari poſſunt, nec prohiberi. Ita Cord. *hic, q. 2. pun. 6. circa fin.* Polit. *à num. 45. vſque ad 50.* Ximenez *num. 35.* Marchan. *tex. 2. tit. 5. q. 3. concl. 1.* & Sanctes Rom. *hic fol. mihi 373.* & omnes communiter.

Aliquæ ſunt libertates Regulæ, quæ in caſu poſſunt prohiberi.

2 Sed petes: quæ ſunt primi generis Libertates, quæ in caſu, & ex rationabili cauſa, poſſunt à Prælatis prohiberi, vel imperari. Et quæ ſecundi generis? Reſpondeo, quod primi generis ſunt quinque. Prima, *quòd Fratres repetiare poſsint veſtimenta ſua, cap. 2.* Secunda, *quòd poſsint de omnibus cibis, qui eis apponuntur manducare, cap. 3.* Tertia *ieiunium Epiphaniæ, cap. 3.* Quarta *quòd alijs temporibus non teneantur Fratres ieiunio corporali, cap. 3.* Quinta, *quòd Miniſtri, & Cuſtodes ſinguli ſi voluerint poſsint ſemel Fratres ſuos ad Capitulum convocare, cap. 8.* Ita Cordub. Polit. & Ximeń. Aliā addit March. ſcilicet, *quòd poſſint ſi voluerint, duas tunicas habere, cap. 2.* In his, & circa has, Prælatorum imperijs eſt ſtandum: ſi eas, vt faciamus imperent, ad faciendum: & ſi prohibeant omittere, ad omittendum. Ratio eſt, quia in prædictis omnibus certum eſt, poſſe interdum in diſcretionem cōtingere, quæ vel Religioni, vel particulari Fratri officeret, aut incongruentiam cauſaret, ratione cuius Prælatus non tantum poſſet, ſed etiam obligaretur libertatem tollere, in caſu, (vt dixi) & ex cauſa.

Et ſunt quinquè.

3 Secundi generis Libertates, quæ ſub arbitrium, ſeu imperium Superioris nō cadunt, ſunt tres, nimirū, prima, *quòd tempore manifeſtæ neceſsitatis non teneantur Fratres ieiunio corporali, cap. 3.* Secūda *quòd ſiquis non poſsit Regulā* ſpi-

Aliæ ſunt quas non poſſunt Prælati prohibere.

ſpiritualiter obſervare, ad ſuos Miniſtros poſſit recurrere, cap. 10. Tertia, *quòd qui voluerint divina inſpiratione ire inter Sarracenos, & alios Infideles (cap. 12.) petant inde licentiam, &c.* Hæ enim libertates, ita bonum Religionis, vel animæ ſubditi tangunt, vt ſine inordinatione, & detrimento tolli nō poſsint: & ſic conceduntur, quòd Prælatis videtur interdicta poteſtas, contra eas imperandi: quia ex illarum executione, nihil inordinatū naſci poteſt; & aliunde ab earum executione, magnum bonum pendet. Ita citati Auctores. Tamen S. Bernardinus (Pater meus) vbi ſupra in *ſolut. ad* 12. clarè affirmat, quòd hæc *Tertia libertas* cadit ſub arbitrium Superioris; ità vt illam præcipere in caſu, & ex cauſa, poſsit.

Libertates primi generis poſsūt imponi ſub præcepto, &c.

4 Secunda concluſio: Libertates Regulæ primi generis, poſſunt imponi ſub præcepto in caſu, & ex cauſa, & impoſitæ obligant. Ita omnes Expoſitores ſupra num. 1. citati, & S. Bernardin. (Pater meus) vbi ſupra in *ſolut. ad* 12. Hæc cōcluſio probatur ex dictis ſupra *num.* 2. Rurſus probatur, quia ſi in præcepta aliquā, ex debito Paſtoralis officij, cadit diſpenſatio, vt vidimus ſupra *Cōtrov.* 22. *ſect.* 5. multo magis diſpoſitio libertatis ex rationabili cauſa, pro quando, & quomodo, expediat talibus conceſsionibus vti, vel nō vti, regulariter pertinet ad Prælatos, etiā ex ipſa Regula; ſicut in alijs licitis non prohibitis, modificatio eorū pertinet ad Prælatos Religioſorū, & Laicorum reſpectivè. Nam eſus carnium conceſſus eſt generaliter Chriſtianis: tamē in caſu, & ex cauſa, poteſt aliquando prohiberi per Papam, vt in Quadrageſima.

5 Vnde Ven. Hugo, in *cap.* 3. *Reg. fin. Conceſsiones Regulæ* (ait) *& ſi Prælatus ſine iuſta cauſa nō debeat impedire; nos tamen eius mandatū, rationabiliter factū, conceſsionibus proprijs, religioſè præponimus, propter obedientiæ bonum, propter vniformitatē, & pacem: ijs enim conceſsio præiudicare nō debet, ſine quibus Religio non conſiſtit. Secundùm Apoſtolum* 1. *Corin.* 10. 22: *Non omnia, quæ licet expediunt.* Hæc Ven. Hugo.

Diſpenſationes præceptorum Regulæ poſsūt imponi ſub præcepto, &c.

6 Tertia concluſ. Diſpenſationes præceptorū Regulæ, & multo magis Cōſtitutionū in caſu particulari, & ex rationabili, & iuſta cauſa poſſunt imponi à Prelatis ſub præcepto: & impoſitæ obligant. Eſt communis ſententia. Ratio eſt, quia diſpenſatio eſt actus Paſtoralis, non tantum vtilis gregi, ſed etiam aliquando ne-

neceſſarius. Ergo ſaltem vbi neceſſarius iudicatur imponi poteſt ſub præcepto, & ſubditus tenetur obedire. Vide Gerſon. tract. de Perfect & moderamine Religionis, & ſupra *Controv.23.ſect.3.num.6. & 7.*

SECTIO III.

Quid ſit Obſervare Regulam ſpiritualiter? Quæ requirantur, vt ſubditi teneantur recurrere ad Miniſtros pro ſpirituali Regulæ obſeruantia? Et an maculentur ex abuſu Prælatorum?

1 Circa huius ſect. primã partem. Dico primò, quòd multipliciter ſtat Regulam poſſe ſpiritualiter obſervari, *vno modo, ſecundùm ſuum rigorem, ſiue puritatem ſuam, ſeu ſine occaſione ad malum, eam obſervare.* Ita Quatuor Magiſt. Hugo Expoſitio ſine titulo, & alij. Item *eam ſecundùm verum intellectum, quem Spiritus Sanctus de ea exprimit, & de eius perfectione: ſeu ſecundùm verum ſenſum literalem obſervare.* Ita Expoſitio Sanctorum Patrum. Item eam *in ijs præcipuè quæ ſpiritualia ſunt, vt eſt puritas conſcientiæ, tranquillitas cordis, & huiuſmodi obſervare.* Ita S. Bonavẽn. Item eam ſine *vlla diſpenſatione aliqualiter, etiam licitè, relaxante obſervare.* Ita Cord. hoc cap. *q.5.pun.1.*

Multipliciter ſtat poſſe Regulã ſpiritualiter obſervari.

2 Dico ſecundò, quòd etiam multipliciter ſtat, non poſſe Regulam ſpiritualiter obſervari, vel ſecundùm ſuum rigorem, vel ſuam puritatem, vel ſine occaſione proxima ad peccatum. Item non poſſe ſecundùm ſuam perfectionem, aut verum ſenſum literalem obſervari. Item non ſecundùm puritatem conſcientiæ, vel ſine diſpenſatione, quamvis licitè relaxativa obſervari.

Similiter nõ poſſe.

3 Dico tertiò, quòd in hoc paſſu Regulæ nomine Miniſtrorum, ad quos recurrẽdum eſt, veniunt intelligendi omnes Prȩlati Ordinis indifferenter, ad quos pertinet proportionabiliter ſuis ſubditis circa prædicta providere, quamvis præcipuè intelligantur Miniſtri Provinciales. Ita Seraphicus Doctor, Hugo, Piſa, Expoſitio Sanctorum Patrũ, Cord. *pun.2.* & omnes Expoſitores communiter. His notatis.

Nomine Miniſtrorũ hìc intelliguntur omnes Prælati.

4 Circa huius ſectionis ſecundam partem. Dico primò, quòd vbicumque Fratres cognoſcunt ſe impediri à debita, ſeu Religioſa Regulæ obſervantia, tenentur, vt Regulam perfectè, ac debitè ob-

Tres cõditiones vt Fratres obligẽtur recurrere ad Miniſtros.

ſer-

ſervent, ad ſuos Miniſtros recurrere. Notandum tamẽ eſt, quòd vt Fratres obligentur recurrere ad Miniſtros, tres ſimul requiruntur conditiones. Prima eſt, quòd in loco, vbi morantur Fratres, ſpiritualiter Regulam obſervare non poſsint, ita quòd ratione loci à debita Regulæ obſervantia impediantur, vtpotè, quia loco annexa eſt proprietas, &c. nam ſi aliunde proveniat tale impedimentum, nimirum, ratione perſonæ, aut Prælatorum malè gubernantium, &c. tunc ex vi Regulæ non tenẽtur recurrere, quanvis de iure divino, aut naturali teneãtur aliàs, ſibi debita remedia pro ſuæ animę ſalute procurare. Ita quatuor Mag. Hugo, Piſa, Mart. 5. in ſuis *Conſtitutionibus c.* 10. S. Bernardinus (Pater meus) in *Epiſt. art.* 4. Cor. Pol. & omnes cõmuniter.

Prima.

5 Hinc præclarè S. Bernardinus (Pater meus) vbi ſupra: *Quarto* (inquit) *quòd in locis ſi ſit magna ſuperfluitas, &c.* Et paucis interiectis: *Et excedentia ſuperfluitatis, & curioſitatis locorum, non eſt ſufficiens cauſa, propter quam Fratres debeant recedere à loco, niſi fuerit de illis aliquid, propter quæ non poteſt Regula ſpiritualiter obſervari, ſecundùm declarationem Martini* 5. *videlicet; quando loco eſt annexa proprietas, ſeu cura animarum baptizando, ſeu alia parrochialia faciendo: vel ſi moriantur Fratres in loco contra voluntatem Domini loci, vel quando propter penuriam rerum neceſſariarum, oportet facere congregationes, & quæſtus inhoneſtos contra puritatem Regulæ, & vſum generalem Ordinis, vel propter ſimilia. Quod ſit ſimile; cum ſit in detrimentũ, relinquitur iudicio Prælatorũ, Extra de Offic. dele.* cap. *de Cauſis. Vel propter inhoneſtã ſocietatẽ, ſeu importabilitatem Fratribus, præſertim infirmis, & rudib.* Hæc S.

6 Eſt tamen advertendum, quòd in illis verbis: *Vel propter ſimilia,* includuntur multi caſus, de quibus Prælati debẽt iudicare, vtpotè, ſi talis locus habet annuos redditus, vel formaliter, vel interpretative, aut proventus (de quibus ſupra *Controv.* 18.) ſeu aliquas poſſeſsiones annexas. Similiter ſi tali loco eſſet annexum periculum mortiferæ diſtractionis, ſeu negotiationis ad temporalia acquirenda, propter officiũ procurationis temporalium, alicui Fratri commiſſum, vel ſi de Statutis ad Regulæ debitam obſervantiã pertinentibus, quaſi nihil ſervatur, vel propter periculum lapſus carnis datum ab aliqua

Digitized by Google

fœmina, vel propter periculũ peſtiferæ ſocietatis Fratrũ aliquorũ, Regulæ obſervantiam impedientiũ, &c. Ita Serena Conſ. *lit. L.* ibi Vbertinus Expoſitio ſine tit. Hugo *hic*, Ioã. Pirrrin. *ſuper diſpenſatione Fratrũ Min. cõcl. 2. corol. 3.* Cord. vbi ſup. *Condit. 3.* Pol. *hic n. 85.* Murch. *tex. 3. q. 1.* & omnes communiter.

2. Conditio. 7 Secunda conditio, quòd *notabiliter* impediantur ab obligatoria, ſeu Religioſa obſervantia Regulæ; ita quòd ſine peccato, ſeu ſine propinquo periculo ad peccatũ, ibi Fratres eſſe nõ poſsint. At ſi non impediũtur *notabiliter*, ſed parùm, leviter; ita quòd Frater, ſi vult fortiter agere, & cautè ambulare, poteſt ſine peccato mortali ibi manere; nõ tenetur recurrere ex vi Regulæ ad Miniſtros. Ita Hugo: *Regulam* (inquit) *ſpiritualiter ſervare nõ poteſt, qui debitè, ac Religioſè non poteſt, &c.* Et mox: *Vbi ergo caſtitatẽ, charitatẽ, paupertatem, quietem mẽtis ad Deũ, vel alia quæ ſunt Regulæ, periclitari, ſeu impediri notabiliter, &c. contigerit, Fratres non ſolùm ad Provinciales, ſed ad ſuos quoslibet indiſtinctè Miniſtros, ſecundũ Regulam habent recurrere.* Hæc Hugo. Notentur illa verba: *Quæ ſunt Regulæ periclitari, ſeu impediri notabiliter contigerit.* Concordat Cord. *hic q. 5. pun. 4.* & omnes cõmuniter. Vide infra *num. 10.*

3. Conditio. 8 Tertia conditio requiſita eſt, vt huiuſmodi impedimẽtum, & impoſsibilitatem verè ſciant Fratres, & ſine tergiverſatione cognoſcant. Hinc dicit Regula: *Vbicũq; ſunt Fratres qui ſcirent, & cognoſcerent ſe non poſſe, &c.* Vbi ait S. Bon. *Scirent ſcilicet, per experientiam, & cognoſcerent ſcilicet, per rectũ iudiciũ.* Et Expoſitio SS. Patrũ, *ſcirent, & cognoſcerent, evidenter, non per phantaſticam imaginationem, quòd impediũtur, &c.* Et Expoſitio ſine tit. idest, *quando certitudinẽ, & notabilem, & valde rationabilẽ probabilitatem habent, quòd impediũtur à debita obſervantia Regulæ; tunc tenẽtur recurrere ad Miniſtros pro remedio.* Cõcordat Hugo, & omnes communiter.

Tria Corollaria. 9 Ex dictis tria colligũtur. Primò, quòd ſi non oriatur periculũ ex parte loci, vel perſonarum ſiue occaſionũ in loco exiſtentium, ſed tantum ex fragilitate, vel malitia Fratris, cum per ipſum ſtet quominus, vel occaſionem tollat, vel peccato reſiſtat, tunc non teneri ad miniſtros recurrere: nec Miniſtri tenentur illũ recurrẽtẽ recipere, vel loco mutare. ſed ſufficit, ꝙ ipſi imponãt, vt peccato reſiſtat, vel occaſio-

caſionē, quæ à ſe depēdet, tollat. Patet ex prima cōditione.

2. *Corollarium.* 10 Colligitur ſecundò, Fratrem non debere recurrere ob ſolam perfectionem ſupererogatoriam, quam ſibi alibi maiorem in alio Conventu vel loco proponeret. Sufficit enim, quód in loco, vbi eſt, ita Regulam Spiritualiter obſeruet, vt notabiliter, ideſt, mortaliter, illam non tranſgrediatur. Appoſitè Polit. *hic* num. 85. fol. mihi 770. *Vbi Notã* (ait) *quòd Frater notabiliter impediatur à debita, & religioſa Regulæ Obſervantia, adeo vt ſine peccato vel occaſione valde propinqua, ibi permanere non poſſit. Dixi, impediatur à debita Regulæ Obſervantia; nam ſi à prædicta debita Obſervantia minime impediretur &c. tametſi à puriori, & perfectiori Regulæ Obſervantia retrahatur; nō per hoc tenetur ex Regula ad Miniſtros recurrere; nam ſatis eſt quòd à debita Obſervantia non impediatur &c.* & mox. *& ideo dixi. nō ſimpliciter ſi impediatur: ſed ſi notabiliter impediatur à pura Regulæ Obſervantia, & ſic intelligit hunc Regulæ paſſū Hugo, & cōmuniter Expoſit. in hoc cap.* Hæc ille. Vide ſup. n. 7.

3. *Corollarium.* 11 Colligitur tertio, Miniſtrū nō teneri audire Fratres qui ex ſua imaginatione phantaſtica, vel ex ſua levitate, vel malitia fingūt ſibi occaſiones, vt excutiãt frequēter iugū obedientię, aut ſuę ſēſualitati locū opportuniorē nanciſcãtur. Patet ex tertia conditione.

12 Petes 1. An ſit neceſſarius recurſus ſimpliciter ad Miniſtrū Provincialē? Reſpōdeo quòd vbi per inferiores Cuſtodes, ſive Guardianos (qui etiã in Regula appellãtur Miniſtri, vt dixi ſupra not. 3.) mederi poteſt gravamini Fratris recurrētis, nō eſt neceſſe ad Miniſtrū recurrere. Ita expreſsè ven. Hug. *Poſsūt* (inquit) *Fratres ad Miniſtros Provinciales recurrere, quãdo aliter Inferiorū ſubſidiū Miniſtrorū nō poſſūt Regulã ſpiritualiter obſervare: ac ſuperfluè ad maiorem Prælatū reccurritur cum per minorem, indigenti æquè utiliter ſubvenitur.* Hæc ille. *Nō eſt neceſſarium recurrere ad Provincialē ſi Guardianus, &c.*

13 Petes 2. An debeat eſſe recurſus perſonalis? Reſpōdeo nō eſſe neceſſarium recurrere perſonaliter, ſi aliàs per nūtiū per literas ſufficiēter malo obviari poteſt. Ita S. Bonav. hic: *Recurrere* (inquit) *per ſe, vel per nūtiū, forma Statutorū Ordinis ſervata in eundo: quia iſtud debitū non eſt exēptū ab obediētia ſtatutorum.* Hæc S. Ex quo ſequitur, quòd & ſi Superiores nō poſſint tollere iſtã obligationē recurrendi in tali periculo; poſſunt tamen dare *Recurſus poteſt fieri per literas.*

 for-

formam, & modum recurſus, vt non indebitè fiat, vt bene advertit Marchant *vbi ſupra q. 3.* Quomodo Statuta, imò Trid. de nonnullis, providêt. Concilium ergo *c. 4. de Regula. Seſſ. 5. Ordinat vt ſine licentia in ſcriptis obtenta nō egrediantur Conventibus, etiā pratextu Superiores accedendi*: Vide Statuta Barchin. Segoviæ recognita, *cap. 5. de Modo exterius converſandi, §. de Diſcurſibus.*

Si impedimentum non eſt ratione loci non obligat Regula &c.

14 Dico ſecundò: Si Fratres impediantur à ſpirituali, & debita Regulæ obſervantia, non ratione loci, ſed aliunde, vt potè, ex debilitate corporali, vel Spirituali, (ita quòd egent remedio, aut diſpenſatione) ſeu aliunde quomodolibet impediantur, tenentur quidem recurrere pro diſpenſatione, aut remedio ſufficiente, non tamen ex vi Regulæ (ſed ratione alterius iuris, divini, aut naturalis.) Ita Cordub. *vbi ſupra pun. 3. §. Sed pro maiori.* & Polit. & alij: quicquid in contrarium dicant Angelus Verbo *Diſpenſatio §. 8.* & alij. Vide ſupra à num. 4. vſque ad 6.

15 Rurſus probatur, quia aliàs ſequeretur, quòd Frater qui ſine diſpenſatione, licitè equitare non poſſet, aut calciamenta portare &c. equitando, aut calciamenta portando, peccatum duplex committeret, vnum contra Regulæ præceptum, quod tranſgreditur, æquitando ſine licita diſpenſatione, aut calciamenta portando: alterum verò contra hoc obligatorium Regulæ de recurrendo ad Miniſtros pro diſpenſatione; non recurrendo, vt diſpenſetur. Quod non eſt admittendum vllo modo: cum ſit multiplicare peccata, & obligationes abſque rationabili cauſa: licèt verum ſit, quòd ille non providens ſibi de licita diſpenſatione, aut remedio, peccabit contra aliud ius divinum vel humanum. Ideo ſolùm dupliciter peccat Frater contra duplex præceptum, quando ratione loci impeditur à debita Regulæ obſervantia, & non recurrit ad Miniſtros, ratione cuius tranſgreditur Regulam. Primo non ſervando paupertatem, aut caſtitatem, &c. Secundo non recurrendo pro debito remedio.

16 Dico tertiò: Quòd Fratres impediti ratione loci à pura riguroſaq; Regulæ obſervātia ob aliquā licitam diſpenſationem, licèt ex vi huius præcepti non teneantur: poſſunt tamen ad Miniſtros recurrere: & Miniſtri tunc tenentur eis debitè, & ſufficienter de

reme-

remedio providere, vt ſcilicet Regulā purè, & perfectè obſervent.

17 Prima pars, nimirum, quòd in hoc caſu non teneantur ex vi Regulæ reccurrere, probatur: Quia ex quo licitè poſſunt vivere, & ſervare Regulam promiſſam abſque vllo peccato, vt ſupponitur, quanvis laxius vivendo, & diſpenſativè, non tenentur ad puriùs ſeu ſtrictiùs vivendum, ſeu perfectiùs. Neque enim de neceſſitate quis obligatur vivere quanto puriùs, ac perfectiùs poteſt, ſicut nec ad conſilia, vt omnes affirmant Doctores.

18 Secunda pars, nimirū, quòd poſſunt ad Miniſtros recurrere pro prædicta Regulæ Obſervantia, probatur: Quia licitum eſt cuicunque pro obſervantia Conſiliorum, & puritate maiori, reccurere ad Miniſtros. Ergo, & poteſt recurrere. Ita Expoſitio Sanctorū Patrum hoc, c. & Cord. *q.* 5. *pun.* 4. & alij.

Fratrib. recurrentibus pro puriori obſervantia tenentur Miniſtri &c.

19 Tertia pars, ſcilicèt, quòd Miniſtri teneantur ſic recurrētibus de remedio ſufficiēti providere. Patet ex pſa Regula in hoc c. 10. ibi: *Miniſtri verò benignè, & charitativè eos recipiant* (vide infra *ſect.* 4.) Item quia iure divino tenentur favere perfectioni Regulæ, & legis Chriſti: quia vt habetur 2. *Cor.* 10. & 13. *Nō eſt data poteſtas in deſtructionem, ſed in ædificationem.* Itē quia iure Eccleſiaſtico ad id tenentur quilibet Prælati reſpectu ſuorum Subditorum. Habetur *Extra, in cap. Licet de Regularibus.* Rurſus etiā peccant graviter Prælati impediētes recurſum ſubditorum ad illos pro puriori obſervantia Regulæ, vt habetur in dict. *capit. Licet de Regularibus.* Videatur Cord. *vbi ſup.* latè, & doctè.

20 Sed pro maiori declaratione eorum quæ diximus in *tertia conc.* Nota primo: quòd prædicta omnia intelliguntur & procedunt, quando manifeſtè, ſeu nimis probabiliter cōſtat quòd ratione loci *notabiliter* aliquis impeditur à pura Regulæ obſervantia, vt ſupra in prima cōcl. dictū eſt, applicādo illa ad pręsēs propoſitū.

21 Nota ſecundò, quod vivere ſecundùm declarationes Nicolai 3. & Clem. 5 & Ioan. 22. (& Martini 5. vt patet ſupra Controv. 15) Similiter ſecundum expoſitiones Doctorum approbatas cū prædictis Declarationibus concordantes; eſt vivere ſecundū præfatam Regulæ puritatem ſine vlla relaxatione; & eſt vivere ſecundū mentē S. P. N. Fr. vt latius dictū eſt *Cōtrov.* 3. *ſect.* 1 Vide Polit. *Pral.* 3. *n.* 7. *f.* 38.

22 Nota tertiò, quòd non obſtantibus ſupradictis in hac *tertia concluſione* ſi Prælatus poteſt diſpẽſare in aliquo pręcepto Regulæ, & præcipiat Subdito ex cauſa rationabili, vt portet vdones, ſeu etiam calciamenta, vt equitet, nõ ieiunet, non ita auſterè vivat, &c. quia videt, illum egere tali diſpenſatione, tenetur Subditus obedire, vt patet ex ſupradictis hac Controv. *ſect.* 2. *concl.* 3. Nec dictæ diſpenſationes ſunt annexæ loco, nec ratione loci proveniunt, de quibus in hac 3. *concl.* loquimur. Quod eſt advertendum, ne aliqua contradictio alicui in prędictis videatur.

Aſperitates quoad exteriores obſervantias non paſſim concedendæ.

23 Dico quartò: Quod *Aſperitates quoad exteriores Obſervantias Regulæ* (*vt puta nudis pedibus ambulare, vnum tantum habitum ſine alia tunica portare, veſtibus raſiſſimis indui, &c.*) *non paſſim Prælati petentibus Subditis concedere tenentur*. Hæc concluſio ad literam deſumpſi ex Politio Capuccino, *hic cap. num.* 92. *fol. mihi* 780. Quod etiam affirmat Sanctus Romanus (etiam Capucinus) *hic fol. mihi* 399. Addit verò Politius *dict. n.* 92. & *f.* 781. Hæc verba: *Potius enim* (inquit) *eſt, vt in obedientia humilitate, patientia plenoq; terrenorum animus contemptu, & propria voluntatis abdicatione, oratione, & animi puritate ſubditi exerceatur, quàm, vt in his exterioribus ſingulares videri velint, vt latè differit Gerſon in tract. de Tentationibus diaboli Alphab.* 70. Hęc Politius. Vide Cord. *q.* 5. *pũ.* 4. circa fin. §. *Quarto notãdũ.*

24. Præclarè ven. Hug. in hoc Regulæ paſſu: *Sunt etiam* (inquit) *qui & ſi corporaliter, non tamen ſpiritualiter ſervant* (Supple Regulam) *dum Spiritu erroris imbuti, ſtatum Ordinis, & quæ Spirituales alij Fratres agunt, omnia ſpernunt, omnia iudicant, nec ſe, nec eos ſecundum Regulam vivere arbitrantur.* Hæc Hug.

Subditi qui nullo modo ſũt cauſa trãſgreſſionũ non maculantur, &c.

25 Quoad tertiam ſectionis partem dico: Quòd ſubditi, qui nullo modo ſunt cauſa tranſgreſſionum Prælatorũ, & aliorum Fratrum, non maculantur ex illorum abuſibus: maculantur autem ſi ſunt aliquo modo cauſa; & hoc magis vel minus ſecundum quod magis, vel minus ſunt in cauſa. Ratio eſt quia vt dicit Apoſtolus Rom. 1. *Non ſolùm qui talia agunt, ſed qui conſentiunt facientibus; digni ſunt morte*, & ſecundum commune Axioma: *Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.*

26 Notandum verò, quòd Fratres poſſunt eſſe in cauſa talium

Fratres poſſunt eſſe in cauſa tranſgreſsionũ commiſsivè.

lium tranſgreſsionum duplici citer, vno modo *Commiſsivè*, alio modo *Omiſsivè*. *Commiſsivè*, quando ſcilicèt ipſi exteriùs opere, ſine licentia, vel cum licentia Prælatorum faciunt, & introducunt per ſe, vel per alios, tales abuſiones, modoſqué culpabiles vivendi contra Regulam, aut quia dant occaſionem, aut cogunt alios Fratres, ſeu etiam ſuos Prælatos talia facere, ne turbetur Conventus, aut ne ipſi murmurent, & inquietè vivant. Vtpotè, quando introducunt, vel procurant ſuperfluitates, & abundantiam rerum, volentes habere ſuum ordinarium victum, & veſtitum certum, abſque defectu: & ex hoc procedunt Prælati ad quæſtum rerum, vel pecuniarum contra Regulam, aut Declarationes. Tunc enim tales ſubditi ſunt dictarum tranſgreſsionũ cauſa; quando Prælati ſic minimè facerent niſi propter eos, vt ſcilicèt latiùs, & abundantiùs, quàm licet, illis provideat, ne murmurent in quocunque victus, & veſtitus defectu; & maximè ſi prompti ſunt, & parati, non ſequi Communitatem in Choro, Refectorio, &c. dicendo: *Non ingrediemur Chorũ; non faciemus rem Sacram*: (vel aliud officium ſuo ſtatui competens, vtpotè coquinam, hoſpitium, &c, ſi Laici fuerint) ſi nobis ad votum non provideatur, ita vt nullum defectum, aut penuriam patiamur.

27 Sic etiam quęlibet Meretrix eſſet ſancta, dummodo non ſentiret pœnam, aut laborem in acquirenda ſanctitate, & illi ad votum abſque penuria, & defectu, de victu, & veſtitu provideretur. Similiter, & quilibet peccator. Sunt hi, de quibus S. Bernardus dicit: *Fratres volunt eſſe pauperes ſine defectu, humiles ſine effectu, patientes ſine contumelijs.* Hæc ille apud Cord. vbi ſupra *q. 7.* non longè à principio.

28 Simile iudicium eſt de ijs omnibus, qui *exteriùs in opere, aut exemplo*, ſunt in cauſa ad alia quæcunque peccata contra vitam Regularem, ſeu ad infamiã Ordinis: vtpotè quæ committuntur in viſitationibus ſæcularium, & diſcurſibus perculoſis, & ſcandaloſis: in communibus receptionibus ineptorũ ad Ordinẽ, &c.

29 Similiter qui *verbo*, vtpotè præcipiendo, licentiando, ſuadendo, inducendo, defendendo, &c. ſeu obſervantiæ Regulę, aut ſtatutis ad Regulæ puram obſervantiam factis detrahendo, obviando, &c. iuxta Ly *Extra. de Homi. cap. Sicut, in §. Illi*, ibi: *Non caret ſcrupulo ſocietatis occul-*

culta, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Vide S. Bernardinũ (Patrem meum) *tom. 3. ſerm. de Taciturnitate boni, & mali, art. 1. cap. 2. circa finem.*

30 Similiter, qui *etiam ſolo corde conſentiunt* in talibus transgreſsionibus gaudendo, aut tolerando, quòd per alios fiant, aut recipiantur, dummodò ex illis, ipſis proveniat abũdantia, aut commodũ aliquod temporale, aut corporale. Huiuſmodi ergo Fratres propter conſenſum voluntatis etiã maculantur. Vide. 2. q. 1. *capit. Notum ſit in fine*, habetur, quòd *Facientem, & conſentientem par pœna conſtringit.* Ita S. Bernardinus (Pater meus) *tom. 1. ſerm. 34. c. vlt. circa principium.* Et ſunt ſimiles aliquib⁹ impoſtoribus, *qui* (vt cõmune fert proverbium) *volunt de medio ignis Caſtaneam muſionis manu extrahere.* Verè diſcipuli, & imitatores Regis Saulis, *qui 1. Reg. 18.* dicebat: *Nõ ſit manus mea ſuper David, ſed ſit ſuper eum manus Philiſtinorum.*

31 At ſi tales dolentes verè de huiuſmodi abuſionibus aliorum, gauderent ſolummodo de vtilitate, & fructu inde ſibi provenientibus, in animo omnino volentes potius carere talibus vtilitatibus, quàm eas habere cum peccatis, ſeu ex peccatis aliorum; ſi in ſuã eſſet poteſtate, vt talia non fierent: tunc non maculantur cum tali animo viventes, etiã participantes, aut recipientes vtilitatem ex aliorum abuſionibus, & peccatis provenientem: niſi aliàs in opere participent, aut verbo, vt dictum eſt. Ita Cord. *ſupra Regulam cap. 10. quaſt. 7. pun. 1.* Videatur.

32 Alio modo Omiſsivè quis poteſt eſſe in cauſa ſimilium transgreſsionum, nimirum, quando licitè, & debitè reſiſtere illis, & contradicere poteſt verbo, aut opere, & omittit contradicere, & reſiſtere ſine rationabili cauſa. Tales ſunt Prælati diſsimulãtes, etiam ſi non mandent, aut licentient. Similiter omnes alij, qui tempore viſitationis Prælatorum prædicta omittunt viſitare ex levi timore, & humana verecundia, præſertim ſi cognoſcant probabiliter, remedium talium abuſionum tunc ſperari, & commodè fieri poſſe. Similiter Prælati, & alij qui in Religione habentur Doctores, ſcientes, & potentes commodè docere veritatem, & arguere transgreſsiones ſecretè, aut publicè, vt oportet, & debito modo quando videtur probabiliter ſe poſſe ad extirpationem dictarum transgreſsionũ pro- *Alio modo omiſſivè.*

ficere: ſecus autem facientes, iam eorum omiſsio eſt cauſa talium abuſionum, vt docet Cord. vbi ſupra, §. *Alio modo, &c.* & eſt communis ſententia.

33 Supradictorum omniũ doctrina communiter à Sanctis Patribus noſtris tradita, & recepta eſt. Hinc S. Bonaven. *in Epiſt.* quam ad totius Ordinis Provinciales, & Cuſtodes miſit, dum eſſet Miniſter Generalis (& incipit: *Licèt in ſufficientiam*) multis numeratis abuſionibus, ait: *Licèt autem plurimi reperiantur, qui non ſunt culpabiles in aliquo prædictorum: tamen omnes involvit hac maledictio, niſi à non facientibus, ijs qui faciunt reſiſtatur.* Hæc ibi. Expreſsè Hugo ſuper Reg. 2. 4. & 9. *cap.* Et breviter (ſed præclarè) omnia ſupradicta complectitur S. Bernardinus (Pater meus) in Epiſtola Declaratoria, *art.* 4. ibi: *Quartò* (inquit) *quòd in locis ſi ſit magna ſuperfluitas, vel curioſitas ex eis non vitiantur Fratres, niſi ſolùm introducentes, vel cõſentientes, ſi vel ad eorum officium pertinet, & poſſunt, vel quicunque alij ſi commodè poſſunt, legitimè non reſiſtentes: & non alij, qui dictis rebus vtuntur ob aliquam neceſsitatem, vel ſcandali evitationem.* Hæc ibi. Notentur omnes particulæ. Vide Cordub. *vbi ſupra*, §. *Prædicta omnia.*

34 Cæterùm vt ait Doctor Innominatus *in quodam tract. de Paupertate* (quem citat Cord. vbi ſupra.) *In his, & alijs huiuſmodi abuſionibus, debet etiam attendi affectus vtentium, an ſcilicet eis talia diſpliceant, aut vehementer placeant.* Item proportio vtentium ad huiuſmodi exteriores exceſſus, & è converſo, tam quoad enormitatem, quàm quoad perſonarum multitudinem, vel paucitatem. Quædam enim ſunt homini difficilia ad vitandum ratione imperfectionis mentalis, aut fragilitatis corporalis, vel ratione conſuetudinis generalis, & antiquæ, aut ratione communis in experientiæ, quæ in alio tempore propter contrarias circunſtantias eſſent facilia. Quędam etiam ſunt enormia illi, qui eſt perfectiſsimus, aut perfectiſsimis aſſotiatus, quæ imperfecto, aut in medio peccatorum converſanti non ſunt ſic enormia. Similiter quædam reſpectu multorum ſunt neceſſaria, quæ reſpectu paucorũ eſſent ſuperflua. Vnde aliquis vſus dives quoad paucos, eſt ſæpè parcus, & pauper, ſeu moderatus multitudini. Itẽ vſus aliquibus perſonis dives-

In abuſionibus circunſtãtiæ attendendæ.

dives, eſt pauper alijs alterius cõditionis, vt de ſe patet. Item eſt attendenda circunſtantia exempli, ſeu ſcandali, vt ex his & alijs circunſtantijs conſideretur gravitas, vel levitas peccati in communibus relaxationibus aliorum.

Multo magis maculantur Prælati, cõmunib. tranſgreſſionibus, &c.

35 Ad hæc eſt advertendum primò: quòd multò magis maculantur Prælati communibus tranſgreſsionibus Fratrum, cum quibus vivunt, ſi ſunt aliquo modo cauſa illarũ commiſsivè, vel omiſsivè (vide S. Bernardinũ (Patrẽ meũ) *tom.3. ſerm. de Taciturnitate boni, & mali art.1. cap.2.*) Ratio eſt, quia ratione Officij Prælationis tenentur ſpecialiter præ alijs pugnare pro veritate vitæ, & doctrinæ: & defendere Regulam, & ius divinũ à tranſgreſsione propter honorem Dei. Tum etiam quia ſunt Paſtores, & tenentur paſcere Gregem: alioquin tranſgreſsio ovis, illis imputabitur, etiam ſi omiſsivè ſint cauſa damni ſpiritualis. Et quãvis aliquando Prælati poſſint licitè, & debeant permittere, & diſsimulare aliqua mala minora in ſubditis, nõ prohibendo, aut corrigendo, vllo modo ex cauſa rationabili, nimirum, propter cavendũ malum ipſorum, ſeu aliorũ probabiliter imminẽs, ex tali correctione infructuoſa, ſeu prohibitione, ſi fieri attẽtaretur: (vt clarè habetur in *Materia de Correctione Fraterna*) tamen nullomodo poteſt Prælatus dare licentiã (ſaltem directè) ad prædictas, ſeu alias quaſcumq; abuſiones, ſeu peccata quæcunque: quia ſic coóperaretur aliorum peccatis, & cum ijſdem macularetur. Ita Cord. *vbi ſupra pun.2.* Ortiz *Concluſ.6.* & omnes communiter.

Vbi vivitur in cõtinua Regulæ trãſgreſſione, peccãt acceptantes Prælationes niſi, &c.

36 Advertendum ſecundò: quòd vbi iam vivitur alicùbi communiter deformatè in continua Regulæ tranſgreſſione mortali, tunc acceptantes ſibi Prælationes, etiam per obedientiam iniunctas, peccãt mortaliter, & peccatis ſubditorum involvuntur, ſi non intendunt verè, & efficaciter illos reformare, & ita ſe habere, quòd nullomodo ſint in cauſa, ſeu participent in tranſgreſsionibus cõmunibus aliorum. Ratio eſt, quia quilibet tenetur vitare officiũ, vel ſtatum vbi communiter peccatur mortaliter: aliàs ſemper peccant, & acceptãdo, & permanẽdo in officio: ſuntque in ſtatu dãnationis, niſi videãt probabiliter, ſe poſſe efficaciter rumpere iniquitates, & reformare relaxationes. Ideo Eccl.7. dicitur: *Noli fieri iudex niſi virtute valeas irrumpere iniquitates.* Ita Cord. vbi ſupra.

Pe-

Petrus, Navarr. in margine, Ortiz *concluſ*. 7. & omnes cõmuniter.

Qui dubitat Regulariter vivere tenetur acceptare Prælaturam, &c.

37. Petes: Siquis putat probabiliter, vel ſaltem dubitat ſe poſſe regulariter vivere, tunc tenebitur acceptare Prælationem ſibi impoſitam? Reſpondeo, quòd in hoc caſu tenetur deponere conſcientiam oppoſitam, ſeu dubium quod habet, & ſtare iudicio Prælatorum, & obedire, & velle efficaciter, ſeu intendere vivere reformatè, & facere, vt Regula abſque peccato mortali à ſubditis obſervetur. At ſi valde probabiliter cognoſcit, quòd vel ex ſua infirmitate animi, vel ex repugnantia cõmuniter deformatè viventiũ, non poteſt vivere niſi deformatè cum ſubditis: tunc non tenetur obedire; ſed potius è converſo tenetur non obedire: dummodo cauſam ſuæ reſiſtentiæ, ſeu impoſsibilitatis, aut prædictæ probabilitatis ſuo exponat Superiori. Ita Cord. vbi ſupra.

38. Petes ſecundò: Si Superior iudicat, cauſam non eſſe legitimam ad reſiſtendum, vel ad non obediendum in dicto caſu? Reſpondeo, quòd tunc tenetur acceptare officiũ Prælationis, per obedientiam iniunctum, & habere animum, & intentionem efficacem regulariter vivendi, vt dictum eſt. Secus faciendo pecat contra obedientiam Prælati Superioris. Neque iam eſt perplexus ſimpliciter, & debitè, ſed indebitè, & culpa ſua: quia ſcilicet non vult humiliter obedire cum debita diſpoſitione acceptando Prælaturam vt tenetur. Ita Cord. *vbi ſupra*, & omnes cõmuniter. Ratio eſt, quia in dubijs ſemper iudicio Prælatorum ſtandum eſt, vt iam dixi ſupra *ſect*. 1. *concl*. 1. ex D. Bernardino Patrè meo. Videatur Sylu. *tit. Electio* 1. *quæſt*. 18. & 19.

SECTIO IV.

Qualiter Miniſtri debeant recipere Fratres ad ſe recurrentes pro Regulæ obſervantia?

Tres conditiones requiſitæ in Miniſtris, &c.

1. RESpondeo, quòd tres conditiones requirit Seraphicus P. N. Franciſcus in Miniſtro recipiente Fratres recurrentes pro ſpirituali Regulæ obſervantia, ſcilicet, vt *Benignè, charitativè, & cum familiaritate eos recipiãt* (ita textus Regulæ) *vt dicere poſſint eis, & facere ſicut Domini ſervis ſuis*. Hæc Regula. Quæ explicans S. Bonaventura ait: *Miniſtri charitativè in corde, & benignè in vultu, & ſermone eos recipiant, & tantam familiaritatē habeant circa*

ca eos: hoc eſt, tam familiares ſe ipſos exhibeant, vt dicere poſsint eis Fratres ad eos recurrentes, & facere ſicut Domini ſervis ſuis. In hoc verbo Miniſtri informantur ad humilitatem, vt ſe quaſi ſervos imaginentur Fratrum aliorum. Et omnia verba imperium reſonantia ſileant, & facta dominatũ prætendentia penitus deſerant, exemplo illius, qui dixit Luc. 22. Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor ſicut miniſtrator. Hæc S.

2 Et Vener. Hugo: *Sanè* (inquit) *Pater ſpiritualis recurrentes ad ſe filios maximè deſolatos familiariter debet in omni charitate ſuſcipere: vt ſuas ei neceſsitates oſtendere, ſuaſquè fiducialiter conſcientias audeant aperire. Prælati clementia, ſubditum non mediocriter refovet, fugat duritia. Mira certè fiducia eſt charitatis, qua Prælato dicere ſubditus poteſt, & facere, ſicut Dominus ſervo ſuo. Nũ ita debet eſſe, quod Miniſtri ſint ſervi omnium Fratrum, &c.* Hæc Hugo.

Tenẽtur Prælati benignè recipere ſubditos, &c.

3 Petes primò: An Miniſtri ex vi Regulæ teneantur ſubditos ad ſe recurrentes pro ſpirituali Regulæ obſervantia benignè, & familiariter recipere? Reſpondeo, teneri, eſtque illis obligatoriũ ad hunc ſenſum, quod ſcilicet ſufficiẽter ſubditis de remedio prædicto provideant, & in tantum teneantur *eos benignè, & charitativè ſuſcipere*, quantum eſt neceſſarium ad hoc, quòd non retrahantur ſubditi propter auſteritatem, faſtum, ſeu duritiam Superiorum, à prædicto recurſu. Si enim Prælati, nec *charitativè*, nec *benignè ſuſcipiunt*, Fratres recurrẽtes pro Regulæ obſervantia; ita quòd puſillo animo facti non audent coram eis apparere pro remedio; tunc peccant Superiores contra Regulam, & ius divinum.

Secus faciẽtes peccant contra Regulam.

4 Peccant contra Regulã: nam ſi ſubditi ex hoc Regulæ præcepto tenentur ad ſuos Miniſtros recurrere, vt dictum eſt, ergo ex conſequenti, virtute eiuſdem præcepti tenentur ipſi Prælati eis de remedio ſufficienter providere. Alioquin præceptum ſubditis impoſitum de recurſu ad Prælatos pro obſervantia Regulæ, inutile, & nugatorium eſſet, ſi non intenderet obligare ipſos Superiores eo modo quo ſubſequeretur debitus effectus. Ita Cord. *q. 5. pun. 3. circa med. §. Secunda pars.* Expoſitio Sanctorum Patrũ, & Navarr. in margine Cordubæ.

Et cõtra ius divinum.

5 Peccant inſuper contra ius divinum, quia ex officio Præ-

Prælationis tenentur providere neceſsitatibus ſpiritualibus ſuorum ſubditorũ, & habere curam obſervantiæ iuris divini, & Regulæ, vt ſupra Sectione. 3. num. 16. & 19. dictum eſt.

6 Attendant tamen minùs prudentes Fratres, huiuſmodi charitatem, benignitatem, & familiaritatem imponi Miniſtris, quando Fratres ad eos recurrunt pro ſuæ Regulæ ſpirituali obſervantia, non verò pro relaxationibus, licentijs non neceſſarijs, ſeu voluntarijs, & humanis conſolationibus, &c.

Prelati debēt eſſe Miniſtri & ſervi.

7 Petes ſecundò: Quid prętendant iſta verba, nimirum, *vt dicere poſsint eis, & facere ſicut Domini ſervis ſuis?* Reſpondeo, cum Seraphico Doctore: *In hoc verbo* (inquit) *Miniſtri informantur ad humilitatem, vt ſe quaſi ſervos imaginentur Fratrum aliorum eſſe, &c.* Et infra: *Nam ita debet eſſe, quòd Miniſtri ſint ſervi omnium Fratrum. Servi quidem in ijs præcipuè quæ ad ſalutem pertinent animarũ. Luc. 22. Ego in medio veſtrum ſum tanquam qui miniſtrat.* Hæc S. Bonav.

8 Et S. Bernardinus (Pater meus) *tom. 3. Diſp. de Obedientia in ſolut. ad 12. cap. 4. Vt videlicet* (ait) *ſicut ſervi Dominis, ſic Miniſtri ſubditis, in quibus iuſtè poſſunt, obediant. Huius obedientiæ Chriſtus Dominus, & Magiſter formã dedit, &c.* Hæc S. Vide ſupra Controv. 21. ſect. 1. num. 9. & 10.

9 Ex dictis planè colligitur, in ſupra dictis verbis, ſcilicet, *vt dicere poſsint eis, &c.* ſignificari quandam ſubiectionem, qua Superior debet portare onera, tædia, & infirmitates ſubditorum. Verè enim ſervus eſt qui tenetur in vigilijs, & laboribus alienam ſalutem procurare. Verè etiam vt Domino, ei ſervit; cui ſalutis remedia ad ſolam petitionem cum magna ſervitute, incommodis (ſi opus eſt) & proprijs anguſtijs (non autem ſolatijs, aut commoditatibus) procurare diligenter (non oſcitanter) debet.

10 Advertendum tamen valde eſt, his verbis magis ſignificari laborem, & onera Superiorũ in rebus ſalutis, quàm eorum puſillanimitatem; aut vilem abiectionẽ. Vnde S. Bonaven. *Non eſt autem* (inquit) *intelligendum verbum, quòd ſubditis detur occaſio ſuperbiendi præ nimia humilitate Miniſtrorum. Ne ſicut dicit D. Gregorius: Dum nimis ſervatur humilitas, regendi frangatur authoritas. Vnde qui dixit: Qui maior eſt veſtrum, &c. non dixit: Qui minor eſt, fiat*

Prelatus ſit humilis nõ puſill anim°

ſiat ſicut maior. Et mox: *Servi quidem in ijs præcipuè, quæ ad ſalutem pertinent animarum*. Hæc S.

11 Et Ven. Hugo: *Ipſi verò* (inquit) *Prælati Ordinis, qui Miniſtri, & Servi dicuntur, non minus reverentia digni ſunt putandi. Conſtat eos tamen animarum curam, Prælationiſque nomen, non quidem ex Ordinis humilitate, ſed rem ex officij neceſſitate habere: qui dum benè præſunt, duplici honore, ſcilicet, reverentiæ, & obſequij, eò amplius digni ſunt, quò ea ſibi ipſi exhiberi non exigunt. Quos qui ſpernit, Deum vtique (cuius ſunt Vicarij) ſpernit, &c. Si humiliatur Prælatus, non debet intumeſcere ſubditus. Magna perverſitas, ſi minor ex maiorum humilitate ſuperbiens, factuſq; irreverens inſoleſcat: quod vilium perſonarum eſſe ſolet, &c.* Hæc Hugo.

Si humiliatur Prælatus non debet intumeſcere ſubditus.

SECTIO V.

An liceat Fratribus Minoribus ex intentione Regulæ literarum ſtudio ſe dare? Et Quomodo? & An eis præcipiatur Oratio mentalis?

1 RAtio dubitãdi quoad primam partem ſumitur ex Regula hoc cap. vbi ſic legitur: *Et nõ curent neſcientes literas, literas diſcere, ſed attẽdãt quòd ſuper omnia deſiderare debent habere ſpiritũ Domini, & Sanctam eius operationem, orare ſemper ad Deum puro corde, &c.* Hæc Regula. Hinc aliqui voluerũt affirmare Fratribus Minoribus indiſtinctè, ex intentione Regulæ, & Sanctiſsimi Inſtitutoris, non licere incumbere ſtudio literarum. Sed contraria ſententia eſt omninò tenenda, quam docent omnes Sancti Patres, & Doctores Ordinis. Pro qua ſit.

2 Prima concluſio: Nullum eſt præceptum formale, aut æquipollens in Regula, quod prohibeat Fratribus Minoribus ſtudium literarum. Patet, quia hoc ipſum, quod in textu ponitur, nec præceptoriè, nec ſub verbis æquipollẽtibus ponitur, nec à Clemen. 5. inter æquipollentia enumeratur, ſed tantum eſt monitio. Ita S. Bonav. Hugo, & omnes communiter.

Nullibi prohibetur Minoribus in Regula, ſtudium.

3 Secunda concluſio: Illa monitio ſtudium literarum diſſuadens iuxta veriorem, & communem Sanctorum Patrum expoſitionem ſolùm tangit Laicos Fratres. Vnde S. Bonavẽt. *Curioſitatem* (inquit) *Laicorum cohibet dicens: Et non curent neſcientes literas, literas diſcere.*

Monitio diſſuadẽs ſtudium, vel ſolùm tãgit Laicos.

In

In quo verbo curioſitatem cohibet, nõ tamen inhibet, quin ipſi teneantur literas diſcere, ſi fuerit eis imperatum. Hæc Sanctus, & in *Epiſtola ad Mag. Innominatum art.* (*vel* §.) *5. de Magiſtris, & ſtudio*: *Cum Regula* (inquit) *dicat*: *Non curent neſcientes literas, &c. Dico ego, quòd Regula non vetat ſtudium literarum, ſed illiteratis, & Laicis. Vult enim iuxta Apoſtol. 1. Corin. 7. quòd vnuſquiſque in ea vocatione, qua vocatus eſt, permaneat, vt ad Clericatum de Laicatu nullus aſcendat, nec vult, quòd Clerici Laici fiant ſtudium recuſando, &c.* Hæc S. Bonaven. Concordant expreſsè Hugo *in cap. 10. Regulæ.* Piſan. Expoſitio Sanctorum Patrum. Expoſitio ſine titulo. Seren. Conſcien. Cord. *cap.* 10. Polit. & omnes communiter. Notandum tamen, quòd Laicis iure Eccleſiaſtico eſt prohibitum incumbere ſtudio literarum. Videatur Cord. *hic quæſt.* 8. *pun.* 1. *non longè à principio.*

Vel inordinatum ſtudij modum damnat.

4 Tertia concluſio: Prout monitio illa omnes tangit (vt aliqui Expoſitores volunt) non tam ſtudium ipſum, quàm inordinatum ſtudij modum damnat; quo quidam pompoſas Cathedras magis ambiunt, quàm doctrinam, quiq; potius ſcire appetunt, vt ſciantur, & cognoſcantur, quàm vt facto doctrina prodant.

5 Hinc S. Bonaventura in Epiſt. cit. ad Mag. innominatum: *Condemno* (aït) *igitur tecum in Magiſterio pompam, ſed commendo officium, damno Fratrem Minorem pomposum, & dico eum Magiſterio penitus indignum, ſed commẽdo ſtudioſum, &c.* Hæc Sanct.

6 Et Hugo hic in ly *Super omnia deſiderare debent habere ſpiritum Domini, &c. Magis neceſſarijs* (inquit) *magis eſt inſiſtendum. Mores ſcientiæ præponuntur. Nulla potior quàm practica virtutum ſcientia. Sic meritò ſuper omnia deſideratur ſpiritus Domini, & operatio eius ſancta. Non tamen reprehenditur ſtudium, niſi propter hoc à neceſſarijs declinet vita ſtudentium. Imò devotè ſtudentes Sacræ promovent literæ ad virtutẽ.* Hęc Hugo.

7 Pulchrè author libri cõtemptus mundi (quiſquis ille ſit) lib. 1. c. 3. *Non eſt culpãda ſciẽtia* (inquit) *quæ bona eſt in ſe cõſiderata, & à Deo ordinata, ſed præferẽda eſt ſemper bona conſcientia, & virtuoſa vita. Quia verò plures magis ſtudẽt ſcire, q̃ ãbenè viuere, ideò ſæpè errant, & penè nullũ, vel modicũ fructũ ferunt. O ſi tantã*

adhi-

adhiberent diligentiam ad extirpanda vitia, & virtutes inſerendas, ſicuti ad movẽdas quæſtiones, non fierent tanta mala, & ſcandala in populo, nec tanta diſſolutio in Cœnobijs. Certè adveniente die iudicij non quæretur à nobis quid legimus, ſed quid fecimus; nec quàm benè diximus, ſed quàm Religioſè viximus, &c. Hæc, & alia ille vide.

8 Quarta concluſio: Licitum, Sanctum, & meritorium eſt Fratribus Minoribus Clericis incumbere ſtudio literarum ex vi Regulæ. Hanc concluſionem probat S. Bonaven. *q. 3. ſupra Reg.* ibi: *Cum prædicationis officium* (inquit) *ex Regulari profeſſione, O: dini annexum ſit, &c. Neceſſe eſt nobis Sacra Scripturæ habere ſtudium, & Magiſtros. Hæc enim ſcientia non ſolùm vtilis eſt ad aliorum eruditionem, ſed etiam ad propriam inſtructionem, vt ſervus Dei, ſciat ſe ipſum bene regere, virtutes à vitijs diſcernere, & notitiam Dei, & futurorum præmiorum clariùs intelligere, & in omnibus cautiùs, & fructuoſiùs converſari. Nam & Apoſtolus hortatur Timotheum 1. Epiſtola, cap. 4. ad lectionis ſtudium. Et Sãctorum nobis diligentia in Sanctarum ruminatione Scripturarũ frequenter commendatur. Veritas enim fidei, & vita ſanctitas non aliũde quàm ex Scripturarum fonte hauritur, ſine quibus impoſſibile eſt quemquam ſalvari, &c.* Et infra: *Vnde Hieronimus: Sancta ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt.* Hæc S. Vide ſupra num. 6.

Licitum, & ſanctũ eſt ex vi Regulæ ſtudere, &c.

9 Et Mart. 5 in ſuis Conſtitutionibus, cap. 10. ait: *Scientia eſt donum Dei, armatura Ordinis, lumen veritatis, & lux in tenebris ambulantium.* Hæc Mart. 5. Videatur Iulius 2. *in ſuis Conſtitut. cap.* 10.

10 Secundò probatur ex Sanctiſsimo P. N. Franciſco in ſuis Opuſculis tom. 3. Collat. 12. ibi: *In adiutorium Clericorum miſsi ſumus* (inquit) *Fratres chariſsimi ad animarum ſalutem, vt quod in illis invenitur minus, ſuppleatur à nobis.* Et mox: *Scitote Fratres, quòd Deo eſt gratiſsimũ animarum lucrum, &c.* Hæc Seraphicus Pater. *Quod ſit prædicando, & confeſsiones audiendo*, ſecundùm D. Bonavẽturam, *q. 3. ſupra Regul. & Epiſt. ad Mag. Innom. art. 5.* Quod etiam clarè, ex capit. 9. Regulæ comprobatur.

11 Vnde Nicolaus 3. cap. *Exijt*, art. 2. ait: *Ex Prædicationis onere Fratribus* (in cap. 9. Regulæ) *impoſito: Conſtans eſt, quòd hæc ſupponunt ſcientiam, ſcientia requirit ſtudium, &c.* Vide S. Bonav. vbi

Digitized by Google

vbi ſupra q. 3. Ergo ſi ex mente Sanctiſsimi P. N. & ex Regula convenit ſtudere, licitum eſt, & ſanctum.

S. P. N. Fran. voluit vt ſui Filij ſtuderent debitè, &c.

12 Quinta concluſio: Sanctus P. N. Franciſcus non modò ſimpliciter diſſuaſit ſtudiũ literarum ſuis Filijs; ſed potius voluit, quòd ſtuderent; (debitè tamen, & religiosè,) ita, *quòd non relinquerent Spiritus devotionem* &c. Probatur primo ex S. Bonav. Epiſtola ad Mag. Innom. ibi: *Non vult* (ideſt Sanctiſsimus Pater) *quòd Clerici fiant Laici ſtudium recuſando. Alioquin ipſe tranſgreſſor fuiſſet, qui cũ paucas literas ſciret, poſtmodum in literis profecit in Ordine, non ſolum orando, ſed etiam legendo. Vnde vt ſcias quantum ſibi placuerit ſtudiũ Sacræ Scripturæ audivi Ego à Fratre qui vidit, quòd cum novum Teſtamentum veniſſet ad manus ſuas, & plures Fratres non poſſent ſimul habere, dividebat per folia, & ſingulis communicabat, vt omnes ſtuderent, nec vnus alterum impediret,* &c. Hæc S. Quę ſunt valde notanda. Concordat Hugo expreſsè *cap.* 10. in Ly, *& non curent,* &c.

Ita debẽt Fratres ſtudere vt orẽt, &c.

13 Quoad ſecundam huius Sectionis partem, nimirum quomodo Fratres Minores, ſtudio literarum debeant ex intentione Regulæ, & Sanctiſſimi Inſtitutoris ſe dare, dico primò, quod ita debent ſtudio incumbere, & laborare, *vt excluſo ocio* (*animæ inimico,* vt in *cap.* 5. *Regulæ* expreſsè habetur) *Sanctæ orationis, & devotionis ſpiritum non extinguant,* &c.

14 *Vnde* (inquit) *Hugo nullus vel ſtudio, vel alicuius exercitio, ſic ſe dare debet, vt tamen Horis competentibus orationi non inſtet. Quidam quaſi ſui obliti vix orationi mentali ſe applicant, vix cõſcientiæ propriæ domum intrant: Pſalmos tamen aliquos vel orationes, oretenus recitantes, id, fruſtra ſufficere ſibi putant,* &c. Hæc Hugo. Concordat expreſſe Autor Conform. apud Serena Conſc. *q.* 69. *fine,* & omnes cõmuniter.

15 Hanc concluſionem expreſsè diffinit SS. P. N. Fr. pluribus in locis, qui paſsim occurrunt in Authore Cõform. & in S. Bonav. Sed pulchrè ſuam, & noſtræ Regulæ intentionem exprimit *Epiſt.* 3. ad B. Antonium de Padua (quã invenies in Opuſculis S. P. tom. 1. non lõgè à Principio) & eſt tenoris ſequentis: *Chariſſimo meo Fr. Antonio Fr. Franciſcus in Chriſto ſalutẽ. Placet mihi quòd Sãctæ Theologiæ* (*vel Sacræ Scripturæ*) *literas Fratribus interpreteris ita tamen vt neque in te, neq;*

Videatur etiam capit. 42.

20 Sed veniamus iam ad maximos Sacræ Theologiæ Scholaſticæ Doctores. Et primus ſit Doctor verè Angelicus S. Thom. de quo S. Antoninus 3. p. Hiſtoria. tit. 23. cap. 7. §. 6. hæc ſcribit: *Fuit autem* (inquit) *ſupra modum devotus in oratione, &c.* Et infra: *Erat etiam nocturno tẽpore, humanæ deputato quieti, poſt brevem ſomnum in oratione proſtratus, vt in orando mereretur addiſcere, quæ oportuiſſet ſcribere, vel dictare, &c.* Et paucis interpoſitis: *Quoties autem ſtudere, legere, ſcribere, vel dictare voluit, prius ad orationis ſecretum accedens, perfuſus orabat lachrymis, petens ſibi revelari divinitus, quod quæreret, & habere in promptu quod dictaret. Quum autem ſibi aliquod dubium occurriſſet, ad orationem accedenti inde ſurgens, inveniebat apertum, quod prius fuerat occultum, &c. Nam vt ſocio ſuo ſecretè revelavit, ſcientiam ſuam nõ tam humano naturali ingenio, & ſtudio, quã orationis virtute impetravit, &c.* Hæc S. Antoninus. Item Eccleſia in officio Romano eiuſdem S. Doctoris *in 2. lectione 2. Noctur. &c. Nunquam* (inquit) *ſe lectioni, aut ſcriptioni dedit, niſi poſt orationẽ.* Hæc ibi.

Et S. Th.

20 Secundus ſit Doctor Seraphicus S. Bonav. de quo idẽ S. Antoninus vbiſupra tit. 24. c. 8. in principio ita ſcribit: *S. Bonaventura, ſicut in luminibus ſcientiarũ, & maximè in Scripturis ſanctis, videbatur mira capacitate proficere, ita & in devotionis gratia, continuum ſumebat incrementum: ſiquidẽ omnem veritatẽ, quã percipiebat intellectu, ad formam orationis, & laudationis divinæ reducens, continuo ruminabat affectu, &c.* Hæc S. Antoninus. Et Sixtus 4. in Bull. Canonizationis eiuſdem Seraphici Doctoris nõ longè à principio: *Religionẽ* (inquit) *B. Franciſci ingreſſus, tãtùm ſedula lectione, & aſsidua oratione profecit, vt cum ſapiente meritò dicere poſſet* (Sap. 7.) *Optavi, & datus eſt mihi ſenſus. Illuminatus enim ab eo, qui illuminat omnem ſenſum, qui lux, via, veritas eſt, & vita; paucorum annorum ſpatio, incredibilem eſt ſcientiam conſecutus, &c.* Hæc Pontifex.

Et S. Bonav.

21 Tertius ſit Doctor ſubtilis Ioannes Duns Scotus, de quo Illuſtriſsimus, ac Reverẽdiſsimus P. Hugo Cavellus Archiepiſcopus Armachanus, & Hyberniæ Primas, in vita eiuſdẽ Doctoris ſubtilis, c. 3. §. *Quoad orationẽ*, ita ſcribit: *Quoad orationẽ, & contẽplationem*

Et Scotus.

tionem in eo verificatum eſt illud Eccl. 35 Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, &c. Et mox: *Per diem integrum, & aliquando amplius (vt ſcribunt S. Bernardinus Senenſis, Gōzaga 1. p. fol. 86. Rodulphus, aliȳque multi) immobilis ſedebat feriatis ſenſibus, mente, alta contēplatione in divina myſteria, abſorpta, tranſvolabat irruentia vndique phantaſmata, corporearū ſimilitudinum, mentis puritate ſenſuum functiones non requirente, &c.* Et mox: *Eiuſque converſatio in cælis erat (ad Philip. 3.) in his exceſſibus* (nota) *plus ſcientia, & ſapientia infuſa accepit, quàm labore tam brevis ætatis acquiſivit, &c.* Hæc ille: Obijt enim ſubtilis Doctor ætatis ſuæ anno 34.

Item R. P. Ioan. ab Incarnatione ſacræ Theologię Lector emeritus in vita Doctoris ſubtilis: *Fuit* (inquit) *veritatis perquirenda ſtudioſiſſimus, invenienda amiciſſimus, moribus præcipuus, ſanctitate vita conſpicuus, Paupertatis Euangelica zelator, & Obſervator, ac denique converſationis exercitio elevatiſſimus. Nunquam ad ſtudium niſi pravia oratione acceſſit, &c.* Hęc & alia ille. Videatur etiam in Annotationibus ad vitam Doctoris Subtilis *Annotatione 2.*

Videatur etiam R. P. Fr. Matthæus à Soſa ſacræ Theologiæ etiam Lector emeritus, & Provinciæ S. Iacobi Miniſter, in vita eiuſdē Scoti, ſuis libris ſententiarum præfixa.

22 Dico ſecundò: Multum iuvat ad illuſtrandum intellectum, vt ſcientiæ acquirantur, frequens, & devota aſsiſtentia ad ſanctiſsimum Miſſæ ſacrificium. Hoc documentum accipiant ſtudētes, à Seraphic. D. S. Bonaven. De quo Author Firmamentorum trium Ordinum 4. p. tract. de Studijs, & ſtudentium inſtructorijs, fol. mihi 103. col. 2. ita ſcribit: *Nam aliquando ſuis familiaribus dixit: quòd plus profecerat in frequenti, & devota auditione Miſſarū, quoad veram intellectus illuſtrationē, quàm in quocunque ſtudio literarum. Ex quibus* (addit idem Auctor) *colligere debent noſtri ſtudētes iuvenes, & alij, qualiter, & quomodo debent ſtudere, & quàm frequenter, & devotè Miſſas audire, & orare, ne per eos ſtudia, vt prius relaxentur, & pereant, ſed fructum copioſiſſimum afferant.* Hæc ille. *Auditio Miſſarū iuvat plus quam ſtudiū, &c.*

23 Dico tertiò: Non parū valet ad ſcientiam acquirendā cōſcientiæ puritas, ſilentij obſervantia Eccleſiæ frequentatio, honeſtas, & modeſtia ſenſuum, cellæ amor, & recluſio. *Itē puritas conſcientia.*

Quem

Quem modū idoneum acquirendi ſcientiam, legant ſtudētes in Opuſculo 68. Sancti Thomæ, cuius titulus eſt, *Epiſtola exhortatoria ad quendam*, in qua proponit idoneum modum ſalubriter acquirendi ſcientiam, ſive humanam, ſive divinam, in quo inter alia ſic ſcribit Angelicus Doctor: *Quia quæſiſti à me, in Chriſto mi chariſsime Ioannes, qualiter te ſtudere oporteat, in theſauro ſcientiæ acquirendo*. Et mox: *Hæc eſt monitio mea, & inſtructio tua: Tardiloquum te eſſe iubeo, & tarde ad locutorium aſcendentem: conſcientiæ puritatem amplectere, orationi vacare non deſinas, cellam frequenter diligas, &c.* & infra: *Hæc ſi ſectatus fueris, ad id attingere poteris, quòd affectas*. Hæc Sanctus Thomas, & alia ibi.

24 Similia habet Seraphicus Doctor *tom. 7. ſuorum operum* (vel ſecundo Opuſculor.) in fine Opuſculi, cuius titulus eſt, *Regula Noviciorum*, informans, & alloquens Iuvenem quendam ſtudentem Pariſijs ei ſatis familiarem. Idem docet Sanctus Bernardinus (Pater meus) *tomo 4. ſermon. inter extraordinarios ſer. 2. cuius* titulus eſt. *De ſcientiarum ſtudijs* ſuper illa verba Pſalmi 118. *Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me, &c.* Hinc Conſtitutiones noſtræ Generales (Salmantic. capit. 5. Et Valliſolet. anno 1565.) Barchin. Segoviæ recogn. anno 1621. capit. 4. §. *de Studio* num. 4. *Exhortamur verò* (inquiunt) *omnes noſtræ Religionis Prælatos, vt hi, qui ad ſtudia literarum aſſumendi ſunt, ſint inprimis devoti, & moribus conſpicui, ingenio pollentes, &c.* Hæc ibi.

25 Quoad tertiam huius Sectionis partem, nimirum: An oratio mentalis præcipiatur Fratribus Minoribus in Regula? Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quia huius capit. verba, ſcilicet: *Et attendant quòd ſuper omnia deſiderare debent habere Spiritum Domini &c. & orare ſemper ad Deum puro corde*: Hæc, inquam, verba monitionem continent, non præceptum, vt omnes Regulæ Expoſitores affirmant. *Oratio mentalis non præcipitur in Regula.*

26 Nihilominus tamen dico: Ex vi Regulæ, & ex mente Sanctiſsimi Patris Noſtri Franciſci tanquam maximi momenti conſilio, Frater Minor debet orationi mentali ſe dare. Patet ex verbis huius *cap. 10. ſupra num. 1.* relatis, & ex cap. 5. vbi ita Seraphicus *Eſt tamē maximi momenti conſilium in Regula, &c.*

Pater ſuadet rationem laboris fidelis, & devoti Fratribus *vt Sancta orationis, & devotionis ſpiritum non extinguāt cui debent cætera temporalia deſervire.* Hæc ibi. Ex quibus clariſsimè infertur, Orationem hanc mentalem eſſe ita propriam Fratri Minori, vt illam primò intendere debeat ex vi Regulæ, & iuxta mentem Beatiſsimi Patris, qui vtique ante omnia eam ponit, & ei cætera temporalia deſervire debere, ſtuduit.

27 Hinc idem Seraphicus Pater (vt refert S. Bonaventura in Legenda capit. 10. in principio) *Orationis gratiam viro Religioſo deſiderandam ſuper omnia firmiter aſſerebat, nullumquè credens ſine ipſa in Dei proſperari ſervitio: modis quibus poterat Fratres ſuos ad eius ſtudium excitabat*, &c. Hæc S. Bonaventura.

28 Quapropter omnia Ordinis Generalia Statuta ſummo ſtudio conſulunt, vt Orationi mentali Fratres vacent. Et primò Statuta Generalia Iulij 2. anno. 1508. *capite 3. Particula 3. Monemus quoque Fratres omnes, vt poſt Officium, vel congruis horis in Sancta, & privatæ orationis, & contemplationis ſtudio ſe exercere frequentius conentur, & ad id ſpecialiter à Prælatis inducantur, ſaltem horis debitis &c. ſcilicèt, poſt Completorium, & Matutinum in Choro, & interdum etiam poſt Miſſam, vel alijs horis, & locis congruis iuxta monitionem Regulæ noſtræ cap. 10. dicentis: Super omnia ſtudeant habere ſpiritum Domini, & ſanctam eius operationem, id eſt, operum eius, ac vitæ, & paſsionis ipſius recordationem, ſiue meditationem, & imitationem: Orare ſemper ad Deum puro corde. Nam hæc potiſsimè requirit Religionis perfectio, ad quam pro poſſe tendere, & operam dare tenentur omnes Religioſi, & maximè Minores, qui ad iſta ſpecialiter ſunt vocati, &c.* Et poſt. *In hoc ſanctæ Orationis exercitio, maximè Religioſus quiſquè, & Religionis noſtræ obſervantia augeri, & ſtare habet, ſecundùm ſententiam B. Franciſci: eo quòd (quod abſit) ablato, ſeu neglecto citius ruere. Quapropter cum etiam non debeat reputari vera reformatio, vel obſervantia ibi eſſe, vel durare poſſe, vbi de tali orationis, & meditationis iugi exercitio, aut mentis recollectione, parum, vel nihil curatvr; quod etiam de quocunque Fratre, tali ſpiritu devotionis carente, & non curante: dicendum cenſemus, &c.*

29. Si

29 Similia docent, & monent omnia alia Gen. Statuta, Barchin. antiqua cap. 2. Baſilien. ann. 1454. Salmant. an. 1553. cap. 3. Rom. ann. 1587. Tolet. ann. 1583. & Barchin. Segoviæ recognita, an. 1621. cap. 2. tit. *de Oratione mentali*, num. 1. ibi: *Monemus quoque Fratres omnes, vt cõgruis horis ſanctæ devotionis, & mentalis orationis ſtudio ſe exercere conentur: advertentes nihil magis neceſſarium eſſe pro conſervanda noſtra Religione, quàm iuge ſanctæ orationis exercitium, quo deficiente, omnia corruant, neceſſe eſt.* Hæc ibi: Notentur, præſertim vltima verba: *Quo deficiente, &c.*

30 *Huic etiam exercitio ſanctæ orationis* (addunt Statuta Iulij 2. vbi ſupra) *& devotionis, in Regula non immeritò poſtponitur omne laboris exterioris, ac etiam cuiuſcunque ſtudij literarum, & Prædicationis exercitium, ex charitatis, vel obedientiæ pura præcepto* (notentur verba) *præcipue non aſſumptum: cum talia omnia ſine tali ipſius devotionis ſpiritu, ſapore, & guſtu interiori, quibus vera fovetur charitas, parùm, vel nihil ſibi, vel alijs prodeſſe, ſed aliquando multum obeſſe poſsint, vt etiam rei experientia apertiùs docet in multis.* Hæc ibi. Et quidem (vt optime etiam notat Marchan. in hoc cap. 10. fin. *ab eo tempore quo ſtudium orationis ſe remiſit, Religio diſperijt, & continuo velut fluxu dilapſa eſt.*

CAPVT XI.

Textus: *Præcipio firmiter Fratribus vniuerſis, ne habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia Mulierum. Et ne ingrediantur Monaſteria Monacharum, &c. Nec fiant Compatres virorum, vel mulierum. Ne inter Fratres, vel de Fratribus ſcandalum oriatur.*

CONTROV. XXV. ET VLTIMA.

De Suſpectis conſortijs. De Ingreſſu Monaſteriorũ Monialium, ex cap. Regulæ 11. Et de miſſione Fratrum ad Infideles: Ordiniſque vno Cardinali Protectore, ex cap. 12.

SECTIO I.

Quid Fratribus Minoribus prohibeatur nomine ſuſpecti conſortij, aut conſilij?

1 PRo huius præcepti pleniori intelligentia ſcire oportet, quid ſit Scandalum actiuum; quidvè paſsiuum. Ad quod dico cum Alenſi, *p. 2. q. 189. Memb. 6 in principio, & §. 4. circa fin.* S. Thom. *2. 2. quæſt. 43. art. 1. ad 4. & art. 4. & 7.* S. Bonauentura, *in Centiloquio ſect. 3. 1. & habetur tom. 6. ſuorum operum (vel tom. 1. Opuſculorum)* S. Bernardino (Patre meo) *tom. 3. ſermonũ, in principio ſerm. 3. de Inſpirationum diſcret. Feria 3. poſt Pentecoſten art. 3. cap. 1.* Sanchez *tom. 1. operis moralis cap. 6. num. 1.* Lorca *2. 2. q. 43. in ſumma quæſt. num. 3 & 4. diſp. 56. ſect. 3.* Filliucio *qq. moral. tom. 2. tract. 28. in 4. præcep. Decalogi cap. 10. q. 6. concluſ. 2. num. 220.* Hurtado de Mendoza *in 2. 2. tom. 2. diſp. 173. ſect. 2. per totam*, & alijs. Dico, inquam, quòd ſcandalum eſt duplex, vnum actiuum, aliud paſsiuum. Actiuum *eſt verbum, aut factum, quo aliquis eſt alijs occaſio ruinæ.* Paſsiuum *eſt ipſa proximi ruina* *Sandalũ duplex, Actiuum & Paſsiuum.*

accep-

accepta ex huiuſmodi dictis, aut factis.

2 Rurſus activum eſt duplex, per ſe, & per accidens. Per ſe cótingit dupliciter (inquit Lorca vbi ſupra *num.* 3.) Primò, quando expreſſa intentione expetitur peccatum alterius. Secundò, quando licèt non adſit expreſſa intentio, opus ipſum, vel verbum tale eſt, vt natura ſua; aut ex circunſtantijs, ſufficiat inducere alium ad peccandum. Per accidens verò cum nec intentio operantis, nec intentio operis, eò tendit, vt alter ruat, ſed ex prava diſpoſitione peccantis oritur, vt inde ſumat occaſionem vbi nó erat. Quod verbo tenùs ſcandalum eſt. Ita ille. Et Hurtado §. 7. vbi ſupra.

Rurſus activũ duplex, per ſe, & per accidens.

3 Prætereà paſsivum ſcandalum eſt duplex, vnum puſillorum, ſeu infirmorum, & eſt quod ex ignorantia, vel infirmitate oritur potius, quàm ex natura facti; quia eis aliquid apparet malum, aut habere ſpeciem mali: quod tamen eſt bonum, & tale appareret, niſi ignorantia, vel infirmitas eorũ, qui ſcandalizantur, impediret. Aliud Phariſęorũ, & eſt quod oritur ex pura malitia; aut ex ignorantia affectata, & craſſa (quæ in hoc malitiæ æquiparantur) nam ſcandalum puſillorum ex ignorantia inculpabili procedit. Ita Lorca *num.*

Paſsivũ etiam duplex.

4. Primum ſcandalum paſsivũ eſt, & vocatur datum. Secundum verò acceptum tantum, & minimè datum.

4 His ſuppoſitis ſit prima concluſio: Ex vi Regulæ in hoc 11. capite nomine *ſuſpecti conſilij, vel conſortij*, ſpecialiter prohibentur ſuſpecta cóſortia, vel colloquia mulierum, ex quibus alij extra, vel intra Ordinem poſſunt ſcandalizari, aut probabiliter ſuſpicari, Fratres ſanctam maculare caſtitatem, etſi illa mala non ſint, & ſint impudicitiæ aliena; & Fratres ſint omninò liberi ab omni immunditia carnali corde, ore, & opere; & etiam ſi nulla macula, aut impudicitia contra Sanctam Caſtitatem ſit illis, ex talibus cóſortijs, aut colloquijs, oriunda: ſi tamen (vt dictum eſt) alij intra, vel extra Ordinem probabiliter contra Fratrum caſtitatem poſſunt ſuſpicari, aut ſcandali occaſionem inde arripere. Ita Doctor Seraphicus in *hoc Regulæ paſſu*, Cord. *q.* 1. *pun.* 1. Ortiz *concluſ.* 1. Polit. *num.* 24. Mirand. in *prima edit. cap.* 107. *circa finem.* & in *ſecunda cap.* 76. Ximenez *hic, num.* 3. March. *tex.* 1. *tit.* 1. *q.* 1. *concluſ.* 2. & eſt cómunis ſententia. Ratio eſt clara, quia Seraphicus P. N. Franciſcus principaliter in hoc p.

Prohibentur ſuſpecta mulierũ conſortia ex vi Regulæ.

vult providere de ſcandalo, quod contra nos, ex noſtris familiaritatibus, vel colloquijs poteſt generari, vt patet ex fine Capituli: *Ne inter Fratres, vel de Fratribus ſcandalum oriatur.*

5 Cùm itaque aliqua poſſint eſſe colloquia, conſortiavè, quæ in ſe non officiant caſtitati, nec immunditiæ incentivum præveant; impudicitiæ tamen, aut immunditiæ ſuſpitionem in aliquo, vel aliquibus generare nata ſint; vitare huiuſmodi colloquia Fratres ex vi huius cap. 11. tenentur. Vnde S. Bonaventura in Pharetra *lib. 3. capit. 39. tom. 6.* (*aliàs tom. 1. Opuſculorum.*) Citans S. Ioan. Chriſoſt. *Omnia*, inquit, *agamus, ne ſcandalizetur proximus: vita etenim, etſi valde recta fuerit, ſcandalũ alijs præbens, omne perdit.* Hæc ex Chriſoſtomo, S. Bon. Et D. Bernardus (relatus etiam à D. Bonav. Opuſculo *de Puritate conſcientia cap. 14. fine vbi ſupra.*) *Quotidie converſari vis cum muliere, & cõtinens putari? Eſto quòd ſis, maculam tamen ſuſpitionis portas: ſcandalum mihi es, tolle materiam, & cauſam ſcandali; quia væ homini illi, per quem ſcandalum venit.* Hæc Sanct. Videatur Vener. Alex. Alenſis. 2. *par. quæſt.* 189. *Membr.* 6. §. (vel quæſtione) 4. *circa finem.*

6 Petes: An ex vi Regulæ non ſolùm prohibeantur ſuſpecta mulierũ cõſortia, verum etiam quarumcunque perſonarum? Affirmativè reſpondent Expoſitio SS. Patrũ, *hìc.* Cor dub. *q. 1. pun. 1. circa med.* & alij. Quòd iudico probabile: etſi, probabilius oppoſitũ exiſtimem.

7 Secunda concluſio: Etiã ex vi Regulæ in hoc capitulo prohibetur, quicquid eſſe poteſt probabilis occaſio, vel incentivum cuiuſvis immunditiæ, aut impudicitiæ in aliquo Fratre: ſecluſo etiã quòd ſuſpitionem contra S. caſtitatem actu non generet. Ita expreſsé S. Bonaventura hìc: *Illam* (inquit) *ſuſpitionem exiſtimo hìc prohiberi, quæ Fratri excitat enormis tentationis ſtimulum, vel quæ crimini præſtat fomentum, vel quæ poteſt apud alios, vel alium ſcandalum generare: & hìc exiſtimo, omnem ſuſpectum prohiberi colloquium, quod ordinatur ad carnis immunditiam quancunque: vel quod poteſt huius rei ſcandalum, vel ſuſpitionem probabiliter excitare, &c.* Hæc Seraphicus Doctor. Cuius, notentur verba cum diſtinctione prolata, & patebit intentum. *Etiã quicquid eſſe poteſt probabilis occaſio immũditiæ.*

7 Sententiam ſui SS. Magiſtri

Digitized by Google

giſtri amplectitur eius moribus, & doctrina diſcipulus Vener. Ioan. Pechan Cātuarienſ. Archiepiſcopus, etiam in hoc Regulę paſſu. Subſcribunt Seren. Conſ. *in qq. Alphab. lit. O. & lit. X.* ibi Petrus Ioann. Cord. *hic, q. 1. pun. 1.* Manipulus *p. 2. c. 26. n. 1. 2. & 6.* Navarr. in marg. Cord. vbi ſupra. March. *n.* 4. relatus *concl.* 1. Ortiz *hic concl.* 1. & alij.

Ex vi Regulæ Minores debent vitare ſcandalum paſſivum datum.

8 Tertia concluſio: Ex vi huius cap. 11. tenemur nos Fratres Minores vitare omne ſcādalum paſſivū datum (de quo dixi ſup. *num.* 3.) cōtra ſanctā caſtitatem, ideſt, ſcandalū paſſivum puſillorū, & infirmorū. Ratio eſt, quia iam Fratres dāt aliquam (vel aliquas) cauſam eius malitiæ ad ſuſpicandum. De quib⁹ infra *ſect.* 2. Si tamē malitia eſſet totalis cauſa ſuſpitionis, nec ſupponatur, Fratrē malitię obiectum dediſſe: tunc non peccat Frater Minor, quia ſuſpitioni cauſam, vel ſcandalo non dedit; eſtque prædictū ſcandalum merè acceptū, ſcandalumque Phariſæorum. Ita tenent Expoſitio ſine tit. *hic,* Cord. *vbi ſupra pun.* 2. *circa fin.* Mirand. Polit. Ortiz, Ximenez, March. ſupra *num.* 4. relati, & alij.

9 Ideoque ſi Fratres à prædicto ſcandalo paſſivo puſillorum, & infirmorū non cavēnt, fient iuris divini pariter, & Regulæ tranſgreſſores. Nec in hoc eos excuſat culpabilis, ſeu notabilis ſua ipſorū Fratrum inadvertentia, ignorantia, incuria, ſeu negligentia: & multò minus pertinax ſcandali aliorum, quorundam contemptus, vt rectè Cord. Mirand. Polit. Ortiz locis citatis. Appoſitè D. Hieronimus (relatus à S. Bonav. lib. 4. Pharetrę, c. 47.) *Fuge* (inquit) *perſonas, in quibus poteſt malæ converſationis eſſe ſuſpitio: nec paratum habeas illud de Trivio: Sufficit mihi conſcientia mea, non curo, quid de me loquantur homines: & certè Apoſtolus providebat bona, non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus, ne per illum nomen Dei blaſphemaretur in Gentibus.* Hæc S. Et D. Bernard. (relatus etiam à S. Bonaventura, lib. 3. Pharetræ cap. 39. fine) ſerm. 1. in converſione S. Pauli circa medi. *Is qui exēplo ſuo* (inquit) *ad remiſſius agēdū cæteros provocat, & c. aut quocunque modo contriſtat ſpiritum Dei, qui in eis eſt, ſcandalizans vnum de minimis iſtis credētibus in eum, nonnè, & hic manifeſtè perſequitur Chriſtū?* Hæc ille, & S. Bon.

(†)

SECTIO II.

In quo deprehendantur, aut quomodo cognoſcentur, quæ ſint ſuſpecta conſortia, vel conſilia perſonarum: alios ad ſcandalũ inducentia?

1 RESpondeo, (ſecundùm S. Bonaventur. quatuor Mag. Hugonem, Piſam hìc, S. Bernardinum (Patrem meum) *tom. 3. ſerm. in ſerm. 3. Feria 3. poſt Pentec. de Inſpirationum diſcret. art. 3. cap. 3. & Reg. 3. ad finem*, Auctorem Manualis *cap. 26.* Seren. Conſcien. *in qq. Alphab. lit. O.* Cord. *hìc, q. 1. pun. 2.* & omnes Expoſitores:) quod illud debet cõſiderari ex pluribus, nimirũ, ex genere ipſius actus, & ex circunſtantijs, Loci, Tẽporis, Perſonæ, Frequentiæ, & aliarum huiuſmodi circunſtantiarum contingentium: probabilem circa hoc ſuſpicionem apud alios generantium.

Suſpectũ conſortiũ reddunt novem.

2 Suſpectum itaque conſortium reddunt novem. Primũ, *Locus*, vtpotè ſi quæratur ad colloquendum ſolitarius, & ſequeſtratus, vel obſcurus. Secundũ, *Tempus*, vtpotè, ſi quæratur nocturnum, vel aliàs importunum, vt quando Communitas eſt in Choro, vel in Refectorio, vel eſt tempus ſilentij. Tertiũ, *Modus*, vtpotè, ſi quis verſetur ſolus cum ſola, excluſo aliorum auditu, licèt non viſu: ſi fiant, ex intentione ſine cauſa pia apparente, maximè, ſi ſint ſolitariè, huiuſmodi colloquia prolongata. Quartũ, *Geſtus*, vt ſi, ſit diſſolutus, ex nimia propinquitate ad fœminas, vel faciei ad eas converſione, aut ſi, ſint aſpectus fixi, & parùm honeſti. Quintũ, *Actus*, nempè tactus manuum cum manibus, vel pedum cum pedibus, ioci nimis familiares, riſus effuſi, & immodeſti. Sextũ, *Verba*, vt ſi, ſint diſſoluta, & ſcurrilia, aut immunditiam ſapientia, etiam ſi æquivoca. Septimũ, *Ætas, & conditio*, tã mulieris, quàm loquentis Fratris, vtpotè ſi iuvenes, vel communiter immodeſti ambo, vel alter illorum, &c. Octavũ. *Frequentia converſationis*, & colloquiorum ſine manifeſta cauſa, aut ratione. Nonũ (addunt Hugo, Piſa, & Cord.) *Cõtinuatio* (ſcilicet) *alicuius familiaritatis*, poſt Prælati admonitionem, etiam ſi nulla macula contra ſanctam caſtitatẽ, ex tali familiaritate proveniat. His itaque concurrentibus, vel in toto, vel in parte, faciunt prædicta Conſortia, Conſilia, ſeu Colloquia Mulierum ſuſpecta: & quilibet Frater iuxta rationem ſuſpi-

Digitized by Google

ſuſpitionis, maioris, vel minoris, quæ ex ſimilibus naſci poteſt peccatum mortale, vel veniale incurrit.

3 Advertendū tamen primò, (vt rectè Cord. *pun.* 2. *vbi ſupra*) quòd dicta ſigna ſuſpicionis facta vno tempore, ſeu coram aliquibus, ſunt verè ſuſpecta probabiliter, quæ alio tempore, & coram alijs facta, ſuſpecta nō erunt. Quod rationabiliter diſcretorum, ſapientiumque iudicio, relinquitur iudicandum.

Nota.

4 Secundò, eſt maximè advertendum, etiam cum Cord. quantum ſæpeſæpius à multis in hoc, vel peccatur, vel poteſt peccari mortaliter, vel venialiter, in familiaritatibus continuis, & viſitationibus mulierum frequentibus, etiam ſi nō animo malo, aut impudico fiant, propter ſcandalum, aut ſuſpicionem ſiniſtram, quam alij, & maximè ſæculares, concipiunt contra ipſos Fratres. Quiquidem ſæculares omnes huiuſmodi familiaritates, aut viſitationes fieri intentione impudica; ex ſuo depravato animo, ſemper, aut plerunquè metiuntur.

Adverte, quòd ſæpe ſæpius à multis in hoc peccatur, &c.

5 Tertiò eſt advertendū, prædicta ſuſpecta conſortia, aut colloquia non ſolùm talia cenſeri quando mulier eſt ſuſpecta, vel obſcuræ famæ, verùm etiam quando cum omni muliere habentur, vbi locus, tempus, geſtus, & alia ſupradicta in toto, vel in parte inveniuntur, ſi alia laudabilia iudicia, virtus, ætas, vel conditio perſonæ ſuſpicionem laudabiliter nō excludant, vt expreſsè affirmat *hic* Doctor Seraphicus: cui ſubſcribunt Expoſitio ſine tit. *hic* Seren. Conſcien. *lit.* O. Cord. dicto *pun.* 2. Mirand. *vbi ſupra*, & omnes Expoſitores. Quod eſt valde notandum.

Suſpecta ſunt conſortia, etiã ſi mulier nō ſit ſuſpecta, &c.

6 Petes: An ſolùm ſuſpectum conſortium, aut conſiliū præſumatur inter præſentes? Reſpondeo cum expoſitione ſine tit. Piſan. Cord. *hic*, Seren. Conſcien. *q. Alphab. lit.* O. & lit. X. March. (relato ſupra *Sect.* 1. *num.* 4.) *q.* 2. quòd etiam inter abſentes multipliciter etiam poteſt præſumi & contrahi, vtpotè per Epiſtolas, per dona, per nuncios, & id genus alia. Hinc eſt illud celebre documētum D. Hier. *Epiſt. ad Nepotianum: Caueto* (inquit) *omnes ſuſpitiones, & quicquid probabiliter fingi poteſt, ne fingatur, ante debita. Crebra enim munuſcula, & ſudariola, &c. blandaſq; ac dulces literas, atque munuſcula Sanctus amor non habet.* Hæc Sanctus.

Suſpectũ conſortiũ etiã inter abſentes.

(. †.)

SE-

SECTIO III.

An Fratribus Minoribus licitum ſit in aliquibus caſibus, ingredi Monaſteria Monialiū, & qualiter?

Quid nomine ingreſſus, &c.

1 PRo exactiori explicatione ſcire oportet, quid nomine *Ingreſſus*, quid nomine *Monaſterij*, & quid nomine *Monachaℏ* in Regula contineatur. Primò nomine *Ingreſſus* ſolùm introgreſſus intra Monaſterium intelligitur, nō verò acceſſus ad ianuā, cratem, & alia loca exteriora, vbi communiter ſæculares accedunt (quicquid in contrarium dicat doctiſsimus Cord. *hic, q.* 3. *pun.* 4.) & ita affirmant Ven. Gilbertus Nicolai, *Tract. Decem Plagarū, Plaga* 8. & 9. Speculum Fratrum Minorum, *fol.* 11. Author Manualis, *c.* 27. *pun.* 6. *fin.* Rod. *tom.* 1. *qq. Reg. q.* 45. *art.* 4. *in principio.* Mirand. *in* 1. *impr. Regula cap.* 108. §. *Digolo* 3. & *cap.* 109. *diffic.* 1. §. *Deſtas dos opiniones*, & in *ſecunda*, *c.* 77. *diffic.* 3. & 6. & in Manuale Prælatorū, *tom.* 1. *tract. de ſacris Monialibus, q.* 4. *art.* 2. *concl.* 1. Ortiz in hoc Regulæ paſſu, Ximen. *hic, n.* 5. & 14. Hier. Rod. *Reſol.* 26. *num.* 4. March. *hic, tex.* 2. *q.* 1. *concl.* 2. & alij communiter.

2 Secundò nomine *Monaſterij* intelliguntur Clauſtrū, domus, officinæ interiores, in quibus Moniales regulariter viuunt. Ita expreſsè Nicol. 3. cap. *Exijt*, art. 12. §. *Denique* verſ. *Et nomine Monaſterij.*

3 Petes primò: Quę cenſeri debeant officinæ interiores? Reſpondeo cum March. *n.* 1. *relato, q.* 2. quòd vbi Moniales clauſuram habent, illa omnia loca pertinere ad officinas interiores, ad quæ Sorores cōmuniter accedere poſſunt. Vbi autem Moniales clauſurā non habent, loca, ſeu Officinas interiores debere per Superiores deſignari. Conſuetudo tamen obtinuit, vt dormitoriū, Oratorium (vbi eſt ſeparatū) Refectorium, & Operatoriū pro Officinis interioribus habeantur. Videatur Rod. *tom.* 1. *qq. Reg. q.* 46. *art.* 1. Sanch. *tom.* 3. *Sum. lib.* 6. *c.* 15. *à n.* 6. *vſque ad* 9. & *cap.* 16. *n.* 11. *Quid Monaſterij.*

4 Petes ſecūdò: Quot Moniales debeant regulariter inhabitare, vt Monaſteriū cenſeatur? Reſpondeo, ſufficere vt tres, aut quatuor viuant. Quamuis enim tam paucę Collegium non conſtituant, ſufficit tamē ad Monaſterium (ſaltem inchoatiuum) vt aliquo numero regulariter viuant. Ita docent *hic*, Vener. Hugo, Cord. *quaſt.* 2. *pun.* 1. *parum poſt principium*, March. *quaſt.*

quaſt. 2. vbi ſupra poſt med. & alij.

Quid nomine Monacharū.

5 Nomine autem *Monacharum* intelliguntur mulieres omnes, quę ſolemniter vitam Regularem ab Eccleſia approbatam profeſſę ſunt, ſiue clauſuram ſervent, ſiue non. Et quæ communi vocabulo Moniales dicuntur. Ita expreſſè Nicolaus 3. dicto *art. 12.* (aliàs 9.) §. *Denique in principio*, vbi etiam revocat opinionem antiquorum, qui nomine Monacharum ſolas incluſas pauperes intelligebant. Videatur Cord. vbi ſupra.

6 His ſuppoſitis, ad Sectionem Reſpondendo dico primò: Licet Fratribus Minoribus ingredi Monaſteria Monialium in omnibus caſibus, in quibus Apoſtolica Sedes licentiam concedit. Patet ex textu Regulæ: *Ne ingrediãtur Monaſteria Monacharum, præter illos, quibus à Sede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis.*

7 Notandum tamen, quòd licentia Papæ ad intrandum Fratres Minores Monaſteria Monialium debet eſſe ſpecialis, nec ſufficit generalis licentia. Generalis autem dicitur quando non conceditur Fratribus Minoribus ſpecialiter, ſed omnibus generaliter Chriſtianis, Clericis, aut Religioſis, nulla facta mentione Fratrum Minorum, vt contingit in Bullis aliquibus, vt patet. Neceſſarium enim eſt, ſi non adeſt ſpecialis licentia, ſaltem quòd fiat ſpecialis mentio Fratrum aliquo modo, aut quòd conſtet, Papam intendere cõcedere licentiam, etiã Fratribus Minoribus. Ita Cordub. *hic, q. 2. pun. 2*, Navarr. in margine ibidem, & omnes Expoſitores. Patet ex textu num. 6. relato, ibi; *Licentia ſpecialis.*

Aliqui ſunt caſus in quibus poſsunt Minores ingredi, &c.

8 Dico ſecundò: Sunt aliqui caſus conceſsi per Summos Pontifices Fratribus Minoribus, in quibus licitè ingredi poſſunt Monaſteria Monacharum. Et numerantur ab aliquibus numero *ſex*, ab alijs *ſeptem*, ab alijs plures. Qui tamen compendioſè ad tria capita reducuntur, nimirum, *Ob veram neceſsitatem, ob gravem vtilitatem, & ob Sacramentorum, & Sacramentaliũ congruam adminiſtrationem*, vt optimè eos reducit March. *hic, tex. 2. q. 5. fol. mihi 608.* Vide Sanch. In Sum. lib. 6. capit. 16. num. 42. & ſequentibus.

Ratione veræ neceſsitatis.

9 Ratione *veræ neceſsitatis*, ex privilegijs communibus Pontificum, & velut ex rei natura poſſunt Fratres Minores ingredi Monacharum Monaſteria ad incendium extinguendũ, latrones expellẽdos, ho-

hoſtes, quaſvis violentias propulſandas, phreneticam continendam, infirmæ per obſequium corporale neceſſarium ſuccurrēdum, & ad alias, huius generis, neceſsitates.

Gravis vtilitatis.

10 Ratione *gravis vtilitatis*, vt pro opere exercendo, quòd commodè extra Monaſterium fieri non poteſt, idque habet locum in quocunque opere, ædificij, reſarcimēti, plantationis arborū; quod Fratres æque benè, ac artifices ſæculares facere poſſunt, dummodò abſit dolus. Et hoc debent facere Fratres obſequijs Monialium deputati, vt Vicarius, eius Socius, ſeu Monialium Capellanus. Ita Mirand. vbi ſupra *dict. q. 2. art. 17. circa finem,* Portel. verbo *Clauſura*, num. 13. Hier. Rod. *Reſolut. 26. num. 23.* Prælatus etiam inferior de licentia Superioris, etiam virtuali, poteſt deputare vnum Fratrem aptū, &c. Portel, & Hier. Rod. vbi ſupra.

Etiā congrua ſacramentorum adminiſtratione.

11 Ratione *congrua Sacramentorum, & Sacramentalium adminiſtrationis*, quomodo intrare poſſunt illi, quibus competit, confeſsiones infirmarum decumbentium audire, ſanctam Euchariſtiam, & Extremam Vnctionem miniſtrare, Exorciſmos adhibere, ſepulturam facere, & aliquas benedictiones, quæ extra Clauſuram fieri non poſſunt.

12 Item ex Leone 10. poſſunt Confeſſarij Sanctæ Claræ, aut Superiores, ingredi ad celebrādam Miſſam coram infirma, quando multo tempore ob infirmitatem, Miſſam audire non potuit, modò recta vadant, & revertantur abſoluta Miſſa ſine diverticulo, nec loquātur. Rod. *tom. 3. quæſt. 4. art. 3.* Hier. Rod. *Reſol. 25. num. 20.* & Reſol. *26. n. 21.* Imò ſupradicti ex eodem Leone 10. poſſunt ingredi Clauſuram pro miniſtrandis Sacramentis, non tantum per modum Viatici, ſed etiam quotieſcumque ex præcepto Regulæ Moniales tenentur communicare, ſiue ex alia rationabili, ſeu pia cauſa eis adminiſtratur: & adeſt aliqua Monialis, quæ ad cratem abſque diſpendio ſalutis venire non valet. Item quoties infirma dixerit, ſe indigere ſalutari pœnitentiæ Sacramento, etiā nullo expectato mortis articulo, vel neceſsitate extrema. Ita Rod. *tom. 1. qq. Reg. q. 47. art. 4. non longè à principio*, Sanch. *tom. 3. Sum. lib. 6. cap. 16. n. 45. & 46.* Mirand. *de Monialibus q. 2. art. 17. & 18.* Hier. Rod. *Reſol. 26 num. 22.* Portel. verbo *Clauſura Monial. num. 9.*

13 Huc ſpectant ingreſſus Con-

Confeſſarij, vel eo abſente Socij Sacerdotis, vt adſint agonizanti, & etiam ingreſſus Superiorum ad viſitationes faciendas, Capitulum celebrandum, admonitionem officio competentem habendam, ſiue etiam concionem, vbi exteriùs haberi non poteſt. Vide plura in compendio Privilegiorũ, verbo *Ingredi Monaſteria*. Vide etiam Rod. *tom. 1. q. 47. artic. 4. vſque ad 12.* Miran. vbi ſupra, Cord. *ſupra num. 7.* relatum, & Expoſitores paſsim.

14 Advertendum tamen eſt primò, quòd licèt Leo 10. conceſſerit, vt pro prædicanda Kalenda poſſent Fratres intrare clauſurã ſanctæ Claræ: modò autem poſt cõcilium Trid. tali Privilegio vti non licet: quia extra clauſuram poteſt prædicari in Eccleſia exteriori. Qua propter corrigendus eſt Cord. vbi ſupra *q. 2. pun. 2. caſu 5.* Ita Rod. *tom. 1. q. 47. art. 9.* Villalobos, *2. p. Sum. tract. 35. diffic. 47. num. 24.* Hier. Rod. *Reſol. 16. n. 28.*

Ingredientes debitè poſſunt aliquantulam moram facere, &c.

15 Advertendum ſecundò, quòd ingrediẽtes cum debita licentia Monaſteria Monialium, non tenentur finito negotio, aut opere (pro quo intrant) ſtatim exire, ſed poſſunt ibi aliquantulã facere moram vrbanam, & moralem, etiã quadam curioſitate vidẽdi officinas, & interiora domus: dummodo abſit dolus, ſeu aliqua depravata intentio. Ita Rod. n. 12. relatus, art. 11. Miran. *de ſacris Monialibus q. 2. art. vlt.* Sanch. *dict. cap. 16. n. 68.* Portel. *vbi ſupra num. 14.* Hier. Rod. (n. 12. relatus) *num. 30.*

16 Advertendum tertiò, quòd licèt Vrbanus 4. & Greg. 9. relati à Rod. *dict. q. 47. art. 4. circa princip.* & etiam Conſtitut. Tolet. ac Segov. determinent, quòd qui ingrediuntur, vt Sacramenta Monialibus exhibeant, alba, ſtola, & manipulo, vel ſaltem ſuperpellicio, cum Socio veſtiti ingrediantur: tamen conſuetudo eſt in contrarium; quia neque Socij vbique ſunt Clerici, neque ingrediuntur induti. Quæ cõſuetudo excuſat à peccato, vt benè advertit Rod. dict. art. 4. ibidem.

Ingredientes indebitè incurrunt cenſuras, &c.

17 Advertendum quartò, quòd ingredientes Monaſteria Monialium, abſque licentia, & cauſa, incurrunt excommunicationem ipſo facto, ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. de Regularibus.* Et ex Greg. 13. in *Extravag. vbi Gratiæ, & indulta,* illam incurrunt Papæ reſervatam. Nec non, & privationẽ officiorum, & inhabilitatẽ ad futura officia, ſi ingredi præſumant ſub prætextu quarumlibet licentiarum antea cõceſſarum: & *adſit dolus.*

Quæ ſunt tres pœnæ valdè diverſæ, & conſiderandę pro diverſis remedijs, cõtra illas, obtinẽdis, vt benè advertit Portel, vbi infra citandus. Vide Sanch. *in Sum. lib. 6. cap. 16. num. 71. 72. 76. & 79.*

Nota. 18 Cæterum corrigendus eſt Hieron. Rod. *Reſol. 26. n. 18.* vbi affirmat, indebitè ingredientes, incurrere excommunicationem Papæ reſervatam ex Concil. Triden. Non enim ex Triden. ſed ex Greg. 13. in prędict. Extravag. n. 17. relata, dictã, Papæ, reſervatã excõmunicationem incurrunt.

19 Dixi ſupra *num. 17. & adſit dolus.* Si enim quis credens ſe habere iuſtam cauſam, & licentiam (licèt à parte rei ita ſe non habeat) ingreditur, non incurrit huiuſmodi pœnas, nec etiam Moniales eum admittentes. Ita Rod. *tom. 1. qq. Reg q. 47. art. 2.* Villalobos, *2. p. tract. 33. diffic. 46. num. 6.* Portel. in dubijs Regularibus, verbo *Clauſura Monialiũ, num. 7.* Hier. Rod. *Reſol. 26. num. 18.* Imò addit Sanch. *dict. cap. 16. vbi ſupra num. 82. quòd non incurrent has pœnas, ingredientes virtute prædictarum facultatum, ex ignorantia quantuncunque culpabili, & craſſa huius decreti Greg. 13. niſi adeò craſſa ſit, vt reputetur temeritas ingens.* Hæc ille.

SECTIO IV.

An ſpeciali aliquo præcepto prohibeatur Fratribus Minoribus acceſſus ad loca exteriora Monaſteriorũ Monialium?

1 VT ſectio præſens meliùs intelligatur, oportet, hic diſtingui triplex pręceptũ: ex vi Regulę, Vnũ. Alterum Pontificiũ. Tertiũ, ex Statutis petitum, Nec propter hoc excludo præcepta alia Pontificum, vel Conciliorũ, quæ vel Chriſtianos omnes, vel Regulares in genere concernunt quia illa ſpecialiter ad materiam Regulæ in hoc præcepto (ſi quod eſt) nõ ſpectant, neque ad Fratres Minores ſingillatim.

2 His ſuppoſitis, quęro primò: An ex vi Regulæ Fratribus Minoribus probitũ ſit ad Monialiũ Monaſteria accedere? Affirmativè Reſpondet Cord. *hic, q. 3. pun. 4.* & alij. (Vide infra *n. 4.*) Probat primò, quia intentio SS. P. N. F. fuit removere omne ſcandalũ, & offendiculũ caſtitatis, & idcircò nõ minùs acceſſum, quàm ingreſsũ prohibere cenſendus eſt, cùm ex acceſſu ſcandalum ſimiliter naſci poſsit. Ergo. Secundò, quia Benedictus 12.

Digitized by Google

in ſuis Conſtitutionibus præcipit Prælatis noſtri Ordinis, quòd *arcere ſtudeant ſuos ſubditos, ab acceſſu ad Monaſteria Monialium quarumcunq, iuxta Regulam B. Franciſci, & Apoſtolica ipſius Ordinis ſtatuta*. Hæc Benedictus. 12. Notentur illa verba: *Ab acceſſu ad Monaſteria Monialiũ iuxta Regulam B. Franciſci*. Tertiò, quia Nicolaus 3. *art. 9.* vbi acceſſum, ad Monialium Monaſteria Fratribus ex licẽtia Superiorum permiſit, eleemoſynæ, vel prędicationis cauſa, excipit tamen Pauperes incluſas (ideſt Clariſſas) ad quas, nec acceſſum huiuſmodi permittit, niſi de licentia Apoſtolicæ Sedis. Ergo, &c.

3 Verùm hęc ſententia nõ placet. Ideo ad Argumenta Reſpond. Ad primum, intentionem Sanctiſsimi Patris fuiſſe ſcandala removere: Sed nõ eodem modo, nec præcepto. Alia enim removit, per prohibitionem ſuſpecti conſortij, alia per prohibitionẽ ingreſſus Sed de acceſſu nihil loquitur: *Si enim voluiſſet, expreſsiſſet*. Idcirco ingreſſus, ſecluſo etiam quòd ſuſpicionem malam actu non generet, ex vi Regulæ eſt prohibitus: acceſſus verò minimè, vt clarè patet ex ipſo textu. Ad ſecundum ex Benedicto 12. Reſpondeo cum ipſomet Corduba *numer. 2.* relato, quòd ibi acceſſus vſurpatur pro ingreſſu, vt ſæpe contingit. Ad tertium dico, quòd authoritas Nicolai 3. nihil concludit: cum acceſſum ad cæterarum Monialium Monaſteria permittat (exceptis Clariſsis) de licentia Superiorum Ordinis. Vnde liquidò conſtat, quòd ex vi Regulæ acceſſus ad Monaſteria Monialium non eſt Minoribus interdictus. Excipiendo enim Clariſſas, ſeu incluſas; indicat tantum, ſpecialem aliquam diſpoſitionem Sanctæ Sedis circa illas, quæ ex vi Regulæ non habetur.

4 Hac ergo ſententia reiecta, ſecunda tenenda eſt, quæ affirmat, ex vi Regulæ minimè eſſe prohibitum Fratribus Minoribus, ad Monaſteria Monialium accedere. Ita *tractat. 10. Plagarum, Plaga 8. & 9.* & omnes Authores ſupra *Sect. 3. numer. 2. relati*. Quam etiam, valde probabilem reputat ipſe Cordub. in Annotationibus *ad Compend.* Priuilegiorum verbo, *Accedere* ad Monaſteria Monialium quoad §. 4. ſub his verbis, *Opinio prima eſt multorum, & videtur communiter ſic haberi, & practicari, quòd ſcilicèt ex vi Regulæ, ſolum eſt prohibitus nobis ingreſſus ad præfata Monaſteria:*

Acceſſus ad Monaſteria Monialiũ nõ prohibetur ex Regula.

Digitized by Google

acceſſus autem ad præfata loca exteriora non eſt nobis ex vi Regulæ noſtræ prohibitus, &c. Et mox. *Quia Regula ſolùm facit mentionem de ingreſſu, vt patet. Item Hugo cap. 10. videtur id innuere, quamvis non clarè. Et tract. 10 plagarum paupertatis, plaga 8. & 9. Et Speculum Fratrum Minorum id expreſsè tenet, & multi alij: & quidem ſatis docti ſunt ad idem. Alia eſt opinio, quæ mihi etiam videtur probabilis valde; quòd ſcilicet ex vi Regulæ, & de eius intentione, prohibitus eſt nobis præfatus acceſſus ad loquendum ad Monaſteria quarumcunque Monialium, vt ſupra cap. 11. q. 3. latius habetur.* Hæc Cordub. Videatur ibidem in fine *huius* §.

5. Secundo quæro; An Fratribus Minoribus ſit prohibitum, per aliquod præceptum Pōtificium accedere ad Monialium Monaſteria? Reſpondeo primò quòd omnia præcepta Pontificia, quæ ante Sixtum 4. emanarũt, vt prohiberent Fratribus Minoribus acceſſum huiuſmodi, ad præſens in vigore non ſunt: quia revocata ſunt per eũdem Sixtum 4. vt affirmāt Cord. *hic q. 3. pun.* 3. Rod. *tom. 1. qq. Reg. q. 45. art. 4.* Mirand. in *Man. Prel. tom. 2. q. 29. art. 10. concl. 1.* & *tractat. de Monialibus, q. 4. ar. 2. conc. 3.* Portel in Dub. Reg. verb. *Statutum*, num. 11. & in Addit. ibid. & alij; quos retuli ſupra *Controv. 23. ſect. 2. num. 4.* & eſt communis ſententia. Reſpōdeo ſecũdo: quòd præcepta Pōtificia poſt Sixtũ 4. data, ſi quæ ſunt, obligabũt ſine dubio Minoritas: quia Papa anteceſſor non poteſt ligare manus ſui ſucceſſoris, ita Mir. dict. *tract. de Monialibus* vbi ſup. & alij quos retuli ſup. *Cōtrov. 23. ſect. 2. num. 4. vide ibid. num. 5.* & eſt communis ſententia.

6. Sed difficultas eſt: An in præſētiarũ, ſit aliquod præceptum arcēs Minoritas à dicto acceſſu. Negat March. *tit. 2. in hoc Regulæ paſſu, q. 1. concluſ. 3.* Affirmat verò Rod. *tom. 1. qq. Reg. q. 45.* referēs quãdam Pij 5. Extravagātem, quæ incipit: *Circa Paſtoralis*. Quòd probabilius mihi videtur.

7. Rurſus eſt difficultas: An talis acceſsio ſit prohibita ſit peccatum mortale, vel veniale? Rodrig. *num 6. relatus*, & Hieron. Rodr. *Reſol. 16. num. 4.* & Sanchez infrà citandus, affirmant ſolùm eſſe veniale peccatum, etiam ſi fiat abſque licentia Prælati, & ſine cauſa; niſi adſit huius legis invincibilis ignorātia: (qualem ferè omnes habent videntibus, & diſsimulātibus Prælatis;) tũc enim omnino à peccato.

Accedere &c. peccatum veniale, niſi &c.

Digitized by Google

cato excuſat. Ita citati Authores vbi ſupra. Et Sanchez *tom. 3. ſum. lib. 6. cap. 16. numer.* 110. & Miranda in ſecunda *edit. cap.* 77. circa finem.

Accedere cũ frequẽtia non eſt mortale ſecluſis, &c.

8 Cæterum dificultas eſt: An ſit culpa mortalis accedere cum frequentia ad dicta Monaſteria? Hoc pũctum tractat doctè Sanchez *num.* 7. relatus, *num.* 119 *&* 120. vbi reſoluit, ſeclutis alijs circunſtantijs Scandali, aut mali finis, non eſſe culpam lethalem abſque iuſta cauſa, & ſine licentia cum frequentia accedere; niſi frequentans ab Epiſcopo monitus (vel Fratrer Minor à Prælato) non deſiſtat; & cõcludit: *Rariſsimè, attentis circunſtantijs extrinſecis, Frequentãtes excuſari á mortali: quia rariſsime non inde ſcandalum conſurget: & rariſsimè deficiet finis aliquis turpis.* Hæc Sanchez. Quæ ſunt valde notanda. Videantur Hier. Rod. dicta *Reſolut.* 26. *num.* 46. & Mart. à S. Ioſeph. *cap.* 24. *in ſecunda edit. num.* 16. cum alijs, qui idem affirmant.

9 Et idem Mart. *num.* 17. vbi ſup. conſtanter tenet nullum eſſe peccatum, nec veniale, abſque dicta frequentia accedere, etiam ſine licentia, & iuſta cauſa: dummodo non adſit aliud præceptum, vel conſtitutio prohibens.

10 Quid autem intelligatur per frequentiam accedendi ad dicta Monaſteria Monialiũ? Sanchez dicto *capite* 16. *numer.* 109. 110. *&* 111. credit, dici frequentiam quando ſemel, ſinguiis menſibus, aut ter, tribus diebus continuis id fit (licèt multi dicant, loqui duabus vicibus vna die, vel duabus diebus continuis.) Sed ſententia Sanchez mihi probabilior videtur. Et mihi placet, quod Navarrus ſentit, *Comm.* 4. *de Regularibus*, *num.* 61. verſ. *Quibus addo*, ſcilicet, hoc debere relinqui prudentis arbitrio, penſatis circunſtantijs perſonarum, rei, ſeu negocij gerendi, Scandali, periculi, loci, finis, & aliarum ſimilium circunſtantiarum, vt multi etiam graves, & perdocti Authores docent, relati à Sanchez dicto, *numero* 110.

Quid intelligaturper frequentiã.

11 Tertio quæro: An ſit aliquod ſtatutum Ordinis in vigore, quòd prohibeat Fratribus ſub culpa ad Monialium Monaſteria accedere? Negativè reſpondeo cum Marchant in *capite* 11. *Regulæ text.* 1. *titul.* 2. *quæſtione* 1. (vel vnica) *concluſ.* 3. §. *Dico ſecundo*, & Miranda in *ſecunda impr. cap.* 77. *fine.*

12 Attendendum tamen eſt primo cũ ipſo March. vbi ſup. An quæ emanarũt à Sede Apoſtolica vel ab Ordine eiuſmodi acceſ-

acceſſum prohibentia, ex viverborum, manifeſtè obligent ad peccatum, & quale? An vero tantum ad aliquam pœnitentiam? Vbi enim dubium eſt, fa vorabilior pars eligenda eſt. Secundo eſt attendendum: An dicta prohibentia ſint communi Doctorum, & timoratorũ conſuetudine, & vſu recepta, & ſub qua obligatione? Si enim non ſunt recepta, nõ obligant. Si autem recepta, iuxta obligationem culpæ, vel pœnæ; ſub qua ſunt recepta, debent ſervari cum ſuis circunſtantijs, & conditionibus.

Prælatus poteſt ſub mortali prohibere acceſſum, &c.

13. Quòd ſi Prælatus, prohibeat ſub præcepto eiuſmodi acceſſum, & habeat cauſam pręcipiendi ſub mortali, ratione familiaritatis nimiæ, periculoſi, aut ſuſpecti conſortij, Frater non obediens, ſed accedẽs, mortaliter peccabit. At ex natura ſua, & ſecluſis ſupradictis, acceſſus ille, ſolùm peccatum veniale eſt. Ita Marchant vbi ſupra.

Licẽtiam ad acceſſũ &c. poſſunt concedere Guardiani.

14. Licentiam ad huiuſmodi acceſſum poſſunt concedere Provinciales, & Guardiani: nõ ſolum ſuorum Conventuum Fratribus, ſed etiam Hoſpitibus, iuſta, & rationabili cauſa interveniente. Ita Cordub. in *Annotat. ad Comp. verb. Acced re ad Monaſteria Monialiũ quoad* §. 13. contra Collectorem, Miranda de *Monialibus quæſt.* 4 *art.* 3. *concl.* 1. Rodr. *tom.* 1. *qq. Reg. q.* 45. *art.* 5. Hier. Rodr. Reſol. 26. *num.* 5. & omnes communiter. Atque ita poſſunt Fratres Minores ad prædicta Monaſteria accedere, non ſolùm cauſa eleemoſynæ petendæ, vel prædicationis faciendæ, ſed etiam pro alijs licitis, & honeſtis. Ita citati Authores.

15. In hoc tamẽ ſtãdum eſt & obſervãdum id, quod in Capitulis, & Cõſtitutionibus Generalibus (vel Provincialibus, addit Mirãda) ordinatum fuerit, quæ circa hoc, authoritatẽ habẽt à Leone 10. ad augẽdũ & diminuendum, quicquid videbitur expedire. Ita Rod. Miranda, & Hieron. Rodr. ſupra *num.* 13. citati, & alij communiter.

Moniales alloqui nõ licet iux decretum Apoſtolicũ &c.

16. Quod autem modò in Capitulis & ſtatutis Generalibus ordinatum manet, eſt, primo, *quòd ad loca exteriora quarumcunque Monialiũ accedere non poſſunt Fratres, niſi pro eleemoſyna petenda, ſacris faciendis, ſive Monialibus confitendis: & tunc de licentia Miniſtri, vel Guardiani. Qui fecus acceſſerit, vna diſciplina in Communitate puniatur, neque eis, etiam cum licentia accedentibus, liceat Moniales alloqui, vt Apoſtolica Sanctione cautum eſt.* Ita in Con-

Digitized by Google

Conſtitutionibus Generali-bus Barchin. Segoviæ recognitis, *cap. 5. tit. de Monialib.* *num. 3.* Quorum priora verba deſumpta ſunt ex Conſtit. Salmant. *cap. 11.* Vltima verò ex decreto ſacræ Cógregationis Cardinalium, ann. 1590. iuſſu Sixti 5. Quod refert Sorbus *in Annotationibus ad Comp. Privileg.* verbo, *Ingredi Monaſteria Monialium*, & Bonacina loco proxime citando.

17 Ex quibus liquent tria. Primum, quòd ad loca exteriora Monialium Fratres non poſſunt modò accedere, niſi cauſæ eleemoſynæ petendæ, prædicandi, vel confitendi Moniales: & hoc cum licẽtia Provincialis, vel Guardiani. Secundum, quòd habentes licentiam, & cauſam non poſſunt Moniales alloqui, iuxta factionem Apoſtolicam. Tertium, quòd decretum S. Congreg. ann. 1590. promulgatum iuſſu Sixti 5. receptum fuit in dictis *Conſtitutionibus Segovi. ann. 1621.*

18 Sed pro Serena Fratrũ Minorum conſcientia, operæ pretium eſſe duxi inveſtigare: An dictum decretum ita obliget, vt Frater accedens ad ipſa Monaſteria abſque licentia, & cauſa, ex vi illius, mortaliter, vel venialiter peccet?

19 Circa quod ſunt duæ extremæ ſententiæ. Prima eſt Bonacinæ, 1. *tom. Sum. tract. de Clauſura, q. 3. pun. 4. propoſit. 3. num. 3.* vbi referens ad literam eiuſmodi Decretũ, cõcludit *num. 4.* ſub mortali obligare, modò id non faciant Religioſi de licentia Sum. Põtificis, vel S. Congregationis, vel Epiſcopi: iuxta aliud decretum D. Vrbani Papæ 8. data ann. 1623. quod ibi refert ad literam. Quæ ſententia nimis rigida, & ſtricta mihi videtur; idcirco non placet.

20 Secunda ſententia affirmat, Decretum ſupradictũ (& alia Alex. 3. Benedict. 12. & Bonif. 8. de Statu Reg. capit. *Periculoſo in 6.*) per vniverſum Ordinẽ, & vniverſas Nationes in vigore non eſſe. Ita March. *hic, tex. 1. tit. 2. q. 1. concl. 3. §. Dico primò: Vbi patet* (inquit) *in Belgio in quo hactenus ad locutorium, crates, & loca exteriora, tam S. Claræ, quàm cæterarum Monialium quicunque docti, & timorati accedunt, nulla licentia petita Epiſcoporum, aut Superiorum.* Hæc Marchant. Cui libenter adhæreo.

Prædictũ decretum non obligat ad culpan, &c.

21 Dico ergo primò: Supra dictum decretum ſaltèm in Hiſpania, (ſicut & in Belgio) non obligare ſub culpa mortali, nec etiam veniali; vbi conſuetudine receptũ eſt, doctos, & timoratos omnes accedere, abſque vlla prorſus Epiſcopi

licentia, ad loca exteriora Monialium, ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo. Ergo eiuſmodi acceſsio nullum eſt peccatum, vbi talis conſuetudo inolevit.

22 Quod confirmo ex eodem Bonacina *ibid. pun. 5. Propoſ. vnica*, vbi quærit: *Quo pacto poſsit frequentans Monaſteria Monialium à culpa, & pœna excuſari?* Et aſsignat tres cauſas. *Prima* (inquit) *eſt parvitas materiæ. &c.* Secunda, *legitima conſuetudo in contrarium: alicubi enim vſu receptum eſt, vt fœminæ, & viri ſine vllo conſcientiæ ſtimulo, ad Monialium Monaſteria accedant.* Hæc Bonacina. Ergo ſi legitima conſuetudo in contrarium, excuſat frequentantes Monaſteria Monialiũ, quod eſt maius, à culpa, & pœna: potiori iure excuſabit ad ipſa Monaſteria accedentes, quod eſt minus.

23 Dico ſecundò: Nec etiam ex vi Generalis Congregationis Segovien. obligare, nec ſub veniali. Ita Marchant *vbi ſupra.* Et idem affirmat Miranda de omnibus Statutis Generalibus *in ſecunda edit. ſuæ Expoſitionis*, typis data, anno 1622.

24 Rurſus in prædictis Conſtitutionibus Generalibus, ordinatum extat vbi ſupra, *num. 4. quòd ad colloquendum cum Monialibus, neque Miniſtri Generales ſine legitima cauſa, poſſunt Fratribus licentiam concedere, ex mandato Apoſtolico.* Et infra: *Præcipitur Provincialibus, & Guardianis, quòd nullam licentiam eiuſmodi concedant, niſi cauſa iuſta, & rationabilis vrgeat, per eundem Miniſtrum, vel per Guardianũ, & diſcretos Conventus examinata. Quòd ſi ſecus fecerint, ſuis officijs priventur.* Hæc ibi. Quæ ſi alicubi ſunt in vſu, obligabunt; ſi autem conſuetudo legitima in contrarium aderit, minimè. Alia in dictis Conſtitutionibus videantur.

25 Cæterùm præ oculis ſemper omnes Fratres Minores habere debemus, ſeverum illud ſupplicium, quod Seraphicus Pater cuidam intulit ex Socijs, Fratri Stephano dicto quia ex licentia, & mandato Fratris Philippi Longi (Viſitatoris Monialium Claiſſarum, & ſeptimi ex 12. primis Seraphici Patris Socijs) ad Monaſterium quoddam, ſemel, acceſsit (quod referunt Marian. *lib. 1. Chron. capit. 6.* & Author *Annalium Min. tom. 1. ad ann. 1219. num. 44. fol. mihi 208.* verbis ſequentibus) *Nam* (ait Auctor Ann.) *è Bevania vallis Spoletanæ oppido, Aſsiſium eunti* (Seraphico Patri) *ſimpliciter*

ter factum narravit (dictus Fr. Stephan.) *& de acceſſu Fratribus toties per eam interdicto, vt ſibi indulgeret, humiliter rogavit. Exaudivit vir Sanctus, & durè hominem increpavit, nec etiam facilè ignoſcendam dixit in re tanti momenti inobedientiã. Iuſsit itaque, vt in fluvium, ad cuius marginem deambulabant, vt erat veſtitus, ſe immergeret, frigidiſsimo anni tempore in menſe Decembri. Quod ad Patris irati fecit præceptum: extingue (inquit ille) hac aqua ſcintillas, quas in te lenis, & mitis, ſed periculoſus ignis accendit; lava, & abſterge, his vndis ſecretas ſordes, quæ te inſcio tibi fortaſsis hæſerunt. His dictis præivit, nec amplius ponè ſequenti, veſte madefacta, vultum, aut faciem convertit per duo milliaria, donec ad hoſpitij locum venerunt, vbi ſententiæ rigorem blando ſermone temperavit, & veſtes madidas, vt exſiccaret, adiuvit.* Hæc ibi.

26 Quorum ſingula ſunt iugiter meditanda, multùm notanda, & valde timenda, ſi circunſtantiæ perſonarum, loci, finis, modi, &c. rectè penſentur, & expendantur. *Perſonæ* vtique fuerunt; ille, ex Socijs Sanctiſsimi P. N. Franciſci; illa, ex Socijbus Sanctæ Claræ. *Acceſſus* vnicus; & cum licentia Viſitatoris. *Finis*, ad colloquendũ de Deo. *Modus*, cum licentia Viſitatoris, &c. Hinc Seraphicus Pater à miniſtrando etiam his ſacris Virginibus, Fratres ſuos retrahebat, ſæpius turbato animo dicens: *Timeo ne dum Deus nobis abſtulerit vxores, Diabolus nobis procuraverit ſorores.* Hæc Seraphicus Pater.

27 Circa præceptũ illud: *Ne fiãt Compatres virorum, vel mulierum*, ſolùm occurrit notandum, quod licèt duplex in Baptiſmo contrahatur compaternitas. Prima ex parte baptizantis, quàm per actum baptizãdi cõtrahit baptizans, cum Patre, & Matre baptizati. Secunda ex parte ſuſcipientis, quàm ſuſcipiens ſiue Patrinus, contrahit per ſuſceptionem prolis cum ijſdem: Sola hæc ſecunda Fratribus Minoribus per Regulæ præceptum prohibetur. Ita Cord. *hic, q. 4 vnic.* & communiter omnes Expoſitores: Quod coue modo intelligendum eſt, de Sacramento Confirmationis. Vid. Rod. *tom. 1. qq. Reg. q. 31 art. 1.* *Quæ compaternitas ex vi Regulæ prohibeatur.*

28 De licentia tamen Epiſcopi, vel Parrochi benè poſsũt Fratres extra caſum etiam neceſsitatis baptizare. Et etiam ſine dicta licentia in caſu ex- *De licentia Parrochi poſſũt Minores baptizare.*

extremæ neceſsitatis poſſunt, ac etiam debent, ſi nullus adſit Sacerdos, qui vellit baptizare. Prohibitio enim Eccleſiæ de non baptizando intelligitur, vt dictum eſt. Ita Cord. *hic*. Navarrus in margine, & omnes Expoſitores paſsim.

CAPVT XII.

De Euntibus inter Sarracenos, & alios infideles. Et de Cardinale Protectore petendo.

Textus: *Quicumque Fratrum diuina inſpiratione voluerint ire inter Sarracenos, & alios infideles, petant inde licentiam à ſuis Miniſtris Prouincialibus, &c. Ad hæc per obedientiam iniungo Miniſtris, vt petant à Domino Papa, vnum de S. Romana Eccleſia Cardinalibus, qui ſit Protector, &c.*

SECTIO V.

An ex vi Regulæ, teneantur Miniſtri Prouinciales, concedere licentiam Idoneis, volentibus ire inter Infideles? Et an ijdem Miniſtri omnes, & ſinguli, teneātur petere Protectorem?

Probabile eſt Miniſtros nō teneri ex Regula, &c.

1 AD primam huius ſectionis partem reſpōdendo dico, quòd ſunt duæ ſententiæ. Prima negat, quòd ex vi Regulæ teneantur, licèt affirmet, teneri ex iure diuino dictos Miniſtros, talem licentiam ineptis negare, & idoneis concedere. Ita Cord. *hîc, q. 1. pun. 1. & 2.* Navarr. *ibid. in margine.* Mart. à S. Ioſ. *in ſecunda Impr. cap. 28. num. 1. per totum à fol. 350. vſque ad 352.* & alij. Quæ mihi valde probabilis videtur.

Probabilius teneri.

2 Secunda ſententia affirmat, obligatorium eſſe dictis Mi-

Miniſtris, etiam ex Regula eiuſmodi licentiam idoneis præbere. Ita Vener. Gundiſalvus Balbon (qui cum eſſet Miniſter Provinciæ Caſtellæ, ann. Domini 1304. tempore Clementis 5. electus eſt Miniſter Generalis totius Ord.) in compendioſa (ſatis tamen erudita) *Explicatione de præceptis, & alijs contentis in Regula* §. (vel art.) 6. *fin.* Et habetur *in lib. Ordinis fol.* 99. vt ait Cord. *in cap.* 1. *Regulæ q.* 2. §. *Quarto dico.* Quā etiam referunt, & in omnibus approbant Speculum Fratrum Minorum *à fol.* 28. *vſque ad* 30. Miranda *in* 1. *impr. cap.* 24. & ad intentum *fol.* 145. §. *La ſexta, & in ſecunda cap.* 16. *fol.* 102. §. *La ſexta,* & alij. Tenet etiam idem Speculum in fine ſuæ *Expoſitionis, fol. mihi* 45. *col.* 2. *in principio.* Expoſitio Sanctorum Patrum *hic* Siguenza *text.* 1. §. 2. Ant. à S. Maria *in ſua Expoſitione fol.* 72 *col.* 2 *fin.* Ioanetin, *in Memor. præceptorum Regulæ fol.* 15. & ibid. *in cap.* 12. *fol.* 75. *n.* 24. *fine.* March. *hic, tex.* 1. *q.* 1. & alij. Quæ ſententia mihi probabilior videtur, & communiter in praxi recepta eſt.

Idoneitas in Frater Minore, vt mittatur ad infideles.

3 Petes: Quæ idoneitas in Fratre Minore requiratur, vt mittatur ad infideles? Reſpondeo cum S. Bonav. cuius *hic. Idonei ſunt* (inquit) *robuſti corpore, conſtantes in Fide, probati, & ſemper irreprehenſibiliter converſati.* Hæc S. Et latius Piſanus: *Idoneitas* (ait) *attendenda eſt in litteratura, in perſonæ ſanctitate, religioſitate, & vita, Fidei zelo, & fervore, mundi abnegatione, ſui perfecta mortificatione.* Hæc Piſa.

4 Sed eleganter, & pulchrè Politus *hic num.* 6. *Interius* (inquit) *ſint ſpiritu ferventes, in Fide ſtabiles, in Spe magnanimi, & fortes, charitate ardentes, prudentia circunſpecti, iuſtitia recti, conſtantia firmi, temperātia modeſti, humiles in reputatione, patientes in tribulatione, benigni in converſatione, alieni ab omni humana, & mundana ambitione, & totaliter inflammati in Dei, ac proximi dilectione, vt principaliter ad divinæ poteſtatis, veritatis, & bonitatis gloriam propalandam, & infidelium ſalutem procurandam, ac ſuſtinendum martyrium diſponantur, vt annotavit B. Ioan. Capiſtranus in cap. 12. conſtitutionibus Sermo.) Sint ergo diligenti examine præcedente, probati in Regulari diſciplina, qui licentiam ſi ſuæ Regulæ diligentes Obſervatores extiterint, humiles, obedientia, paupertate, & caſtitate, in* divi-

divinis laudibus, orationibus, vigilijs, ieiunijs, & ſpiritualibus exercitijs ferventes, quaſi mortui mundo, & Deo viventes, laudabiliter lōga perſeverantia floruerint. Qui tales reperti fuerint, & exteriùs ſani ſint corpore ad labores ſubeundos, idonei cenſeri vtique poterunt, &c. Hæc Polit. *fol. mihi 838. & 839.*

5 Quæ omnia, licèt ſint vera, relinquenda tamen iudicio Superioris ſunt, iuxta rationem circunſtantiarum, & finis, ratione cuius Fratres ad Infideles vadunt. Alij enim cō petunt ibi, vt doceant & prædicent. Alij vt exemplo ædificent. Alij vt Sanctis miniſtrent. Rurſus infideles, alij ſunt Barbari, alij crudeles, alij ab humanitate remotiſsimi, &c.

6 Ad hæc, memoria ſemper ſubditi retineant Seraphici Doctoris in principio huius 12. cap. verba, ibi: *Quicunque Fratrum, divina inſpiratione voluerint ire, &c. Divina, inſpiratione, non levitate* (inquit S. Bonaventura) *non impetuoſitate, non aſtutia ſubterfugiendæ diſciplinæ, voluerint ire inter Sarracenos & alios infideles, vt Paganos, Hæreticos, &c.* Hæc Sanctus Doctor.

Tenētur ... in-

7 Circa huius Sectionis ſecundam partem, nimirum, an Miniſtri Provinciales omnes, teneantur vnum Cardinalem Protectorem Ordinis petere. Dico primò, quòd tenentur. Patet ex textu. Imò in defectum aliquorum tenentur alij ſupplere, hoc eſt, petere. Ita Cord. *hîc, quæſt. 51. pun. 1.* & omnes Expoſitores.

...ciales petere Protectorem.

8 Dico ſecundò, quòd ſi Generalis Miniſter petat, vt talis, cum nomine Ordinis, & primario nomine Provincialium petat, ſatisfactum eſt præcepto. Imò ſi Procurator Ordinis in Romana Curia exiſtens; nec tenentur Miniſtri Provinciales petere. Ita Miranda, *cap. 11. in prima edit. & in ſecunda, cap. 79.* Siguenza *hîc, tex. 1.* & eſt communis ſententia.

Si Miniſter Generalis, vel Procurator Ordinis non tenentur.

9 Dico tertiò: Dominus Cardinalis Protector in toto Ordine ex vi Regulæ debet eſſe vnus tantùm. Ita S. Bonaventura *hîc* & omnes Expoſitores; & apertè liquet ex textu. Vnde pulchrè Politius *hîc, num. 7. Pro ſtabili autem* (inquit) *ſui Ordinis firmitate, vult Pater Sanctus, quòd teneantur Miniſtri, ſub diſtricti præcepti vinculo, vnum à Domino Papa Sanctæ Romanæ Eccleſiæ petere Cardinalem, vel in Generali aliquem petendo, vel in particulari, &c.* Et paucis interiectis:

Protector in toto Ordine debet eſſe vnus ex vi Regula.

Adeò

Digitized by Google

Adeò vt in Ordine vnus ſit Cardinalis, qui iſtius Fraternitatis Gubernator, Protector, & Correctorſit, &c. Hęc Politius.

Triplici ratione fuit motus SS. P. N. F. vt peteret Protectorem. Prima.

10. Sed petes: Quæ moverunt P. N. S. Franciſcum, vt Protectorem Ordinis peteret? Reſpondeo, quòd triplici ratione fuit ad hoc motus. Prima, vt ad illum vice D. Papæ, faciliùs Fratrum Communitas haberet, in opportunitate rerecurſum, quando propter aliquam cauſam oporteret, Fratres ad Apoſtolicam Sedem recurrere, & illi prohiberentur, nec facilis ad Dominum Papam daretur ingreſſus.

Secunda.

Secunda, vt per Protectorem, vt caput extra ſe, noſtra ſancta Religio eſſet temporalium rerum capax, quo quaſi mediante, vſus rerum Ordini cōceſſarum, vel aliàs licitè obvenientium cōveniret. Et hæc ratio confirmatur per Gregorium 9. in ſua Declaratione art. 4. verſic. *Nec vendi debent*. Et per Nicolaum 3. capit. *Exijt art. 6 §. Quia verò libros*, verſ. *Si verò res*, vbi ordinatur de Procuratore inſtituendo per Cardinalē.

Tertia.

Tertia, vt per Protectorem maiori, humiliori, & continua ſubiectione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Ordo ſubeſſet, iuxta illa Regulæ verba: *Vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſtabiles in Fide Catholica, &c.*

11 Eiuſmodi triplicē cauſam ſubfuiſſe, ſcribunt Ven. Senex Pater Philipus de Peruſio *in Epiſtola ad Gondiſalvum Generalem totius Ordinis Miniſtrum* (ſcripta circa ann. 1306. in vltima iam ſenectute, quam refert Author Annalium Min. *tom.* 1. *ad an.* 1217. *num.* 6. *fol.* 174. & 175.) Marian. in Chron. *cap.* 13. §. 8. Rodulphus *lib.* 2. *Hiſtor. Seraphicæ Relig. fol.* 231. *col.* 1. Author Ann. nunc citatus *num.* 4. & 5. Porrò ſecundam rationem expreſsè affirmavat D. Ioannes Caietanus ſancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis, & poſtea Sum. Pontifex creatus Nicolaus 3. vt videre eſt in Authore Annal. Min. *fol.* 175. in principio: & expreſsis verbis fatetur Politius *hîc, num. 8 fol. mihi 842. Sibi* (ideſt Cardinali Protectori) *tria nomina adſcribit, ſcilicet, vt ſit Gubernator, quoad ſpiritualia, & temporalia noſtris debitè vſibus, authoritate Papæ miniſtranda. Protector quoad adverſariorum incurſus. Et Corrector in aliquo notabili Ordinis defectu.* Hæc Politius.

Quæ authoritas Protectoris.

12 Authoritas autem, & poteſtas Eminentiſſ. Cardin. Protectoris, iuxta Greg. 11.

Six-

Sixti 4. Iulij 2. & aliorũ Pontificum decreta tres tantũ caſus complectitur, & ad illos tantùm eſt reſtricta. Quorum diplomata ſcripſerunt Rodulphus, *num.* 11. relatus Rod. in *Collectione Bullarum*, & alij. Caſus verò ſunt, in *hæreſi*, quã dò (quòd abſit) deviaret totus Ordo à Fidei veritate. Secundus in *ſchiſmate*, ſi etiã totus idem Ordo ab Obediẽtia Sum. Pontificis, vel Sanctæ Rom. Eccleſiæ, ſe ſubſtraxerit. Tertius *in relaxatione Religionis*, quando totus Ordo ſuæ Regulæ obſervantiæ *vale* dixerit. Nam quòd præfati muneris reliquum eſt, id totũ, ad ipſius Ordinis protectionem, virilemquè defenſionem à perſecutionibus, atque violẽtijs, cæteriſq; moleſtijs iniuſtè illatis ſpectere certiſsimũ eſt, vt videri poteſt in Rodulpho vbi ſupra, & in Gonzaga, 1. *p. de Origine Seraphicæ Relig. fol.* 69.

Nihil in hac re certum.

13 Sed nihil profectò in hac re omnino eſt certum, aut ſtabile, dum iuxta Pontificum decreta aliquando Protectoris reſtringitur authoritas, aliquando iuxta rerum indigentiam amplificatur, & ipſe Eminentiſsimorum Cardinalium varius affectus, & diverſa conditio poteſtatem exaltet, vel remittat. Idcirco velim, quæ à me dicta ſunt de eiuſmodi autoritate ita accipienda, vt nullus exiſtimet, me eam in Ordinem redigere voluiſſe, quãdo quidẽ Summorũ Pontificũ ſubiacet determinationi.

14 Sanè, ſi ad poſteriora noſtrę Regulæ verba attendatur, amplam, & magnam in vniverſum Ordinem eis conceſsit Seraphicus Pater N. S. Franſciſcus poteſtatem, maximè ſi, ijs, alia eiuſdem argumenti verba in ſuo ſacro Teſtamento ab eodem Seraphico Patre prolata, annectãtur. Largius ſcripſerũt de hac re Rod. *tom.* 3. *qq. Reg. q.* 42. *art.* 1. Cord. *hic, q.* 2. *pun.* 2. Miranda *in* 1. *edit. cap.* 111. & in 2. *cap.* 79. Hier. Rod. *Reſolut.* 120. *num.* 1.

Et hæc dicta ſuficiant de Seraphicę Regulę Minorũ, explicatione. Ad laudem, & gloriam SS. Trinitatis, Beatiſsimæ Genitricis Dei Marię, ſine labe peccati Originalis conceptæ, Seraphici Patris, ac Domini mei S. Franciſci, Redemptionis, humani generis, ſignis quinque, ſignati: Sanctorumque Bernardini, Bonaventuræ, Antonij, & Didaci. Quorum veſtigia imitari deſidero, vel deſiderare opto. Faxitq; e Deus, vt in omnibus, & per omnia, omnes Fratres Minores imitemur Amen. Amen.

15 Si Catholicæ Fidei, boniſque moribus diſſonum aliquid, aut quomodolibet in-

inverſum, aut contrarium appareat, in ſupraſcriptis 25. *Controverſijs*, ex animi ſententia reſcindo, revoco, aboleo, caſſo, & oblitero: & pedibus S. R. Eccleſiæ, eiuſque correctioni, tota mente, toto corde, & totis meis viribus, ac me totum perpetuò ſubmitto; *vt ſemper ſubditus,* (vtinam) *& ſubiectus pedibus eiuſdem S. R. E. ſtabilis in Fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & Sanctum Domini noſtri Ieſu Chriſti Evangelium, quod firmiter promiſi* (Magno ſanè cum mentis, & cordis gaudio, necnon, & lætitia, 20. die Maij S. Bernardino Senenſi dicat. anno 1612.) ſpiritualiter ſynceré, ac perfectiſsimé, vſque in vltimum inſtans vitæ meæ *obſervem*. Amen. Finem his 25. Cõtroverſijs impoſui, in hoc ſacratiſsimo Conventu, S. Mariæ à Ieſu, Complutenſi, die vigeſima quinta Aprilis (Sancto Marco Evangeliſtæ dicata) anno Domini 1638. ætatis verò quadrageſimo primo.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

ELEN.

Digitized by Google

ELENCHVS CONTROVERSIARVM, ET SECTIONVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

CONTROVERSIA prima Proœmialis, de perfectione, & expoſitione Regulæ Fratrum Minorũ.

SEC. 1. An Regula Minorũ ſit in Evangelio fundata? pag. 18.

SEC. 2. An Regula Minorũ fuerit compoſita à Chriſto Domino, & ab ipſo, dictata Beatiſsimo Patri Noſtro Franciſco? 19.

SEC. 3. Quæ cenſenda ſit vera expoſitio Regulæ ad literam? 20.

SEC. 4. Qui poſsint exponere Regulam Fratrum Minorum. 22.

SEC. 5. An ad perſpicuè indagandam veram præceptorum Regulæ intelligentiã, neceſſarium ſit recurrere ad S. Evangelium, vnde literaliter ſunt extracta? 23.

CONTROV. 2. *Proœmialis de obligationibus, & ignorantia Regulæ.*

SEC. 1. Quænam ſint obligationes Regulę, & vnde naſcantur? 24.

SEC. 2. An Frater Minor ex vi voti ad alias obligationes teneatur, præter eas, quæ in eius Regula continentur? 29.

SEC. 3. An obſervantia eſſentialis Regulæ in indiviſibili conſiſtat? 30.

SEC. 4. An prætextu evitandi aliquas relaxationes, ſit eligenda opinio falſa, fingens aliquod præceptum in Regula? 37.

SEC. 5. An ignorantia obligationum Regulæ, ab earũ obſervantia, voventem abſolvat? 39.

CONTROV. 3. *Proœmialis de intentione, & mente S. P. N. Franciſci, quam in condendo Regulam habuit.*

SEC. 1. An ex mente Seraphici Patris, poſsit Regula declarari? 44.

SEC. 2. An ſit an mentem S. P. N. Franciſci, quod expo-

Digitized by Google

expoſitiones in Regula fiant? 46.

SEC. 3. An de intentione S. P. N. Franciſci ſit, quod aliquæ diſpenſationes in Regula fiant? 47.

SEC. 4. An præcepta Regulæ, quæ ad literam, & explicite ſunt de Sancto Evãgelio extracta, intellexerit, & ſervaverit S. P. N. Franciſcus, ſicut Apoſtoli ſervarunt, & intellexerunt? 51.

SEC. 5. An ſicut ad literam obſervavit, & intellexit Seraphicus Pater ſupra dicta Regulæ præcepta, eodem modo voluerit, vt ſervarent filij ſui? 51.

CIRCA CAP. I. REGVLÆ.

Quia de Obedientia, Caſtitate, & Paupertate, votis eſſentialibus in generali tractat, nulla eſt Controverſia ſpecialis.

CAP. II. REGVLÆ.

De his, qui volunt vitã iſtam accipere, & qualiter recipi debeant.

CONTROV. 4. De Novitiorum conditionibus, & eorum admiſsione.

SEC. 1. An ſoli Miniſtri Provintiales poſsint recipere venientes ad ordinem? 53.

SEC. 2. Quæ ſint conditiones requiſitæ ex parte Regulæ ad ingreſſum Religionis? 55.

SEC. 3. Quæ ſolicitudo Fratribus, & eorum Miniſtris prohibeatur in bonis Novitiorum? 58.

SEC. 4. An liceat liberè à Novitio, Fratribus oblata, recipere? 59.

SEC. 5. Quæ obſervanda, cũ mittitur Novitius ad aliquos Deum timentes? 60.

CONTROV. 5. De Novitiorum profeſsione.

SEC. 1. Quid iuris habeant Fratres, ad receptionẽ Novitiorum ad profeſsionem? 61.

SEC. 2. Quænam cauſa ſufficiat, vt quis iuſte poſsit ſuffragium Novitio negare? 63.

SEC. 3. An probationis annus, vt validè quis profiteatur, poſsit cõputari de momento ad momentum? Et an debeat eſſe cõtinuus? 66.

SEC. 4. Quot, & quænam de neceſsitate requirantur ad profeſsionem? 68.

SEC. 5. An profeſsio Religionis, aliquibus gratijs, & privilegijs gaudeat? 71.

CONTROV. 6. De veſtimentis Fratrum Minorū profeſſorum.

SEC. 1. Quid in Regula per vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio intelligatur? Et ad quam formā, ſiue figuram habitus, ſiue Caputii, ex vi Regulę Fratres Minores obligētur? 74.

SEC. 2. An liceat Fratri Minori duas tunicas, vnam ſine Caputio, & alteram cum Caputio ſemper portare? Et an præter illas, vel cum illis ſit licitus vſus mantelli? 101.

SEC. 3. An Fratres Minores licitè poſsint vti camiſeis lineis? An ve ſtamineis? 111.

SEC. 4. Ad quem finem repetiatio veſtimentorum in Regula ſit permiſſa? Et an Pręlati illam prohibere poſſint? 121.

SEC. 5. An ſub præcepto teneantur Fratres Minores, non modò vilibus, ſed etiā viliſsimis indui? 134.

CONTROV. 7. (In idem capit. 2. Regulæ) de Calceamentis Fratrum Minorū. 141.

SEC. 1. Quid nomine calceamentorum in Regula intelligatur? ibidem.

SEC. 2. An ſandalia inter calceamenta in Regula prohibeantur? 146.

SEC. 3. Quæ, & quotuplex neceſsitas requiratur, vt Fratres Minores calceamentis vti poſsint, abſque Regulæ tranſgreſsione? 148.

SEC. 4. Quid ſit portare calceamenta. Et cuius ſit in illis portandis diſpēſare? 149.

SEC. 5. In qua cautelæ, & praxes diſpenſantis, & diſpenſāti ponuntur? 152.

CAPVT III.

De divino Officio, & Ieiunio, &c.

CONTROV. 8. De Officio divino Fratrum Clericorum, & Laicorum. 154.

SEC. 1. An Fratres Minores Clerici teneātur facere officium divinum, ſecundum ordinem Romanum? ibid.

SEC. 2. Quænam cauſæ, Fratres Minores ab obligatione dicendi officium divinū excuſent? 166.

SEC. 3. An ſint nobis aliqua privilegia circa officium divinum conceſſa? 168.

SEC. 4. An Fratres Minores ex vi Regulæ obligentur celebrare Miſſas, tam privatas, quam ſolennes ſecundum morem, & rubricas Miſſalis Romani? 170.

SEC. 5. An Laici ſub peccato mortali teneātur ad officiū Orationū Dominicarū? 179.

CON-

Digitized by Google

CONTROV. 9. De Ieiunÿs, & abſtinentia Fratrũ Minorum, ex cap. 3. Regulæ. 181.

SEC. 1. Quæ ſint ieiunia obligatoria ex vi Regulæ? ibidem.

SEC. 2. An Fratres Minores, licet ætatem viginti annorum non attigerint, teneantur ex vi Regulæ, vigilias,& quatuor tempora ieiunare? 183.

SEC. 3. In quibus cibis debeant ieiunia Regulæ obſervari? 186.

SEC. 4. Quæ neceſsitas requiratur, vt Fratres ad ieiunia Regulæ non teneantur? 187.

SEC. 5. An voluntarium ieiunium incipiens ab Epiphania, vſque ad continuos quadraginta dies, obſervandum ſit, inſtar ieiunij inſtituti ab Eccleſia in Quadrageſima; à quo dies Dominici excipiuntur? An verò poſsit interrupte,& ſine intermiſsione fieri, ita, vt dies Dominici occurrentes intra quadraginta dies continuos, ieiunari poſsint? 189.

CONTROV. 10. De equitatione, ex cap. 3. Regulæ. 194.

SEC. 1. Quid in Regula Fratribus Minoribus prohibeatur, per hoc verbum Equitare? ibidem.

SEC. 2. quæ ſint neceſsitates ſufficientes ad licitè equitandum. 202.

SEC. 3. Quinam, & quonam modo poſsint licentiã ad equitandum concedere? 203.

SEC. 4. An ſola neceſsitas itineris, vel negotij ſufficiat ad licité equitandum, etiam ſi nulla alia adſit cauſa neceſſaria, vel cogens? 204.

SEC. 5. An ſola infirmitate, ſeu neceſsitate perſonæ, abſque alia cauſa, licitum ſit Fratribus Minoribus equitare? 213.

Quod Fratres non recipiant pecuniam.

CAPVT IV.

CONTROVER. 11. De Pecunia, & Denarÿs quoad eorum nomina, & ſignificationem. 215.

SEC. 1. Quid nomine pecuniæ in iure intelligatur? ibidem.

SEC. 2. Textum quatuor Magiſtrorũ ad literã, & varia Antiquorũ Patrum placita, iuxta ſignificatum huius nominis Pecunia (prout in Regula Fratribus Minoribus recep-

receptio illius prohibetur) continens. 217.

SEC.3. Quæ in Regula Nobis nomine pecuniæ prohibeantur? 220.

SEC. 4. An Chriſtus Dominus quando Apoſtolos ad prædicandum miſit Matth. 10. dederit præceptum de non portando pecuniam, dicens illis: *Nolite poſsidere aurum: neque pecuniam. &c.* 222.

SEC.5. In qua vera ſententia de pecunia in 4. capi Regulæ prohibita, expenditur, & probatur. 225.

CONTROV. 12. De pecunia, quoad eius receptionem, & recurſum. 254.

SEC. 1. Quis dicatur recipere pecuniam, ſiue denarios? Et quid ſit recipere pecuniam per ſe? Et quid per interpoſitam perſonam? ibidem.

SEC. 2. Qui dicendi ſunt Amici ſpirituales ſecundum Regulam? 258.

SEC. 3. An diſtinguatur Amicus ſpiritualis à perſona interpoſita; per quam in Regula recipi pecunia prohibetur? 259.

SEC. 4. Quid ſit recurſus Miniſtrorum ad Amicos ſpirituales? 260.

SEC. 5. Quis poſsit recurrere ad Amicos ſpirituales? 262.

CONTROV. 13. De neceſſitatibus, pro quibus recurri poſsit ad Amicos ſpirituales iuxta Regulã. De modis etiam, & cautelis: necnon, & de quæſtibus pecuniarijs.

SEC. 1. Quæ ſint neceſsitates, pro quibus recurri poſsit ad Amicos? 263.

SEC. 2. Qualis debeat eſſe neceſsitas, vt legitimus recurſus fieri poſsit? 267.

SEC. 3. An Frater teneatur ſeruare aliquos modos, cautelasvè, in recurſu ad Amicos? 273.

SEC. 4. An liceat Burſarium, vel amicum ſpiritualem in via ſecum habere, qui Fratribus itinerantibus neceſſaria emat? 285.

SEC. 5. An liceat facere collectas (ſiue quæſtus) pecuniæ, pro neceſsitatibus Fratrum, expendendæ? 289.

CONTROV. 14. De Syndicis Domini Papæ pro Fratrib. Minorib. quoad eorum numerum, Inſtitutionem, Et officium. 294.

SEC. 1. Quid ſit Syndicus? ibidem.

SEC. 2. A quo, vel quibus, & quomodo eſt inſtituendus Syndicus? 295.

SEC. 3. Quot Syndici eſſe poſſunt in vno Conventu? 297.

SEC. 4. Ad quid prodeſt Syn-

Syndicus? Et quæ facere poſſit? 297.
SEC. 5. An poſsit Syndicus exigere in iudicio, quæ pro ſepulturis, Miſsis, exequiis defunctorum, ſermonibus, &c. Fratribus relinquntur vel donantur abſque Regulæ diſpenſatione? 300.
CONTROV. 15. De Syndicis, quoad eorum recurſum pro quinto actu à Martino 5: Et alijs ſumm. Pontific. inſtitut. 301
SEC. 1. An dominium pecuniæ Fratribus gratuitò, vel liberaliter oblatæ, vel donatæ (quando Dator, vel concedens in ſe illud retinere non vult) ſit, vel poſsit eſſe Domini Papæ, vel Eccleſiæ Romanæ abſque relaxatione, vel diſpenſatione, noſtræ Evangelicæ Regulæ? ibidem
SEC. 2. An Summi Pontifici Nicolai 3. Succeſſores poſsint ſibi, & Eccleſiæ Romanæ applicare dominium pecuniæ gratuitæ, vel liberaliter conceſſæ abſque Regulæ diſpenſatione? 306
SEC. 3. An ſit contra declarationem Nicolai 3. vel ſaltem contra eius modificationes, quod dominium pecuniæ Fratribus Minoribus gratuitò oblatæ, vel conceſſæ ſpectet ad Dominum Papam; vel Sanctam Sedem, quando Dator illud in ſe non vult retinere? 315.
SEC. 4. An Fratres Minores abſque Regulæ diſpenſatione, poſsint vti Syndico Domini Papæ ad quatuor actus controverſ. 14. ſectione 4. ſupra, vel ad illum recurrere, tanquam ad Domini Papæ ſubſtitutum, quoad quintum actum à Martino 5. inſtitutum, (ſupra dicta ſectione. 4. numero 6. & 7. relatum) licitè, & abſque diſpenſatione Regulæ? idest, an poſsint vti Martiniana conſtitutione, purè ſervando ſuam Regulam? 321.
SEC. 5. An Fratres Minores poſsint recurrere ad ſyndicum vti ad ſubſtitutum Domini Papæ quoad quintum actum à Martino 5. inſtitutum, abſque diſpenſatione declarationum Nicolai 3. & Clementis 5. 333.

CAPVT 5.

De modo laborandi.

CONTROV. 16. De labore Fratrum Minorum.

De receptione mercedis. Et quomodo prætium laboris poſsint Fratres recipere. 342.

SEC. 1. An poſsint Fratres Minores laborare pro mercede; tam circa res ſpirituales, quam corporales? ibidem.

SEC. 2. An ſit conformius Seraphici Patris Noſtri intentioni, labore ſibi Fratres neceſſaria conquirere, quàm oſtiatim mendicare, vel ex eleemoſynis liberaliter oblatis ſibi providere? 343.

SEC. 3. An poſsint Fratres Minores paciſci de mercede laboris, ſive corporalis ſive ſpiritualis? 346.

SEC. 4. An liceat Fratribus Minoribus intuitu laboris in rebus ſpiritualibus, v. gr. pro celebratione miſſarum, prædicatione, &c. ad eleemoſynam pecuniariam recurrere? 347.

SEC. 5. An liceat pro habitibus, in quibus Devoti Ordinis ſepeliuntur, accipere, per idoneas perſonas pecuniam, in Fratrum neceſsitates, expendendam? 349.

CAPVT 6.

Quod nihil ſibi approprient Fratres. Et de eleemoſyna petenda, & de Fratribus infirmis.

CONTROV. 17. De *Paupertate Fratrum Minorum quoad rem?* 352.

SEC. 1. Quid ſit Paupertas Fratrum Minorum? ibidem.

SEC. 2. An Minorum Fratrum Paupertas ſit Evangelica, & à Chriſto Domino, & Sanctis Apoſtolis practicata? 363.

SEC. 3. An Fratres Minores teneantur ex vi Regulæ ad mendicationem? 366.

SEC. 4. An liceat Fratribus Minoribus emere, vendere, commutare, locare, mutuare, impignorare, commodare, pacta, conventiones, & obligationes facere, debita contrahere, &c. mutuum, commodatum, pignus recipere aliqua donare, & quomodo? 368.

SEC. 5. An licitum ſit Fratribus Minoribus facere proviſio-

viſiones, ſeu congregationes frumenti, vini, agnorum, &c. in futurum? 388.

CONTROV. 18. De legatis Fratribus Minoribus in teſtamentis relictis. 394

SEC. 1. An poſsint Fratres permittere, ſe hæredes inſtitui? ibidem

SEC. 2. An legata in teſtamentis poſsint Fratres Minores recipere? 398.

SECT. 3. An Anniverſaria perpetua, relicta Fratribus Minoribus, repugnent eorum paupertati? 405.

SEC. 4. An legatum annuæ eleemoſynæ, quæ pro Anniverſarijs Fratribus Minoribus à Teſtatore relinquitur, licet ab eis non poſsit peti in iudicio, vt debitum, teneatur hæres, ſaltem in foro conſcientiæ, ad id ſoluendum quotannis? 429.

SEC. 5. Quibus competat actio, vt legata Fratribus Minoribus relicta ſoluantur. 438.

CONTROV. 19. De Paupertate Fratrum Minorum quoad vſum. 440.

SEC. 1. An vſus ſimplex omnium rerum ſit Fratribus licitus? ibidem

SEC. 2. An Fratres teneantur ad vſus ſtrictos pauperes, ſeu moderatos, & ad vitandam prætioſitatem, & ſuperfluitatem rerum ab ipſis vtibilium, & quomodo? 440.

SEC. 3. Quomodo, & circa quid debeat conſiderari, aut menſurari prædicta moderatio vſus quoad nos, vt ſit nobis, aut dici debeat vſus moderatus, ſuperfluus, &c? 455.

SEC. 4. An Fratres Minores poſsint magna ædificia habere, vel ornamentis, & paramentis ſericis ad cultum diuinum vti? 463.

SEC. 5. An in rebus vnico vſu conſumptibilibus, vſus diſtinguatur à dominio? 469.

CAPVT 7.

De Pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda.

CONTROV. 20. De caſuum reſeruatione, & eorum abſolutione. 488.

SEC. 1. Penes quos ſit poteſtas in ordine Minorum, caſus reſeruandi? ibidem.

SEC. 2. Qui ſunt caſus in ordine Fratrum Minorum cōmuniter reſeruati. 489.

SEC. 3. Quis poſsit à ſupradictis caſibus reſeruatis abſoluere? 503.

SEC. 4. An Fratres abſoluentes prædictos caſus abſque authoritate, aliquas pœ-

pœnas incurrant? 505.
SEC. 5. An Prælati ordinis poſsint abſolvere à caſibus Papæ reſervatis? 506.

CAPUT 8.

De Electione Generalis Miniſtri huius fraternitatis, &c.

CONTROV. 21. De Vnico Fratrum Minorum Miniſtro Generali ex Cap. 8. Regulæ. Et de Prædicatoribus ex Cap. 9. 507.
SEC. 1. An ex vi Regulæ Fratres Minores vnicum totius Ordinis Miniſtrum Generalem teneantur habere; vel an poſsint ex Regula eſſe plures? ibidem.
SEC. 2. An omnes Fratres totius Ordinis ex vi Regulæ teneantur, vni ſoli totius Ordinis Miniſtro Generali obedire? 513.
SEC. 3. An is vnicus, cui ex Regula obedire tenentur omnes totius ordinis Fratres, debeat eſſe ſucceſſor verus Beati P. N. Franciſci? 515.
SEC. 4. Quæ conditiones requirantur in Miniſtro Generali, vt verus ſucceſſor Sanctiſsimi P. N. Franciſci dicatur, & ſit? 516.

CAPUT 9.

De Prædicatoribus.

SEC. 1. An Frater Minor poſſit populo prædicare, niſi ſit, examinatus, & inſtitutus, & per quem debet inſtitui, & examinari? 526.

CAPUT X.

De Admonitione, & correctione Fratrum.

CONTROV. 22. De Officio, & authoritate Prælatorum Ordinis. 532.
SEC. 1. Quæ ſint officia Superiorum Ordinis? ibid.
SEC. 2. An Superiores poſſint ſubditis imponere aliquod præceptum ad mortale obligans, præter ea, quæ in Regula continentur? 536.
SEC. 3. Quæ requirantur, vt præceptum Superioris cenſeatur obligare ad peccatū mortale? 538.
SEC. 4. An Papa poſsit diſpenſare in præceptis Regulæ Fratrū Minorum? 539.

SEC.

SEC. 5. An ſuperiores Ordinis poſsint diſpenſare in præceptis Regulæ? 540.

CONTROV. 23. De Præceptis in ſpecie Fratrum Minorum, & eorum obligatione. 545.

SEC. 1. Quotuplex ſit præceptum Fratres Minores ſpecialiter concernens? ibidem.

SEC. 2. An ſint aliqua præcepta in Declarationibus Pontificum, vel in ſtatutis Regulæ, quæ Fratres Minores obligent ad peccatũ mortale? 547.

SEC. 3. An præcepta contra Regulam, vel animam obligent Fratres Minores? 549.

SEC. 4. An præcepta ſupra, Præter, vel infra Regulam obligent? 551.

SEC. 5. An tranſgreſsio quorumlibet præceptorum, vel æquipollentium Regulę ſit ſemper mortalis? 554.

CONTROV. 24. De Obedientia ſubditorum. De recurſu ad Miniſtros pro Regulæ obſervantia. De Fratrum recurrentium receptione per Miniſtros. Et de ſtudio literarum, & oratione. 556.

SEC. 1. In quibus teneantur Fratres Minores Superioribus obedire? ibidem.

SEC. 2. An Regulæ libertates, & diſpenſationes ſub præcepto imponi poſsint? Et an impoſitæ obligent Fratres Minores? 558.

SEC. 3. Quid ſit obſervare Reguã ſpiritualiter? Quæ requirantur, vt ſubditi teneantur recurrere ad Miniſtros pro ſpirituali Regulæ obſervantia? Et an maculentur ex abuſu Prælatorum? 560.

SEC. 4. Qualiter Miniſtri debeant recipere Fratres ad ſe recurrentes pro Regulæ obſervantia? 571.

SEC. 5. An liceat Fratribus Minoribus ex intentione Regulæ literarum ſtudio ſe dare? Et quomodo? Et an eis præcipiatur oratio mentalis? 574.

CAPVT XI.

CONTROV. 25. Et vltima. De Suſpectis conſortijs. De ingreſſu Monaſteriorum Monialium, ex capit. Regulæ 11. Et de miſsione Fratrum ad Infideles: Ordiniſque vno Cardinali Protectore, ex cap. 12. 584.

SEC. 1. Quid Fratribus Minoribus prohibeatur nomine ſuſpe-

ſuſpecti conſortij, aut conſilij? ibidem.
SEC. 2. In quo deprehendantur, aut quomodo cognoſcentur, quæ ſint ſuſpecta conſortia, vel conſilia perſonarum: alios ad ſcandalũ inducentia? 588.
SEC. 3. An Fratribus Minoribus licitum ſit in aliquibus caſibus, ingredi Monaſteria Monialium, & qualiter? 590.
SEC. 4. An ſpeciali aliquo præcepto, prohibeatur Fratribus Minoribus acceſſus ad loca exteriora Monaſteriorum Monialium? 594.

CAPVT 12.

De Euntibus inter Sarracenos, & alios Infideles. Et de Cardinali Protectore petendo.

SEC. 5. An ex vi Regulæ teneantur Miniſtri Provinciales concedere licentiam Idoneis, volentibus ire inter Infideles? Et an ijdem Miniſtri omnes, & ſinguli, teneantur petere Protectorem? 602.

LAVS DEO.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS, RERVM OMNIVM NOTABILIVM, QVAE IN HIS VIGINTI QVINQVE CONTROVERSIIS SVPER REGVLAM CONTINENTVR.

C. Controverſiam, S. Sectionem, N. Numerum ſignificat.

Abdicare. ABdicare à ſe quinque actus civiles, qui ſunt dominium, Poſſeſsio, Proprietas, vſus fructus, & vſus iuris, eſſentialiter pertinet ad paupertatem Fratrũ Minorum, C. 17. S. 1. n. 1. 20. vſque ad 31. Vide verbo Paupertas.

Actus. Eſt actus alius non civilis, qui non eſt ius, ſed actualis vſus facti tantum rei conceſſæ, ibid. n. 12. Vide verbo vſus facti.

Abſolvo. Prælati Generales, & Provinciales poſſunt abſolvere in foro exteriori ſubditum, qui in alium Religioſum manus iniecit, etiam ſi læſio fuerit enormis, C. 20. S. 2. n. 40. In foro interiori etiam Guardiani poſſunt ſuos ſubditos abſolvere, etiam ſi læſio ſit enormis. ibid. n. 41. Et etiam quilibet confeſſor ſi eligatur à pœnitente, ibid.

Prælati Generales, & Provintiales, reſpectivè, poſſunt ſuos ſubditos abſolvere, à reſervatis, C. 20. S. 3. n. 1.

Abſolvere etiã poſſunt Guardiani eo ipſo quo electi ſunt ſuos ſubditos, & Fratres hoſpites, ibid. n. 2.

Vicarij in abſentia Guardianorum, habent authoritatẽ activam, & paſsivam, ibid. n. 3. Vide infra, n. 5.

Habens authoritatem activã à Pro-

Digitized by Google

Provinciali poteſt abſolvere Fratres hoſpites totius Ordinis. Ibid. num. 6. Vide Portel. Præludio 5. ſup. ſect. 2. n. 8. relatum.

Habentes authoritatem paſſivam à Provinciali, poteſt vbicumque quemlibet confeſſorem eligere, &c. ibid. num. 7.

Si ſuperiores quibus caſus reſervantur, confeſſario petenti non concefſerit authoritatem, poterit ex Paulo 5. pro vna vice abſolvere pœnitentem, ibidem num. 10.

Abſolutio confeſſarij carentis authoritate, eſt nulla, ibidem S. 4. num. 1. Pœnas quas incurrũt, vide ibidem n. 2.

Omnes Prælati Ordinis poſſunt abſolvere ſubditos à peccatis Papæ reſervatis, ibid. S. 5. num. 1. Exceptis quatuor, ibid. num. 2. Vide verbo caſus reſervati, & verbo Prælati.

Abundans.

Abundans cautela non nocet, C. 11. S. 5. n. 83.

Abundantia.

Non omnis Abundãtia in vſu rerum, debet peccatũ mortale cenſeri in Fratre Minore. C. 19. S. 3. n. 9. 11. & 21. Vide verbo vſus. Et verbo Exceſſus.

Abuſiũ & Abuſus.

Ex Abuſu Prælatorum ſubditi non maculantur. Si illa non introducant, vel in illis non conſentiant. C. 19. S. 3. n. 16. Et C. 24. S. 3. num. 25.

Secus ſi ſunt in cauſa talium abuſionum. C. 19. S. 3. n. 17. Et C. 24. S. 3. n. 25.

Dupliciter poſſunt eſſe in cauſa talium abuſionum. Commiſsivè, & omiſsivè, C. 24. S. 3. n. 26. vſquè ad 33.

In Abuſionibus debent attendi affectus vtentium, & circumſtantiæ, &c. ibid. n. 34.

Cõmunibus Abuſionibus multo magis maculantur Prælati, ibidem n. 35. Vide verbo Prælatus. Et verbo Subditus.

Accedere.

Accedere ad loca exteriora Monaſteriorum Monialiũ non eſt Fratribus Minoribus prohibitum ex vi Regulæ. C. 25. S. 4. n. 3 & 4.

Eſt tamen prohibitum per aliquod præceptum Pontificium. Ibidem, n. 6.

Hoc præceptum non obligat ad mortale, ibidem n. 7.

Si adſit huius legis invincibilis ignorãtia nullũ peccatũ erit accedere, etiam abſque Prælati licentia, ibidem.

Acce-

Digitized by Google

Accedere cum frequentia ad dicta Monaſteria, non eſt mortale peccatum, ex ſuo genere ibid. n. 8.

Quid intelligatur per frequentiam accedendi ibid. n. 10.

Non poſſunt accedere Fratres Minores, modo, niſi cauſa eleemoſynæ petendæ, vel confitendi Monialem, & cum licentia ibid. n. 17.

Decretum ſacræ Congregationis, prohibens acceſſum ad Monaſteria Monialium, nō obligat in Hiſpanijs, ſaltem ſub mortali, ibid. n. 21.

Actio.

Nulla actio poteſt eſſe in iudicio contra Fratres Minores, pro bonis temporalibus. Neque ipſi poſſunt vllam cauſam cōtra alium habere, C. 14. S. 5. n. 2. C. 16. S. 1. n. 9. S. 3. n. 1. & S. 4. n. 6. C. 17. S. 1. n. 1. vſque ad 11. & n. 20. vſque ad 26. & n. 38. Et ibidem S. 4. n. 1. vſque ad 40. C. 18. S. 4. & S. 5. n. 1.

Actio, vt legata Nobis relicta ſoluantur, quibus competat ibid. S. 5. n. 2. vſque ad 5. Vide verbo Legatum, & verbo Pecunia.

Actus.

Ad Actus quinque habet Syndicus authoritatem. C. 14. S. 4. Pro 5. actu à Mart. 5. inſtituto vide C. 15. per totam. Vide verbo Syndicus.

Addo.

Addere præcepta in Regula, eſt contra mentem SS. P. N. Franciſci, C. 2. S. 4.

Addentes præcepta, habent timorem Dei, ſed irrationabilem ibid. n. 5. Vide verbo Zelatores.

Aduertentia.

Aduertentia actualis requiritur, vt ignorantia iuris vel facti Regulæ reputetur peccaminoſa, ibid. S. 5. n. 10. 11. & 12. Vide verbo Ignorantia.

Ædificia.

AEdificia nimis, aut notabiliter exceſsiva prohibita ex vi Regulæ, C. 19. S. 2. n. 36. & S. 4. n. 3. 5. 6. & 9.

Ædificia nimis ſumptuoſa, aut notabiliter exceſſiua in latitudine, &c. Minorum Regulæ repugnant. ibid. n. 11.

Exceſſus Ædificiorum, debet attendi reſpectu numeri Fratrum inhabitantium, ibid. n. 6. 12. & 13.

Ædificia ſumptuoſa ſemel acceptata, relinquere non poſſumus, ſine licencia Sedis Apoſtolicæ. ibid. n. 26.

Facientes Ædificia nimis ſumptuoſa, quintupliciter peccant, ibid. n. 27.

Aini-

Amici Spirituales.

Amici ſpirituales,qui ſint propriè ſecundum Regulam. C. 12. S.2. per totam.

Amicus ſpiritualis an rite poſſit dici Syndicus ib.n.7.&8.

Differt toto genere ab interpoſita perſona ibid. S.3.

Recurſus Miniſtrorum ad Amicos ſpirituales, quid ſit, ibid.S.4.

Ad Amicos quis poſsit recurrere ibid.S.5.

Pro quibus neceſsitatibus recurri poſsit ad Amicos. C. 13.S.1.

Quales debeant eſſe eiuſmodi neceſsitates,ibid. S. 2.

Quæ cautelæ, & conditiones ſeruandæ ad dictum recurſum.ibid S.3. Vide verbo Benefactor,verbo Pecunia, & verbo Syndicus.

Antiqui.

Antiquorum Ordinis Patrum variæ ſententiæ de Pecunia C.11.S.2.

Anniverſaria perpetua.

Anniverſaria perpetua per modum eleemoſynæ non repugnant Regulæ Minorum C.18.S.3.n.25.vſquè ad 44. &. S. 4. n.4.& ſequentibus. Vide verbo Annui redditus,& verbo Legatũ.

Annui redditus.

Annui redditus quicunquẽ repugnant Regulæ, C.18.S. 3.n.7.16.& ſequentibus.

Etiam ſi legentur infra Decennium.ibid.n.7.vſque ad 12. Vide verbo Legatum.

Annus probationis.

Annus probationis ſufficit vt computetur a momento anni,in momẽtum alterius anni. C.5.S.3.n.1.

Debet eſſe cõtinuus,ibid.n.3.

Vt nõ ſit cõtinuus nõ poſſunt diſpenſare Prælati ibid.n.4.

Nõ diſcontinuat Novitius annum,ſi cum cauſa,habitu,& licentia extra Monaſterium maneat per duos mẽſes,ibidem n.5.vſquè ad 8. Vide verbo Novitius,verbo Prælati,& verbo Profeſsio.

Apoſtoli.

Apoſtolis dedit Chriſtus Dominus præceptum de non portando pecuniam dicens illis Matth.10,Nolite poſſidere pecuniam.C. 11. S. 4.n.1. Vbi lin.10. poſt illa verba S.Thom. adde ibid. *aut eſt præceptum* (inquit) *aut eſt conſilium; ſed iſtud certum eſt quod eſt præceptum*,&c. Hæc S. videatur etiam in Opuſculo &c. Vide verbo Pecunia.

Apoſtoli nihil habuerunt in communi ciuiliter.C.17.S 2.n. 7. vſque ad 13. Vide verbo Paupertas.

Apoſtolorũ actibus, & ſermonibus,roboratur Regula Fratrũ Minorũ C.1.S.1.n. 2. Vide verbo Fratres Minores &verbo Regula Minorum.

Digitized by Google

B.

Benefactor.

Benefactor ſecundum Regulam quis dicendus, C.12.S.2.n.1.&2.

Quomodo differat ab Amico ſpirituali ibidem, &n.3.&4. Et C.13.S.4.n.1.&2.

Benefactorem ducere in via, licet Fratribus Minoribus, C.13.S.4.n.4.&5.

Bona.

Bonis omnibus temporalibus renunciet, qui vult eſſe Frater Minor. C.4 S.2.n.5.

Hæc bonorum renunciatio non poteſt fieri à Novitio, niſi intra duos menſes ante profeſsionem, &c. ibidem n.6.

Talia bona tenetur pauperibus erogare, niſi ex rationabili cauſa excuſetur, ibid. n.8.9.&10.

Omnis ſollicitudo circa bona temporalia intrantium ordinem, prohibetur Fratribus ex Regula, ibid. S.3. n.2.&3.

Vt bona ſua det pauperibus, poſſunt Fratres Novitio cōſilium dare, ceſſante ſcandalo, &c. ibid. S.4.n.4. Vide ibid. n.5.

Bona Novitiorum poſſunt Prælati, etiā Guardiani convertere in vſus Fratrum, ibid. dic. S.5.n.5.

Pro bonis temporalibus non poſſunt Fratres Minores in iudicio experiri, C.17.S.1. n.20. vſquè ad 25.& n.38. & ibid. S.4.n.1. vſquè ad 39. Et C.18. S.1. n.3. & S.3.n.2.&n.19. vſquè ad 23.& ibid. S.4.n.1. Et C. 19. S.2. n.8. Vide verbo Legatum, & verbo Paupertas.

Quod bona immobilia poſsideant Minores, nulla conſuetudine induci valet. C. 18.S.1.n.11.

Bulla Cruciatæ.

Ad Bullā Cruciatæ ſumēdam, poſſunt Fratres Minores recurrere ad pecuniā, abſquè vlla ſuæ Regulæ tranſgreſſione. &c. C.13.S.5.n.22. vſque ad 26.

Bulla de largitione Muneris.

Ad Obſervantiam Bullę Clemen. 8. de Largitione munerum, &c. tenentur Fratres Minores in donationibus faciendis, C.17.S.4 n. 79. (vbi lin. 1. poſt verbum Nota, adde Primo) & ſeq.

Burſarius.

Burſarius propriè quid ſit, C. 13.S.4.n.3. Et quid impropriè, ibid.

Burſariū propriè dictū, nō licet Fratri Minori ducere in via, niſi in extrema neceſsitate, ibid n.6.

Impropriè dictū, licet, ſervatis cōditionibus de recurſu ad Amicos ſpirituales, ibid. n. 7. vſq; ad 16.

Quam

Quam cautè ſe debeant habe-
re Fratres circa Burſarium,
ibid.n.17. Vide verbo Pau-
pertas, & verbo Proprietas.

C.

Calceamentum.

Calceamenti nomine intelli-
gitur in Regula, quidquid
operit pedes, modo laneum
ſit, modo lineum. C. 7. S.
1. n. 2.

Huiuſmodi calceamentũ, pro-
hibitũ ex vi Regulæ. ibid.
n. 4. vſque ad 7. & n. 11.
& 13.

Ad portandũ calceamenta, non
ſufficit quælibet neceſsitas,
ſed debet eſſe cogens, ibid.
S. 3. n. 1.

Eiuſmodi neceſsitas eſt mul-
tiplex. ibid. n. 4.

Poſſunt Prælati diſpenſare in
portandis calceamẽtis, ibid.
S. 4. n. 2.

Secundum qualitatem neceſ-
ſitatis requiritur maior, aut
minor Prælati diſpenſatio.
ibid. n. 4. vſq; ad 6. & n. 11.

In dubio an eiuſmodi neceſ-
ſitas ſit ſufficiens, vel non;
ſtandum eſt iudicio Præla-
torum. ibid. n. 12. Vide ver
bo Caligæ, verbo Cautelæ
verbo Sandalia, & verbo
Soleæ.

Caligæ

Caligæ truncatæ non prohi-
bentur in Regula nomine
Calceamentorum. C. 7. S.
1. n. 8.

Caligę ſaliæ prohibentur, ibi-
dem n. 9.

Caligis truncatis cum pedali-
bus pannicis, non poſſunt ex
vi Regulæ, neque alicuius
privilegij, vti Fratres Mi-
nores, ibid. num. 11. vſque
ad 13.

Caligæ truncatæ, honeſtatis
tantum prætextu, abſque
alia cauſa, non poſſunt por-
tari, ibid. S. 4. n. 7. vſquè
ad 10.

Camiſiæ.

Lineis tunicis, vulgo, cami-
ſeis, nõ poſſunt vti Fratres
Minores, C. 6. S. 3. n. 1. vſq;
que ad 21.

Nec camiſeis ſtamineis, Hiſpa
nè (tuniquillos) abſq; neceſ
ſitate, ibid. n. 24. vſque ad
27. Vide ibid. n. 29. & 30.

Cantus.

Facere officium divinum cum
Cantu eſt de Ordinario Ro
manæ Eccleſiæ, C. 8. S. 1.
n. 4.

Circa Cantum poſſunt diſpo-
nere capitula Generalia,
ibid. n. 5.

Ex vi Regulæ tenentur Fra-
tres, facere officium divinũ
cum Cantu, ibid. n. 24. vſ-
que ad 29.

Conſuetudo recepta excuſat,
vt officiũ fiat ſine Cantu, &
cauſa legitima, &c. ibid. n.
30.

Hoc

Hoc præceptum ex ſe, perfectius adimplét, qui faciunt officium cum cantu. ibid.n. 33 & 34. Vide verbo Officium divinum.

Caparo.

Caparonis nomine, intelligitur Caputium, cum exiguis panni particulis, ante, & retro appẽſis. C.6. S.1.n. 16. & 17.

Nequé hoc ſic intelligere eſt ridiculum, ibid.n.16.& 18.

Capuccini.

Miracula in habitu Capuccinorum, nõ fuerũt edita, ad veram formam habitus S. Frãciſci comprobãdam. C. 6. S.1.n. 26.

Ad figuram habitus, & caputij quã vtuntur Patres Capuccini, minime omnes Fratres Minores obligãtur, neq; ex vi Regulæ, neque ex mẽte SS.P.N.F. ibid. n.33.vſque ad 38. Vide ibid.n.12., & ſequentibus.

Patres Capuccini, ſervant Regulam, ſervareque debent, ſine vllis diſpenſationibus, aut privilegijs, paupertatẽ relaxãtib⁹. C.21.S.4.n.6.

Generalis Capuccinorum, nõ eſt verus, ac legitimus ſucceſſor SS. P. N. Franciſci, ibid.n.24.

Habuit per plures annos immediatum ſuperiorẽ, Magiſtrum Generalem Patrum Cõventualium, ibid.

Caputium.

Habitus profeſſorum non requirit, ex vi Regulę, Caputium ſibi aſſutum, C.6.S 1. n.3. vſqué ad 8. (per errorem 3.) & n.14.

Nullum peccatum eſt, portare Caputium diſſutum ab habitu. ibid.n.11.

Caputij appellatione, etiam intelliguntur, lunula, & ſcapulare, ibid.n.21. vſq; ad 24. Vide ſupra n.20.

Cum caputio rotũdo, cum lunula, & ſcapulari, quod induit, & portavit Vener. P. Fr. Nicol. Factor, poſtquã à PP. Capuccinis diſceſsit, & venit ad Obſervãtes; per plura miracula patrata ſunt, ibid.n.28.29.& 30.

Figuram Caputij Minorum; nec Regula, nec eius Põtificię declarationes, expreſsè tradiderunt, ibid.n.31.

Illa eſt vera figura, & forma habitus, & Caputij Minorum, quæ per Eccleſiam Roman. pro Ordine eſt approbata, ſive illa fuerit talis abinitio ſive nõ, ibid.n.32.

Caputium pyramidale ſublatũ aliquoties in ordine fuit, & etiã à Summis Pontificibus Anathemate percuſſũ, ibid. n.40. vſque ad 51.

Forma Caputij Obſervãtium vigebat tẽporibus Ioan.22. ibid.n.58.vſq; ad 60. Vide ſup.n.44.vſquè ad 46.

Digitized by Google

Etiã tẽporibus S. Bonav, ibid. n. 61. vſque ad 64.
Illã pro toto ordine approbavit idẽ S. Doctor, ibid. n. 65
Nunquam poſtea fuit ſublata, authoritate alicuius Põtificis, aut Capituli Generalis, ibid. n. 66. vſq; ad 72. Quin potius ſemper refricata fuit, præſertim ab octo Summis Põtificibus, & à triginta (& amplius) Capitulis Generalibus, ibid. & n. 75. Vide verbo Habitus.
Caputia acuta, quinquies fuerũt ſublata in Ordine, ibid. n. 76.

Caſus reſervati.

Miniſtri Provintiales, ſive Generales, nõ poſſunt reſervare quoſcumq; caſus. C. 20. S. 1. n. 3. & 4.
Caſ⁹ cõtẽti in Decreto Clem. 8. ſunt vndecim, ibid. n. 5.
Omnes ſupradicti caſus nõ ſunt in noſtro Ordine reſervati, ſed reſervabiles, ibid. n. 6.
Caſus in Ordine cõmuniter reſervati ſunt quatuordecim, ibid. S. 2. n. 2. vſque ad 6.
Vt Caſus ſit reſervatus, debet eſſe peccatũ mortale, ibid. n. 7.
Et quod clarè cõſtet, eſſe mortale, ibid. n. 8.
Requiritur etiam quod opus ſit externum, ibid. n. 9.
Quãdo Prelati cõcedunt ſuam authoritatẽ abſolute abſq; aliqua declaratione, concedunt authoritatẽ activã, & paſſivã, ibid. S. 3. n. 8. Vidẽ verbo Abſolvo, verbo Guardiani, & verbo Prælati, & verbo Vicarij.

Cauſa.

Cauſę excuſantes ab Officio divino plures, C. 8. S. 2. n. 1. vſque ad 4.
Qui iuſta de cauſa, ex ſe ipſo, abſente ſuperiore, facit officium de Sãcto, in die Feriali, nõ peccat, ibid. n. 5.
Neq; ſi ex cauſa legitima Choro nõ interfuerit, ibid. n. 6. Vide verbo, Chorus.

Cautela.

Cantelæ, & Praxes Prælati diſpenſantis, & Fratris diſpenſati. C. 7. S. 5. per totã. Hic in fine n. 1. Erroneè legitur Cõtrov. 25. lege. 22. Et vide dic. C. 22. S. 5. n. 14. & 15.

Chorus.

Quod Officiũ divinũ dicatur in Choro, eſt de ordinario Romano, C. 8. S. 1. n. 4.
Qui in Choro alijs canẽtibus, ipſe ſecum dicit, ſatisfacit, ibid. n. 36.
Fratres in communi, tenentur facere officium in Choro, ibid. n. 37.
Prẹlati in hoc negligẽtes, peccant mortaliter, ibid. n. 38.
Fratres qui tarde veniunt ad Chorũ peccant, ibid. n. 39. Vide n. 40. Vide Officiũ divinũ.

Chriſtus.

Chriſti exemplo roboratur

Re-

Regula Fratrum Minorum. C.1.S.1.n.2.
Chriſtus dictauit Regulã Minorũ, ibid. S.2.n.1.& 2.
Chriſtus geſtavit duas tunicas & pallũ C.6.S.2.n.24. & 25.
Chriſtus dedit præceptũ Apoſtolis de nõ portãdo pecuniã. C.11.S.4.n.1. Vbi li. 8. poſt verbũ S. Thom. Adde, Matth. 10. ad prædicta verba. Quod *enim* (inquit) *dicit Nolite, &c. aut eſt præceptũ aut eſt conſilium; ſed iſtud certũ eſt quod eſt præceptũ* &c. Hæc S. videatur etiam Opuſculo, &c.
Chriſtus habuit cũ Apoſtolis, paupertatẽ abdicãtẽ omne dominiũ rerũ, etiã immobiliũ, & in cõmuni, C.17.S.2.n.4. Et ſequẽtibus. Vide verbo Paupertas.

Clauſura Monialium.

Vide verbo Ingredi Monaſteria Monialium.

Clericus.

Nomine Clericorũ in Regula, intelligũtur omnes Fratres profeſsi ad chorũ deputati. C.8.S.1.n.1. Vide verbo Officium diuinum.

Commodare, Commodatum.

Fratres nõ poſſunt propriè cõmodare, nec cõmodatum recipere. C.17.S.4.n.36.
Intra ordinẽ poſſunt ſibi invicẽ. Commodare, ibid. n.37

Commutare.

Poſſunt Fratres Minores recipere res ſuperfluas in vna ſpecie, ad commutandũ pro alijs alterius ſpeciei, quibus indigent. C.11.S.5.n.18. vſque ad 21. Vide verbo Pecunia.
Resvſui eorum ceneeſſas, licet eis, authoritate Prælatorũ, vel Donantiũ; (nõ excluſa licentia ſuperioris vide. C.17.S.4.n.46.& 53.) intra Ordinem Commutare. C.17.S.4.n.14.
Et etiam extra Ordinem, autoritate ſuperiorum Prælatorũ, nullo interuentu Syndici, ibid. n.15. 16. & 17.
Authoritas, in dictis commutationibus eſt purè miniſterialis. ibid. n.18.
Licet Guardianis, ex licentia Provintialiũ, lanã commutare pro panno, triticũ pro ſoleis, &c. abſque Syndico, etiam ſi interueniat pretij, ſiue valoris æſtimatio. ibid. n.20.

Confeſſor, ſeu Confeſſarius, & Confeſsio.

Confeſſor non poteſt negare votum, ſeu ſufragium Nouitio, ob culpam cognitam in Confeſsione tãtum, etiã ſi ſuffragia dentur in ſecreto C.5.S.2.n.9.
Quibus cõpetit Confeſsiones Monialiũ infirmarũ audire, poſſunt ingredi Illarũ Monaſteria

naſteria.C.25.S.3.n.11.
Vide verbo ingredi Monaſteria Monialium, & verbo Abſoluo.

Congregationes.

Congregationes (ſeu Proviſiones) tritici, vini, Agnorũ &c. nõ poſſunt fieri in Ordine, in futurum, ſi non adſit neceſsitas &c. C.17. S.5.n.1.& 2.

Fiunt licitè, ſi adeſt neceſsitas dũmodo moderatè, in quãtitate, qualitate, & diuturnitate fiãt, ib.n.3. Vide n.9

Poſſunt fieri ad Annum, ibid. n.6.& 7.

Et etiam vltra Annum, & quãdo ibid.n.8.

Iudicium de dictis Congregationibus, pertinet ad Miniſtros, & Cuſtodes, cũ cõſilio, & cõſenſu Guardiani, & duorum diſcretorum de Cõuẽtu, &c. ibid.n.11.&12

Hoc iudiciũ, nõ committitur Prælatis pro ſuo arbitrio ibid.n.15.

Ad huiuſmodi Cõgregationes faciendas, quinque conditiones, ibid.n.13.

Servatis dictis conditionibus, melius faciunt, qui congregant triticũ tẽpore meſsis, & muſtum tempore vindemiæ, &c. ibid.n.19. Et C.13.S.2.n.5.

Coniugatus.

Coniugatus ſi non cõſumauit Matrimoniũ, poteſt ingredi & profiteri Religionem. C.4.S.2.n.2.

Si vero Matrimoniũ conſũmavit, ingredi poterit noſtrã Religionẽ, ſi eius vxor Monaſteriũ Monialium fuerit ingreſſa. Sin autem, illa, ei, authoritate Diœceſſani Epiſcopi, fecerit facultatẽ intrãdi Religionẽ; & ipſa voverit caſtitatẽ: & talis ſit ætatis, quod de illius cõtinẽtia, non poſsit probabiliter oriri ſuſpicio, ibid.n.3.

Etiã in caſu Adulterij ſi vxor adultera reclamet, nõ poteſt *Cõiugatus* ingredi ordinẽ Minorum ibid.n.4.

Conſcientia.

Conſcientia erronea obligat. C.2.S.4.n.2.

Conſenſus.

Sine Cõſenſu (vel licẽtia) ſaltẽ tacito, nõ poſſunt Fratres inter ſe invicẽ donare. C.17. S.4.n.53.& 60. Vide verbo Donare & verbo Licẽtia.

Conſenſus hic tacitus, duplex permiſsivus, & approbativus, ibid.n.58.

Quando dicatur, permiſsivus, ibid.n.61. Et ex quibus circũſtãtijs cognoſcatur.n.64

Quando dicatur approbativus ibid.n.61.& ex quibus cognoſcatur n.63. Vide verbo Donare, verbo Licentia, & verbo Prælatus.

Conſilium, Conſultor.

Poſſunt Fratres dare Conſi-

lium

Digitized by Google

lium Novitio, vt bona ſua temporalia det pauperibus, ceſſāte ſcādalo, & omni circunſtātia vitiante, C.4.S.4.Vide ibid.S.5.

Qui Cōſilium dant, ad violētam manuum iniectionem, excommunicationem incurrunt, ſi eorum nomine fiat. C.20.S.2.n.38.

Cōſultori, ad quem mittitur Novitius pro diſtribuēdis bonis ſuis, poſſunt Fratres exponere ſuas neceſsitates. C.4.S.5.n.3.

Conſtitutiones.

Cōſtitutiones Generales Ordinis præcipiūt, vt ad vnguem obſervētur Declarationes Nic. 3. & Clem. 5. C.25.S.3.n.18.C.3.S.3.n.9.Et C.22.S.4.n.3.

Conſtitutiones Provinciæ S. Pauli præcipiūt, vt ad vnguem obſervētur Clemētinæ. C.4.S.1.n.4.&8.Vide verbo Poteſtas.

Ordināt, etiā quod pecunia gratuitò oblata, apud Syndicum ponatur; niſi aliud Dās expreſsè velit. C.15.S.3.n.17. Vide verbo Cōventuales, & verbo Statuta.

Conſuetudo.

Cōſuetudo recepta excuſat, vt officiū divinū fiat in choro ſine cātu. C.8.S.1.n.30.

Fratres, qui in Cōſuetudine ducūt Choro nō intereſſe, admoniti, & correcti, peccant graviter, ibid.n.39. Vide verbo Cauſa, & verbo Chorus.

Cōſuetudo donādi in cōſulto ſuperiore, valet, nō verò invito ſuperiore, C.17.S.4.n.72

Nulla cōſuetudine induci valet, quòd Fratres Minores bona immobilia in cōmuni poſsideāt. C.18.S.1.n.11.

Quādo Cōſuetudo legem declarat illi ſtādum eſt, ibid. S.4.(per errorē.3). n. 23.

Contemptus.

Qui ex cōtemptu trāſgreditur legē, nō obligātem ad peccatum, peccat mortaliter, ſi ſpernatur lex, vt lex eſt, C. 23.S.2.n.8.&9.

Quæ per ſe, nec bona, nec mala ſunt; iuſſa ſine crimine nō cōtemnuntur, ibid.n.11.

Cōtemptus ſuperbiæ tumor, ibidem.

Conventuales.

Patrū Cōvētualium Cōſtitutiones, prohibēt camiſias lineas, ſeu ſubuculas. C.6. S.3.n.12.

Cōvētuales à tēporibus Leonis 10. ſervāt Regulā, mitigatam in multis præceptis, præcipuè in tangētibus paupertatē, C.21.S.4.n.7.&25

Magiſter, ſeu Miniſter Generalis Cōvētualiū, nō eſt verus, aut legitimus ſucceſſor SS.P.N.F. ibid.n.21.&22

Profeſsionis Cōvētualiū Formula, ibid.n.25.

Cuſtos.

Cuſtodes in ſuis cuſtodijs poſſunt arbitrare iudicare, & præcipere, quantæ longitudinis, latitudinis, &c. cuiuſvè formæ, & figuræ, debeant eſſe habitus, & caputia, & interiores tunicæ, quibus vti debent Fratres Minores, C.6. S.1. n.48. 52. & 54.

Cuſtodibus conceditur authoritas activa, paſsiva, & commiſsiva abſolvendi à caſibus reſervatis, eo ipſo quo electi fuerint, C. 20 S.3. n. 2. Vide verbo Congregationes, & verbo Prælatus.

D.

Dare.

Nullus Frater Minor, nec totus Ordo non diſpenſatus in Regula, poteſt dare pecuniam alteri, nec nomine ſuo, nec alterius, &c. C.17. S.4. n.44.

Licet Fratri Minori, legitima authoritate ſuperiorum, ex conceſsione Summi Pontificis vilia, extra ordinem dare, ibid. n.48.

Quinque conditiones requiruntur, ad hoc quod poſsit Frater, aliquid de rebus pertinentibus ad Papam, dare ibid. n. 49. vſquè ad 55.

Frater minor non poteſt dare pauperibus, ſua authoritate, portionem (Hiſpanè *la Racion*) quæ ei, pro quotidiano victu conceditur, ibid. n.56. & 57. Vide verbo Donare, & verbo Licentia.

Debitum.

Vide verbo, Obligatio.

Declarare, & Declaratio.

Declarare, ſeu interpretari præceptum, quid ſit? C. 22. S. 5. n. 1. Vide verbo Interpretari.

Soli Sedi Apoſtolicæ integrũ eſt, Regulas Religionum confirmare, declarare, limitare, &c. C. 3. S. 1. n. 1.

Intentio, & mens Seraphici P. N. Franciſci fuit, vt Regula, à Summis Pontificibus declararetur, ibidem n. 5.

Vivere ſecundum Declarationes Pontificum, quæ veræ declarationes ſunt, eſt vivere ſecundum Regulæ omnimodã puritatẽ, ibid. n. 4.

Hæ ſunt declarationes Nicolai 5. Clem. 5. Ioan. 22. Quorundam exigit. Martin. 4. & Martin. 5. Paul. 4. Pij 4. ſuæ Decretales de Syndico, ibid. n. 6. & 7.

Extravagans *Quorundã* Ioan. 22. eſt vera, & legitima Regulæ Declaratio, C. 1. S. 3. n. 19. & C. 3. S. 1. n. 6. & C.6. S.1. n. 56. ibi vide.

Sta-

Statuta Ordinis Generalia præcipiunt, vt diſtrictius obſerventur Declarationes Nicolai 3. & Clement. 5. C. 2. S. 3. n. 18. C. 3. S. 3. n. 9. & C. 22. S. 4. n. 3.

Statuta Generalia facta virtute Declarationis Nicol. 3. tenentur obſervare Diſcalciati, C. 4. S. 1. n. 5. vſque ad 8.

Qui ſervant Regulam iuxta Declarationes Nicol. 3. & Clement. 5. *purius* obſervant C. 2. S. 3. n. 15. vſque ad 18.

Ioan. 22. revocauit ceuſuras latas per Nicolai. 3. contra exponentes ſuam Declarationem noſtræ Regulæ. C. 11. S. 5. n. 9. Quomodo poſsit gloſſari Declaratio Nicolai 3. ibid. n. 7.

Martinus 5. inſtituendo Syndicum, ad recipiendam pecuniam gratuito oblatam, declarat Regulam, non diſpenſat, &c. C. 15. S. 4. n. 21. & ſequentibus, & S. 5.

In Declarationibus ſummorum Pontificum nihil continetur, de novo obligans ad culpam, niſi aliàs ſit contra Regulam, aut Dei, vel Eccleſiæ mandata. C. 19. S. 2. n. 10. (vbi mendoſe citatur C. 22. debet enim legi. C. 2 .) & 11. & C 23. S. 2. n. 1. Vide verbo Interpretatio, & verbo Regula.

Denarius.

Denarius tantum ſignificat monetam, vel pecuniam numeratam C. 11. S. 1. n. 7.

Pecunia in ſua latitudine plura ſignificat, quam Denarius ibid. n. 8.

Apoſtolis non licebat poſsidere nec ſaltem minutos, & paucos denarios ibid. S. 2. n. 5.

Denarius, & Pecunia in Regula ſunt ſynonyma, ibid. S. 5. n. 68. vſque ad 78.

Non debemus reputare maiorem vtilitatem in Denarijs quam in lapidibus. ibid. n. 76. & 77.

Denarius, & pecunia pro formali ſunt idem, ſecus vero pro materiali. ibid. n. 80.

Denarius in ſuo proprio ſignificato, nõ eſt aureus ducalis, nec Regale argenteum, &c. ſed tantum pro decem nummis, ſeu aſsibus computatur ibid. n. 81.

Recipere Denarios dicitur, qui quoviſmodo illos, ſiue in poſſeſsionem, ſiue in vſum ciuilem quencumque, vel in autoritatem acceptat. C. 12. S. 1. n. 1. vſque ad 5.

Tangere Denarios materialiter tantũ (ceſſãte ſcandalo) nullũ eſt peccatũ ibid. n. 6.

In itinere periculoſo, licet deferre Denarios proximi ibi. n. 7.

Digitized by Google

Recipere Denarios per ſe quid ſit? ibid. n. 11.
Et quid per interpoſitam perſonam. ibid. n. 12. Vide verbo Depoſitarius, & verbo Pecunia.

Depoſitarius.

Fratres non poſſunt computũ iuridicum exigere à Depoſitarijs denariorum, nec miniſterialiter. C. 13. S. 3. n. 36. & 37.
Nec eos poſſunt directe vel indirecte in iudicio conuenire, quoquomodo in eiuſmodi denariorum, expenſione, cuſtodia ſeu adminiſtratione; ſe habeant ibid. n. 38. Nec violentijs, ſeu minis per ſe, vel per alios pecuniã ab eis extorquere ibid.
Bene vero poſſunt eorum infidelitatem, Domino principali, etiamque iudici Eccleſiaſtico notificare, ſervatis quibuſdam conditionibus ibid. n. 39. & 40.
Simplex computum poſſunt Fratres exigere à Depoſitarijs denariorũ. ibid n. 41.
Peccant qui cum Depoſitario componunt, & vt citius ſolutionem faciat, ei aliquid condonant, ibid. n. 43.
Cum Depoſitario id ſolũ poſſunt facere Fratres, quantũ, quid, & qualiter, poſſunt licite facere poſſunt cũ dante ipſo, quia non poſſunt dãti præcipere quicquam, circa ſuam pecuniam, nec reprẽhendere &c. ibid. S. 5. n. 19. Vide verbo Pecunia, & verbo Subſtitutus.

Diſcalciati.

Diſcalciati recte repetiant habitus integros & novos, ad ſæculi deſpectũ C. 6. S. 4. n. 5. & 8.
Diſcalciati non recte reputant Dalmaticas ſuperfluas ad diuinum cultum, &c. C. 8. S. 4. n. 21. vſque ad 25.
Diſcalciatorum Provinciæ, S. Pauli Conſtitutiones, ordinant vt pecunia gratuito oblata deponatur apud Syndicũ, niſi dãs expreſſe aliter diſpoſuerit C. 15. S. 4. n. 17.
Miniſtri Generales non poſſunt prohibere, neque immutare vilitatẽ habitus Diſcalciatorũ. C. 6. S. 4. n. 28.

Diſpenſatio.

Diſpenſatio quid ſit. C. 22. S. 5. n. 1.
In quo differat ab interpretatione. ibid. n. 2.
Largè & impropriè, diſpenſatio vocatur iuris declaratio ibid. n. 3.
Poſſunt Superiores in aliquibus Regulę preceptis, ex cauſa rationabili diſpẽſare. ibid. n. 8. & in quibus, n. 12. & 16.
Cauſa iuſta ad diſpẽſandũ duplex, ſpiritualis diſpẽſati vtilitas, vel cõmunis aliorum. Aut neceſsitas corporalis, ibid. n. 9.

Diſpẽſatio nõ finitur, expirãte Prælato Diſpẽſante, ſi adhuc neceſsitas manet, ibidem, n. 13.

Regulæ ad diſpẽſandum pro Prælatis. ibid. n. 14. & 15. Vide n. 16. Vbi varia loca in quibus de Diſpẽſationibus tractatur, citãtur.

Regulæ Diſpẽſationes, nũquã admiſit Sacra Obſervãtium Familia, C. 3. S. 3. n. 5. & ſequẽtibus. Et C. 21. S. 4. n. 1. vſque ad 17. & C. 22. S. 4. n. 3.

Prælato diſpẽſati, tenẽtur ſubditi obedire. C. 24. S. 2. n. 6

Dominium.

Quid ſit Dominium. C. 17. S. 1. n. 2.

Differẽtia inter Dominiũ, Proprietatẽ, Poſſeſsionẽ, &c. ibid. n. 13.

Omne Dominiũ rerum mobilium & immobiliũ in particulari, & in cõmuni, excludit paupertas Fratrum Minorum, ibid. n. 20. vſque ad 26. Et C. 19. S. 5. n. 7. vſque ad 12.

Dominium poteſt ſeparari à ſimplici vſu facti, in rebus vnico vſu cõſumptibilibus, ibid. dict. S. 5. per totam.

Dominium pecuniæ onerosæ pertinet ad Papam, C. 15. S. 1. n. 4. Et etiam gratuitę. ibid. n. 10. Et ibid. S. 2. n. 8. vſque ad 21. Vide verbo Paupertas, & verbo Vſus.

Donare.

Fratres nõ poſſunt donare aliquid intra, vel extra Ordinem niſi de licẽtia expreſſa, vel præſũpta Papę, vel Syndici, vel ipſorum Dantium, &c. C. 17. S. 4. n. 40. Vide n. 45.

Et vltra requiritur, licẽtia Prę latorum expreſſa, vel præſumpta, ibid.

Totus Ordo Minorum nõ poteſt nec nomine ſuo, nec per aliũ, donare aliquid immobile, vel paſſum pedis. ibid. n. 43.

Turpe fallũtur Fratres, qui donaria à benefactoribus acceptãt; cum mãdato quodam illa elargiẽdi, excluſa licentia Prælatorum, ibid. n. 46.

Secus verò ſi nõ acceptẽt, ſed ſe habeãt, vt interceſſores, ibidem.

Donatio Clãdeſtina (vel acceptio, vel retẽtio) poteſt excuſari à mortali, ibidem. n. 69.

Quidquid ante Cõſtitutionẽ Clem. 8. de Largitione munerum, licebat Fratribus donare, & nunc licet, ibid. n. 82. & 83.

Prælatis, etiam extra Capitula, licet iure communi determinare, quæ ſit cauſa iuſta ad donandum, ibidem. n. 84.

Præ-

Prædicta Conſtitutio Clem. 8. non prohibet Donationes remuneratorias, ibidem n. 85. Vide verbo Dare, & verbo Paupertas.

Dubium.

In dubijs tenetur ſubditus ſtare iudicio Prælatorum. C. 7. S. 4. n. 12. & C. 22. S. 3. n. 5.

Modo tale dubium proveniat à perplexitate materiæ, modo à ſimplicitate ſubditi, C. 24. S. 1. n. 1.

E.

Eleemoſyna.

Anniverſaria perpetua per modum Eleemoſynæ, cógruút Paupertati, & Regulæ Minorum. C. 18. S. 3. n. 25. 27. & ſequentibus.

Poſſum habere eleemoſynas certas moraliter, non verò civiliter, ibid. S. 4. n. 1. &c. Vide verbo Anniverſaria, verbo Legatum, verbo Mẽdicare, & verbo Paupertas.

Emere.

Frater Minor propriè nõ poteſt Emere, largè poteſt, C. 17. S. 4. n. 2.

Quæ liceant Fratri Minori in Emptione, ibid. n. 4.

Quæ non liceant, ibid. n. 5.

Frater Minor abſque animo nõ manet obligatus in Emptione, & ſi obligationem ſolvẽdi expreſsis verbis, nõ excludat, ibid. n. 7. vſq; ad 10.

Equitare.

Verbum Equitare accipitur multipliciter. Primo Equitare dicuntur, qui Equo inſidendo iter faciunt. C. 10. S 1. n. 1.

Secũdo, qui quobis animali in ſidẽdo, iter faciũt, ibid. n. 2.

Tertio etiã Equitãt, qui incurru ſedendo iter faciunt, ibidem n. 3.

Præceptum de nõ Equitando deſumptũ eſt, ex Ioan. 4. Ieſus fatigatus ex itinere, &c. ibid. n 4.

Huius prohibitionis quatuor cauſæ, ibid. n. 5 & 6.

Idem eſt nõ Equitare Fratres: ac iter pedeſtres facere, ibidem n. 7.

Frater Minor ex vi Regulæ nõ poteſt iter facere in curribus, ibid. n. 8. vſq; ad 12. & n. 14. vſque ad 21.

Neceſsitas ad licitè Equitandum multiplex, ibid. S. 2.

Licentiam ad Equitãdum Quinam; & quonam modo poſſint cõcedere, ibid. S. 3.

Prælati poſſunt diſpẽſare ad Equitandum, nõ diſsipare, ibid. n. 7.

Vt licitè Equitẽt Fratres, debent cogi, manifeſta neceſsitate, vel infirmitate, ibid. S. 4. n. 1.

Quæ ſit Neceſsitas cogens, ibid. n. 2. vſque ad 7.

Sola neceſsitas itineris, vel nego-

negotij, nō ſufficit ad licitè Equitandum, ſi nulla ad ſit cauſa neceſſaria, vel cogens. ibid. n. 10. vſque ad 26.
Mens S. Bonav. ad intētum expendi tur, ibid. n. 11. & 14.
Semper à cōdito Ordine, hoc fuit praxi receptum à Doctoribus, & Sanctioribus, Patribus, ibid. n. 19. vſquè ad 24.
Sola neceſsitas perſonæ abſque alia cauſa, &c. Nō ſufficit ad licitè Equitandum, ibid. S. 5.

Error.

Sicut in actione cavenda eſt nequitia, ſic in cognitione, cavendus eſt error. C. 2. S. 4. n. 8.
In cognitione eſt Error, quādo quis pro verò approbat falſum, ibid.
Error per ſe ipſum, aut magnus in re magna, aut parvus in re parva ſemper eſt malum, ibidem.

Excommunicatio.

Sunt ipſofacto Excommunicati per Sedem Apoſtolicam, portātes habitus diffor mes, & diſsimiles ab alijs Fratribus, cōtra iudicium Prælatorum, C. 2. S. 3. n. 9. & C. 6. S. 1. n 43. & 48.
Abſolventes à caſibus reſervatis ſine authoritate, ſunt ipſo facto excommunicati, C. 20. S 4 n 2.
Item intrātes Monaſteria Monialium abſquè licētia; & cauſa, C. 25. S. 3. n. 17.
Si ingredi præſumant ſub prętextu quarumlibet licētiarū ante Greg. 13. cōceſſarum, & adſit dolus, incurrunt excommunicationem, Papę reſervatam, ibid.

F.

SS. P. N. Franciſcus.

SS. P. N. Frāciſcus voluit, vt in Regula, nō adderentur præcepta, nec minuerētur, C. 2. S. 4. n. 1.
Annullavit præceptum Fratris Heliæ, de nō comedēdo carnes in Ordine, C. 19. S. 2. n. 32. & 33.
Ardēter deſiderabat vt ſui Fratres Regulam ſcirēt, & inter ſe, mutuo, & iugiter cōfabularentur. C. 2. S. 5. n. 9.
Docētes, & addiſcētes Regulam benedicebat, C. 3. S. 2. n. 3.
Non prohibuit declarationes Summorum Pontificum. C. 3. S. 1. n. 3.
Nequè Expoſitiones Doctorum approbatorū, &c. ibid. S. 2. n. 1. 2. & 3.
Nequè diſpēſationes rationabiles in caſu, & ex cauſa, ibidem, S. 3. n. 1.
Intellexit, & ſervavit præcepta explicitè extracta de Sancto

Digitized by Google

cto Evangelio, ſicut Apoſtoli intellexerunt, & ſervarunt; C.3.S.4. n.2.& 3. Et C. 11. S.4. n.7. vſquè ad 11.

Fratres Minores.

Fratres Minores vitam Apoſtolorum imitantur. C. 3. S.4.n.2.& 3. Et C. 11. S. 4. n.7. vſquè ad 11.

Fratres Minores licet ætatem viginti annorum non attigerint, tenentur ad ieiunia vigiliarum, & quatuor temporum, C. 9. S. 2. per totam.

Eccleſia Fratrum Minorum probabile eſt, quod poteſt hæres inſtitui, C. 18. S. 1. n. 9.

G.

Galerus.

Poſſunt Fratres Minores Galeros geſtare: & ex praxi cõmuni Religionis eos geſtant, C.6.S.1.n.78.

Galerus S. Iacobi à Marchia cuſtoditur, &c. ibid. n.79.

Apoſtoli ad prædicandum miſſi, Galeros geſtarunt, ibid. n. 80.

Gloſſa.

Gloſſas solũ extortas, & Regulam relaxãtes prohibuit SS.P.N. Franciſcus, C.3. S.2.n.5. Non autem illas, quæ purum ipſius Regulæ intellectum demonſtrant, ibid. & n.6.

Guardianus.

Guardiani ex ſuo officio poſſunt diſpẽſare cum Fratribus, in habẽdo plures tunicas, C.6.S.2.n.5.

Et vt portẽt calceamẽta. C. 7.S.4.n.2.

Et vt Equitẽt, & vt portent ſotulares, iuxta cõceſsionẽ Pij 2.C.10.S.3.n.6.

Nõ poteſt Guardianus nominare Syndicum, ſine commiſsione Miniſtri, Generalis, aut Provincialis. C.14. S.2.n.3.

Poteſt de licẽtia Provincialis res mẽdicatas, pro alijs ſibi neceſſarijs, commutare, ſine intervẽtu Syndici, etiam ſi interveniat pretij æſtimatio, (dummodo nõ obſtet expreſſa prohibitio Donãtium) C.11.S.5.n.15. vſque ad 21. & n. 35. vſquè ad 43. Et C.17.S.4.n.20.

Similiter poteſt de licẽtia Provintialis cõmutare ea, quibus abũdat in ſuo diſtrictu, cum ijs quibus alter Guardianus abundat in ſuo, ibid. n. 21.

Guardianis, eo ipſo quo inſtituũtur, cõceditur, poſſe præbere ſubditis licẽtiã, ad donandum intra, vel extra Ordinem. C.17.S.4.n.52.

Poſſunt Guardiani iudicare, præcipere, & arbitrari, circa longitudinem, latitudinem, &c. veſtimentorum, C.6.

C. 6. S. 1. num. 54.

Iudicium de vſu ſuperfluo, vel moderato, reſidet etiam penes Guardianos, C. 19. S. 3. n. 13.

Guardianis, eo ipſo quo electi fuerint, conceditur authoritas activa, paſsiva, & commiſsiva, C. 20. S. 3. n. 2. Vide verbo Abſolutio, verbo Caſus reſervati, verbo Diſpenſatio, & verbo Prælat⁹.

H.

Habere.

(Licèt Habere aliquid in cõmuni non minuat de ſtatu perfectionis exercẽdæ) Nõ Habere aliquid in communi, neque immobile, neque mobile, potius ſpectat, & iuvat ad perfectionem Evãgelicam, C. 17. S. 1. n. 39. vſque ad 43. & C. 19. S. 5. n. 19.

Fratres Minores non poſſunt Habere vineas etiam intra Conventus, ad colligendũ vinum pro Fratrum proviſione ad bibendum, C. 18. S. 3. n. 51. vſque ad 56. Et C. 17. S. 1. n. 32.

Nullos reddirus poſſunt Habere, neque admodicum tẽpus, ibid. n. 7. vſque ad 11.

Solùm Habent, vſum ſimplicẽ facti, circa res mobiles, & immobiles, C. 17. S. 1. n. 21. vſquè ad 26. & n. 31. cum ſequentibus. Et C. 19. S. 5. per totam.

Nec poſſunt habere vſum quarumcumquè rerum. C. 19. S. 1. n. 2. & S. 2. n. 7. & 8. Et S. 3. n. 21. Vide verbo Ædificia, & verbo Libri, & verbo Paramenta Eccleſiaſtica.

Habitus.

Fratres Minores portãtes Habitus difformes, &c. contra iudicium Prælatorum ſunt ipſo facto excommunicati, C. 2. S. 3. n. 9. & C. 6. S. 1. n. 48.

Per vnam tunicam cum caputio intelligitur in Regula, Habitus exterior, C. 6. S. 1. n. 1.

Octo Summi Pontifices expreſsè confirmarunt pro toto Ordine, formam, & figuram Habituum, & Caputiorum, Fratrum de Obſervantia ibid. n. 73.

Habitus magis curti, & ſtricti, quam præſcribunt, & ſemper præſcripſerunt Generales Ordinis Conſtitutiones, à quinque Miniſtris, & Capitulis Generalibus, & à quatuor Summis Pontificibus ſublati fuerunt, ibid. n. 74.

Licitũ eſt eleemoſynam pecuniarũ accipere pro Habitib⁹, qui dantur ad induméntum de-

defunctorum, C. 16. S. 5. n. 1. & 2.
Nō poſſunt facere Guardiani Habitus ex lodicibus, (Hiſpanè Cobertores de cama) vel ex ſimilibus, niſi in caſu ſpecialiſsimo, & extremæ, vel quaſi extremæ neceſsitatis, ibid. n. 3. vſquè ad 6.
Prælati poſſunt pro huiuſmodi habitibus pretiū certum aſsignare, ibid. n. 7.
Vt dictum pretium recipiatur debēt Fratres indigere Habitib9, neceſsitate pręſenti, vel imminēti, ibid. n. 8.
Nec in hoc, intervenit peccatum ſimoniæ. Etiamſi Habitus minus valeant, quam pro illis petitur, ibid. n. 9. & 10. Vide verbo, Capuccini, verbo Caputium, verbo Pecunia.

Hæres, & Hæreditas.

Nullo modo poſſunt Fratres Minores Hæredes inſtitui, nec directè, nec indirectè, C. 18. S. 1. n. 1.
Cōceſsiones Clem. 4. & Sixti etiam 4. vt poſsint Fratres Minores ſuccedere in hæreditatibus, intelligendæ ſunt de Fratribus Cōvētualibus, non verò de Obſervātibus, vt declaravit idē Sixtus 4. ibid. n. 2. & 3.
Hæreditatis huiuſmodi, nec valorem poſſunt Fratres recipere, ibid. n. 5. & 6.
Inſtitutis Hæredibus Fratribus Minoribus, adiecta clauſula, vt hæreditas vendantur, &c. valet inſtitutio, ibidem n. 7.
Hæres, vel quicūque alius gravatus à teſtatore, vt det annuatim aliquā quātitatē, tenetur in foro cōſciētiæ illā quantitatē, quotannis ſolvere, nō civili, ſeu ſtricta obligatione, ſed larga, ideſt, naturali, ibid. S. 4. n. 3. & ſequentibus.
Civitas poteſt cōpellere Hæredem, vt ſolvat Fratribus legata in teſtamēto, C. 18. S. 5. n. 2.
Etiā iudex tam Eccleſiaſticus, quam ſæcularis, ibid. n. 3.
Quilibet de populo poteſt hoc petere, ibid. n. 2. fin.
Et Syndicus nomine Domini Papæ, ibid. n. 5.
Quādo Legatū eſt nullū, quia repugnat noſtræ profeſsioni, nō poteſt Syndicus tranſigere cum Hæredibus, &c. ibid. n. 7. & 8. Vide verbo Actio, verbo Legatum, verbo Paupertas.

I.

Ieiunium.

Omnes profeſsi Ordinis Minorum, licet nō attigerint vigeſimum ætatis annum, tenentur ex vi Regulæ ad om-

omnia ieiunia in ipſa cōtenta, C. 9. S. 1. vſquè ad 6.
Si Natiuitas Domini incidat in Feria ſexta, tenentur Fratres Ieiunare ex Regulæ præcepto, ibid. n. 7.
Omnes profeſsi etiam ante vigeſimum ætatis annum, tenentur ieiunare vigilias, & quatuor tēpora. ibid. S. 2. per totam.
Circa qualitatem ciborum debent ſervare morem Patriæ, & ieiunantium, maximè Eccleſiaſticorum, ibid. S. 3. n. 1.
Si cōſuetudo ieiuniantiū, maximè Eccleſiaſticorum, ova, & lacticinia nō prohibeat, ab ijs abſtinendum nō erit, ibidem.
Etiam ſi Bullā Cruciatæ non habeāt, ibid. n. 2. Vide n. 3.
Nec maior, nec minor neceſſitas, requiritur ad ieiunia Regulæ, quā ad ieiunia Eccleſiæ, ibid. S. 4. n. 3.
Neceſsitas excuſans Fratres à Ieiunio multiplex, ibid. n. 4
Quando neceſsitas eſt dubia requiritur Diſpenſatio Prę latorum: Secùs verò, quando eſt manifeſta, ibidem n. 6.
Aliqua ponuntur Privilegia circa Ieiunium, ibid. n. 7. & 8.
Dominici dies occurrētes, intra quadraginta dies continuos ieiunij, incipientis ab Epiphania, licitè, & meritoriè poſſunt ieiunari, ibid. S. 5. per totam.
Ieiunium diei Dominicæ olim interdictum ab Eccleſia, ibidem, n. 1.
Etiam ieiunium Feriæ quintę, ibid. n. 2.
Hoc ieiunium poteſt ex cauſa prohiberi à Prælatis, & etiam imponi, & impoſitum obligabit, ibidem, n. 2. 4. & 5.

Ignorantia.

Ignorantia vincibilis, & invincibilis, vincibilis, dividitur in affectatam, craſſam, & ſupinam. C. 2. S. 5. n. 2. & 3.
Ignorantia invincibilis Regulę, excuſat à peccato. Secus verò Affectata, craſſa, vel ſupina, ibid. n. 5. vſquè ad 8.
Vt Ignorantia cenſeatur vincibilis, & peccaminoſa, requiritur advertētia actualis, ibid. n. 11.
Tanta diligentia adhibenda eſt ad ſuperandum Ignorantiam, quæ viro prudenti ſufficiens videatur, ibid. n. 13.
Non omnes profeſsi tenētur, æqualiter ſcire Regulam, ibid. n. 14.
Prælati tenentur ſcire ea omnia, quæ conducunt ad puram Regulę obſervantiam, ibid. n. 15.

Fra-

Fratres docti licet Prælati nō ſint, tenētur ſtudere ad debitè docēdum Ignorantes, ibid n.16.

Impignorare.

Quid ſit impignorare, C. 17. S. 4. n. 31.

Poſſunt Fratres Minores impropriè impignorare: nō verò propriè, ibid. & n. 32.

Abſq; civili obligatione, poſſumus pignora recipere pro rebus vēditis, pro habitibus datis, pro defunctorum induitione, &c. Dum modo nobis nō fiat obligatio, ſed Syndico, vel Dantibus, & caveatur ſandalum, ibidem, & n. 33.

Pro pecunia ad Papam nō pertinente, nullo modo, nec propriè, nec impropriè, nec per Nos, nec per alium (etiā Syndicum) poſſumus pignora aliqua accipere. ibid. n. 34. Vide n. 35.

Infirmi.

Ex vi Regulę tenemur, nō ſolùm infirmos Fratres curare; verum etiam illis inſervire, ſicut vellemus nobis metipſis. C. 19. S. 5. n. 58.

Hoc præceptum obligat ſemper, ſed nō pro ſemper, ſed pro loco, & tempore, &c. ibid n. 59.

Prælati preſsius obligantur infirmis inſervire, ibidem, n. 60.

Debent Fratres ſervire infirmis, ſicut pro exigētia noſtri ſtatus, ægritudinis, vel perſonæ rationabiliter vellent ſibi ſerviri, ibid. n. 61.

Frater infirmus, ſi pauper eſt voluntarius, penſet nō quæ divites, ſed quę pauperes decent, &c. ibid. & n. 62. & 63.

Infideles.

Idoneis volētibus ire ad Infideles, tenētur Provinciales ex vi Regulæ licentiam præbere. C. 25. S. 5. n. 2.

Idoneitas in Fratre Minore, vt mittatur ad Infideles, ibidem, n. 3. & 4.

Ingredi Monaſteria Monialum, & Ingreſſus.

Nomine Ingreſſus, introgreſſus ſolùm intra Monaſterium intelligitur, nō verò acceſſus ad loca exteriora, C. 25. S. 3. n. 1.

Vt Monaſteriū cenſeatur, ſufficit vt tres, aut quatuor moniales regulariter vivāt, ibid. n. 4.

Nomine Monacharum intelliguntur mulieres omnes, quæ ſolemniter vitam Regularem ab Eccleſia approbatam profeſſæ ſunt, ſive clauſuram obſervent, ſive non, ibid. n. 5.

Licet Fratribus Minoribus in caſibus, in quibus Sedes Apo-

Apoſtolica licētia cōcedit, ibid.n.6.
Hæc licentia debet eſſe ſpecialis pro Fratribus, nec ſufficit Generalis, pro omnibus Religioſis, aut Clericis, ibid.n.7.
Caſus ad tria capita reducuntur, ob veram neceſsitatē. Ob gravem vtilitatē, ob ſacramentorū, & ſacramentalium cōgruam adminiſtrationē, ibid.n.8. vſq; ad 13.
Ingrediētes debitè, poſſunt finito negotio, aliquantulā moram facere, ibid. n. 15. Vide verbo Accedere, & verbo Excommunicatio.

Interpretari, & Interpretatio.

Quid ſit Interpretatio. Et in quo differat à Diſpēſatione, C,22.S.5.n.1.2.& 3.
Licèt Prælatis, Regulæ præcepta interdum Interpretari, vt incertis caſib⁹ nō obligantia, ibid.n.4.
Interpretatio debet fundari in æquitate, ibid.n.5.
Cauſæ iuſtæ interpretationis ſunt potiſsimū duæ. Prima neceſsitas perſonæ operantis, ibid.
Secunda concurrētia alterius præcepti, ibid.n.6.
In anxietate, vbi ſuperior non adeſt, & neceſsitas vrget operandi, poteſt quilibet ſubditus vti EpijKia, ſive legis interpretatione, ibid. n. 7. Vide verbo Declaratio, & verbo Diſpenſatio.

Ius.

Ius duplex divinum, vel, naturale, & civile, vel politicū, C.17.S.1.n.15.&16.
Ius divinū, & naturale, potius dicitur *Fas*. Civile verò propriè dicitur ius, ibid. n. 17.
Ius civile duplex, vnū reſpectu rei, ſeu in Ordine ad rem temporalē. Alterū reſpectu rei ſpiritualis, vel quaſi ſpiritualis, &c. ibid. n. 18.
Fratres Minores in rebus quibus vtūtur, nullū Ius civile tēporale habent, ſed tātū, ſimplicem vſum facti, ibid. n.21.&25. Vide etiā S.5. per totā. Vide verbo Habere, verbo Paupertas, & verbo Vſus.

L.

Labor, & Laborare.

Regula nō præcipit Laborem manualem, C.16.S.1.n.1
Labor duplex, vn⁹ corporalis, Alter ſpiritualis, ibid. n. 4.
Laborare poſſunt Fratres pro mercede, & eam ex omni honeſto Labore accipere, ibid.n.5.& 6.
Licet etiā, recipere mercedē pro labore in rebus ſpiritualibus, ibid.n.7.
Ad vtrumque Laborem extēdit ſuam intētionem Seraphicus P. N. Fran. quando

dicit in Textu *Laborent*, *&c.*ibid.n.8.
Licet merces ſit nobis debita iure naturali, nullũ Ius civile in ea habemus, ibidem n.9.
Seraphici P.N.menti conformius eſt,labore proprio corporali, ſeu ſpirituali; Fratres, ſibi neceſſaria pro victu, & veſtitu conquirere: quam oſtiatim mendicare, ibid. S. 2. n.2. vſque ad 9. Vide num. 10.
Nõ poſſunt Fratres facere pactum civile, pro mercede Laboris,ibid.S.3.n.1.
Syndici poſſunt vẽdere libros & alia,quæ Fratres ſuo opere manuali fecerunt, ibid. n. 2.
Licet Fratribus,recurrere ad pecuniam,intuitumercedis; pro labore in rebus ſpiritualibus; non verò,pro pretio rei ſpiritualis,&c.ibid.S.4. n. 3. Vide verbo Habitus, & verbo Pecunia.

Laici.

Laici tenẽtur ſub mortali,ad ſuum officium Orationum Dominicarũ.C.8.S.5.n.1.
Nõ verò obligantur,cuilibet Pater Noſter, addere Ave Maria,ibid.
Cæterum, tenentur aliquam particularẽ orationẽ quotidie pro defunctis fundere, ibid.n.3.
Laici otio vocantes,ſecũdum qualitatem materiæ venialiter, vel mortaliter peccant,ibid.n.4.
Probabilius eſt,quod ſtudium literarum,ſolisLaicis Regula diſſuadet,C.24.S.5.n.3.

Legare, & Legatum.

Legata facta modo congruo; poſſumus recipere, C. 18. S. 2. n. 1.
Hic modus in quatuor cõſiſtit ibid.n.1.vſque ad 14.
Si modus repugnet Regulæ puritati, nec poterunt Fratres æſtimationem recipere,ibid.n.4.
Legati, quantitas moderata, quæ ſit,relinquitur iudicio Provincialis; & Cuſtodis ſimul, nõ iudicio Guardiani,ibid.n.6. & 7.
Relictũ pro determinata cauſa ſi nõ adeſt, in aliam commutabitur. Quod etiam cõceſſit Sixtus 5.ibid.n.11.
In caſu magnæ, & exceſsivæ quantitatis,non irritat Põtifex valorem talis Legati, &c.ibid.n.14.
Fratres acceptando Legatum immoderatæ quãtitatis,peccant cõtra paupertatẽ, ibid. n. 17.
Quando incongruitas Legati non provenit ratione ſtatus, & Regulæ, ſeu conditionis Fratrum generaliter: ſed ratione cõditionis Fratrũ in particulari, (vt ſi

Laico

Digitized by Google

Laico legaretur Miſſale,) tunc tollitur impoſsibilitas & debet tranſmutari in aliũ modum,&c.ibid.n.18.

Legatum rei immobilis, ſine expreſsione cauſæ valet.ibidem n.22.

Eiuſmodi res debet vendi per idoneas perſonas. Nec opus eſt,vt ſtatim vendatur , ſed poteſt opportunitas temporis expectari,ne vili prætio vendatur ibid.n.23.& 24.

Fructus rei ſtabilis dum non venditur , ſunt hæredum. ibid.n.25.

Sicut communitas Minorum eſt incapax vt ipſi legetur, ſic quilibet Frater Minor, ibid.S.3.n.1.

Nullum ius habent Fratres Minores,ad petendum aliquid annuum ibid.n.2.

Annuos redditus prohibuit, nobis Clem. 5. non annuas eleemoſynas,ibid.n.3.13. & ſequentibus.& S. 4. per totam. Vide verbo Actio, & verbo Annui redditus, verbo Anniuerſaria perpetua,verbo Habere , & verbo Hæreditas , & verbo Syndicus.

Libri.

Vſus librorum in particulari, licitus , Fratribus Minoribus.C.19.S.2.n.15.& 16

Non eſt contra intentionem SS.P.N.Franc.quòd Fratres habeant Libros in particulari,ibid.n.17.

Eos in particulari habuerunt Sãcti,ibid.n.22.vſq;ad 25

Libertas.

Quæ libertates, & conceſsiones Regulæ,poſsint prohiberi à Prælatis, & imponi, & quæ non.C.24. S. 2, n. 2.vſque ad 5.

Licentia.

Ad donandum aliquid extra Ordinem,requiritur licentia ſaltem tacita ſuperioris, C.17.S.4 n.40.& 52.

Quid ſit,hæc tacita Licentia, ibid.n.58.vſque ad 64.

Subditus donans ſine licentia petita,ſi Prælatus eſt invitus quoad modum donandi rem , non vero quoad rem ipſam: peccat venialiter donando. Etſi ſuperior ſit notabiliter invitus mortaliter. ibid. n. 66. & 67.

Quando Donatio rei clandeſtina,(vel acceptio,vel retẽtio)excuſetur à mortali,ibidem n.69.

Religioſus dubius de licentia concedenda,donans,nõ excuſatur à mortali.ibid.n.70

Ad licẽtiã præſumptã,ſufficit taciturnitas ſuperioris , approvatiua,ſecus ſi tãtũ eſſet permiſsiua,ibid.n.71.

Qui præſũpta licẽtia vſus, aliquid accepit; quãdo teneatur,referre ſuperiori.n.73.

Licẽtia conceſſa Religioſo donãti,ex ſe nõ extenditur ad

accipientem, ibid. n. 75. vſque ad 78.
Licentiam accedẽdi ad Monaſteria Monialium, poſſunt Guardiani concedere ſuis ſubditis, & etiã hoſpitibus cauſa interveniente, C. 25. S. 4. n. 14.
Novitius qui cum licẽtia, cauſa, & habitu, extra Cõventum egreditur, & manet ibi per vnum, aut duos menſes nõ diſcõtinuat annum, C. 5. S. 3. n. 5. vſque ad 8.
Qui poſsint hanc licentiam ad exeũdum cõcedere, ibid. n. 7. Vide verbo Donatio, & verbo Prælatus.

Linteamina.

Linteaminibus nõ poſſunt Fratres Minores vti in lectis abſque neceſsitate, C. 6. S. 3. n. 31. & 32.

Locare.

Fratres impropriè poſſunt Locare, C. 17. S. 4. n. 23.
Syndicus nõ poteſt Locare rẽ aliquã Fratrũ vſui deputatã, pro aliquo determinato tẽpore, quo eis vtilis eſſe non poteſt, ibid. n. 25. 26. & 27.

M.

Matrimonium.

Matrimoniũ ratum diſſolvitur per ingreſſum Religionis cuiuslibet cõiugati, C. 4. S. 2. n. 2. Vide verbo cõiugat⁹.

Mendicare, & Mendicatio.

Recipere rẽ in ſpecie ſua, quãvis illa aliàs emãtur eſt Mẽdicare, C. 12. S. 4. n. 4. 5. & 6. & C. 13. S. 4. n. 1. & 2.
Quãdo res poteſt commodè per Mẽdicationem haberi, nõ eſt licitum pro illa ad pecuniam recurrere, C. 13. S. 1. n. 14. vſque ad 19.
Fratres Minores tenẽtur ex vi Regulæ ad Mendicationẽ, & quomodo, C. 17. S. 1. n. 35. & 36. & ibid. S. 3. per totam.
Licitum eſt cõgregationes vini, tritici, &c. in futurũ facere; quãdo per Mendicationem, nõ poſſunt vitę neceſſaria commodè provideri, ibid. S. 5. n. 3. Vide verbo Anniverſaria, verbo Labor, verbo Legatum, & verbo Paupertas.

Miniſter Generalis.

Ex vi Regulæ, & mẽte SS. P. N. Frãciſci, debet eſſe in toto Ordine, vnus tantum Miniſter Generalis, C. 21. S. 1. n. 6. vſque ad 18.
Omnes totius Ordinis Minorum Fratres, tenẽtur ex vi Regulæ obedire, vni ſoli, totius Ordinis Miniſtro Generali, ibid. S. 2. per totam.
Hic vnus tantũ, Generalis Miniſter, debet eſſe ex vi Regulæ, ſucceſſor SS. P. N. F. ibid. S. 4. per totam.
Quæ cõditiones requirãtur in Miniſtro Generali, vt verus ſucceſſor ſit SS. P. N. F. ibidem, S. 4. n. 2. vſque ad 4.

Ve-

Digitized by Google

Verus, ſolus, ac legitimus ſucceſſor SS.P.N.F. in Generalatus Miniſterio, eſt Miniſter Generalis ſacræ Familiæ Obſervãtium, ibid. n. 26. vſque ad 29. Vide verbo Prædicare.

Miniſter, Generalis, & Provincialis.

Miniſtri Provinciales poſſunt recipere veniẽtes ad Ordinem, C.4.S.1.n.1.

Miniſtri, & Cuſtodes tenẽtur ex vi Regulæ, Fratrum neceſsitatibus per Amicos ſpirituales providere, C. 12. S.5.n.1.2.& 3.

Miniſter Generalis, & Provincialis, ex officio, & Guardianus ex commiſsione illorum, poſſunt Syndicum nominare, C.14.S.2.n.1.

Miniſter Generalis, & Provincialis, ex vi ſui officij poſſunt à reſervatis abſolvi, & abſolvere, C.20.S.3.n.1.

Miniſtri tenentur ex iure divino, ſuos ſubditos viſitare, & corrigere, C.22. S.1. n. 1.2.& 3. & n.11.

Miniſtri tenẽtur, Fratribus recurrentibus pro puriori Regulæ obſervantia, de remedio providere, C. 24.S.3. n.19.

Miniſtri Provinciales obligãtur, cõcedere licẽtiam idoneis volẽtibus ire ad infideles, C.25.S.5.n.2.

Miniſtri Provinciales omnes tenẽtur petere Protectorẽ. ibid.n. 7. Vide verbo Abſolvo, verbo Caſus reſervati, verbo Donare, verbo Guardian°.

Miſſa.

Ex vi Regulæ tenemur celebrare Miſſas privatas, ſecũdum Rubricas Miſſalis Romani, C.8. S. 4.n. 1. vſque ad 5. Vide n. 6.& 7.

Etiã ex vi Regulæ obligamur celebrare Miſſas Cõvẽtuales, iuxta Rubricas Miſſalis Romani, ibid.n.8.

Item tenemur ex vi Regulæ celebrare Miſſas ſolemnes, cum Diacono, Subdiacono, & Dalmaticis; niſi numerus paucorum Fratrũ excuſet, &c. ibid.n.11.

Nec poſſumus addere, minuere, variare, ex præcepto Pij 5. ibid.n.12. vide n.13.

Similiter ex mente SS. P. N. Franc. tenemur Miſſas ſolemnes cum Dalmaticis celebrare, ibid. n. 15. vſquè ad 18.

Ipſe SS.P.N.F. in Miſsis ſolemnibus, Dalmatica vſus eſt, ibid.

Pro Miſsis, & ſermonibus, licitum eſt nobis ad pecuniã recurrere, ſervatis cõditionibus de recurſu, &c. C.16. S.4. n.3.

Nequé ex huiuſmodi acceptione cõmittitur ſimonia, ibid. n.4.

Mutuare, & Mutuum.

Mutuare, ſeu Mutuari propriè, penitus eſt Nobis interdictum, Non verò largè, & impropriè. C. 17. S. 4. n 28.

Fratres nullo modo neq; propriè, nequè impropriè, poſſunt mutuum dare, ibid. n. 30. Vide verbo Pecunia.

N.

Neceſsitas.

Sub duabus neceſsitatibus expreſsis in Regula, pro quibus recurri poteſt ad Amícos, comprehenduntur omnes aliæ pro tēpore occurrētes, his duabus maiores, vel ſimiles, C. 13. S. 1. n. 1.

Ad recurſum non requiritur neceſsitas ſtricta, ſufficit enim accommoda, ibid. n. 2. 12. & 13.

In dictis neceſsitatibus, conſiderandæ ſunt circunſtantię, Perſonæ, Loci, Temporis, &c. ibid. n. 5. vſquè ad 8.

Iudicium de quidditate, qualitate, & quantitate, Neceſſitatis, reſidet penes Miniſtros Cuſtodes, & Guardianos, ibid. n. 13.

Requiruntur quinq; cōditiones, in qualitate huiuſmodi neceſsitatis, ibid. S. 2. n. 1.

Prima, vt res cuius ſolutio procuratur ſit verè neceſſaria, ibid. & n. 2.

Secunda conditio eſt, vt prædicta neceſsitas ſit præſens, vel imminens, nō autem futura poſsibilis, ibid. n. 3. vſquè ad 9.

Tertia, quòd nō ſint aliæ eleemoſynæ oblatæ, vel depoſitæ indifferentes, ibid. n. 10. vſque ad 13.

Quarta, quòd talis res commodè mendicabilis nō ſit, ibid. n. 14. vſque ad 19.

Quinta, quòd neceſsitas ſit propria Fratrum, non aliena, ibid. n. 20. vſque ad 25. Vide verbo Calceamētū, verbo Equitare, verbo Ieiunium, verbo Pecunia, verbo Tunica.

Negotia temporalia.

Pro negotijs temporalibus agendis, nō licet Fratri Minori incurijs aſsiſtere, neq; iudicialiter contendere. C. 18. S. 3. n. 19. & 26. & C. 19. n. 8. vide verbo Syndicus.

Novitius.

Non omnes venientes ad Ordinem indifferēter ſunt admittendi. C. 4. S. 1. n. 11.

Novitio ſufficit bona voluntas, quādo ex diſtributione ſuorum bonorum, lites, difficultates, & ſcandala timētur, ibid. S. 2. n. 9.

Si Novitij Parētes, pauperes ſint,

Digitized by Google

ſint,&c.poteſt eis relinque re bona ſua ibid.n.10.
Omnis ſolicitudo, quæ tollit Novitij libertatem in libera diſpoſitione bonorũ,prohibetur ex Regula. C. 4. S. 3.
Oblata liberè à Novitio, licet Fratribus recipere,ibid. S.4.
Quæ ſunt obſervenda, cũ mittitur Nouitius ad aliquos Deum timentes. ibid. S.5.
Fratres habẽt iudicare,de Nouitiorum idoneitate C. 5. S.1.n.2.
Fratres repellentes Nouitium idoneum, peccant mortaliter ibid.n. 3. Similiter peccant admittentes ineptum. n.4.
Nouitium,ob defectum in receptione cognitum,& toleratum;poſſunt Fratres expellere ante profeſsionem. ibid.n. 7.
In receptione Novitiorũ ad habitum, & profeſsionem, debet procedere Prælatus, cum conſilio, & conſenſu capituli.ibid.n.9.
Cauſas ſufficiẽtes,vt quis poſſit licitè ſufragium(ſeu votum) negare Nouitio,vide ibid. S.2.per totam.
Prælati recipientes Novitium ad profeſsionem ante annũ probationis,excommunicantur. Recepti profeſsio eſt nulla. Et recipientes ſunt ipſo iure ſuſpenſi,&c. C. 5. S.3.n.10.Vide verbo Annus probationis,verbo Bona,verbo Coniugatus,verbo Confeſsio, verbo Conſilium,& Conſultor,verbo Profeſsio.

Obedientia,& obedire.

In his quæ ſunt contra animã, aut contra Regulam non tenetur ſubditus obedire Prælatis.C.23.S.3.n.1.
Contra Animam dicitur, omne peccatum mortale, & veniale:&omne illud quod eſt, aut inducit de propinquo in periculum mortalis vel venialis.ibid.n.2.3.&4.
Contra Regulã quod eſt contra præcepta Regulæ: aut cõtra ſtatuta ordinis, ad ſeruandam Regulæ puritatem ibid.n. 5.
In his præceptis in quibus poteſt Prælatus diſpenſare, ſi rationabiliter diſpenſet, tenetur ſubditus obedire,ibidem n.6.& 7.
Si Prælatus præcipiat aliquid ſupra Regulam, abſolute non tenetur ſubditus obedire,niſi in caſu,& ex cauſa ei aliquid præcipiatur. C. 23.S.4.n.1.2.& 3.
Si præcipiat aliqua præter Regulam ſeu indifferentia,tenetur ſubditus obedire,niſi manifeſte conſtet, talia eſſe vana, &c. ibidem n.4. & 5.

Præcepta infra Regulam obligant. ibid. n. 6.
Bonum quod non eſt neceſſarium ad ſalutem æternam, debet omitti propter obedientiam. ibid. n. 7. (per errorem 5.) vſque ad 10.
In omnibus dubijs tenetur ſubditus ſtare, & obedire, iudicio Prælatorũ C. 23. S. 1. n. 1
In omnibus quæ ſuperiores legitime præcipiunt, tenẽtur ſubditi obedire. ibid. n. 2. Vide verbo Prælatus, & verbo Subditus.

Obligatio Obligatus, & Obligo.

Obligationes, ſeu obligatoria Regulæ, non naſcuntur ex ſola voluntate Põtificis volentis obligare, ſed ex natura Regulæ iuncta intentioni inſtitutoris eius, &c. C. 2. S. 1. n. 5.
Fratres Minores non poſſunt ciuiliter ſe obligare, improprie poſſũt C. 17. S. 4. n. 38
Proprie, & ciuiliter nullus poteſt nobis eſſe obligatus, aut debitor, loquendo vero improprie: prout Obligatio accipitur pro quadam æquitate, &c. bene poterũt alij, ipſis Fratribus obligari, ibidem n. 39.
Hæres obligatione larga, & impropria tenetur ſoluere legata perpetua, quotãnis, C. 18. S. 4.

Officium diuinum.

Facere Officium diuinum ſecundum Ordinem Romanũ, eſt illud facere, ſicuti habetur in Rubricis Breviarij, & in Kalendario. C. 8. S. 1. n. 2.
Aliud eſt facere Officium diuinum ſicuti habetur in Rubricis Breviarij. Aliud ſicuti habetur in Kalendario ibidem n. 3.
Frater Minor qui facit Officium ad vſum, v. g. Mediolanenſem, ſeu ad alium quẽcunq; præter Romanũ peccat mortaliter (niſi in cauſa, &c.) ibid. n. 8. vſque ad 10.
Frater Minor, qui abſque rationabili cauſa, recitat de ſancto in die feriali, peccat mortaliter, ibid. n. 11. vſq; ad 22. Vide infra. §. Qui aliqua.
Officium parvum SS. V. Mariæ Dominæ Noſtræ, ſub præcepto Fratribus Minoribus in Choro obligat, ibid. n. 41.
Nõ vero Officiũ Defunctorũ. nec Pſalmi Graduales, aut Pœnitẽtiales, ibid. n. 42.
Multiplex cauſa excuſat, ab obligatione dicẽdi Officiũ divinum. ibid. S. 2. n. 1. vſque ad 4.
Qui aliqua ex iuſta cauſa, & abſente ſuperiore, ex ſe ipſo faciat de Sancto, cum faciendum erat de Feria non peccat ibid, n. 5.

Multiplex Privilegium circa officium divinum, ibid. S. 3. Vide verbo Cantus, verbo Chorus, verbo Conſuetudo, verbo Miſſa, & verbo Laici.

Orare, & Oratio.

Ex intentione, & voluntate, SS. P. N. F. ita Fratres Minores debēt, ſe ſtudio literarum dare, quod orationē mentalem nō relinquāt. C. 25 S 5. n. 13. & 15.

Sancti Eccleſię Doctores ſtudendo orabant, & orando ſtudebant S. Ambroſ. ibid. n. 17. S. Aug. n. 18. S. Hieron. n. 19. S. Thom. n 20. S. Bonav. n. 20. & Vener. Ioan. Duns Scotus, n. 21. & 22.

Oratio mētalis nō præcipitur in Regula, ibid. n. 25.

Non poteſt vera obſervantia ibi eſſe, vel durare, vbi de iugi exercitio orationis parum curatur, ibid. n. 28. circa finem.

Nihil eſt magis neceſſarium pro cōſervanda noſtra Religione, quam iuge ſanctæ Orationis exercitiū, ibid. n. 29. Vide verbo Laici.

P.

Paupertas.

Definitio Minoritanę Paupertatis, C. 17. S. 1. n. 20.

Paupertas Minorū dicitur Altiſsima, quia à ſe abdicat quinq; actūs civiles (ſeu politicos) tres in re, qui ſunt Dominiū, Poſſeſsio, & Proprietas: & duos in vſu, qui ſunt vſus fructus, & vſus iuris, ibid. n. 28.

Celſitudo Paupertatis Minoritanæ cōſiſtit in quinque. Primò, in omnimoda abdicatione quinquè actuū ſupradictorum, ibid. n. 31.

Secūdo, in maxima incertitudine, ibid. n. 32. & 33.

Tertiò, in humilitate, n. 34.

Quartò, in mēdicatione, n. 36

Quintò, in vſu arcto, & ſtricto, nō tamē omniū rerum, ſed illarum, quæ in Regula exprimuntur, ibid. n. 37.

Hæc altiſsima Paupertas ſpectat ad perfectionem, ibid. n. 39. vſque ad 43.

Vſus arctus, & ſtrict9, nō includitur ſub voto Minoritanæ paupertatis, C. 19. S. 2. n. 3

Vſus moderatus rerū, pertinet ad eſſētiā noſtræ Evāgelicę Paupertatis, & includitur in ea, ſicut riſibilitas in homine, ibid. n. 4. Vide verbo Apoſtoli, verbo Chriſtus, verbo Dominiū, verbo Fratres Minores, verbo Habere, verbo Ius verbo Legatū, verbo Mēdicare, verbo Poſſeſsio, verbo Syndicus, & verbo Vſus.

Peccatum.

Peccatum veniale nullomodo eſt eligibile, C. 2. S. 4 n. 3.

Nec

Nec quis debet, nec poteſt cõmittere vnũ veniale, propter bonum ſpirituale totius mundi, ibid.

Peccatis, & abuſibus Prelatorum ſubditi maculãtur quãdo ſunt in cauſa, &c. C. 19. S. 3. n. 17.

Pecunia.

Pecunia accipitur multipliciter in iure, C. 11. S. 1. n. 1. vſquè ad 4.

In ſupradictis acceptionibus, nomen *Pecunia*, impropriè & largè, accipitur, ibid. n. 5.

Pecunia propriè, & in vera ſui ſignificatione accepta, ſolùm ſignificat Pecuniam numeratam, ſeu monetam cuſam, ibid. n. 6.

Pecunia in Evangelio Matth. 10. tãtum ſignificat, numeratam, ibid. S. 4. n. 3. vſque ad 6.

Præceptum Pecuniæ intellexit, & ſervavit SS. P. N. F. ſicut fuit Datum Apoſtolis Matth. 10. C. 11. S. 4. n. 7. & 8.

Voluit vt ſic illud ſervarent filij ſui, ibid. n. 9. & ſequẽtibus.

Pecunia prohibita in Regula, non eſt, quod recipitur, vt vendatur, vn inde aliquid habeatur, C. 11. S. 5. n. 4. vſquè ad 14.

Res quę recipitur nõ ad vſum, ſed ad commutandum, vel Theſaurizandum intra, vel extra Ordinem, nõ eſt Pecunia in Regula prohibita, ibid. n. 15.

Res ſuperflua, recepta ad commutandum pro alijs, nõ eſt pecunia, ibid. n. 18. vſquè ad 21.

Quod datur loco Denariorũ, pro ſolutione alicuius operis facti, vel alicuius debiti, nõ eſt Pecunia, ibid. n. 22. vſque ad 24.

Quod loco denariorum datur, pro pretio rei receptæ, vel recipiendæ, non eſt Pecunia, ibid. n. 25. vſquè ad 27.

Quod recipitur à Fratre Minore pro mercede alicuius laboris, loco denariorum, etiam ſub æſtimatione prætij, non eſt Pecunia, ibid. n. 28. vſque ad 34.

Res, qua vtebatur Frater Minor, & datur ſub æſtimatione prætij, vt aliquid aliud neceſſariũ habeatur, nõ eſt, Pecunia, C. 11. S. 5. n. 35. vſque ad 41.

Res recepta animo nõ vtendi illa, ſed intentione, vt ſub æſtimatione pretij detur, & ex illa aliquid ematur, (per perſonas idoneas) non eſt Pecunia, ibid. n. 42. & 43.

Nomine Pecuniæ in hoc 4. cap. Regulæ, tantum prohibetur Pecunia numerata, ſeu moneta cuſa, ſeu Denarij, C. 11. S. 5. n. 44 & n. 65.

Digitized by Google

n. 65. vſque ad 67.
Hæc ſententia deſumpta eſt ex Ariſt. ibidem n. 45. vſque ad 64.
Materia Denariorum, propriè eſt metallum auri, argenti, ſeu ferri; materia verò Pecuniæ (vt eſt inſtrumentum commune emptionis) non ſolùm eſt metallũ, ſed etiã pedes avium, & pecorum, terra procellana, &c. C. 11. S. 5. n. 6., & 80.
Nota, quod in hoc num. 80. delenda ſunt circa finem numeri, ſequẽtia verba. *Cum Ariſtot. Averroe n. 47. & ſequentibus &c.* Et legendum eſt, vt ſupra vidimus cum Berchorio, & Baſil. Legionenſi, n. 64.
Recipere pecuniam per ſe, aut per interpoſitam perſonam quid? C. 12. S. 1. per totam.
In recurſu ad Pecuniã ſervãdi ſunt ex parte Fratrum ſex modi.
In recurſu ad Amicos ſpirituales, ex parte Fratrum ſunt ſex modi obſervãdi, C. 12. S. 3. n. 1.
Primus, quòd nullo modo Fratres mutuo pecuniam accipiant, vel mutuum propriè ſumptum contrahant, ibid, & n. 2.
Secundus modus (ſeu ſecunda conditio) quòd neceſsitatẽ, Danti, explicent, ibidem, n. 4.
Tertius, quòd non plus petãt, quã ſit neceſſariũ, n. 5. & 6.
Quartus, quòd nõ præſentent cui detur pecunia, n. 7. vſque ad 13.
Quintus, quòd Fratres proteſtari debent ſe non habere Dominium Pecuniæ, n. 14. & 15.
Quintus, vt quando ex natura, vel circunſtantijs neceſſitatis, Pecunia per multas manus tranſire debet, id fiat de cõſenſu expreſſo, vel tacito donantis, n. 16.
Circa erogationem ſervandæ ſunt tres cautelæ.
Circa erogationem pecuniæ, & circa tenentes eas, modo ſint Domini, modo depoſitorij, ſeu ſubſtituti, ſervãdæ ſunt à Fratribus tres cautelæ, C. 13. S. 3. n. 18.
Prima cautela (& neceſſariò obſervanda) eſt, vt Fratres firmiter in corde credant, nullum ſe vnquam dominium, actionem, &c. circa ipſam pecuniam, ſicut in veritate, nec habent, nec habere poſſunt, ibid. & n. 19. vſque ad 25.
Secũda cautela eſt, quod quãdo Pecunia determinata neceſsitate deponitur, nõ poſſunt Fratres, (neq; depoſitorij) ad aliam neceſsitatẽ cõvertere, niſi habita licẽtia donantis, ibid, n. 26. vſque ad 35.
Tertia, quòd non exigãt Fratres computum iuridicum à Depoſitarijs, etiam ſi ſint Syndici, ibid. n. 36. vſque ad

ad 40. Vide verbo Apoſtoli, verbo Anniverſaria, verbo Chriſtus, verbo Denarius, verbo Depoſitarius, verbo Labor, verbo Legatum, verbo Miſſa.

Pœna.

Pœnæ quas incurrũt abſolvẽtes ſine authoritate à caſibus reſervatis. Vide, C.20. S.4. n. 2.

Pœnæ ſtatutę cõtra debitè ingrediẽtes Monaſteria Monialium, C.25. S.3. n.17.

Poſſeſsio.

Poſſeſsio quid ſit, C. 17. S.1. n.3.

Fratres Minores non poſſunt ex vi Regulæ habere poſſeſsiones, ibid. n.23. & 32. Vide verbo Habere, verbo Paupertas, verbo Vſus.

Præceptum, & præcipere.

Præcepta Regulæ ſunt viginti quinque, C.2. S.1. n.2. vſque ad 4.

Fratres nõ tenẽtur ex vi voti ad alias obligãtiones præter eas, quæ in Regula continẽtur, ibid. S.2. per totã.

Prætextu evitãdi relaxationes, nõ ſunt addẽda, ſeu fingenda præcepta in Regula, ibid. S.4. per totam.

Actus ſuperiorum eſt, Præcipere, C.21. S.1. n.7.

Prælati poſſunt imponere ſubditis aliquã præcepta, præter ea, quæ in Regula expreſſè cõtinentur, ibidem, S.2. n.1.

Vt eiuſmodi Præcepta obligent ad mortale, requiritur gravis materia, ibid. n.2.

Non poſſunt Prælati Præcipere ſub mortali, quæ tantum reſpiciunt liberam promotionem boni, ibid. n.3.

Poteſt Prælatus præcipere ſilentium ſub mortali, ratione circunſtantiarum, &c. n. 6. Et quod non accedãt Fratres ad hortum, n.7.

Vt Præceptum Superioris cẽſeatur obligare ad mortale, requiruntur duo, intentio nimirũ præcipiẽtis cognita, & materia gravis, C. 22. S.3.

Multiplicia ſunt Præcepta. Alia enim ſunt pręcepta Regulæ. Alia Declarationum. Alia Superiorum per modum ſimplicis mandati. Alia per modũ Statuti. Alia ſecundum Regulam. Alia cõtra Regulam. Alia, ſupra. Alia præter, vel infra Regulam, C. 23. S. 1. cum ſequentibus.

Qui trãſgreditur Præceptum bono animo, putans ſe habere cauſam probabilem, & ſufficientẽ, excuſantẽ eum, &c. non peccat mortaliter, C.23. S.5. n.2. vſque ad 7. Vide verbo Declaratio, ver-

verbo Obedientia ; verbo Obligatio, verbo Prælatus.

Prædicatio, & Prædicator.

Nullus Frater Minor poteſt prædicare, niſi ſit examinatus à Miniſtro Generali. C. 21. S. 5. n. 1. & 8.

Nec in Eccleſijs quæ non ſunt ſui Ordinis, niſi ſit approbatus ab Epiſcopis. Vt in Cōcil. Lateran. & Trident. cavetur. ibid. n. 2. & 3. Vide n. 5. vſque ad 7.

Quinque cōditiones petit SS. P. N. Franc. in Prædicatione Fratrum ibid. n. 11.

Fratres Minores Prædicatores, quales debeant eſſe. ibidem n. 12.

Prælatus.

Prælati ſtrictius omnibus obligantur, ad veram Regulæ, & Declarationum intelligentiam habendam. C. 2. S. 5. n. 15.

Poſſunt Prælati in ſuis Provincijs, & adminiſtrationibus Fratres hoſpites à reſervatis abſoluere. C. 20. S. 3. n. 1.

Peccant graviter Prælati impedientes recurſum ad illos pro puriori Regulæ obſervantia, C. 24. S. 3. n. 19.

Non recipientes benignè ad ſe recurrentes, peccant contra Regulam, & contra ius diuinū. C. 2. S. 4. n. 4. & 5.

Quamuis aliquando Prælati poſsint licite diſsimulare, aliqua minora mala in ſubditis, &c. Nullo modo poſſunt dare licentiam ad illa mala, ſeu ad alias quaſcunque abuſiones. C. 24. S. 3. n. 35.

Prælatus accipiens curam Subditorum deformate viuentium, peccat mortaliter, ſi non intendat illos reformare. ibid. n. 36.

Quando debeat Frater acceptare Prælationem ſibi impoſitam. ibid. n. 38.

Prælati debent eſſe Miniſtri, & ſerui. C. 24. S. 4. n. 7. & 8.

Prælatus ſit humilis non puſillanimis. ibid. n. 10. Vide verbo Abſoluo, verbo Abuſio, verbo Bona, verbo Calceamentum, verbo Caſus reſeruati, verbo Commutare, verbo Congregationes verbo Conſenſus, verbo Conſuetudo, verbo Contemptus, verbo Dare, verbo Diſpenſatio, verbo Donare, verbo Dubium, verbo Equitare, verbo Excommunicatio, verbo Guardianus, verbo Habitus, verbo Ieiunium, verbo Ignorantia, verbo Infirmi, verbo Infideles, verbo Ingredi Monaſteria, verbo Obedientia verbo Obligatio, verbo Præceptum, verbo Recurrere, verbo Subditus, verbo Vicarius.

Præ-

Pretioſum.

Eccleſiaſtica paramẽta, *nimis*; aut *Notabiliter* Pretioſa, ſunt prohibita Fratrib. Minoribus, ex vi Regulæ, C. 19. S. 2. n. 11. Et S. 4. n. 3. 4. 7. & 14.

Si verò *nimis*, aut *Notabiliter*, Pretioſa nõ ſint; nõ repugnant profeſsioni Minorum, ibid. n. 8. & 15.

Imò congruunt, C. 19. S. 4. n. 17. vſquè ad 24. Vide verbo Vaſa Eccleſiaſtica.

Privilegium.

Privilegia quę non cõtingunt bona temporalia, poſſunt habere Fratres Minores, C. 8. S. 3. n. 10. Et C. 17. S. 1. n. 18.

Quæ verò cõcernunt bona temporalia; repugnant eorum Regulæ: vt recipere portiones canonicas, ſtipendia funeralibus debita, &c. C. 17. S. 1. n. 19. Vide verbo Officium divinum.

Profeſſio, & Profiteor.

Vt recipiat Prælatus Novitiũ ad profeſsionem, debet procedere, cum conſilio, & cõſenſu Capituli, C. 5. S. 1. n. 9.

Et ſi Profeſsio facta die anniverſaria valeat, praxis tenet, vt nõ fiant Profeſsiones, niſi ſaltem die ſequẽte, ibid. S. 3. n. 2.

Poteſt in aliquo caſu fieri profeſsio; ante annum expletum probationis, ibidem, n. 9.

Si Prælatus qui acceptat profeſsionem, eſt excommunicatus, valet Profeſsio, ibid. n. 11.

Duodecim de neceſsitate requiruntur ad profeſsionẽ, C. 5. S. 4.

Impedimentum in aliqua Religione eſſentiale; dirimit profeſsionem, ibid. n. 4.

Impotens præ morbo, vel ſenectute, ad Regulæ præcepta ſervanda, validè, & licitè profitetur, ibid. n. 5.

Profeſsio excõmunicati etiã denuntiati valet, ibid. n. 7.

Etiam ſimoniacè facta, ibid.

Quænam requirantur, vt profeſsio valida ratificetur, Vide ibid. n. 8.

Aliquibus gratijs, & privilegijs gaudet profeſsio, C. 5. S. 5.

Per Profeſsionem, obtinetur pleniſsima omnium criminum condonatio, ibid. n. 2.

Hæc pleniſsima condonatio obtinetur, quoties Profeſsio reiteratur, ibid. n. 5.

Omnia vota in ſæculo facta commutantur in profeſsionem, ibid. n. 6 & 7.

Supradicta vota poſſunt Prælati, & Magiſtri Novitiorum commutare, &c. ibid. n. 9. Vide verbo Annus probationis, verbo Novitius, Et verbo Votum.

Pro-

Digitized by Google

Proprietas.

Non omnis actus Proprietatis eſt caſus reſervatus: videlicet actus donandi, vendendi, &c, ſed ſolùm, actus proprietariç detẽtionis. C. 20. S. 2. n. 15.

Quæ, & quando, dicatur Proprietaria detẽtio ibid. n. 16. vſque ad 19. Vide n. 20.

Quantitas trium, vel quatuor Regalium, ſufficit ad reſervationem, ibid. n. 21. Vide verbo Fratres Minores, & verbo Paupertas.

Protector Ordinis.

Miniſtri Provinciales tenentur petere Protectorem, C. 25. S. 5. n. 7.

Protector in toto Ordine Minorum, debet eſſe vnus tantum, ex vi Regulç, ibid. n. 9.

Triplici de cauſa fuit motus SS. P. N. Franciſcus, vt peteret Protectorem, ibid. n. 10.

Quæ ſit authoritas Protectoris, ibid. n. 12.

Q.

Quantitas.

Legatum exceſſivç Quantitatis, recipientes Fratres Minores, peccant, C. 18. S. 2. n. 16.

Quantitas moderata Legati, quæ ſit, relinquitur iudicio Provincialiũ, & Cuſtodũ, ibid. n. 6. Non verò Guardianorum, n. 7.

Fratres acceptantes legatum immoderatæ Quãtitatis, peccant contra votum paupertatis, ibid. n. 17.

Quæſtus pecuniarius.

Quæſtus pecuniarij dupliciter poſſunt fieri. Primo ſine Fratrum procuratione, C. 13. S. 5. n. 1. Et tunc ſunt liciti, ibid. n. 5.

Secundo ex Fratrum procuratione, ibid. n. 2. Et tũc ſunt illiciti, ibid. n. 7.

In dictis quæſtibus, ſervandæ ſunt omnes cõditiones, modi, & cautelæ; ad amicos ſpirituales, &c. ibid. n. 4.

Habere cippos in Eccleſijs, eſt Quæſtus prohibitus, ibid. n. 9.

Quãdo petunt Fratres cãdelas oleum, &c. & Dãtes nõ habentes ea, in propria ſpecie: volunt dare pecuniam, vt emãtur; poteſt recipere ſæcularis, & quomodo, C. 13. S. 5. n. 10. vſque ad 14.

R.

Recurrere.

Quãdocunq; Fratres certo ſcirent, ſe impedire à debita Regulæ obſervãtia, debent ad ſuos Miniſtros Recurrere. C. 24. S. 3. n. 4.

Tres ſimul cõditiones requirũtur, vt Fratres obligẽtur Recurrere ad Miniſtros. Prima quòd in loco vbi morãtur Fratres, Regulã nõ poſſint ſpiritualiter, ratione loci obſervare, ibid. & n. 5. 6. & 9.

Sc-

Digitized by Google

Secũda cõditio, quòd *notabiliter*, impediatur, ab obligatoria Regulę Obſervantia, ibid. n. 7.
Tertia, vt huiuſmodi impoſsibilitatem verè, & nõ imaginariè, cognoſcant, ibid. n. 8. Vide n. 11.
Fratres nõ tenẽtur Recurrere, ob ſolam perfectionem ſuper erogatoriam, ibidem, n. 10.
Nõ eſt neceſſarium Recurrere ad Provinciales, ſi Cuſtos, vel Guardianus poſſunt providere de remedio, ibidem, n. 12.
Recurſus poteſt fieri per interpoſitam perſonam, ibid. n. 13.
Si impedimẽtum non proveniat ratione loci, tenentur Fratres Recurrere nõ ex vi Regulæ, ſed ex vi alterius iuris, ibid. n. 14. Vide verbo Miniſtri.

Redditus.

Vide verbo Anniverſaria perpetua. Verbo Habere, & verbo Legatum.

Regula.

Regula Fratrum Minorum eſt in Evangelio fundata, C. 1. S. 1. Et de ſancto Evangelio aſſumpta ibid.
Quæ cenſenda ſit vera expoſitio Regulæ ad literam? ibid. S. 3.
Regulę expoſitio duplex, cõvincens, & probabilis, ibid. S. 4.
Ad perſpicuè indagãdam quorundam præceptorum Regulæ intelligẽtiam, recurrendum eſt ad Evãgelium, ibid. S. 5.
Obſervãtia eſſentialis Regulæ nõ conſiſtit in indiviſibili, C. 2. S. 3.
Regulæ præceptum de veſtimentis vilibus, nõ adimplet perfectius, qui ſtrictioribus & repetiatis induitur, ibid. n. 6. vſque ad 17.
Regulam ſpiritualiter obſervare, ſtat multipliciter, C. 24. S. 3. n. 1. Vide verbo Apoſtoli, verbo Capuccini, verbo Chriſtus, verbo Declaratio, verbo Fratres Minores, verbo SS. P. N. Frã. verbo Gloſſa, verbo Habere, verbo Habitus, verbo Ignorantia, verbo Novitius, verbo Obligatio, verbo Præceptum, verbo Profeſsio, & verbo Votum.

S.

Sandalia.

Sandalia, quæ verè ſandalia ſunt poſſunt Fratres Minores licitè, & ſanctè portare ſine vlla neceſsitate corporali, aut diſpenſatione, C. 7. S. 2. n. 3. Vide verbo Calceamentum.

Scandalum.

Ex vi Regulæ Fratres Minores

res vitare, non modo ſcandalum actiuum contra ſanctam caſtitatem, verum etiā ſcandalum paſſiuum, puſillorum, & infirmorum, C. 25. S. 1. n. 8. & 9. Vide.

Propter ſcandalum fratrum, prohibuit nobis præcipue, SS. P. N. F. fieri Compatres virorum, vel Mulierum. Vt patet ex ipſo textu cap. 12. *Ne ſint compatres, &c. Ne hac occaſione inter fratres, vel de fratribus, ſcandalum oriatur.* Hæc ibi.

Syndicus.

Syndicus eſt quidam Procurator, ſeu œconomus D. Papæ. &c. C. 14. S. 1. nu. 1.

Syndicus erroneè, appellatur Syndicus fratrum Minorū. ibid. n. 2.

Syndicū D. Papę inſtituūt, ſeu potius nominant, Prælati ſuperiores: Guardiani vero, nec cum toto conuentu, poſſunt, ibid. S. 2. nu. 1. 2. & 3.

Duo Syndici poſſunt eſſe pro quolibet Conuentu, etiam ad recipiendam pecuniam, &c. ibid. S. 3.

Syndicus valet ad quinq; Ibid. S. 4 per totam.

Syndicus poteſt exigere in iudicio, quæ pro Miſsis, ſepulturis, exequijs, &c. Relinquuntur fratribus, vel donātur, abſque Regulæ diſpenſatione. C. 14. S. 5.

Pecunia oneroſa, & gratuita, quid C. 15. S. 1. n. 1. 2. & 3.

Dominus pecuniæ oneroſæ, Summus Pontifex, ibid. nu. 4. & 5.

Et etiam gratuitæ, Ibid. nu. 8, vſque ad 19.

Summi Pontifices Nicolai 3. Succeſſores, potuerunt, & poſſunt applicare ſibi, & Eccleſiæ Romanæ, dominium pecuniæ gratuitæ, vel liberaliter conceſſæ, abſque Regulæ Minorum diſpenſatione, C. 15. S. 2. per totam.

Non eſt, contra Declarationem Nicolai 3. quod Dominium pecuniæ gratuitæ, ſpectet ad Dominum Papā. Ibid. S. 3. nu. 4. vſq; ad 12.

Neq; contra Modificationes, in dicta Declaratione contentas, Ibid. num. 14. vſque ad 16.

Ad hoc quod Dominus Papa, poſsit ſine diſpenſatione Regulæ, accipere in ſe, Dominiū pecuniæ gratuitæ, quod à ſe elongauit Dans. Non eſt neceſſum, quod ipſe Concedens, dicat expreſſe, ſenolle, tale dominium amplius habere. C. 15. S. 3. nu. 19. vſque ad 23.

Licitè, & purè, poſſunt Fratres Minores, vti Sydico, quoad quatuor actus, Controv. 14. S. 4. memoratos, C. 15. S. 4. nu. 2. vſq; ad 4.

Quintus actus Sydici à Mart. 5

Tt Inſti-

inſtitutus; non recte aſsignatur, ab aliquibus expoſitoribus, ibid. n. 6. 7. & 8.

Conſtitutiones Martinianas, fecit S. Ioãnes Capiſtranus, pro Ordinis reformatione: obſtrictus ad hoc obedientiæ S. mandato, à Ioan. Cardinali, Legato Sedis Apoſtolicæ, ibid. n. 9.

Fuerunt approbatæ, vt Regulæ conformes, à pluribus Summis Pontificibus, ibid. n. 10.

Eas receperunt, S. Bernardinus (Pater meus) Sãcti Ioã. Capiſtra. Iacob. à Marchia, B. Albertus, à Sarziano, &c. ibid. n. 11. & 13.

Habere Syndicũ, ad 5. actum à Mart. 5. inſtitutum, vel (quod idem eſt) vti Martiniana Conſtitutione: nullo modo eſt contra regulam Fratrum Minorum, C. 15. S. 4. n. 18. vſque ad 40.

Recurrere ad Syndicum, vti ad ſubſtitutum D. Papæ, quoad dictum quintũ actũ, poſſunt Fratres Minores, abſque diſpenſatione Declarationis Nicol. 3. ibid. S. 5. per totam.

Singularitas.

Melius eſt beneficium Regulæ in calceamentis, &c. in neceſsitate Fratrem recipere, quam ſingularem, cum damno ſalutis ſe oſtendere, C. 3. S. 3. n. 2. fin.

Sixtus IIII.

Sixtus 4. non cõceſsit Fratribus Obſervãtibus, ſed Cõventualibus, quod poſsint hæredes inſtitui, C. 18. S. 1. n. 2. & 3. Vide verbo Hæres, verbo Statuta.

Solea.

Soleæ quæ verè ſandalia non ſunt, pertinẽt ad genus calceamenti, C. 7. S. 2. n. 6.

Solicitatio.

Solicitatio ex certa ſcientia, ad peccatum carnis, ſive per literas, ſive per verba, nutus ſigna, &c. cum intẽtione determinata, eſt caſus reſervatus, C. 20. S. 2. n. 26. & 27.

Solitudo.

Vide verbo Novitius.

Statutum.

Differẽtia inter præcepta Superiorum, per modum ſimplicis mandati, & per modũ ſtatuti, C. 23. S. 1. n. 4. & 5.

Omnia Statuta etiam Pontificia, vltra ſeu præter obligationem Regulæ, quæ ante Sixtum 4. obligabãt ad culpã; ipſe revocabit, &c. ibid. S. 2. n. 4.

Statuta facta poſt Sixtum 4. obligant, ibid. n. 5.

Nullum Statũ Ordinis, ex ſe, & ex genere ſuo, obligat ad culpam mortalẽ, vel venialem, niſi per verba, exprimatur, &c. ibid. n. 6.

Multifariã poteſt ex parte operantis

rantis:

tantis ingrẽdi genus culpæ actus, qui ſecundũ ſe, à Statuto poſitus eſt, extra genus culpæ, C.23.S.2.n.7.
Primo ex cõtemptu, ibid.n.8. 9.& 11.
Secundo ex cupiditate, n.10.
Tertiò ex negligẽtia, ibid.

Studium.

Nullũ eſt pręceptũ in Regula, quod prohibeat Studiũ literarum, C. 24.S.5.n.2.
Monitio diſſuadens ſtudium literarum, vel ſolum tangit Laicos, ibid.n.3.
Vel inordinatum ſtudij modũ damnat, ibid.n.4.vſq; ad 7.
Licitũ, & meritoriũ eſt Fratribus Minoribus Clericis, ex vi Regulæ, incũbere ſtudio literarũ, ibi.n.8.vſq; ad 11.
SS.P.N.F. voluit, vt ſui filij ſtuderẽt, debitè tamen: ita ſcilicet, quod nõ omitterẽt exercitium S. Orationis, C. 24.S.5.n.12.vſque ad 19.
Eccleſiæ ſanctæ, & Theologiæ, Maximi Doctores, nõ omittebant propter ſtudiũ literarũ, exercitiũ orationis mentalis: imó magis orãdo, quam ſtũdẽdo, addiſcebant, ibid.n.17 vſque ad 21.
Itẽ Auditio Miſſarũ, ad illuſtrandũ intellectum, iubat plus, quã ſtudiũ, ibid.n.22.
Itẽ paritas cõſcientiæ, ibid.n. 23. Vide verbo Orare.

Subditus.

Subditi nõ tenentur, obedire Pręlatis, in manifeſtis cõtrã Regulã, C.19.S.3.n.15.
Subditi qui nullo modo, ſunt cauſa tranſgreſsionũ Prælatorũ, & aliorũ Fratrũ, non maculãtur ex illorũ abuſibus, C.24.S.3.n.25.
Licet ſubditis aliquando vti Epij Kia, C.22.S.5.n.7.
Pręlati in diſpẽſationib⁹ faciẽdis ſẽper pręferãt, cõmune bonũ Religionis, particulari bono ſubditi, C.22.S.5.n.15.
Si ex cauſa, ſubdito præciperet Pręlatus, aliquid ſtricti⁹ ſuper Regulã, tenetur obedire. C.23.S.4.n.2. Vide verbo Abſolvo. Abuſus, verbo Accedere, verbo Cõſenſus, verbo Cõſuetudo, verbo Dare, verbo Diſpẽſatio, verbo Donare, verbo Dubiũ, verbo Guardianus, verbo Habitus, verbo Miniſtri, verbo Obedientia, verbo Prelatus, verbo Superfluũ.

Superfluum.

Superfluitas omnis, in victu, & veſtitu eſt nobis prohibita, ex vi Regulę C.19.S.2 n.35
Nõ omne quod excedit vſum ſtrictum, eſt ſuperfluum, ibid.S.3.n.9.
Dupliciter dicitur aliquid ſuperfluum, ibid.n.10.
Superfluitas, & moderatio nõ debet iudicari per ſubditos, ſed per Pręlatos, etiam per Guardianos, ibi.n.12.& 13.
Si Subditi arbitrantur Prælatos

latos

latos male circa vſum ſuperfluum, aut moderatum ſeha bere, aut interpretari, quid facturi ſunt, C.19.S.3.nu. 14. Vide verbo Subditus, & verbo Prælatus.

Suſpecta conſortia.

Suſpecta cõſortia Mulierum, Nobis ex vi Regulæ prohibita: etiam ſi illa mala non ſint, & fratres omnino liberi ſint, ab immunditia carnali, corde, ore, & opere, C. 25.S.1.nu.4.

Suſpectum conſortium, reddunt Novem, Ibid.S.2.n.2.

Suſpecta ſunt conſortia, etiã ſi mulier, non ſit ſuſpecta, &c. Ibid.nu.5.

Suſpectum conſortium, etiam inter abſentes. Ibid.n.6.

Tactus impudici.

Vt tactus impudici ſint reſeruati, duo requirũtur, vt impudici, ac inhoneſti ſint: vt etiam ſint enormes, C.20. S.2.num.23. & 24. & 25.

Teſtamentum.

Nouitij etiam primo ab ingreſſu Religionis menſe poteſt validè facere Teſtamentum, C.4.S.2.n.7.

Non poſſunt Fratres Minores iudicialiter eſſe exequutores Teſtamentorum, C.19 S.2.nu.8. Vide verbo Hæres & verbo Legatum.

Teſtator.

Vide verbo Hæres, & verbo Legatum.

Transgreſſio.

Trangreſſionum, dupliciter poſſunt eſſe fratres in cauſa. Vno modo commiſsivè, alio modo, omiſsivè, C.24 S.3.nu.26.

Transgreſſio conditionum, & modificationum, declarationis Nicol.3. circa pecuniam nõ obligant, ſi fratres aliàs, non faciant contra præceptum de non recipiendo pecuniam, C.19.S.2.nu.10. & C.23.S.2.num.1. Vide verbo. Abuſio.

Verbo Declaratio, verbo Prælatus, verbo Statutum, & verbo Subditus.

Tunica.

Per Tunicam cum Caputio, intelligitur in Regula Habitus exterior. Per Tunicã vero ſine caputio, tunica interior, C.6.S.1.nu.1.

Omni tempore, licet fratribus Minoribus (etiam ſi robuſti, & integræ valetudinis ſint) duabus tunicis vti abſque vlla diſpenſatione, vel licentia Prælatorum, C.6. S.2.nu.1. & 2.

Poſſunt plures, duabus, habere ex diſpenſatione Prælatorum, ſi adſit neceſſitas. Ibid.nu.4.

In pluralitate tunicarum, poſſunt diſpenſare, etiam Guardiani. Ibid.nu.5.

Neceſsitas ad diſpenſandum in pluralitate tunicarum, multiplex

triplex. Ibid. n. 6.
Per duas Tunicas, intelligit Regula, duas numero, tantum. Ibid. n. 7. 8. & 9.
Tunicæ debent eſſe, ex panno rudi, aſpero, & communi, C. 6. S. 2. n. 10. & 11.
Duas Tunicas, ſimul, & mantellum, poſſunt portare fratres Minores, iuxta omnimodam Regulæ puritatem, Ibid. n. 28. & 29.
Tunicæ nomine, non intelligitur Mantellus, ſeu palliũ, Ibid. n. 31. vſque ad 34.
Tertia tunica, ſtaminea non poteſt vti, frater Minor abſque transgreſsione Regulę C. 6. S. 3. n. 23. vſq; ad 27. Vide Verbo Chriſtus, verbo Habitus, verbo Veſtimẽtum, & verbo Vſus.

Vaſa Eccleſiaſtica.

Vaſa Eccleſiaſtica magna, & pretioſa, dummodo non nimiæ, & exceſsivæ magnitudinis, & pretioſitatis, ſint, non repugnant Regulæ Minorum: imò ſatis convenit, quod poſsint haberi, C. 19. S. 4. n. 10. Vide verbo Pretioſum.

Vendere, & res vendita.

Ex receptione rei venditæ, nõ manent fratres ex ipſo facto contra ſuam profeſsionem (ideſt civiliter) vendenti, obligati: ſi intentionem ſe obligandi non habeant: & ſi expreſſe non excludant obligationem, ſolutionem faciendi, C. 17. S. 4. n. 7. 8. & 9.
Fratres Minores, proprie vendere non poſſunt, bené vero largè, & impropriè, Ibidem, n. 11.
In venditione, qui actus fratribus liceant. Ibid.
Res quibus vtuntur fratres, quomodo, & à quibus, poſſint vendi. Ibid. n. 12.
Vendere hortalitia, quæ colliguntur in hortis, fratrum Minorum (etiam per Syndicum) repugnat eorum Regulæ, C. 18. S. 3. n. 57. vſq; ad 63. Vide verbo Emere, & verbo Pecunia.

Verba.

Verba Notabilia SS. P. N. Frãciſci, docentis Prælatos, quomodo ſe debeant habere in regimine ſuo. C. 24. S. 1. n. 3.
Verba eiuſdem, eximia, circa Obedientiam Prælatis exhibenda n. Ibid. n. 5.
Alia verba eiuſdem SS. P. Laudantis Prædicatores, & Prædicationis officium, C. 21. S. 4. n. 12. & 13.
Notabilia verba S. Bonaventurę, circa congregationes eleemoſynarum, tempore oportuno faciendas. C. 17. S. 5. nu. 19. & C. 13. S. 2. num. 5.
Pulchra verba S. Bernardini, vt venialia non committantur

tur propter Obedientiam, C.23.S.3.n.4.

Veſtimentum.

Veſtimentum Fratris Minoris ex vi Regulæ debet conſtare, ex duabus tunicis tantum vna cum caputio, & aliam ſine caputio (cum chorda, & braccis) C.6.S.1.& 2.

Quidquid veſtimenti, præter illas portatur, non poteſt abſque neceſsitate, & licentia portari. ibid. S.2.n. 4.

Non obligamur ex Regula indui viliſsimis veſtimentis, ſed vilibus tantum. C.6. S.5. per totam.

Hæc vilitas veſtimentorum, attendenda eſt, iuxta Prælatorum iudicium ibid. n. 12. & n. 15. vſque ad 18.

Veſtimenta poſſunt Fratres ex conceſsione Regulæ Repetiare. C.6.S.4.

Veſtimentorum Repetiatio, triplici fine inſtituta eſt, ibidem n.1 vſque ad 5.

Repetiare poſſunt Fratres Minores veſtimenta, quando lacera ſunt, & hic modus Repetiãdi, conformius eſt intẽtioni Regulæ. C.6.S. 4. n. 9. & ſequentibus. Hoc affirmant SS. & doctiſsimi viri, in quos perperam invehitur Ioan. à S. Maria. ibid. n.12. vſque ad 17.

Etiam ſi habitus ſit ſanus poteſt repetiari. ibid. n.8.

Poteſt Prælatus ſi expedire viderit Repetiationẽ prohibere, ibid. n. 26. vſq; ad 28.

Et prohibita, tenentur Subditi obedire. ibid. n. 29. vſque ad 32.

In veſtimentorum Repetiatione, omnes Fratres Minores debent, ſequi ſuarum conſtitutionum modos, ibid. n. 33. Vide verbo Habitus.

Violenta manuum iniectio.

Vide C.20. S.2. n. 36. vſq; ad 41.

Vicarius.

Vicarij in abſentia Guardianorum, poſſunt in portãdis calceamentis diſpenſare. C. 7. S.4. n.3.

Habent authoritatem actiuã, & paſsiuam, pro reſeruatis, non vero commiſsiuam. C. 20. S.3. n.3. & 4.

Viſitare.

Ex vi Regulæ non tenentur Superiores Ordinis ſub mortali, viſitare Subditos: tamẽ iure diuino, & naturali tenentur. C.22. S.1. n. 11.

Votum, & voveo.

Quadrupliciter quis poteſt vovere Regulã, & ſe ad illius obſervantiam obligare, Primo generaliter, & indeterminatè. Secundo determinatè, & reſtrictè. Tertio purè. Quarto bene, & ſi non tam purè. C. 2. S.1. n. 10. vſque ad 14.

Omnia vota in ſæculo facta cõmutantur in profeſsionem. C.5. S. 5. n.6.

Hæ-

Hæres obligatus ad vota realia defuncti, non eximitur Religionis profeſsione. Ibidem, n. 8. Vide verbo Obedientia, verbo Profeſsio, & verbo, Subditus.

Vinea & vinum.

Vineas habere ad colligendū vinum pro fratrum prouiſione ad bibendum, repugnat Regulæ, ac paupertati fratrum Minorum, C. 18. S. 3. n. 52. vſque ad 56. Vide verbo Habere, & verbo Vendere.

Vſus, & uti.

Vſusfructus quid ſit, Cōt. 17. S. 1. n. 1.

Vſus iuris civilis quid, Ibid. num. 10.

Inter vſumfructum, & vſum iuris multiplex verſatur differentia. Ibid. n. 11.

Vſus ſimplex & actualis facti, quid ſit. Ibid. n. 12.

Differentia inter Dominium, Proprietatem, Poſſeſsionē, Vſum fructum, Vſum iuris, & Vſum ſimplicem facti. Ibidem, n. 13. & 14.

Paupertas Minorum eſt abdicatio omnis iuris ciuilis, cuiuſcunque rei temporalis, etiam quoad eius vſum. Ibidem, n. 20.

Renuntiare omni iuri civili, in re, & in vſu: nihil aliud eſt, quam non poſſe res quibus per ſimplicem vſum facti tantum, vtuntur Fratres Minores, dare, commutare, &c. authoritate ſua, neque eis vti, tanquam ſuis, &c. C. 17. S. 1. n. 25.

Qui in neceſsitate vtitur calceamentis, aut pluribus tunicis, quam duabus: ita bene & ad literam ſervat Regulam, ſicut robuſtus, & ſanus, qui non vtitur calceamentis nec pluribus tunicis, C. 3. S. 3. n. 2. & 3.

Non poſſumus vti ex vi Regulæ, veſtimentis mollibus C. 6. S. 3. n. 6. & 7.

Omnia quibus vtimur, habere debent, vt eſt poſsibile, paupertatem, vilitatem, & aſperitatem. ibid. n. 8.

Non poſſumus vti habitibus mutatorijs, niſi adſit neceſſitas, & licentia (non permiſſio) Prælati. C. 6. S. 2. n. 3.

Vtuntur Minores Mantello, ſeu pallio, ex conſuetudine laudabili Ordinis ibid. n. 35

Mantelli quibus vtuntur Minores, ex præſcripto Conſtitutionum Generalium, debent eſſe longi, ibid. n. 36. & 37.

SS. P. N Fran. vſus eſt Mantello longo, ibid n. 36.

Etiam S. Patres noſtri, Primi Obſeruantiæ Regulæ refor matores ibid. n. 39. vſque ad 41.

Ex intentione SS. P. N. Fran. poſſunt Fratres Reformati, vti habitibus, ex vna pecia; ſeu

ſeu ex vno, & eodem panno effectis. C. 6. S. 4. n. 19. vſque ad 24.
Caute vtatur Calceamentis, qui neceſsitatem, ea portādi habet. C. 7. S. 5. n. 5.
Quæ vtuntur Fratres in veſtibus, & calceamentis, &c. vltra Regularem formam, prudenter, & pie, occultant, & abſcondunt. ibid. & n. 6. & 7.
Vſum etiam ſimplicem omniū rerum habere, non licet Fratribus Minoribus. C. 19. S. 1. n. 2. & S. 2. n. 7.
Vſus triplex. Vnus ſtrictus, artus, tenuis, ſeu penurioſus; alter moderatus, ſeu mediocris, tertius abūdans, ſeu ſuperfluus. C. 19. S. 2. n. 1.
Vſus arctus, ſtrictus, ſeu penurioſus: & vſus moderatus, ſeu mediocris: propriè de eis loquendo valdè differunt, licet quandoque à Doctoribus confundantur. ibidem. n. 2.
Vſus ſtrictus, non includitur ſub voto noſtræ Evangelicæ paupertatis: vſus vero moderatus includitur. ibid. n. 3. 4. & 5.
Fratres Minores ex vi, & profeſsione Regulæ, obligantur ad vſus arctos, in illa cōtentos ibid. n. 6.
Qui ſunt iſti. ibid. n. 7.
Etiam obligantur ad alios decem vſus, ſecundum Declarationes Nicolai 3. & Clement. 5. & quomodo, ibid. n. 8. & 9.
Ad decem vſus ſupradictos obligantur Fratres, ex circunſtantijs, & adiacentibus Regulæ, nō vero ex mero precepto Pontificio. C. 19. S. 2. n. 11.
Moderatus vſus rerum, ad victum, veſtitum, & ſapientiale ſtudium pertinentium licitus omnino eſt Minoribus, ibid. n. 12. & 13.
Vſus librorum in particulari, ex mente Regulæ, omnino licitus Fratribus Minoribus ibid. n. 15. & ſequentibus latiſsimè.
Vſus, & eſus carnium, intra, & extra Conventum, ſecundum Regulam, licitus Minoribus C. 19. S. 2. n. 28. vſque ad 34.
Vſus ſuperfluus, in omnibus rebus quibus Minores vtuntur, eſt illis ex vi Regulæ prohibitus, ibid. n. 35. 36. & 37.
Vſus moderatio, debet attendi ſecundum qualitatem noſtri ſtatus, & perſonarum, varietatem temporum, locorum conditiones, & alias ocurrentes circunſtātias. C. 19. S. 3. n. 2. vſque ad 8.
Nō omne quod excedit vſum ſtrictum eſt ſuperfluum, ibidem n. 9.
Nota valde declaratione Doctorum

Digitized by Google

INDEX.

ctorum ordinis de vſu, ibid. n. 21. & 22.
In rebus, quibus vtuntur Fratres Minores, non poſſunt habere vſum iuris, etiā limitatum, & depēdentem. C. 19. S. 5. n. 3.
In rebus vnico vſu conſumptibilibus, vt pote, in cibo, & potu, ſeparatur vſus à dominio, & iure ciuili. C. 19. S. 5. n. 5. & ſequentibus latiſſime.
Probatur, authoritate plurimorum Summorum Pontificū. n. 7. vſque ad 15.
Secundo, authoritate Sanctorum Patrum, n. 17. 18. & 19.
Tertio probatur ex Primarijs & Celebrioribus Theologis, n. 20. vſque ad 27.
Quarto ex iure ciuili, & canonico, n. 28. vſque ad 34.
Extravagans Ioan 22. *Ad conditorem*, quæ vſum huiuſmodi à dominio ſeparari nō poſſe docet, per octo Summos Pontifices, eius facta mentione, abrogata eſt, ibidem n. 14. & 35.
Cæterum in multis, obſcura, & inſufficiens videtur, ibidem. n. 36. vſque ad 50. Vide verbo Calceamentum, verbo Congregationes, verbo Conſtitutiones, verbo Declaratio, verbo Dominium, verbo Ædificia, verbo Fratres Minores, verbo Habere, verbo Legatum, verbo Paupertas, verbo Pretioſum, verbo Tunica, & verbo Vaſa Eccleſiaſtica.

LAVS DEO.

Virgini Matri, & B. Franciſco.

Digitized by Google



COMPLVTI

APVD Antonium Vazquez Typographum Vni-verſitatis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

[illegible] del LIBRO ANTICO
Cav. S. DI GIACOMO
[illegible]

LUG. 1970

Digitized by Google